



24-3382



De la comp. de J. de Granada d. d. el licenciado Manasso. B.^{re}

SUMMA *N. 9760*

AVREA ARMILLA

N V N C V P A T A,

CASVS OMNES AD ANIMARVM

CVRAM ATTINENTES,

BREVITER COMPLECTENS.

*A Reueren. P. F. Bartholomao Fumo Villaren.
Placentino, Ord. Pred. ac Hereticae
prauit. Inquisitore, edita.*

Nunc demum Summaris, singulis titulis praefixis, auctis,
Decisionibusque Sacros. Conc. Trid. in marginibus
annotatis, nunquam antea impressis, illustrata.

OMNIA HAC POSTREMA

editione castigatiora reddita.

Nihil habet

*anno 1532
purgandum
al. Gascaig
tum Indit
propria anni
1532
1532
1532*



*Por comision de
F. Inquisidor
corregi este libro
conforme al expugn
torio del año de 1532
en Granada. S. de Mayo
de 1532. A*

LEGDVN
SVMP TIBVS PETR
M. D. XCVI



*1532
1532
1532*

REVERENDISS. D. D.
CATELANO TRIVULTIO,

EPISCOPO PLACENTINO
COMITIQUE.

FRATER BARTHOLOMÆVS
Fumus Villaren. Plac. Ord. Præd. ac
hæreticæ prauitatis Inqui-
sitor. S. P. D.

SVMMVS ille rerum omnium artifex Deus Optimus Max. (Reuerendissime Archimandrita noster,) antequam vllas conderet creaturas in seipso sufficiens, omnem perfectionis plenitudinem, omnem excellentiæ gradum, omnem denique entitatis (vt ita loquar) modum perfectissimè complectebatur. Verum quoniam (diuo attestante Dionysio) boni natura hæc est, vt sese aliis communicet, mundum hanc multifarias rerum species continentem, in quibus ipse orbis artifex multis modis suam ostenderet maiestatem, plasmare decreuit. Vnde super mundanos primùm illos spiritus, tribus Hierarchiis partitos, nouem pariter ordinibus discretos protulit, in quibus inexhaustè bonitatis specimen depinxit: seque ab eisdem per intellectilem cognitionem participandum exhibuit. De hinc tornatiles cœlorum globos, radiosum solis iubar, pallentem lunam, fulgentia astra, mirabili composuit harmonia, quæ omnia propriis motibus perpetua lege, congruenter aptauit. Quatuor postmodum finxit elementa, ignem, videlicet aërem, pontum, & aridam, in quibus animantia quæque, præcipuè hominem ad ipsius Dei Optimi Max. imaginem formatum, collocauit. At ne miseri mortales improba vrgerentur fame, deperirentque lubricos vndis pisces, dulcia arboribus poma, virentia campis gramina producere mandauit: sicq; factum est, vt mundus iste ita exanissim, & perpulchre compactus fuerit, vt melius, rectiusque fieri nequiverit quandoquidem superuacuum, vel ociosum nihil sit reperiri, neque necessarium quicquam in eo deesse contingat. Vnde fit vt creaturæ omnes, & quæ præsertim ratione vigent, authorem suum toto

virtutis conamine studeat imitari: ita siquidem ut gratiam,
& bonitatem, quam à Deo optimo gratis acceperunt, gra-
tis impartiantur, ne cum in extremo vitæ termino ante tre-
mendum Dei tribunal steterint, Ut quid pecuniam meam
in sudario repositam seruastis, audire cogantur. Igitur virium
mearum mensuram aliquid commodi aliis asferre, cupiens,
laborem hunc haud paruum, humeris meis certè imparem,
animarum me ardore stimulante, lubenter assumpsi. Con-
spiciens itaque in enucleandis scilicet summarum lata volu-
mina, perplexas materias, opinionum varias sententias, mul-
tiplices distinctiones, infinitas doctorum citationes & pro-
lixam disputationum seriem, legentium animos ad nauseam
prouocare, & quamplures sacerdotes disputationibus non
assuetos, à veritate ieiunos relinquere, falsasque eorum men-
tes confundere; librum hunc quem Armillam Auream ap-
pellare dignum duxi: summo studio, nec minori labore ede-
re curavi. Armillas in manibus mulieres Hebrææ, ut in Eze-
chiele legere est, Sabini verò in læuo brachio portare sole-
bant, sic sacerdotes, opus hoc in manibus per operis exerci-
tium habere studeant. Hic profecto canones, & mensuras,
quibus salubres animabus præparent medicinas breui calle
inuenire poterunt. Prolixum volumen nequaquam conne-
xui, neque adeò breue, aut mutilum, ut opportuna ad ani-
mæ salutem omiserim remedia, sed compendiosius trunca-
tis, qui ad rem non faciebant, apicibus, reiectis etiam mul-
tarum legum citationibus, ac variis doctorum opinionibus
omissis, aliquibus tamen de sacrorum canonum capitibus,
theologicis necnon, & physicis rationibus breuiter colle-
ctis, nudam, digestamque veritatem in ianuis patenter ex-
posui, ut qui huic operi incumbere voluerint, veritate citius
reperita, animosius prosequantur. Sufficiat enim sacris sacer-
dotibus animarum curam gerentibus sinceram inuenisse ve-
ritatem, qua reperta, poenitentem corrigit, instruere, & in-
dicare valeant. Si qui autem ingenio præstantiores, hæc al-
tius reperere voluerint, citatos in hoc volumine doctores
videant, legantque. Sat itaque mihi sit animæ negotium fi-
deliter pertractasse, & imbecillioribus veluti edentulis pue-
ris digestum cibum subministrasse. Hos igitur Reueren. an-
tistes labores meos, quos multo sudore in hoc opere collo-
caui, ipsarumque opus, humanissimæ amplitudini tuæ offero,
dico, confero, humili supplicatione te uti patrem obsecrans,
ut letis superciliis, & serena fronte volumen hoc, (et si tam
dignum

signum haud mereatur habere patronum) suscipias, am-
plectaris, nec despicias, ut sub tanti præsulis fœlici auspicio
in lucem prodire audeat. Ne quæso optime præsul, filij tui
munus (et si exiguum) reiicias, quandoquidem recta men-
te, æquòque animo offertur. Iam pridem solertissime anima-
rum pastor, Philotheam, laborum meorum veluti primitias
Reuerend. D. tuæ obtuleram, quæ immortalis animi digni-
tatem continebat, nunc verò ipsius (si forsan ægrotauerit,)
salubrem medelam, & opportuna exhibeo remedia, quæ te
præcipuè decent, cum ob vitæ tuæ probitatem, & morum
honestatem, necnon ingenij præstantiam, ad Placen-
tini gregis curam, domino donante electus fue-
ris, teque ad maiora ascensurum annuente
ærum auctore speremus. Vale,
vrbis nostræ pater,
& splendor.

* * *

* 3

PIO,

PIO, PRVDENTIQVE
LECTORI AVCTOR.

DE o Optimo Maximo concedente, assiduísque laboribus, huic nostro operi terminum tandem imposuimus. Ob varias quippe, quæ nobis occurrere occupationes, inceptam protinaximus prouinciam, longum, dubiumque breui, ac fragili nauicula sulcauimus mare: nunc verò dextra aspirante aura applicauimus, portumque tenemus. In his omnibus, summæ, & inuiduæ trinitati, beatissimæ Virgini Mariæ, & diuo Dominico, patri, ac tutelatori nostro, gratias persoluimus infinitas. Expleta est denique summa hæc, in qua nimia breuitate vsi sumus, multa omittentes, quæ citare potuissemus. Opiniones variæ à nobis relictæ sunt, tum quia proposito nostro parum deseruiebant, tum ne lucubrationes nostræ obscuritate confunderentur. De his tamen sententiis, meliores, securioresve excerpimus, quæve nobis rationabiliores visæ sunt, vt melius confessoribus prodesse possimus, fideliter, studiosèque conscribere curauimus. Postergata autem verborum pompa, legentium vtilitatem desiderantes, clarius quam fieri potuit, hæc pauca reposuimus. At ne lectorum animi tenebris inuoluerentur, conclusiones in principio firmare dignum duximus, ex in vel ratione, vel peritissimorum testimonio corroborauimus, vt quicumq; legerit, dictorum nostrorum firmum inueniat fundamentum. Verum quoniam omnem hominem mendacem esse lectitamus, prudens lector si quid tibi visum fuerit veritati repugnare, præmissio tamen prius diligenti examine, reiice, meæque imperitiæ ascribito, quod verò rectum, veritati que consonum occurrerit, cape, & Domino, (à quo omnis veritas est) & sanctis Doctoribus tribue. De meo siquidem (labore excepto) parum, vel nihil ferè inuenies, sed quod à viris sapientioribus, sacrisque canonibus exhaurire potui. Tamen in hoc nostro opere modicam aliis vtilitatem fortassis attulerimus, nobis tamen emolumentum multum contigit, cum plerósque reuoluentes libros, plura nobis incognita didicerimus, tempusque concessum sine otio transire haud permisimus, Verum si in hoc nostro libello quidpiam appareret (quod minimè arbi

arbitramur) orthodoxæ, christiánæque fidei non consonum, aut minus rectè prolatum, totum sanctæ matris ecclesiæ debitæ correctioni submittimus, & pro nō dicto haberi volumus. Valete Lectores amantissimi, & pro nobis orate.

Ad Lectorem Auctor.

H Ybleos defert lustrando dulcia campos
Mella apis, in parua collocat inde domo,
Tantillumque animal passim formica per agros
Facta memor brumæ paruula grana legit,
Congerit somno indulgens corylósque, nucésque
Glis, ne fortè cadat deficiente cibo:
Sic ego multa legens sapientum scripta priorum,
Pluribus electis, hoc opus inde tuli,
Abieci refecanda procul: magnumque volumen
Exiguo imposui vase, fauente Deo.
Hic poterit quicumque leget medicamina vitæ,
Et morbos pariter tempore scire breui.
Hic mentis lampas nebulosis eruta cellis
Emicat in foribus, lumina clara patent.
His quibus à domino pecudum commissa suarum
Cura est, huic studeant, inuigilentque animo,
Vt laqueos vitare queant, ac ducere cæcos,
Et tutum discant quo gradiantur iter:
Vos Lectores humili modo parcite carthæ,
Ad dominum pro me fundite deinde preces.
Gloria sit summo pro tantis tota parenti
Muneribus, matris perpetuumque decus.

* 4

CONSTAN-

CONSTANTI LANDI,
Comitis & Iuriconsulti
Placentini.

AD REVERENDVM, AC RE-
ligiosissimum Dominicanum virum
Bartholomæum Fumum
Villarensem.

Qui bonus est vates, & qui bona carmina condit,
Illum suspiciunt Musæ: miratur Apollo.
Huc clari & reges cedunt, Regumque Triumphi,
Cedit & ipse Tagi, Pactolique aurifer amnis:
Ast ille æterno diuum dignatur honore,
Qui populis dat iura, viamque ostendit Olympi,
Qui & legum præcepta docet, nodosque resolvit,
Iuris & innumeras ambages ducit in arcum,
Hunc admirantur Populi, iuvenesque senesque,
Hos Deus arcitenens cunctos tibi præstat honores,
Dominica religio nec non te propter eundem
Exultat, meritisque parat tibi sancta Triumphos,
Bartholomæe sacros inter venerande Poetas.
Qui modicis chartis quæcunque volumine magno
A sanctis patribus fuerant conscripta, notasti.
Ergo tuam præsens & postera prælegat ætas
Summam, cui cedant Azonis scripta disertæ,
Nec non Angelicæ summæ, te carpere quisquam
Invidus haud ausit, rabidaue laceffere lingua,
Cum tua cælestes sanctissima facta probant,
Et tua iam cælo gratissima fama vagetur,
Vinc igitur fœlix cunctos celebrande per annos.

AVTORES

AVTORES CVM THEOLOGO,
TVM CANONISTÆ.

*Ex quorum visceribus ac monumentis, summo
studio hoc opus excerptum est.*

THEOLOGI.

M Ag. sent.	.i. Magister sententiarum.
D. Th.	.i. Diuus Thomas Aquinas.
Sco.	.i. Scotus.
Per. de Pal.	.i. Petrus de Palude.
Ric.	.i. Richardus
Calet.	.i. Caieranus Cardinalis
Arch. Flo.	.i. Dominus Antonius Ar- chiepiscopus Florentinus.
Heru.	.i. Heureus
Dur.	.i. Durandus
Alex. Lomb.	.i. Alexander Lombardus.
Bonau.	.i. Bonaventura
Henri. de Gan.	.i. Henricus de Gandau.
Capte.	.i. Capreolus.

CANONISTÆ.

Abb.	.i. Abbas.
Ant. de But.	.i. Antonius de Butrio.
Alb. Pap.	.i. Albertus Papiensis
Alber.	.i. Albericus de Rosate.
Alex.	.i. Alexander de Neuo Vincet.
Alten.	.i. Astenis, ordi. minorum
Ang. de Arc.	.i. Angelus de Aretio.
Auth.	.i. Authentica
Ang.	.i. Summa Angelica
Alex. Lom.	.i. Alexander Lombardus
Ar.	.i. Aretinus
Aug. de Anc.	.i. Augustinus de Ancona.
Ang. de Peru.	.i. Angelus de Perusio.

Azo	
Bandel.	.i. Bandellus
Barb.	.i. Barbacia
Ber.	.i. Bernardus Glossator decretalium.
Cal.	.i. Calderinus
Car.	.i. Cardinalis Franciscus de Zabarellis
Cyn.	.i. Cynus.
Decre.	.i. Decretales
Dir.	.i. Directorum iuris
Feli.	.i. Felinus
Fran.	.i. Franciscus Verulcelensis, vel Franciscus de Ramponibus, vel Franciscus de Albertariis.
Glo.	.i. Glossator
Gemi.	.i. Geminianus. i. Dominicus de S. Geminiano.
Gof.	.i. Goffredus
Gul.	.i. Gulielmus de monte Lauduno.
Hug.	.i. Hugo
Iacob. de Are.	.i. Iacobus de Arena
Iaco. de Bel.	.i. Iacobus de Beluisio
Iaso.	.i. Iason
Ia. de ling.	.i. Iacobus de Lignano
Io. And.	.i. Ioannes Andreas
Io. Mo.	.i. Ioannes Monachus
Io. de Neap.	.i. Ioannes de Neapoli
Io. Cal.	.i. Ioannes Caldarinus
Io. de Pla.	.i. Ioannes de platea
Inn.	.i. Innocentius
Ludo.	.i. Ludouicus de Rom.
Math.	.i. Matthæus Romanus
Monal.	.i. Monaldus
Old.	.i. Oldradus
Panor.	.i. Panormitanus
Pau. de Cast.	.i. Paulus de Castro
Pet. de Anch.	.i. Petrus de Ancharano
Pet. de Peru.	.i. Petrus de Perusio.
Pisa.	.i. Summa Pisanelia

Sali.	.i. Salicetus
Sil.	.i. Summa Siluestrina.
Spe.	.i. Speculator
Tab.	.i. Summa Tabiena
Tan.	.i. Tancredus
Vgo.	.i. Vgo de Castro nouo
Vin.	.i. Vincentius
Vb.	.i. Vbaldus de Perusio
Vueruan.	.i. Vueruanus

Inuenies etiam Lector hunc modum allegandi aliquando post citatum Capitulum. il 1. vel el primo el 1. el 2.

Vbi scire debes quod in Canonibus aliquando sunt duo vel plura capitula quæ sub eodem nomine incipiunt, quare cum proprium Canonistarum sit in allegatione capitulorum non numerum, sed initium pronuntiare, idcirco volunt ostendere huiusmodi auctores, quod debet Lector intelligere Capitulum primum, vel secundum, quod in eadem questione, vel distinctione, eo modo incipit.

Quam plurima etiam fortassis animaduertenda forent pro intelligentia earum allegationum quæ fiunt in opere, tamen hæc pro nunc sufficere possunt, videas si placet, Summam Angelicam. Vale, pie Lector.

OMNI

INDEX OMNIUM TITULORVM,

QVI IN HOC VOLUMINE

CONTINENTVR.

A Bbas fol. 1	Arra 84	Casus 160
Abbatissa 4	Arreptitij 85	Casus fortuitus 164
Aborsus 5	Arrogantia ibid.	Cathedra 165
Abrogatio 6	Arrogatio ibid.	Cæcitas 166
Absens 6	Ars ibid.	Cedere ibid.
Absolutio 7	Affassinus 87	Celatio ibid.
Abstinentia 26	Astrologia 88	Censura 167
Acceptio personarū	Astutia 89	Census ibid.
ibid.	Auaritia ibid.	Chorea 168
Accidia 28	Audacia 90	Coemeterium 169
Accolitus 29	Augurium 91	Circumstantia 170
Actio ibid.	Austeritas ibid.	Citatio 173
Accusatio 30	B	Ciuitas 176
Adiuratio 38	B Alista 92	Clauis 177
Administratio 39	B Balneum ibid.	Clenicus 178
Admonitio 40	Bannum 93	Coactio 187
Adoptio ibid.	Baptismus ibid.	Cogitatio 189
Adoratio 42	Bellum 107	Collusio 190
Adulatio 45	Benedicere 116	Columbarium ibid.
Adulterium 46	Benefacere 118	Commenda 191
Aduocatus 49	Beneficium ibid.	Commissio 192
Agresta 53	Bestialitas 138	Commodatum 193
Alchimia 54	Bigamia ibid.	Compenfatio 196
Alienatio ibid.	Blasphemia 140	Compositio ibid.
Alimentum 61	Bulla 142	Compromissio 197
Altare 63	C	Communio ibid.
Ambitio 67	C Alix 142	Concessio 203
Angaria ibid.	C Calumnia 143	Concilium 204
Appellatio ibi.	Campfor ibid.	Concubina 206
Apostasia 71	Canonicatus 146	Concubinatus 207
Aqua 74	Canonica portio 148	Concussio 208
Arbiter 76	Canonizatio 154	Confessio iudicialis
Archidiaconus 80	Cantus ibid.	ibid.
Archiepiscopus 82	Capitulum 156	Confessio sacramen-
Archipresbyter 83	Carcer 158	talis 210
Argumentatio 83	Caritas 159	Confessor 211
		Confir-

I N D E X.		
Consumatio sacramē-	Dæmoniacus 268	Eucharistia 366
talis 225	Denuntiatio 269	Euctio 370
Confirmatio electi	Deposuitum 270	Excommunicatio 371
226	Derisio 272	Excusatio 433
Confraternitas 227	Desperatio 273	Executor 454
Coniuratio ibid.	Detractio ibid.	Exemptio 458
Conscientia ibid.	Diaconus 275	Exequiæ 461
Consecratio prelato-	Dignitas 276	Exharedatio 463
rum 228	Dilapidator 278	Expensæ 465
Consecratio ecclēsiæ	Discordia ibid.	Expositio 467
ibid.	Disputatio ibid.	Expositi ibid.
Consensus 232	Dispensatio 279	Æstimatio 468
Conseruator 233	Diuinitio 287	F
Consilium 234	Diuortium 288	F Actum 469
Constitutio 235	Doctor 292	F Falsarius ibid.
Consuetudo 237	Dolus 293	Fama 472
Contemptus 241	Domicilium 294	Familia 473
Contendere 242	Dominica dies ibid.	Familiaritas 475
Contritio 243	Dominium 295	Fautor 476
Contumacia 244	Donatio 299	Fœmina ibid.
Contumelia ibid.	Dos 307	Festum, vel feriæ 477
Correctio 245	Dubitatio 314	Feudum 484
Corpora sanctorum	Duellum 315	Fictio 485
249	Dulia 316	Fideiussor ibid.
Corporalia ibid.	E	Fides 488
Corpore vitiatum ibi.	E Buietas 317	Filius 490
Credere 251	E Ecclesia 318	Fornicatio 494
Crapula 252	Ædificatio 322	Forus 495
Chrisma ibid.	Electio 323	Fraus ibid.
Crudelitas ibid.	Eleemosyna 332	Frigidus 496
Curiositas ibid.	Emancipatio 336	Fructus ibid.
Custos 253	Euphiteusis 337	Fugere 497
D	Emptio 341	Funeralia 498
D Amnum 254	Emunitas 350	Furiosus ibid.
D Debitum cõiu-	Enormitas 355	Furtum ibid.
gale 255	Episcopus 357	G
Decimæ 260	Equitas 363	G Abella 502
Defensio 262	Error ibid.	G Generalis clau-
Degradatio 264	Erubescencia ibid.	sula 506
Delectatio morosa	Ætas 364	Gloria ibid.
265	Euagamentis 365	Gratia 507
Delegare 267	Euangelium ibid.	Gula 509
		Habi-

H
HAbirus 509
Hastiludium 511
Hæres, vel hæreditas
 ibid.
Hæremita 517
Hæresis 518
Hermaphrodita 523
Hypocrisis ibid.
Hystrio ibid.
Hyperdulia 316
Homicidium 524
Homo 527
Honor ibid.
Horæ canoni. 528
Hospitale 535
 I
Iactantia 535
Idololatria 536
Ieiunium ibid.
Ignorantia 542
Illegitimi 544
Imago 545
Immauditia 546
Immunitas ibid.
Impedimentum ibid.
Inanis gloria 547
Impietas ibid.
Impubes 546
Impudicitia 547
Incantatio 549
Incendiarij 550
Incerta 551
Incæstus ibid.
Inconfideratio 552
Inconstantia ibid.
Incontinentia 553
Indicium ibid.
Indignatio 554
Indulgentia 555
Infamia 566
Infernus 569

I N D E X.
Infidelitas ibid.
Infirmitas 573
Ingratitudo 574
Inhumanitas 575
Iniuria ibid.
Iniustitia 577
Inobedientia 578
Inquietudo 579
Inquisitio ibid.
Inquisitor 584
Insensibilitas 591
Intentio 592
Interdictum 593
Interesse 617
Interpretatio 618
Intestatus 619
Intrusus ibid.
Interrogatio 620
Intimiditas 625
Inuenta 626
Inuentarium 627
Inuidia ibid.
Inuocatio demonum
 628
Ira 629
Ironia 630
Irregularitas ibid.
Iudaizare 655
Iudex 660
Iudicium 671
Iurare 674
Ius 685
Iuspatronatus 686
 L
LAicus 690
Larvæ 691
Lenocinium ibid.
Legatum ibid.
Legatus 707
Legitimus 710
Lepra 712
Lex 713

Libellus 719
 Literæ ibid.
 Litigium 720
 Liuellum ibid.
 Locatio ibid.
 Ludus 727
 Luxuria 730
 M
Magister 731
Maledict. 733
Maleficium 734
Malitia ibid.
Mandatum ibid.
Manifestum 736
Martyrium ibid.
Matrimonium ibid.
Medicus 765
Mendacium 768
Mercantia 769
Meretrix ibid.
Miles 770
Minor ibid.
Minati ibid.
Missa 771
Miserabilis persona
 783
Moderamen 784
Mollities ibid.
Monachus 785
Monasterium 788
Moneta 789
Monopolium ibid.
Mora ibid.
Mortuus 790
Mortuaria 791
Mulier ibid.
Murmuratio 791
Mutilare ibid.
Mutuam 792
 N
NAufragium 792
Necromantia 793
 Negli-


Negligentia ibid.
 Negoriatio ibid.
 Nemesis 795
 Nominatum ibid.
 Notarius ibid.
 Notorium 796
 Nouitius ibid.
 Nuptiæ 803
 O
Obedientia 803
Oblatio 807
Oblarus 808
Obligatio ibid.
Obstinatio 810
Ocium ibid.
Odium ibid.
Officium 811
Oleum sanctum 812
Opinio ibid.
Oratio 814
Ordo 815
Organum 820
Ornatus 821
Osculum 822
 P
Pactum 823
Pallæ 825
Pallium ibi.
Papa 826
Paraphernum 828
Parentes 829
Patria potestas ibid.
Peccatum 830
Peculium. 832
Pecunia 839
Pedagium 841
Pœna ibid.
Pœnitentia 844
Percussio 845
Peregrinus 846
Perfidia 847
Periculum ibi.

I N D E X.
Peritium 848
Permissio 850
Permutatio ibid.
Pertinax 851
Pietas ibid.
Pignus 852
Pigritia 853
Piratæ ibid.
Piscatio 854
Placare ibid.
Pollutio ibid.
Populus 856
Postulatio ibid.
Præbenda ibid.
Precarium 857
Præceptum ibi.
Præcipitatio 861
Precium ibid.
Prædicare ibid.
Prælatus 864
Præscriptio 866
Præsumptio 869
Præuaricatio 870
Primi motus ibid.
Priuilegium ibid.
Probatio 876
Procurator 877
Proditio 878
Prodigalitas 879
Profectio 879
Proxeneta 880
Prudentia ibi.
Purgatio canonica
 ibid.
Purgatorium 882
Purgatio mulierum 883
Pusillanimitas 883
 Q
Quæstuarij 883
 R
RAncor 884
RRapina ibid.

Ratiocinium 885
Ratihabitio ibid.
Reconciliatio 887
Recompensatio ibid.
Recusatio ibid.
Religio ibid.
Religiosus locus 896
Reliquiæ ibid.
Renuntiatio 897
Represaliæ 899
Rescriptum 900
Residentia 903
Restitutio 904
Rixa 924
 S
SAcerdos 924
SSacramenta ibid.
Sacrilegium 926
Sagittarij 927
Saraceni ibid.
Satisfactio 928
Scandalum 930
Scientia 933
Schisma 934
Scrupulosus 935
Scurrilitas 936
Secretum 937
Seditio ibid.
Sententia 938
Sepultura 939
Seruus 946
Simonia 947
Simulatio 966
Societas ibid.
Sodomia 974
Solicitudo ibid.
Solutio 975
Somnium ibid.
Sors 976
Sortilegium 977
Spectaculum 978
Sponsalia. ibid.
 Sta-

		I N D E X.			
Statutura	985	Tentatio	ibid.	Vestis	ibid.
Strigiae	ibid.	Testamentum	1001	Vicarius	ibid.
Stuprum	ibid.	Testis	1008	Vindicatio	1021
Suffragia	986	Timor	1012	Vinum	1022
Subdiaconar.	987	Tyrannus	ibid.	Virginitas	ibid.
Subfannatio	ibid.	Torneamentum	1013	Virginum consecra-	ibid.
Substitutio	ibid.	Tortura	1014	tio	ibid.
Superbia	ibid.	Transactio	1015	Visitatio	1023
Superstitio	988	Turcia	ibid.	Vnctio extrema	1024
Suspensio	990			Vnio	1026
Suspitio	997	V Agatio	1016	Voluntas	ibid.
Sufurratio	ibid.	Vana gloria	ib.	Votum	1027
		Vasa sacra	ibid.	Vfucapio	1037
T Abellio	998	Vectigal	ibid.	Vfura	ibid.
Tactus	1000	Venatio	1017	Vfusufructus	1033
Talia	ibid.	Venditio	1018	Vxor	1035
Temeritas	ibid.	Verberatio	ibid.		

F I N I S.



REVEREN. PATRIS
FRATRIS BARTHOLOMÆI
Fumi Vill Lauren. Placentini,

P R Æ D I C A T O R I Æ F A M I L I Æ
P R O F E S S O R I S,

P R A V I T A T I S Q V E H Æ R E T I C Æ
Inquisitoris, Auræ Armillæ principium.

D E A B B A T E.

- 1 **A**bbas cuius ætatis, de quo loco, & cuius conditionis eligatur, à quo confirmetur, & benedicatur.
- 2 Abbas pluribus monasteriis præesse non debet.
- 3 Abbas quando officium suum exercere potest.
- 4 Abbas exemptioni suæ renunciare non valet.
- 5 Abbas in monachos suos quam potestatem habeat.
- 6 Abbas quos ordines conferre possit.
- 7 Abbas potest dispensare cum monachis super irregularitate.
- 8 Abbas quæ consecrare valeat.
- 9 Abbas quæ sine consensu sui capituli facere prohibeatur.
- 10 Abbate mortuo quæ officia expirent.
- 11 Abbas quando veniat appellatione monachorum.
- 12 Abbas quarum animarum curam habere, quosque excessus corrigere valeat.



Bbas debet annum vigesimum quintum De elect. incepisse. Clem. Generalem, de ætate & Abb. 1. quali. or. Et esse presbyter. extra cap. tit. c. 1. de in Co. Et à monasterio, cui debet peresse eligi ca. Tr. Sess. Abbatem. 18. q. 2. De eodemq; monasterio, 25. c. 6. si ibi sit persona idonea, eligi, aliàs de aliis quod in monasteriis, eadem q. c. quam fit, & Panni in c. Cum mona- cipit, In sterium. de elect. Non Professus, vel alterius religionis, eligi lecte ione. Sum. Armil. a non

non potest, quamuis postulari. Debet à prælato immediatè superiori confirmari, secundum Host. & ab Episcopo Diocesano benedici, nec ante benedictionem debet ordinari. c. Quoniam videmus. di. 69. Si tamen consuetudo est quod benedicatur, secundum quosdam.

2 ¶ Abbas non potest præesse, vel pertinere simul ad duo monasteria, nisi vnum sit sub alio, vel ad aliud pertineat, De relig. do. c. vlt. in fin.

3 ¶ Abbas potest facere quæ ad officium suum pertinent, si episcopus tertio requisitus cum humilitate, recuset eum benedicere: De sup. negl. præl. c. 1.

4 ¶ Abbas non potest renunciare exemptioni suæ de arbit. cap. cum tempore.

5 ¶ Abbas potest absoluerè monachos suos ab omnibus peccatis, & censuris, nisi specialiter alteri de iure referentur, secundum Innoc. in cap. Nuper. de sent. excom. & Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 2. ar. 1. ql. 1. & Archie. Flo. 3. par. titu. 25. cap. 77. Pan. tamen in c. Monachi. de sent. excom. tenet contrarium, contra communem opi. prædictorum, & aliorum multorum Doct. Sunt etiam inspicienda eorum priuilegia super huiusmodi.

6 ¶ Abbas presbyter, benedictus, vel recusatus ab episcopo, potest conferre omnes ordines minores in suo monasterio, & suis monachis seu illis qui vt efficiantur monachi illuc accesserunt. Omnibus etiam secularibus, super quibus habet quasi episcopalem iurisdictionem, & etiam in alio monasterio, si est inuitatus ab eius Abbate, & illud monasterium sit exemptum potest conferre, aliàs non, secundum

Add. Fel. in c. eam te. de resc. ver. 4. restringuntur. nu. f. d. Ant. post Host. in c. Cum contingat. de æta. & qual. or. Et eadem ratio est de omnibus ordinibus minoribus, secundum Doct. & præcipuè Archid. in c. Quoniam. dist. 69. quia hoc priuilegium latè interpretandum est, quoniam alteri non præiudicat.

7 ¶ Abbas potest dispensare cum monachis super irregularitate, quam recipiendo ordines in excommunicatione, contraxerunt, facti tamen memoriam, vel iuris peritiam non habentes, & si factum non fuit enorme, secundum communiter Doct. in aliis autem irregularitatibus non potest de iure communi, secundum Pan. in c. illorum. de sent. excom. nisi expressè ius commune concedat. Potest etiam dispensare in votis ante religionis ingressum factis, secundum glo. in c. noluit. 33. q. 3. Facta verò in religione, irritare, & annu

& annullare. Vide infra, Votum. §. 7. & 9. Sunt tamen videntia eorum priuilegia super absolutionem, quia multa habet, sed de iure communi hæc dicta sunt.

8 ¶ Abbas potest consecrare ecclesias, vel altare, cæmetarium reconciliare: consecrare oleum ad infirmos, benedicere moniales, consecrare corporalia, benedicere vestes & vasa, calices, & omnia quæ ad Dei cultum appropriantur, si habeat à Papa ex commissione, vel ex iure, vel ex priuilegio, vel ex consuetudine scita, & approbata per Papam: quia hæc non habent actum immediatè circa corpus Christi verum, sed circa corpus mysticum: ideo per Papam possunt sacerdoti committi, quia non sunt stricti ordinis episcopalis. Non tamen potest ex commissione Papæ, ordines sacros conferre, quia hoc circa corpus Christi verum, vel circa eius materiam actum habet immediatè, & est stricti ordinis episcopalis. Hæc eliciuntur ex S. Tho. 4. sen. dif. 7. q. 3. ar. 1. ql. 2. ad 3. & dif. 23. ar. 3. ql. vlt. ex Pe. de Pa. 4. dif. 7. quamuis multi vt Abb. in c. Quanto, de consue. Ang. ver. benedictio. & Ros. versi. eod. diuersa loquantur, quæ adducere longum esset. Multa alia potest iuxta sua priuilegia, quæ essent inspicienda.

Abbat's priuilegia quando cessent vide Concil. Trid. Sess. 23. c. 10.

9 ¶ Abbas, seu alius prælatus, non potest sine consensu capituli officialem generalem cum iurisdictione vt gerat omnia ecclesiæ negotia, tam in iudicio, quàm extra, facere: quia hoc computari potest inter ardua, nec talis potest esse laicus, vt in c. Iudicatum. dist. 89. Et sic intelligitur quod no. Inn. in cap. Edoceri, de rescript.

10 ¶ Abbate mortuo officium prioris claustralis expirat, si ab ipso Abbate fuit institutus, sicut mortuo Episcopo, officium Vicarij expirat, vt no. glo. in cle. si. de procu.

11 ¶ Abbas non venit appellatione monachorum in materia odiosa, licet benè in materia fauorabili, secundum Doct. in cap. fin. de simo.

Appellatione monachorum an veniat conuersi. Fely. in cap. mandato de simo. nu. 2.

12 ¶ Abbas tenetur habere curam animarum sibi commissarum & monasterij, & magna negligentia est mortalis, secundum Glo. in c. Ea quæ de off. Arch. Et corrigere excessus subditorum, vt d. Glo. de re. in c. pen.

DE ABBATISSA.

- 1 *Abbatissa cuius ætatis eligi debeat.*
- 2 *Abbatissa ordinare non potest, nec clauem iurisdictionis, vel*

- 4 *ordinis habere potest.*
- 3 *Abbatissa auctoritas quæ sit post confirmationem in conferendo, & condemnando. 4. 3.*
- 6 *Abbatissa Evangelium legere, prædicare & publicè docere, quando possit.*
- 7 *Abbatissa monialibus in quibus gratificari possit.*
- 8 *Abbatissa electionis forma.*

Con. Tr. nuper statuit ut non eligatur nisi attigerit annum 40. vide Ses. ult. c. 7.

Abbatissa ante trigessimum annum non debet eligi, de elect. in 6. cap. Indemnitatibus. Antiquitus tamen debebat esse sexagenaria, c. Iuenculas 20. q. 1. sec^o si postuletur. Et dicit Tho. 1. Thimo. 5. ordinatū esse, quod iuenculæ fiat Abbatissæ. Debet etiam esse professa ordinem regularem.

2 ¶ Abbatissa non potest ordinare, nec clauem iurisdictionis vel ordinis habere, sed ei committitur aliquis usus clauium sicut corrigere mulieres subditas, secundum Tho. 4. sent. dist. 19. ar. 2. Et di. 25. q. 2. ar. 1. quol. 1. Ad secundum, dicit, quod Abbatissæ non habent prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione, propter periculum cohabitationis virorum.

3 ¶ Abbatissa post confirmationem, potest conferre ecclesias, beneficia, instituere clericos in ecclesiis ad suum monasterium pertinentibus, quæ sunt sibi pleno iure subiectæ, quo ad temporalia, & spiritualia, secundum Pan. c. Dilecta, de ma. & obed. Et sic videntur capax huius iurisdictionis spiritualis, Quod intellige ex commissione, & non ex ordinaria potestate, non dat tamen auctoritatem absoluendi vel alia quæ sunt clauium, quarum capax mulier non est.

4 ¶ Abbatissa potest aliquo modo suspendere ab officio, beneficio, & ordine, puta subiectis, præcipiendo ne celebrent, donec satisfecerint, & similia. Non tamen propriè potest suspendere, ita ut contrafacientes irregularitatem incurrant. Pan. in c. Dilecta, de maio. & obe. & cap. Meminimus, de accu.

5 ¶ Abbatissa licet non possit excommunicare, nec ab excommunicatione absoluere, ut in d. c. Dilecta, tamen secundum Rod. ut recitat Asten, lib. 6. tit. 26. suis presbyteris potest præcipere ut excommunicent, & absoluant moniales delinquentes, & illi tenentur obedire, si tamen hoc habeat ex concessione speciali, vel generali Episcopi, vel Papæ, si sit exempta, vel ex antiqua, & approbata consuetudine. Infra, Excommunicatio. §. 24.

6 ¶ Ab

6 ¶ Abbatissa potest in matutinis Euangelium legere, non tamen in missa, nec prædicare, aut publicè docere, secundum Glo. in c. Noua de pœni. & re. Potest tamen suas moniales & sibi subditos monere & hortari. Non potest velare moniales. 20. q. 2. c. Statuimus. Non debet loqui cum aliquo solario ad loquendum solas, secundum Archie. quia par, immo maior ratio est.

7 ¶ Abbatissa potest permittere monialibus, ut victum, & lucra, quæ, & quæ manibus acquirunt, in proprios, & necessarios usus conuertant. no. Pan. c. Edoceri. de rescri. & Io. An. in c. Cum ad monasterium, de statu re.

8 ¶ In electione Abbatissæ debent seruari formam. Quia pp. de elect. Vide ibi Dominicum de Sanct. Gemi. & in cap. Indemnitatibus. §. Saue, eod. tit. lib. 6. cum ibi dicatur via scrutiniij, & subdit aliud speciale in electione Abbatissæ, quia potest fieri accessus, recedendo ab vna electione, transeundo ad aliam, sicut in electione Papæ: debet tamen fieri ante quam diuertant ad actus extraneos, earum tamen decreta, & priuilegia (si qua habent) debent inspici, & seruari. Qui verò ad dirigendum eas in huiusmodi electionibus, quomodo incurrant excommunicationem, nisi abstineant ab his, per quæ discordia possit oriri, vide infra, Excommunicationem, §. 88.

DE ABORSU.

- 1 *Aborsus inter maleficia computatur.*
- 2 *Aborsum procurare ante non liceat, & eius pœna.*
- 3 *Tempus animationis in masculo, & femina quod sit.*
- 4 *Aborsus procurati pœna.*

ABorsus inter maleficia computatur, & est contra naturam, quia etiam bruta foetum expectant: ideo procurans aborsum voluntariè, si foetus formatus est anima rationabili, verè est homicida, mortalitèrque peccat. Et si sequitur effectus, irregularis est, secundum Tho. 4. sen. dist. 3. i. in littera. Si autem foetus non viuebat anima rationali, licet mortalitèr peccet, non tamen efficitur irregularis. Facit ad hoc c. aliquando. 32. q. 2. Aliis autem pœnis secundum leges ciuiles tales puniuntur.

2 ¶ Dare medicinam prægnantibus ut abortiantur, ad præfer

Aborsus quando non est homicidium.

Non debemus vni nocere, vt alteri iuuetur.

preferuandum eas à morte, secundum Ioan. de Neap. in rō quol. si fœtus est animatus anima rationali, non licet sine mortali. Non enim debemus vni nocere, vt alter iuuetur. Si verò nondum erat tali anima viuens, licet dare talem medicinam, vt mulierem prægnantem à more liberet, quia licet impediatur talem animationem, non tamē est causa mortis hominis. Si tamen res dubia esset, videretur mortaliter peccare, secundum Arc. Flo.

3 ¶ Tempus aīationis in masculo, est spatium dierum 40. in foemina verò, 80. vel circa. Pa. c. Siquis, de homi.

4 ¶ Pœnæ corporales, procuratiū abortum cū effectu ponuntur. ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. quia abortionis.

DE ABROGATIONE.

1 *Abrogare quid sit.*

2 *Abrogari potest legi multipliciter.*

A brogare est destruere, vel in totum delere, vnde lex abrogata, id est, in totum sublata, vel destruita.

1 ¶ Derogatur autem legi multipliciter. Primò, contraria consuetudine, que est nota principi. dist. 4. §. Leges Secundò, contraria constitutione. 31. dist. c. Ante triennium. Tertio, cessatione causæ c. Neophylus 61. dist. Quartò locorum varietate. c. Alter. 31. dist. Quintò nimio rigore canonis 31. dist. c. Fraternitatis. Sextò, propter malum inde sequens. dist. 63. §. verum Summistæ ad tria reducunt videlicet propter consuetudinem, propter disparem temporum successionem, & propter emergentia mala, de quibus Th. 12. quæst. 97. ar. 1. 2. 3. Hæc intellige de legibus humanis tantum.

DE ABSENTE.

1 *Absentes quando vocandi sint, & in quibus actibus, & quando possint tales actus retractare, nu. 2. 3. & ibidem, qui dicantur absentes.*

2 *Absentare se non debet prelati ab ecclesia sine causa, nec maritus ab vxore, & quid de Ambasciatoribus dolosè absentibus.*

A bsentes sine eorum culpa, vt quia sunt exules, vel timent potentiam tyranni, vocandi sunt, vt saltem constituent procuratorem. Inn. in: capit. 2. de no. op. nūn.

2 ¶ Absens si ab vniuersitate contemnatur in actibus, in quibus debet vocari, vel legitimè non vocetur, debet ad eius petitionem actus retractari, quia legitimè gestus non est,

est, de ele. c. Bonæ memoriæ, cl. 2. Idem sentit Bat. in l. Omnes populi. ff. de iust. & iure.

3 ¶ Absentes vocandi sunt in actu electionis, vbi hoc dicitur consuetudo, vt no. gl. in c. 2. de test. in 6. Item in cessatione à diuinis, vt c. si canonici, de off. ord. in 6. In collatione prebendarum, vt in cap. Cum in ecclesiis, de prebend. in 6. In aliis casibus rfr. non sunt vocandi. Et dicuntur absentes, qui non faciunt residentiam in loco vbi est ecclesia, vt in c. Hoc ius porrectum. 10. q. 2. Sed vbi occurreret casus similis in pondere prædictis tribus deberent absentes vocari, propter identitatem rationis, vt in c. Cum dilecta, de confirm. vti. vel inutil.

4 ¶ Absentare se ab ecclesia sine rationabili causa non debet prelati, vt in c. ne pro defectu, de ele. Nec maritus ab vxore, cum non habeat sui corporis potestatem. no. in c. manifestum. 33. q. 5. nisi propter votum subsidij terræ sanctæ. c. ex multa, de vo. Ambasciatores dolosè absentes plusquam expediat, vel ex sua voluntate peccant & tenentur restituere expensas mittenti. l. Qui data. ff. ex. qui. cau. ma.

Con. Tri. Sess. 23. cap. 1.

DE ABSOLVTIONE.

1 *Absolutio quid sit.*

2 *Absolutio ordinis cui sit de necessitate salutis.*

3 *Absoluere quis possit.*

4 *Absolutionis forma in quo consistat.*

5 *Absolutio ab excommunicatione debet precedere absolutio- nem à peccatis.*

6 *Absolutio non debet esse conditionalis, & nu. 56.*

7 *Absolutio ante satisfactionem tenet, dummodo precedat in preparatione animi.*

8 *Absoluere non potest vnus, & alter.*

9 *Absolui quomodo possit quis habens aliqua peccata, & quædam non.*

10 *In articulo mortis quilibet potest peccata audire, non tamen absoluere, & nu. 14. secus in excommunicatione.*

11 *Absolutio à proprio sacerdote obtineri debet, multi autem sunt proprii sacerdotes, nu. 12. 13.*

15 *Confessorem sibi eligere qui possint.*

16 *Absolutionis actus excommunicatis & interdictis committi non potest.*

17 *Vagabundi cui consiteantur.*

18 *Presbyteri omnes inferiores Episcopi cui consiteantur.*

- 19 *Casus plures in quibus alteri quam proprio sacerdoti confiteri licet.*
- 20 *Confessorem quis sibi eligere non potest sine licentia sui superioris.*
- 21 *Parochus credere tenetur asserenti se alteri esse confessum.*
- 22 *Fratres predicatores quam autoritatem habeant in audientis confessionibus. & nu. 23. 24. 25. 26. 27.*
- 28 *Parochus tenetur audire eum, qui etiam pluries in anno debet de precepto confiteri.*
- 29 *Habens licentiam confitendi cui vult ab episcopo, an possit ea semper uti, & an tunc poterit absolui a reservatis. n. 30.*
- 31 *Confessio facta cum excommunicato, an & quando teneat.*
- 32 *Absoluere ab excommunicatione, vel excommunicare qui possint. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.*
- 41 *Priores provinciales & conuentuales quomodo absoluere possint subditos suos.*
- 42 *Qui potest ligare, potest & soluere, & hoc ordinariè fallit tamen 43. 44. 45. 56. 47. 48. 49.*
Absoluere non potest archiepiscopus a sententia sui suffraganei, nec aliorum inferiorum, qui non sunt de sua diocesi.
- 51 *Absoluere potest episcopus excommunicatum a suo inferiori, puta Archidiacono.*
- 52 *Absoluere non potest episcopus a se excommunicatus extra suam diocesim, quando requiritur causa cognitio.*
- 53 *Participans in crimine a quo absolui possit.*
- 54 *Inuitus quis absolui & excommunicari quandoque potest.*
- 55 *Absolutio contra ius tertij quando teneat.*
- 56 *Absolutio quoad formam debet esse sine conditione de futuro.*
- 57 *Absoluendus a maiori excommunicatione debet iurare stare mandatis ecclesie.*
- 58 *Absolutionis ceremonie quemadmodum seruande remissionis. 59.*
- 60 *Absolutio ab excommunicatione non requirit aliquam determinatam verborum formam, item nec a suspensione vel interdicto, nu. 67. necessarium est tamen aliquod verbum denotans absolutionem. 63.*
- 61 *Absoluens rationabilia mandare debet.*
- 62 *Excommunicatus defunctus quando exhumari debet, si fuerit in loco sacro sepultus, & an possit ad hunc effectum absolui, nu. 70.*
- 64 *Absolutus ab vna excommunicatione, si plures habet, non intelligitur absoluitus ab alijs*

- 65 *Absolutio obtenta ex falsa causa non tenet.*
- 66 *Dubitans de excommunicatione vel de absolutione si adest commoditas absoluentis debent petere absolutionem ad cautelam.*
- 68 *Percutiens regularem eiusdem vel alterius monasterij, a quo absoluitur.*
- 69 *Excommunicatus receptus in religione & ea causa absoluitus, intelligitur si perseverauerit.*
- 71 *Absolutio a culpa & a pena qua sit.*

Absolutio idem est quod vinculi ruptio, vel remotio impedimenti. Sed relicta absolutione corporali, de spirituali loquamur, quae est duplex idest iurisdictionis, & ordinis, & de ista scilicet ordinis, primo ddm est. 2 ¶ Absolutio ordinis, est de necessitate salutis illi qui in peccatum mortale cecidit, quia per hoc sacramentum fit pariceps passionis Christi, cuius virtute omne peccatum dimittitur, secundum Th. 4. sent. di. 18. quaest. 2. artic. 2. ql. 1. di. 17. quaest. 3. artic. 1. ql. 1. In articulo necessitatis, sufficit absolutio in voto, vt dicit idem Th. 4. senten. dist. 5. quaest. 2. artic. 1. ql. 2. ad secundum.

3 ¶ Absoluere potest solus sacerdos, & omnis sacerdos est capax huius potestatis, secundum eundem, vbi supra, vbi dicit, quod non est haec absolutio de lege naturae, sed diuina a Christo instituta.

4 ¶ Forma huius sacri, (consistit vt in Concilio Florentino sub Eugenio legitur) in his verbis, Ego te absoluo. Nec aliud de necessitate requirit. Th. 3. par. q. 84. ar. 3. 1. y Ego non est de necessitate, sicut nec in forma baptismi, quia subintelligitur in ly Absoluo, secundum Caie. in summa, ver. Absolutio. Neque impositio manuum super caput est necessaria. Est et decens dicere illud, Dñs noster Iesus Christus, & c. Et illud Passio domini nostri, & c. secundum Caie. ibi. Et si absolvens, dicat nos absoluius te, vel vos ca honoris sessionis in absolutione non est necessaria.

5 ¶ Absolui debet q prius ab excommunicatione minori, & maiori, si est ligatus quam a peccatis, vt fere omnes theologici dicunt & praecipue Th. 4. sent. di. 19. q. a vlt. q. 2. ad 2. quia quandiu quis est excommunicatus, non potest recipere aliquid ecclesiae sacramentum. Hanc opinionem sequitur Pe. de Pa. 4. distin. 17. q. 6. in conclusio. 2. vbi ex-

Con. Tr.
Sess. 14.
ca. 3. & 6
& ibi ca.

none 9.

Ego pro-

nomen in

absolutio-

ne an sit

de necessi-

tate Ma-

nus impo-

sitio in ab-

solutione

non est ne-

cessaria.

*excommu-
nicationi
ignorans;
quādo te-
netur rei-
terare cō-
fessionē.*

preſſe dicit, quod excommunicatus, etiam ignorans ſuam
excommunicationem, tenetur reiterare confeſſionem poſt
ignorans; abſolutionem, quando ei innotefcit, quia talis abſolutio
nulla fuit: ſicut ſi eligeretur etiam ignoranter, electio nulla
eſſet. Hoc idem tenet Arc. Flo. & cōmuniter omnes, & qui
oppositum facit mortaliter peccat, quia cōtra legem agit,
de ſent. exco. A nobis el. 2. & quia participat cum excom-
municato in ſacramento. 24. q. 1. c. Quicumque. Caie. ta-
men verſi Abſolutio, videtur tenere contrarium. Dicit enim
primò, quod abſolutio ab excommunicato ſuſcepta non
tenet quantum ad præſentem fructum, & ſacrilegium ab-
ſoluens committit. Secundò, quod ſi excommunicatus reci-
pit abſolutionem ignoranter, tali videlicet ignorantia,
quæ poteſt excuſare, vt puta iuris, vel facti, & eſt verè pœ-
nitens: tenet abſolutio, etiam quantum ad præſentem fru-
ctum & licet teneatur poſtmodum quærere, & obtinere
abſolutionem ab excommunicatione, nō tamē à peccatis.
& ppea dicit, poteris multos ſcrupuloſos conſolari. Hoc di-
rectè eſt contra Pe. de Pa. vbi ſuprà. Tertiò dicit, q̄ abſolu-
tio impenſa excōicato, tenet quia licet ſit iure prohibita &
illicita, non tamen dicitur q̄ ſit nulla. Affertq̄ ſimilitudinē
de excōicato ordines ſuſcipiente, quia licet peccet ordo tñ
tenet. A ſimili de ſac̄o. penitentia. Et dicit quod licet tunc
abſolutus non recipiat penitentia effectum, quia perſeue-
rat in peccato, tamē recedente peccato habebit effectum.
Hæc opinio videtur eſſe contra S. T. qui dicit, quod excō-
municatus non poteſt abſolui à peccatis, tamen non dicit

*Poſſe ali-
quis dici-
tur, quòd
iure, & ri-
tè poteſt.*

Tho. quod ſi abſoluatur non teneat abſolutio: multa enim
non poſſunt fieri ſcilicet de iure, quæ ſi fiant, tenent. Qui ex-
go dicunt non poſſe abſolui, intelligunt de iure, vel ſine
peccato mortali, quia illa dicimur, poſſe, quæ de iure, &
rite poſſumus. Propterea licet hæc opinio ſit contra Pet. de
Pa. & Archie. non tamen video quòd ſit contra Tho. Secu-
rior tamen eſt prima opinio.

*Abſolu-
conditio-
tionatano
eſt ſim-
pliciter
abſolutio.*

6 ¶ Abſolutio facta ſub conditione de futuro non tenet, vt
puta, ſi ſolueris decem, quia talis non eſt ſimplicitè abſo-
lutus: de re. iu. libr. 6. c. Actus, Secus de præterito, quia non
eſt propriè conditio, ſecundum Pan. in cap. de quibus de
baptif. Conditio enim de futuro, ſuſpendit actum vſque ad
aduentum conditionis, & ex conſequenti, cum deſiciant
verba prolata adueniente conditione, non poterant ope-
rari. Nec ſub ratihabitione tenent quia res pendet, licet

voce

voce fiat poteſt enim irritari. Conſtat enim non eſſe in
ptate abſoluentis conferre nunc ſac̄um, & ſuſpendere ef-
fectum illius in tempus futura ratificationis, ſecundum
Caie. tan. ibi & exponere diſcrimini, vt ſit nullum ſi irritetur.
Nec debet fieri ſub conditione de præſenti, vt dicendo,
ſi promittis reſtituere, vel ſuperiori te præſentare, ego te
abſoluo. Ficta tamen non extante conditione, tenet, ſi ta-
men dubitat de abſolutione, poteſt abſoluere hoc modo,
Si non es abſolutus, ego te abſoluo, ſicut de baptizante.
Quòd ſi reiteret abſolutionē, niſi hoc modo peccat, iniu-
riam faciens ſac̄o. Vnde ſi alicui ſit commiſſa à ſuperiore
ptas abſoluendi ab aliquibus caſibus reſeruatis, ſub aliqua
conditione, vt puta quòd faciat talem eleemoſynam, de-
bet pœnitentiam talem, per iam acceptantem abſoluere
ſimplicitè, & abſolutè, quia nulla commiſſio poteſt alte-
rare formam ſacramenti, ſecundum Caie. tan. ibid. Et ſi
hoc non facit pœnitens, peccat quidem, non tamen tene-
tur reiterare confeſſionem: quia vere fuit abſolutus, ſed de
hoc peccato confiteri. Per hoc patet opinionem quàm re-
citatur Roſe. in ver. Abſolutio, §. quæ dicit, quod prælatus po-
teſt committere ea que ad ipſum pertinent ſub hac condi-
tione, videlicet, Committo tibi audire confeſſiones, & ab-
ſoluere de talibus caſibus quando abſens fuero, ſub tali
conditione, quod mihi eadem confiteantur, quando fuero
reuerſus, non eſſe ſecuram: quam non proſequor, quia ſuf-
ficiunt rationes adductæ.

7 ¶ Abſoluere pōt ſacerdos ante ſatisfactionē, & iniunctio-
nē pœnitentiæ dūmodo ſatisfactio præcedat in præpara-
tione animi, aliter non eſt capax abſolutionis, vt habetur
in gloſ. in ver. Audire per clem. dudum, de ſepul. Melius
tamen eſt, vt imponatur prius pœnitentia, quàm ſi acce-
ptet, abſoluat. Si autem acceptare nolit, quid fiet vide infra,
Confeſſio. §. 29. Satisfactio. §. 2.

8 ¶ Abſoluere non poteſt vnus, & alius audire, ne ſacra-
mentum diuidatur: Ar. ca. quorundam, 23. di. Secus eſſet in
foro exteriori. l. in excōicatione. Neque plures in foro pñic
ſimul abſoluere, neque abſolui, eadem ratione poſſunt.

9 ¶ Quando quis habet multa peccata, quædam reſeruata,
quædam non debet omnia vni ſacerdoti confiteri, vt con-
feſſio ſit integra, & hic abſoluet à quibus poterit, de aliis
verò ad ſuperiorem remittet, cui dicet ſe confeſſum omnia
peccata, ſed de talibus non potuiſſe abſolui, ideo pe-
tere

*Pœnitenti-
am im-
ponere an-
te vel
poſt abſo-
lutionem.*

*Melius
eſt vt pœ-
nitentia
impona-
tur ante
abſolutio-
nem, quàm
poſt.*

tere

tere absolutionem. Sed melius est quòd primò vadat ad superiore[m], & petat licentiam vt possit absolui, & ob tenta. l. c.ia, confiteatur de omnibus. Hæc elicitur à Tho. 4. Sen. dist. 17. q. 3. art. 4. vol. 2. ad 4. Et hunc vsum seruat Ecclesia secundum Pe. de Pa. art. 33. q. 2. cap. Latorem. Quod si absoluerit ab omnibus sacerdos, etiam de quibus nō potest, non est absolutus, nisi de his de quibus potuit, de aliis si à superiori fuerit absolutus, non tenetur amplius reconfiteri, neq; redire ad primum, quia non vitiatur vtile per inutile, nec

Vtile per inutile nō vitatur. oportet quòd omnia confiteatur secundo, si omnia confessus est primo.

10 ¶ Si solus sacerdos, secundum Thom. 4. Sen. di. 17. q. 3. ar. 3. ql. 1. potest absolueri in foro principali, sequitur quòd non sacerdos, & si in articulo mortis possit audire, non tamen absolueri à peccatis, secus de excommunicatione, vt infra. §. 39. & si absoluat vt sacerdos, secundum aliquos est irregularis, sicut si celebrat. Hoc tamen est dubium, quia non est expressum in iure, sicut de celebrante, ideo non videtur irregularis. cap. Is quibus, de sent. excom. lib. 6. Infra, Irregularitas. §. 65. 66.

Ordo, non iurisdictio ad absolutionem requiritur. 11 ¶ Absolutio à proprio sacerdote obtinenda est, quia ad absolutionem non sufficit ordo, sed requiritur iurisdictio, vt per c. Omnis vtriusque de pœ. & re. Et quilibet sacerdos potest audire, & absolueri de licentia Papæ vel Episcopi, etiam contra voluntatem proprii sacerdotis parochialis, secundum Thom. ql. 11. art. 31. Vnde dicentes quòd confitentes fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata reconfiteri proprio sacerdoti, quòd Romanus Pontifex stante statuto. c. Omnis vtriusque sexus, de pœn. & re. non potest facere quòd parochiani non confiteantur peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, id est, suo curato, immò quòd Deus hoc non potest facere, & quòd Papa non potest dare licentiam generalem, seu potestatem audiendi confessiones, sunt condemnati tanquam hæretici, in extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, Vas electionis, &c.

Sacerdos proprius quis sit. 12 ¶ Multi sunt proprii sacerdotes, vt dicit Pa. in dict. cap. Omnis. vers. Proprio sacerdoti. sed quia hodie sunt quasi infiniti religiosi, qui per priuilegia possunt audire & absolueri non me extendam vltra.

13 ¶ In articulo necessitatis quilibet sacerdos dicitur proprius, quando probabiliter imminet mortis periculum, & aliquis

aliquis de propriis sacerdotibus haberi non potest, qui sacerdos potest quemlibet de quolibet peccato audire, & absolueri, & de omni excommunicatione, vt tenet gloss. in c. Pastoralis. de off. or. quam sequuntur, communiter Doct. ita quòd de prædictis peccatis non oportet amplius reconfiteri, nec absolui, nec etiam de excommunicationibus quantumcunque reseruatis, secundum Inn. in c. nuper, de sen. exc. De excommunicatione tamen post euasionem periculi, oportet se præsentare ei qui poterat absolueri, non vt absoluat, sed ne reincidat, vt in cap. eos. de sent. exc. in 6. & secundum Archie. 3. parte tit. 14. c. 18. conditione 15. Et hoc intellige de quolibet sacerdote, siue sit præcisus, hæreticus, suspensus, vel excommunicatus, dummodo intendat absolueri, & non sit periculum subuersionis; quia necessitas legis positivæ non subiacer, & propter characterem semper est sacerdos. Articulus autem necessitatis extremæ, est, quando vt in pluribus accidit mors, & superior, qui possit absolueri non adest, gloss. in c. Pastoralis. de off. or. Et hic nomine casuum non veniunt dispensationes vel commutationes, quæ non sunt peccata.

14 ¶ In articulo necessitatis deficiente sacerdote, potest quis laico confiteri, non tamen (secundum veriore[m] opinio.) teneri, & secundum Arch. 3. parte. tit. 24. cap. 18. post Gul. & Per. de Pal. bene tamen facit si confiteatur, quia hæc confessio ex desiderio sacerdotis est quasi sacramentalis, secundum Thom. 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 3. quol. 2. Tamen si euadit oportet postmodum sacerdoti verò confiteri de eisdem, vt sacramentum sit perfectum, secundum eundem. An autem possit laicus absolueri ab excommunicatione, vide infra. §. 39.

15 ¶ Prælati exempti, vt Abbates, Priores, guardiani, ministri, vicarij, generales, qui superiore in domo non habent, possunt sibi eligere confessorem, sicut Episcopi, Car. autem, non Episcopi, neque legati, non neque Priores, seu Abbates. Et supradicti possunt absolui ab omnibus Papæ non reseruatis vbicunque sint. Hæc omnia probantur in cap. vlt. de pœ. & rem. & rationem adducit Tho. 4. sent. dist. 17, vbi sup. quia prælaris dispensare sacramenta incumbit, ideo mundi esse debent. Omnis sacerdos proprius, qui iure ordinario potest confessiones audire, quia habet causam meri imperij, potest committere audientiam confessionis, secundum Pet. de Pal. 4. dist. 17. & quilibet per electionem, & confirmationem

Necessitas legis positivæ non subiacer.

tionem habens curam animarum, quia est ordinarius, secundum Pan. cap. cum ab ecclesiarum. de off. ord. potest dare licentiam cuilibet subdito suae curae.

*Regulares
non possunt
absolvere
nisi à præ-
latis ad-
missi.*

16 ¶ Absolutionis actus non potest committi excommunicatis, suspensis, & interdictis, nisi prius impedimentum auferatur, quia executionem ordinis penitentialis non habent, nisi in periculo mortis, vt §. 12. §. secundum Pan. in d. c. omnis. Neque religiosis, sine licentia suorum superiorum: quia non habent velle, neque nolle, etiam si Papa alicui daret licentiam posse eligere in confessorem quem vellet religiosum, dummodo non nominaret aliquem in particulari, non deberet religiosus sine licentia prælati sui eum absolvere, si tamen absolueret, teneret absolutio, licet malè faceret. Quando autem sunt habilitati à prælatis, potest eis committi.

*Vagabundi
qui sint
habetur
in l. 4. §.
prætor
ait. ff. de
dam. in-
fec. quo-
modo co-
ueniatur
habetur
in cap. si
extra de
for. comp.
in glo. 1.*

17 ¶ Vagabundi, qui non habent domicilium certum, vel habitationem, vel si habitationem habent cum vxore & filiis, continuè tamen sunt in motu, vt in pluribus, ita quòd etiam in Paschate consueuerunt inueniri extra, hi cui volùt possunt confiteri, non enim est maior ratio de vno, quàm de alio, cum nulli sunt subiecti, secundum Archid. & Caiet. ver. Absolutio.

18 ¶ Presbyteri omnes inferiores Episcopis, qui non sunt prælati exempti, debent confiteri suis prælatis, vel alteri de eorù licentia: & vnus sacerdos parochialis non potest alium absolvere, secundum Gul. sine licentia superioris, generali, vel speciali, tacita vel expressa. Et si Episcopus scit, & tacet, videtur approbare.

19 ¶ Casus in quibus alteri quàm proprio sacerdoti licet confiteri, sunt plures. Primus si proprius sacerdos non sit idoneus, quia tenetur quærere sufficientem. cap. qui vult. de pœ. dist. 6. & Thom. 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 3. Causæ autè per quas scitur quòd sit minùs idoneus, sunt, si est confessionis reuelator, & sollicitator ad malum, ignorans, & confitens supplere non potest. Si probabiliter imminet periculum, vel confitenti, vel confessori. Si ad peccatum, quod vult confiteri est pronus, vel contra ipsum est commissum. Si est excommunicatus, hæreticus, suspensus, vel huiusmodi, secundum Host. Si imminet aliquid, ex quo melius esset nõ confiteri ei, & tunc recurrere debet ad superiorem licentiam alteri confitendi petere, & obtinere, quod si non vult dare, & superiorem non potest adire, alteri cõfiteatur, de pœ. d. 6. c.

Sacerdos.

Sacerdos. Et secundum Pet. de Pal. sufficit petisse. c. Licet. de regularibus. Ideò malè faciunt prælati, qui sine rationabili causa sunt difficiles ad dandum licentiam, secundum Th. 4. vbi §. Caueant tamen confitentes, ne decipiant seipfos, dicendo, Habebit me suspectum, non habebit bonam opinionem de me. &c. quoniam hæc non esset sufficiens causa alterum adeundi. Alios casus ponit Thom. 4. sent. dist. 21. in littera, videlicet de vagabundis, &c.

20 ¶ Ex consuetudine non potest introduci, vt quis licentia sui superioris expressa, vel tacita, ad libitum possit sibi eligere confessorem, vt in c. si Episcopus de pœ. & re. lib. 6. Pan. in c. Conquerenti, de off. or. intelligit quòd ad subditos simplices, aliter quoad cõstitutos in dignitate, quia nomen dignitatis posset præscribere hanc curam, & fieret proprius sacerdos post præscriptionem.

21 ¶ Parochialis sacerdos, dicenti se fuisse alteri cõfessum, & absolutum, quo ad forum pñale tenetur credere, nec p̄t ei eucharistiam negare, secundum Thom. 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 3. q. 1. 5. ad secundum, & in ql. 1. ar. 12. Secus in foro iudiciali, vt si constabat de excommunicatione, & dicat se absolutum, non creditur, nisi probet, & iustè Eucharistia negatur. Idem in 4. vbi supra, & Pet. de Pal. Credere etiam tenetur dicenti se habere licentiam confitendi, & recipiendi communionem, quia nemo debet censei immemor propriae salutis, nisi de opposito constet.

22 ¶ Fratres prædicatores præsentati à suo prælato Episcopo vel qui habentur pro præsentatis, expositi à suo prælato, habent priuilegia, & gratias in audiendo confessionem, ac si per omnia fuissent præsentati secundum formam Cle. Dudum ex gratia Sixti iiii. Qui fratres ex gratia Pij secundi possunt audire, & absolvere quoscunque, & vndecunque venientes seculares. Et si Episcopus humiliter requisitus, non vult dare licentiam, tunc ipso iure prælatus potest dictos fratres exponere. Si contendit de numero, requiratur arbitrium boni viri, si vult minuere consuetù, videtur quòd non possit, secundum Gl.

23 ¶ Confessores tales deputati, si simpliciter deputentur durant etiam post mortem Episcopi: secus si deputentur vique ad beneplacitum. cap. Gratosè de rescript. lib. 6. Hæc secundum Calend. Nec potest nisi simpliciter deputate inuitis fratribus, quia est autoritas papalis, quæ durat. Et sic deputati, alteri committere non possunt, secundum

*Vide hic
Conc. Tri.
Sess. 23. c.
14.*

*Regulares
prædica-
tores, quæ
authorita-
tem ha-
bebant in
audienda
confessio-
ne.*

secundum Cal. quia habent tantum nudum ministerium, & in hoc à parochianis differunt: nec possunt audire nisi in diocesis in quibus sunt expositi. Et in hoc, etiam differentes sunt, ab ordinariis, qui suos subditos ubique audire possunt, quia in his, quæ fiunt, sine strepitu, & sub silentio nullius territorium læditur, Pa. in capite. Cum cõtingat, de foro competenti.

24 ¶ Quamuis prædicti fratres possint audire venientes de alia diocesi, in qua non sunt expositi per priuilegium Pij secundi, non tamen religiosos, qui habent priuilegiũ, quod non possunt absolui, nisi à suis prælaris, sicut habent fratres Prædicatores olim congregationis Lombardiæ, nam si aliorum prædic. quibus priuilegijs gaudeant. quæ licentiæ erant, sunt reuocatae per Alex. sextum. † In Clementinis. li. 3. tit. 7. Dudum. Prædicatores olim congregationis Lombardiæ, nam si aliorum prædic. quibus priuilegijs gaudeant. quæ licentiæ erant, sunt reuocatae per Alex. sextum. †

25 ¶ Episcopus admittat fratres sine solennitate sub hac conditione, taliter tamen, ac sic esset seruata, eandem auctoritatem habent, ac si ipsa esset seruata. Si verò concedit simpliciter licentiam audiendi confessiones, tunc non possunt absolui nisi in quantum Episcopus eis concedit, & possent sibi reseruare quos casus vellet, quia tunc non absoluerent, auctoritate d. Cle. Dudum, sed ex mera commissione Episcopi. Prælati ergo debent esse cauti, vt faciant fratres acceptari, secundum formam d. c. Dudum. Fratres tamen olim congregationis Lombardiæ ordi. præd. habebant gratiam, quod acceptati à prælaris habebunt omnes gratias, & priuilegia, in audientia confessionum, ac si essent presentati, secundum dictam formam c. Dudum, quam gratiam Magister Io. de Tabia, dicit se vidisse Authenticam, ver. Absolutio. §. 34. in fine Sup. §. 22.

26 ¶ Fratres qui habentur pro presentibus, secundum dictam formam Clem. Dudum, ab omnibus casibus absolui possunt, exceptis præcisè reseruariis Episcopo, vel superiori in iure quantumcunque reseruentur Episcopo ex consuetudine vel constitutione, vel beneplacito alij casus. Hanc opinionem videtur fundasse Gul. Spe. & Io. de Lig. efficaciter prosequutus est, in c. Omnis. de pæn. & re. Et sequitur Pa. & rationabiliter, quia gratiam, quam concedit, Papa, videlicet absolui posse ab omnibus, nisi reseruentur à iure, reuocare, vel arctare non potest inferior, vt in c. Inferior. di. 21. Ista enim concessio non est episcopalis, sed papalis. Ipsi namque nudum præbent mysterium, quod patet, quia si nollet concedere, nihilominus dicti fratres haberent, ideo hæc opinio securè tenenda est, & practicanda, sicut tenent

Sil.

Sil. ver. Confes. 2. §. 5. & Tab. ver. Dispensatio. §. 15. nisi quando casui, per constitutionem esset annexa excommunicatio, reseruata diocetano, vel superiori, vt dicitur hic infra, an. l. possint. Qui ante sint casus de iure reseruati, infra, Casus. §. 5.

27 ¶ Fratres prædicatores habent ex gratia, omnes gratias & priuilegia, quæ habent omnes aliæ religiones in genere, & in specie, vt patet per breue directũ magistro Th. Caiet. quod incipit, Cum inter cæteros, quod vidi, & legi. Et magistro Georgio de Casal. Leo Papa X. presente fratre Aug. de Brixia dicto Mauro, & fratre Aug. Iustiniano de Genua, Anno M. D. X I I. die X I I. Aprilis. viux vocis oraculo, concessit omnia priuilegia, & singularia, & omnes, & singulas gratias, quæ & quas, habent omnes cõgregationes de obseruantia in Italia, & hoc in foro consciæ. Cum ergo canonici regulares habeant ab Eug. 4. quod deputati ad audientiam confessionum, possunt absolui omnes ad se venientes, ab aliis, licentia superiorum, ab omnibus & singulis peccatis, & quibuscunque, suspensionum, vel excommunicationum sententiis aliisque censuris & pœnis ecclesiasticis, quas à iure, vel ab homine latas incurrisse quomodolibet, censentur, prout Episcopi, & ordinarij locorum ex ordinaria iurisdictione possunt, & in votis commutare, dummodo nõ sint posita in iudicio, & propter hoc sedes apostolica consulenda non esset, & eis in suis ecclesiis sacramentum eucharistiæ ministrare, excepto festo Paschæ. Similem gratiam habent monachi congregationis S. Iustinae, & vt quidam tenent, minimi minorum, quorum priuilegia participant fratres prædicat. per dictam gratiam concessam Magistro Tho. Caiet. constat quod fratres prædicat. eadem possunt, dummodo non reuocentur. Multa sunt priuilegia aliorum, quæ forent inspicienda. Vnde patet, quod est magna eorum auctoritas, tamen cautè, & cum grano salis ambulandum est. Vide infra, quid de iure possunt, ver. Casus. §. 7.

28 ¶ Quando aliquis tenetur de præcepto confiteri, etiam pluries in anno, parochialis sacerdos tenetur eum audire, secundum Ric. 4. dist. 18. Secus si non tenetur confiteri. Et quando proprius sacerdos non vult eum audire, potest alium adire sufficientem, qui poterit eum absolui, à quibus poterat parochianus. Dum enim non vult audire, videtur ei licentiam dare, nisi ad alium particulariter eum mitteret. Ex hoc consequitur, quod qui non sunt parochiales, non

b

tenen

*Fratres
Prædicatores
habent omnes
alias gratias,
& priuilegia
quas habent
omnes aliæ
Religiones
in genere
& in specie.*

*Monachi
Sancæ
Iustinae
quibus priuilegijs
gaudeant.*

tenentur audire confessiones, nisi quantum caritas eos strin-
git, sicut nec ipsi tenentur eis confiteri.

*Casuum
nomine
non ve-
niunt nisi
peccata.*

29 ¶ An habens licentiam generalem confitendi ab Epi-
scopo, cui vult, possit semper ea vti. Responderetur, Si datur
ad beneplacitum, mortuo concedente expirat, vel amoto.
si autem ad beneplacitum sedis, durat. c. Gratosè, de resc. li.
6. Et hæc est verior opinio. Ideò quando petitur, deberet pe-
ti ad beneplacitum sedis, & quando petuntur casus, deberet
peti tota auctoritas, & non auctoritas casuum, quia nomine
casuum non veniunt nisi peccata, vt dicunt doctores, vide
infra. casus. §. 1.

30 ¶ Quando quis habet licentiam confitendi ab Episco-
po vel curato, propter hoc non poterit absolui à reseruat, is,
quia hoc est contra iuris dispositionem. cap. si Episcopus. de
pœ. & re. Et sic tenet Caie. ibi. ver. Absolutio.

31 ¶ Confessio facta cum excommunicato occulto, & tole-
rato valet, nec est iteranda postquã confessus sit, & in quadã
extrauagante concilij Constantie. consensu vtentium ap-
probata, vt dicit Caie. ibi. dicitur quod in foro pœnitentia-
li, gesta per confessores irretitos quibuscunque ecclesiasti-
cis censuris, etiã nõ occultis, tenent, nisi in duob. casibus, sci-
licet propter notoriam percussorem clericum, vel pp publicã
nominatim denunciationem, nam ibi conceditur receptio
sacramentorũ ab excommunicatis ministris, nisi altero duo-
rum modorũ excommunicatis, licet ipsi sacerdotes sic excõ-
municati mortaliter peccant absoluẽtes, & sacramenta mi-
nistrantes, pœnitentes tamen absolutionis beneficium con-
sequuntur. At pœnitens talem sacerdotem inducens ad hoc
mortaliter peccat: quia ad peccatum inducit, si nouit. Cum
intruso autem sine superioris auctoritate, gesta non tenent,
nec cõmunis error per eũ acta sustinet, ex quo deficit pos-
sessio iuridica. Ad hoc facit. l. Barba. ff. de offi. pr. e. Confessio
autem cum tali facta, quando sciretur, esset iteranda. Simili-
ter facta cum priuato, vel suspensõ notoriè est iteranda, qñ
scitur fuisse tale impedimentum, vel superioris inhibitiõ-
nem præcessisse, vt in c. Veritatis, de do. & contu. & sedun-
dum Pa. in c. nihil. de elect. Simile dic de confessõ cum non
exposito, qui non potest audire, quando scitur, est iteranda,
nisi in casu necessitatis. vide supra. §. 12.

*Excom-
municati-
o, vel
suspensio
à iurisdic-
tione nõ
potest, nec
excommuni-
care, nec
excommuni-
catus ab-
soluere.*

32 ¶ Absoluere ab excommunicatione, vel excõmunicare
potest excõcatus, vel suspensus à iurisdictione, quia tales
priuati

priuari vñ iurisdictionis, quæ iurdictio in foro exteriori
requiritur ad hoc, quòd quis possit absoluere ab excommu-
nicatione. Et Tho. 4. sen. di. 16. q. 2. ar. 5. quol. 1. ad primum ar.
q. 3. nisi in articulo necessitatis, vt supra eodem §. 12.

33 ¶ Absoluere non possunt nec excommunicare nec dare
indulgentias schismaticus vel hereticus, quod si fecerint, ni-
hil est, quia non manet in eis potestas iurisdictionalis, se-
cundum Thom. secunda secundæ. q. 39. ar. 3.

*Excom-
municare
quis pos-
sit.*

34 ¶ Absoluere ab excommunicatione, vel excommunica-
re nullus potest seipsum, vel superiorem, vel æqualem, quia
iurisdictione, sine qua absoluere nequit, constituitur quis in
gradu superioritatis, quia eius efficitur iudex, secundum Th.
4. sen. di. 18. q. 2. ar. 3. quol. 1.

35 ¶ Absoluere potest ab excommunicatione etiam maio-
ri, ex commissione Papæ, & excommunicare, quilibet etiam
laicus, secundum Pan. in cap. decernimus. de iud. Idem tenet
Vgo, & etiam mulier, secundum Pet. de Pal. 4. di. 18. q. 2. ar. 3.
quia secundum Thom. vbi supra, hæc potestas ex simplici
hominis iniunctione est, ideo cui vult committere potest
Papa.

36 ¶ Absoluere à sententia hominis, potest solus qui tulit
eam, vel superior, vel successor. Si est lata à iure, Episcopus,
vel etiam sacerdos potest absoluere, nisi à reseruat, is in ca-
none, vt dicit Tho. 4. senten. 18. q. 2. ar. 5. q. 1. Vnde tempore
S. Tho. quilibet proprius sacerdos poterat absoluere ab ex-
communicatione maiori non reseruata in iure, nunc autem
est casus episcopalis secundum aliquos vt infra Casus. §. 5.

*Excom-
municati-
o à quo
absolui
possit.*

37 ¶ Absoluere potest Episcopus, & alius quilibet præla-
tus, habens iurisdictionem episcopalem, in foro exteriori,
ab omni excommunicatione lata à iure subditos suos, vel
lata per statuta synodalia, nisi canonis conditor sibi refer-
uasset. Hoc patet ex dictis Tho. vbi supra & in c. nuper, de
sent. exc. & ibi Inn. & Ho. idem potest Capitulum, sede va-
cante. Pa. tamen tenet contrarium, de inferiorib. episcopis;
de sent. exc. cap. Monachi. Vide supra Abb. §. 5. Idem dico de
Abbatibus vt supra, prioribus, & similibus erga suos subdi-
tos. Inspicienda tamen sunt eorum priuilegia.

38 ¶ Absoluere ab excommunicatione minori potest qui-
libet confessor non autem quilibet sacerdos. Primum patet
in c. Nuper. de sent. exc. Secundum probatur, quia excõmu-
nicatio minor est vinculum ecclesiasticũ, ideo in absoluẽte

Quilibet sacerdos non potest absoluere ab excommunicatione minori. Excommunicatio minor est vinculum Ecclesiasticum.

sacerdos non habet, ideo non potest absoluere. Potest tamen à venialibus absoluere, quia ad hæc remittenda sufficit potestas ordinis. Hæc secundum Caie. ver. Absolutio, circa finem. S. Tho. in 4. vbi supra dicit quòd quilibet sacerdos, qui potest absoluere à peccato participationis, per quam incurritur excommunicatio minor, potest etiam ab excommunicatione hac absoluere, cum ergo ad absolutionem venialium non requiratur aliqua iurisdictio, vt idem ibi dicit, sequitur quòd purus sacerdos possit absoluere ab excommunicatione, quæ sequitur peccatum veniale, saltem, & sic ad c. Nuper. possemus dicere, quòd intelligit, quando excommunicatio sequitur peccatum mortale: secus si participatio sit venialis. Prima tamen opinio satis rationi consona videtur.

39 ¶ Absoluere ab excommunicatione potest non sacerdos, habens saltem primam tonsuram, secundum Thom. 4. sen. vbi supra, & Pet. de Pal. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. dummodo habeat iurisdictionem, & hoc in foro iudiciali, & sine solennitate. Cum solennitate verò dubitant quidam, tamen etiam cum solennitate potest, secundum Pet. de Pa. quem sequitur Archie. Flor.

40 ¶ Absoluere non potest laicus regulariter ab excommunicatione, tamen in articulo mortis, deficiente sacerdote, potest absoluere ab omni excommunicatione, quia necessitas legem non habet. Hoc probatur per dicta Thom. 4. sen. di. 20. q. 1. ar. 1. quol. 1. & dist. 17. q. 3. ar. 3. d. quòd secularis accipit iudicium ratione necessitatis super confitentem, nec si euadit, oportet quòd amplius ab his absoluator, sed præferret se, vt supra dictum est, ne nouam incurrat excommunicationem, vt in c. Eos. de sen. exc. lib. 6. Consentit Pa. in c. A nobis, el secundo, de sen. exc. in glo. Idem dic de absoluto qui propter impedimentum, non potuit superiorem adire, & de illo qui fuit absolutus à Papa, vel Legato, cum ista conditione, vt satisfaciatur iniuriatis, si non adimplet: in d. c. eos. Et hoc extenditur ad quemcunque absolutum sub conditione vt aliquid faciant, secundum Pa. in c. porro. de sent. exc. Nota quòd quando est periculum, vel impedimentum, quo non potest adire Papam, quærat Episcopum: si non potest, quærat proprium sacerdotem, & c. secundum Pan. in c. De cætero, de sen. exc. Legitimum autem impedimentum est omne quòd arbitrio boni viri impedit rationabiliter, vt quia habet capitales inimicitias, etiam sine mortis timore, quia

Legitimum impedimentum quod est.

qua infirmus, qua pauper, hæt subuenire familie, est senex, & c. 41 ¶ Quomodo autem, & à quibus possunt priores provinciales, & priores conuentuales, absoluere suos subditos, non potest dari certa regula, sed oportet videre sua priuilegia, & gratias, quæ interferere esset nimis prolixum, propterea non scribo. Vide infra Suspendio. §. 24.

42 ¶ Ordinariè, qui potest ligare, potest etiam soluere, & econtra. 21. d. c. inferior, & secundum Tho. 4. sen. di. 18. q. 2. ar. 5. q. 1. Fallit tamen in multis. Primò in delegato Papæ, qui inobedientiam suæ sententiæ excommunicare potest, sed post annum, à sententiâ diffinitiuâ absoluere non potest, c. quærenti. de offi. deleg.

43 ¶ Secundò si iudex postquam tulit sententiâ, esset excommunicatus, tunc non posset neque absoluere, neque excommunicare. c. Audimus. 24. q. 1. Secus si esset excommunicatus minori excommunicatione. c. duobus de sen. exc.

44 ¶ Tertio in incendiariis, quos Episcopus potest excommunicare, sed post denunciationem non potest absoluere, cap. Tua. de sent. excom.

45 ¶ Quarto in clericis exhibentibus hæreticis ecclesiastica sacramenta, & eos sepelentibus, quos ordinarius potest suo priuare officio, sed restituere non potest, absque indulto Apostolico speciali, vt extra de hære. c. Excommunicamus, el primo. §. sanè.

46 ¶ Quintò in suspensis per concilium à beneficiis conferendis pro eo quòd indignis scienter post secundam admonitionem ecclesiastica beneficia contulerunt, cap. Graue, de præbendis.

47 ¶ Sextò quia ordinarij aliquem degradare possunt, restituere autem non possunt, sed tantum Papa de cleri. non resi. cap. Ex tua.

48 ¶ Septimò in sententiâ lata ab inferiore, & confirmata per Papam, ex certa scientia, quòd est intelligendum de sententiâ, quæ est ab homine, secundum Io. An. in c. ex sequentibus, de instituti. Secus si sine certa scientia, aut cognitione confirmat, aut si sententiâ esset per statutum, quia quantumcunque confirmatum, poterit inferior absoluere, nisi in confirmatione sibi, vel alteri resultasset.

Octauò in eo qui non sacerdos excommunicauit, qui licet possit absoluere quò ad forum contentiosum, non tamen quò ad pœnitentiale, quòd solus sacerdos potest, vt supra dictum est. §. nono.

Qui potest ligare, potest etiam soluere. Nota

Tantum Papa potest restituere degradatū.

Duplex forum, contentiosum & pœnitentiale.

49 ¶ Nonò in illo cui Papa mandauit, vt sine causæ cognitione aliquem excommunicet, talis enim de iure non est executor, ideò absoluere non poterit. Ar.c.super quæstionum, & c. si. de offi. dele. Aliter si cū cognitione causæ mandasset, quia tunc posset, de pœ. dist. j. c. verbum. Sed si Papa mandat simpliciter, vt excommunicet, dicit Inno. in d. c. si. de off. de le. quod debet causam cognoscere, cum monitione. Si vero constat Papam cognouisse causam, debet excommunicare. Secus, si non constat, Pan in d. c. si.

50 ¶ Absoluere non potest Archiepiscopus à sententia sui Episcopi suffraganei, aut aliorum inferiorum, qui non sunt de sua diœcesi, licet sint de sua prouincia. c. Romana. c. Venerabilis, de sentent. exc. libr. 6. nisi quando hoc consuetudo habet, vel ad ipsum est appellatum, de offi. ord. c. Ad reprimendum.

51 ¶ Absoluere potest Episcopus excommunicatum, à suo inferiore, vt puta Archidiacono, & simili secundū Inno. in c. Cum ab ecclesiarum, de offi. or. etiā non premissa satisfactione, quia ordinarius est in tota diœcesi, de offi. or. cap. i. nisi haberet ex consuetudine, quod non possunt absolui ab Episcopo de offi. archi. Hoc tenet Inno. & cōmuniter Doct. quamuis aliis non placeat omnibus. Vide Pa in d. c. cum ab ecclesiarum. Ante autem vicarij Episcopi hæc grauiora possunt, vide infra, ver. Vicarius. §. 5.

52 ¶ Absoluere Episcopus excommunicatos à se vel à suis inferioribus extra territorium suum, quando requiritur causæ cognitio non potest, quia vbi requiritur cognitio causæ, oportet sedere pro tribunali, secundum Inno. in cap. Ne uit. de offi. leg. quod in aliena diœcesi facere non potest. c. Episcopum. 9. q. 1. si tamen haberet licentiam Episcopi diœcesani, posset Episcopus tamen expulsus petita licentia, licet non obtenta, hoc potest scilicet sedere pro tribunali, & exercere iurisdictionem supra suos subditos, dummodo nō trahat eos vltra duas diœtas à fine suæ diœcesis qui non fuerunt expulsores fautores, vel consiliatores, cle. vnica, de de fo. comp. In his verò quæ causæ cognitionem non exigunt, possunt vbiq; exercere, quia voluntariæ iurisdictionis sunt & in foro conscientiæ omnia possunt. arg. l. omnes proconsules, ff. de off. procon. De legat. vide ver. Legatus. §. 6. cōmuniter enim auctoritat suā habet in literis sui legati.

53 ¶ Participat in crimine criminoso ab communicatore illius, cui participando incurrit excommunicationem maiorem est,

est absoluendus. c. Nuper de sen. excommu.

54 ¶ Absolui pot ab excommunicatione & si nō peccato iniustus, sicut pot excommunicari iniuste, secundum Th. 4. sen. di. 18. q. 2. ar. 5. & Pan. in c. Apostolicæ de excep. fa. quāuis quidā oppositum teneant. Et tenet absolutio, etiam si sine causa fiat. Absens similiter potest absolui, & per procuratorem, quando adest causa iusta. 2. q. c. quanto. & erit absolutus, quādo receperit litteras vel certificabitur, nisi aliud constet de mente absoluentis. Io. An. in c. Quid agendum, de proc. lib. 6. Et quamuis debeat adeste causa iusta, tamen etiam si sine causa facit, est absolutus: quia excommunicatio dependet à voluntate habentis iurisdictionem, secundum Thom. vbi supra. licet non debeat sine causa fieri. Et in hoc sensu intelligenda sunt iura, quæ dicunt non posse fieri, idest nō debere.

55 ¶ Absolutio cōtra ius tertij, licet malè & iniuste fiat tenet tamen, quia non est contra ius constitutionis, vt in ca. Venerabilibus, de sen. excom. vt si Episcopus absoluat aliquem qui non satisfacit, in præiudicium partis, tunc potest abutitur, tamen absolutio tenet. Si autem absolutio sit contra ius constitutionis, non tenet, vt quando constitutio dat certum modum absoluendi, vel excipit, ita quod nō impendatur absolutio, nisi concurrente tali conditione vel obseruatione: vt cum dicit, non possit absoluere ante satisfactionem, vel non possit impendi absolutio ante satisfactionem. In his verba canonis, limitant potestatem ordinarij ac per hoc irritam esse absolutionem ostendunt, si aliter fiat. Vel cum dicit, Qui fecerit hoc, non possit absolui, nisi satis faciat, vel nullatenus absoluat, nisi satisfecerit. In is omnibus non tenet absolutio, secundum Caie. ibi. Et hæc via tutior est & textui cōformior, & hæc sequēdā purat Caie. ibi. Similiter, quando decretum explicat absolutionem sine his irritat, vt cum dicit, Aliter absolutio impensa non valeat. Vel cum committitur alicui absolutio ab homine cum verbis conditionalibus, vel æquipollentibus de talibus cautionibus habendis, tunc si commissarius exit fines mandati, dum absoluit, nihil facit. Vt si dicat, Absoluas satisfactis, legis, prius debet interuenire Condicio, aliter nulla est absolutio.

56 ¶ Absolutio quò ad formam debet esse sine conditione de futuro, vt dicendo. Absoluo, si satisfeceris, quia sic nō est absolutus quousque aduenit condicio, secundū Guilie. a c.

Excommunicari potest aliquis iniuste & iniuste ab excommunicatione absolui.

Absolutio contra tertium facta quando tenet, & quando non.

Absolutio nō debet esse condicionalis de futuro. Idem sup. 6.

re iu. in c. actus. lib. 6. & Pan. in cap. De quibus. de Bapti. De praterito autem, vel de presenti potest fieri, vt dicendo, Si incurristi excommunicationem, vel si es excommunicatus, vel si non es absolutus, & c. vt supra. §. 6. Hæc proprie non est conditionalis, secundum eundem Pan. ibi.

57 ¶ Absoluendus ab excommunicatione maiori debet iurare, stare mandatis Ecclesiæ, vel ipsius absoluentis c. ex timore. de sen. exc. hoc pro horrendis criminibus, vt incendiarijs, falsarijs, & similibus, secundum Vgo. quod est satis æquum, secundum Archi. Flo. Hoc tamen non est necessarium de forma, secundum communiter Doc. vt dicentur infra. §. fi. Debet etiam sufficientem cautionem secundum quod potest dare parti læsæ. ca. Porro, de sen. exc. Et quando paratus est facere quod potest, debet absolui, non obstante contradictione, vel appellatione partis, de appell. c. Qua fronte. Vide ibi Pa. quid debeat facere Index. & c.

58 ¶ De cæremoniis, que seruantur in absolutiones excommunicatorum, vide summistas. Tab. Absolutio. 3. §. 3. non enim pono, quia non sunt annexa absolutioni tantquam substantialia, debent tamen seruari quando oportet, vt in absolutione solenni. Sequitur postmodum absolutio, Autoritate omnipotentis, & c. absolutio te à vinculo excommunicationis, & c. & restituo sacramentis, & c. à nobis. el. 2. de sen. exc.

59 ¶ Debent hæc suprædicta seruari ab eo, cui committitur absolutio in forma ecclesiæ, aliter non seruans peccat, licet sine illis teneat absolutio, nisi ius disponeret, vel mandans imponeret quod sine huiusmodi non absolueret, tunc enim talia omittendo nihil facit.

Absolutio ab excommunicatione, non est absolutio sacramentalis.

60 ¶ Absolutio ab excommunicatione non requirit aliquam determinatam formam verborum, quia non est absolutio sacramentalis, secundum Th. opuscu. 22. cap. 2. in princ. sed verba iudicis habent efficaciam ab intentione dicentis. Vnde nõ refert quibus verbis vtantur ad exprimendam suam intentionem, vt si dicat, Benedico te, vel absoluo te, secundum Tho. opus. 22. ca. 2.

61 ¶ Absoluens debet absoluto mandata rationabilia facere, aliter posset appellare. de pac. ca. fin. Si autem sententiam fuisse iniustam apareat, absoluto nullum fiat mandatum. de sen. exc. c. Sacro.

62 ¶ Si defunctus excommunicatus sepultus est in loco sacro, & apparuerunt in eo signa contritionis nec etiam à seculari

seculari fuit absolutus, non exhumabitur, sed verberabitur sepulcrum, & fiet sicut viuus. Quod si in loco non sacro est, exhumabitur, & corpus verberabitur, & similiter fiet, de sen. exc. c. à nobis el. 2.

63 ¶ Non sufficit sola salutatio, vel receptio ad osculum pacis, sed necessarium est vt vtatur aliquo verbo denotante absolutionem, vt dicit Inn. in c. cum olim. de priuile. nisi fit Papa, qui hoc intendat. s. absolueret, secundum eundem Inn. Et non reputatur absolutus, nisi exprimat. In Clement. Si Summus Pontifex, de sen. excommunicat.

64 ¶ Absolutus ab vna excommunicatione, quando plures habet, non intelligitur absolutus ab alia, quia non habent connexionem adinuicem secundum Thom. 4. sen. dist. 18. q. 2. art. 5. quol. 5. nisi quando pluribus excommunicationibus ab vno Iudice excommunicatus tunc intelligitur ab hominibus absolui, nisi contrarium exprimat, vel quando de vna absolutionem impetrat. Secus quando à diuersis iudicibus est excommunicatus, quia absolutus de vna, non intelligitur absolutus de alijs. Vide declarationem bonam per Pan. in c. cum pro causa de sen. exc.

65 ¶ Absolutio obtenta ex falsa causa, non valet secundum Innoc. in c. ex parte de offi. ord. quia talis non intendit absolueret. Secus si absolute intendit absolueret.

66 ¶ Dubitans de excommunicatione, vel de absolutione, si adest comoditas absoluentis, debet petere absolutionem ad cautelam, quia in dubijs tutior pars est eligenda c. iuuenis. de spon. si tamen nullum imminet periculum, vel interesse, ex tali petitione. Hoc at cessante, si probabiliter dubitat, debet petere si autem leuiter, non; sed deponat, scrupulum Ar. c. inquisitioni extra eo. tit.

67 ¶ Absolutio à suspensione, vel interdicto non hæt formam determinatam, sicut de excommunicatione dicendum est, sed potest dici, Ego absoluo te à vinculo suspensionis, vel interdicti, & c. Quo autem ad irregularitatem secus est quia relatio eius debet fieri per hoc verbum, dispenso (& non absoluo, tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, si quam, vel quas incurristi pp talem vel talem causam & habilito te ad actus legitimos, & c.

68 ¶ Si quis percussit regularem eiusdem monasterij, absoluitur ab Abbate, priore, vel guardiano. Si vero alterius monasterij per prelatum percussi absoluetur, de sen. exc. c. cum illorum. Si clericum secularem absoluetur p Epim, de

Defunctus excommunicatus in loco sacro quo daret absolui.

Absolutio ab vna excommunicatione non absoluit aliam.

Absolutus de vna, nõ dicitur absolutus de alijs.

In dubijs tutior pars eligenda est.

Absolutus regularis percutitur non regularis.

altrius religionis cui referatur.

fen. exc. in 6. c. religioso. si tamen excessus non sit enormis. Infra Enormis. §. 3. Eodem modo potest absolui regularis, si ante ingressum religionis tale quod commisit. d. c. cum illorum. Quod si regularis non habeat prelatum, vel sit excommunicatus, & huiusmodi ad Episcopum recurrat, ut not. Host. in c. Monachi. eo. ti. quod intellige tam in exemplis quam non, tam virorum, quam mulierum, secundum Gul. Ita autem & multa alia, quae a Summistis ponuntur circa absolutiones regularium, nunc vacant propter eorum privilegia.

69 ¶ Quando aliquis excommunicatus est receptus intelligence, & ratione huius absoluitur, intelligitur si perseveraverit: aliter reducendus est ad eandem sententiam ab eo qui absoluit, secundum Host. vel secundum quosdam debet hoc ei imponi.

70 ¶ Absolutio mortui ab excommunicatione valet ad hoc, ut possit in loco sacro sepeliri, vel ut de loco sacro, si ibi sepultus fuit, non proiciatur, & ut pro eo orationes, & officia fieri possint.

Absolutio a poena, & culpa.

71 ¶ Absolutio, quae vulgariter dicitur a poena & culpa, est illa plenissima peccatorum remissio, quae conceditur cruce signatis pro subsidio ultramarino, de qua Doct. in c. Ad liberandum, de Iudaeis & solus Papa concedit. c. Cum ex eo. de poen. remi.

DE A B S T I N E N T I A.

1 Absinentia quandoque est peccatum, quandoque non.

Absinentia indiscreta, qua quis abstinet a cibo necessario ad valetudinem, ex quo reddit se inabilem ad ea quae tenentur, peccatum est, & non virtus, quia medium non servat secundum Thom. quol. 5. art. 18. Si quis autem ut carnem spiritui subiiciat, vel ut poenitentiam pro suis peccatis faciat immoderate abstinet, si advertit se excedere, putans tamen bene facere peccat quidem, & communiter circa mortale. Si autem non advertit hanc indiscretionem, nihil peccat. Si tamen hac intentione abstineret, ut cito vel breviori tempore moreretur, peccaret mortaliter, quia seipsum interficeret, ut inquit Hieronymus. Et Caiet. 2. 2. q. 147. art. 1.

Absinentia mala intentione facta peccatum mortale est.

DE A C C E P T I O N E P E R S O N A R U M.

1 Acceptio personarum quando est peccatum.

2 Acceptio personarum quid sit.

3 Acceptor

3 Acceptor personarum est dans beneficium consanguineis minus dignis. Item honorans aliquem propter divitias, & non propter honorem. num. 4.

5 Acceptio personarum non est in his quae gratis dantur.

6 Acceptio personarum peccatum est gravius in re spirituali, quam temporali.

7 Acceptio personarum etiam est in his quae sunt fidei.

Aceptio personarum scienter facta in re importantiae, est peccatum mortale, quia contra iustitiam distributionem, ut in distributione communium bonorum, vel beneficiorum, vel in iudicio, secundum Thom. ql. 6. art. 9. Et prohibetur, Deut. 1. c. Non accipietis (inquit) cuiusque personam. Et ultra peccatum, acceptor personarum tenetur de damnis sequentibus iniustas promotiones, & iniurias, secundum Caiet. ibi, in summa. Hoc namque peccato, Ecclesiae & universitatis bonum destruitur, ideo graue est.

2 Acceptio personarum est quando in electione aliqua non eligitur melior, & peccatur: ut infra Electio. §. 3.

3 Dans beneficium consanguineis minus dignis, omnibus consideratis, peccat, & est acceptor personarum. Si autem sunt aequè digni, secus est. Nec est personarum acceptor, preferens suos consanguineos, vel amicos aequè dignos, in quibus plus potest confidere, nisi propter scandalum esset omittendum: secundum Th. 2. 2. q. 63. ar. 2. quol. 4. ar. 15. vel ne alij ex hoc sumant occasionem dandi consanguineis indignis.

Acceptio personarum in aequè dignis non est peccatum.

4 Honorans aliquem divitem propter divitias, & non propter virtutem personarum acceptor est, quia accipit pro causa, quod non est causa. Non enim divitiae sunt causa honoris, sed virtus, quia honor praemium virtutis esse dicitur. Ex S. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 3. Similiter si iudex det sententiam pro aliquo, non quia sic iustitia requirit, sed quia est amicus, vel quia offert munus, & est peccatum maius, & minus secundum actus qualitatem, & quantitatem.

5 Acceptio personarum non est in his, quae gratis dantur: quilibet enim de suo potest dare uni, & non alteri, cum non teneatur. Secus enim si ex debito distribueret: Tho. ibi. ar. 1. ad tertium, & prima secundae. q. 93. ar. 4. ad secundum. Unde cum Deus nulli sit debitor, acceptio personarum in eo locum non habet.

6 Peccatum acceptio personarum est gravius in re spirituali, quam temporali, secundum Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. quia offenditur maius bonum.

7 Pec-

7 ¶ Peccatur etiam quandoque hoc genere peccati, in his quæ sunt fidei, in impositione pñæ, & circa matrimonia, 29. q. 2. c. 1. In receptione hospitem. 42. dist. c. Quiescamus. Et in elemosynarum largitione. c. Si cupis. 16. q. 1. Si diues præferatur pauperi in iudicio, eo quod diues est, vel pauperi Iudex misereatur, subrahendo diuiti, quod iustè sibi debetur, contra illud, Exod. 23. pauperi quoque non misereberis in iudicio.

*Iudex nõ
dēt mise-
reri pau-
peri in
iudicio.*

DE ACCIDIA.

- 1 *Accidia quid sit, & an peccatum sit.*
- 2 *Accidia an sit mortalis.*
- 3 *Accidia vitium capitale est.*

Accidia secundum Tho. 2. 2. q. 35. art. 2. de ma. q. 9. art. 1. quoddam tardium operandi importat, mentem aggrauans, & semper est peccatum, quia vel facit dolorem de bono spirituali, de quo gaudendum est, vel de malo, sed immoderate. Et est speciale vitium, quod facit tristari de bono diuino, de quo caritas gaudet. Et ex suo genere est mortale peccatum, quia secundum propriam rationem contrariatur caritati, secundum Tho. ibi. art. 3. Si tamen in sola sensualitate consistat, & non pertingat vsq; ad rationis consensum, pp imperfectionem actus, erit veniale peccatum. Si autem peruenitur vsque ad rationis consensum, est mortale. Et hoc est quando ratio conuertitur in fugam, horrorem, & detestationem boni diuini, carne contra spiritum omnino prævalente, & contrariatur præcepto de sanctificatione sabbathi secundum Tho. vbi supra.

2 ¶ Accidia mortalis est tunc, quando homo tristatur in his, quæ imminent facienda de necessitate propter Deum, & ad salutem animæ, & adest rationis cōsensu. Talis enim tristitia contrariatur dilectioni, quæ sequitur Dei dilectionem, & consequenter caritati contrariatur. Quando ergo quis pp tale tardium dimittit ea quæ sunt necessaria ad salutem, vel deducitur in aliquid mortale, vt puta in desperationem, vel deliberatè appetit mortem vel nunquam esse creatum, vel vellet esse bestia, & huiusmodi, vel deliberat facere minimè ea ad quæ tenetur ex præcepto, vel incurrit aliquam magnam infirmitatem, potens se iuuare, peccat mortaliter. Et nota quòd hoc peccatum communiter est mixtum cum alio, vt si nunc delibero propter accidiam non ire ad missam, est vnum peccatum mortale, & potest nõ volo-

ire,

ire, est aliud peccatum omissionis. Hæc secundum Thom. vbi supra. ar. 3. de ma.

3 ¶ Accidia est vitium capitale secundum Thom. 2. 2. 5. ar. 4. cui Greg. sex filias assignat, scilicet Malitiam, quæ bonum detestatur, Rancorem, Pusillanimitatem, Desperationem, Torporem circa præcepta, Euagationem mentis circa illicita, de quibus in suis locis dicemus. Qui de alterius prosperitate tristatur, eo q; videt talem prosperitatem nocere contra iustitiam alteri, non dicitur accidiosus, nisi talis tristitia, adeò eum grauaret, vt negligeret facienda, vel in malum aliquod laberetur.

*Accidia
gignit sex
filias.*

DE ACCOLITO.

- 1 *Accolitorum quod sit officium.*
- 2 *Accolitus est supremus ordo inter quatuor minores.*

Accolitorum officium est preparare luminaria, & ipsa portare coram ministris altaris, vt in c. Perlectis. 25. di. Huic tradit Episcopus candelabrum, dicens, Accipe ceroferrarium cum cereo, scias te ad accendenda luminaria ecclesie mancipari. Accipit etiam vrceolum vacuum ab Archidiacono, dicente Episcopo, Accipe vrceolum ad effundendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, & in datione vrceoli, imprimitur character, secundum Thom. 4. sentent. dist. 24. q. & circa ipsum est eius principalis actus.

*Chara-
cter quo-
niam im-
primitur
in Acco-
lito.*

2 ¶ Accolitus est supremus ordo inter quatuor minores, secundum Thom. ibi, Accolitus etiam preparat vrceolos cum vino & aqua, Thom. supra, cuius principalior est actus in ministerio vrceoli, quàm candelabri.

DE ACTIONE.

- 1 *Actiones vnde ortum habeant, & quotuplices sint, quidq; sit actus.*

Actiones à iure ciuili ortum habent, secundum Inno. in c. Quæ in ecclesiarum, de consti. Quarum quædam dicuntur bonæ fidei, vt in cap. Cum venialis, de excep. Quædam stricti iuris, Insti. de act. §. actionum. Quædam dicuntur actiones personales, de quibus refert Gemi. in cap. Dispendia. de rescri. lib. 6. adducens Franciscū Vercellen. Quædam dicuntur reales, de quibus Gemin. vbi supra. Sed quoniam

*Actiones
multipli-
ces sunt.*

niam

7 ¶ Peccatur etiam quandoque hoc genere peccati, in his quæ sunt fidei, in impositione pñæ, & circa matrimonia, 29. q. 2. c. 1. In receptione hospitem. 42. dist. c. Quiescamus. Et in elemosynarum largitione. c. Si cupis. 16. q. 1. Si diues præferatur pauperi in iudicio, eo quod diues est, vel pauperi Iudex misereatur, subtrahendo diuiti, quod iustè sibi debetur, contra illud, Exod. 23. pauperi quoque non misereberis in iudicio.

*Iudex nõ
dēt mise-
reri pau-
peri in
iudicio.*

DE ACCIDIA.

1 *Accidia quid sit, & an peccatum sit.*

2 *Accidia an sit mortalis.*

3 *Accidia vitium capitale est.*

Accidia secundum Tho. 2. 2. q. 35. art. 2. de ma. q. 9. art. 1. quoddam tardium operandi importat, mentem aggrauans, & semper est peccatum, quia vel facit dolorem de bono spirituali, de quo gaudendum est, vel de malo, sed immoderate. Et est speciale vitium, quod facit tristari de bono diuino, de quo caritas gaudet. Et ex suo genere est mortale peccatum, quia secundum propriam rationem contrariatur caritati, secundum Tho. ibi. art. 3. Si tamen in sola sensualitate consistat, & non perripat vsq; ad rationis consensum, pp imperfectionem actus, erit veniale peccatum. Si autem peruenitur vsque ad rationis consensum, est mortale. Et hoc est quando ratio conuertitur in fugam, horrorem, & detestationem boni diuini, carne contra spiritum omnino prævalente, & contrariatur præcepto de sanctificatione sabbathi secundum Tho. vbi supra.

2 ¶ Accidia mortalis est tunc, quando homo tristatur in his, quæ imminent faciendæ de necessitate propter Deum, & ad salutem animæ, & adest rationis cōsensus. Talis enim tristitia contrariatur dilectioni, quæ sequitur Dei dilectionem, & consequenter caritati contrariatur. Quando ergo quis pp tale tardium dimittit ea quæ sunt necessaria ad salutem, vel deducitur in aliquid mortale, vt puta in desperationem, vel deliberatè appetit mortem vel nunquam esse creatum, vel vellet esse bestia, & huiusmodi, vel deliberat facere minimè ea ad quæ tenetur ex præcepto, vel incurrit aliquam magnam infirmitatem, potens se iuuare, peccat mortaliter. Et nota quòd hoc peccatum communiter est mixtum cum alio, vt si nunc delibero propter accidiam non ire ad missam, est vnum peccatum mortale, & post nõ volo

ire,

ire, est aliud peccatum omissionis. Hæc secundum Thom. vbi supra. ar. 3. de ma.

3 ¶ Accidia est vitium capitale secundum Thom. 2. 2. 5. ar. 4. cui Greg. sex filias assignat, scilicet Malitiam, quæ bonum detestatur, Rancorem, Pusillanimitatem, Desperationem, Torporem circa præcepta, Euagationem mentis circa illicita, de quibus in suis locis dicemus. Qui de alterius prosperitate tristatur, eo q; videt talem prosperitatem nocere contra iustitiam alteri, non dicitur accidiosus, nisi talis tristitia, adeò eum grauaret, vt negligeret faciendæ, vel in malum aliquod laberetur.

*Accidia
gignit sex
filias.*

DE ACCOLITO.

1 *Accolitorum quod sit officium.*

2 *Accolitus est supremus ordo inter quatuor minores.*

Accolitorum officium est præparare luminaria, & ipsa portare coram ministris altaris, vt in c. Perlectis. 25. di. Huic tradit Episcopus candelabrum, dicens, Accipe ceroferrarium cum cereo, scias te ad accendenda luminaria ecclesie mancipari. Accipit etiam vrceolum vacuum ab Archidiacono, dicente Episcopo, Accipe vrceolum ad effundendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, & in datione vrceoli, imprimitur character, secundum Thom. 4. sentent. dist. 24. q. & circa ipsum est eius principalis actus.

*Chara-
cter quo-
niam im-
primitur
in Acco-
lito.*

2 ¶ Accolitus est supremus ordo inter quatuor minores, secundum Thom. ibi, Accolitus etiam præparat vrceolos cum vino & aqua, Thom. supra, cuius principalior est actus in ministerio vrceoli, quàm candelabri.

DE ACTIONE.

1 *Actiones vnde ortum habeant, & quotuplices sint, quidq; sit actus.*

Actiones à iure ciuili ortum habent, secundum Inno. in c. Quæ in ecclesiarum, de consti. Quarum quædam dicuntur bonæ fidei, vt in cap. Cum venialis, de excep. Quædam stricti iuris, Insti. de act. §. actionum. Quædam dicuntur actiones personales, de quibus refert Gemi. in cap. Dispendia. de rescri. lib. 6. adducens Franciscū Vercellen. Quædam dicuntur reales, de quibus Gemin. vbi supra. Sed quoniam

*Actiones
multipli-
ces sunt.*

niam

*Actus di-
citur bo-
nus, vel
malus ex
obiecto,
sine, &
circum-
stantia.*

niam hæc materia ad forum contentiosum pertineat, propterea non me ultra extendo de huiusmodi. Actus moralis est bonus, vel malus, principaliter ex obiecto, & sine, aut ex circumstantiis, secundum Thom. prima secundæ. q. decima-octava. ar. secundo. Et obiectum finisque ad speciem moris actum determinat, ex Th. quarto sent. dist. trigesima octava, quaestio, secunda, art. 2. quolibet. 2.

DE ACCUSATIONE.

- 1 *Accusatio unde instituta.*
- 2 *In criminibus tribus modis procedi potest.*
- 3 *Accusatio à denunciatione differt.*
- 4 *Pœna talionis abolita consuetudo valet.*
- 5 *Accusare nullus debet nisi de re certa.*
- 6 *Accusare alterius crimen quando aliquis teneatur.*
- 7 *Et quid si crimen sit secretum.*
- 8 *Accusare quis permittatur in privatis criminibus, & quis in publicis num. 9.*
- 10 *Clericus quando possit accusare.*
- 11 *Accusans aliquem falsò quando teneatur satisfacere.*
- 12 *Reus dans aliquid accusatori, ut desistat, peccat.*
- 13 *Accusato an, ut se defendat, liceat falsitatem dicere.*
- 14 *Accusato quando liceat iudicium declinare.*
- 15 *Condemnato ad mortem iuste an liceat se defendere, vel fugere. Et quid de detento propter debita, & cetera num. 16.*
- 17 *Incarceratus ad mortem an carcerem frangere possit, remissive.*
- 18 *Condemnato iniuste an liceat resistere, & se tueri.*
- 19 *Religiosi incarcerati ex quacunque causa non possunt fugere extra sua claustra.*
- 20 *Qui iuravit redire ad carcerem, quando teneatur.*
- 21 *Condemnatus carceri ut fame moriatur an comedere possit sine peccato.*
- 22 *Accusatus negans veritatē an & quomodo mortaliter peccet.*
- 23 *Prelatus percipiendo iudicialiter ut aliquis prodat peccatum alterius peccat: si verò in iudicio, non. 25.*
- 24 *De omnino occultis an in iudicio possit confiteri.*
- 26 *Iudex secularis, & ecclesiasticus an in quibuscunque casibus possit iuramentum exigere.*
- 27 *Crimen si non est occultum an super occultis illius circumstantiis possit testis interrogari.*

28 *Super,*

- 28 *Super crimine notorio potest iudex officio suo inquirere.*
- 29 *Episcopo præcipiente ut qui scit revelet tale delictum, & c. an qui novit teneatur revelare, & quomodo.*
- 30 *Diffamatus, & convictus de vno crimine potest inquire de alijs.*
- 31 *Fratres predicatorum an possint appellare.*

Accusatio contra reum ad vindictam, à canone est instituta, secundum Thomam, quarto sent. dist. 42. q. 5. q. 2. & ne habens culpam, quasi innocens sustineatur, ibi, dist. 35. ar. 3. Et exerceri debet ad punitionem, propter bonum conferuandum, quo remoto, iustitia destrueretur, sicque ut ceteri quietè vivant, vel propter suum interesse, fieri debet, aliàs peccatum incurritur: Tho. ibid.

2 ¶ In criminibus, tribus modis procedi potest, scilicet Inquisitione, quam præcedere debet clamorosa insinuatio, quæ accusationis locum tenet: Accusatione, quam debet præcedere inscriptio: Denunciatione, quam debet præcedere fraternalis correctio, secundum Thom. quol. II. ar. 13. & de accu. cap. qualiter, & quando. el. secundo. Vide ibi Panor.

3 ¶ Accusatio propriè sumpta, differt à denunciatione, quia in accusatione attenditur criminis punitione, in denunciatione verò fratris emendatio, Thom. 2. 2. q. 67. ar. 3. ad secundum q. 68. ar. 1. Differt secundò, quia accusationem non debet de necessitate præcedere secreta admonitio, sicut in denunciatione, iuxta præceptum euangelicum, quando, scilicet de peccatis emenda agitur, secundum Tho. ver. q. 3. ar. 2. ad tertium. Differt tertio, quia accusatio fit in scriptis, ut dictum est, & 24. q. 8. c. Accusatorum. Quarto, quia accusator obligat se ad probandum, secundum Tho. 2. 2. q. 68. ar. 2. ad tertium, non autem denunciatio. Quintò, accusator obligat se ad pœnam talionis (id est similem, vel talem) ibi ar. 4. non autem denuncians. Et nota, quod inscriptio ad pœnam talionis est necessaria, secundum Io. gl. in c. Inscripção. 4. q. 4. Et licet non fiat talis inscriptio, tamen deficiens in probatione, debet pœna talionis puniri, secundum Accur. & Bart. in l. 2. C. de fide instr. Et hæc est communior opinio, quam sequitur etiam Io. And. Hic dicit Speculator posset tolerari, quod talis inscriptio non fiat.

4 ¶ Consuetudo per quam pœna talionis est abolitum valet, secundum Fel. in c. Superbis, de accu. col. 3. in prin. quia pp antiquum rigorem ab accusatione multi retraherentur. Ex Thom. 2. 2. q. 68. art. ult. ad primum dicit, quod accusans

*Crimen quid dica-
tur, vide
in c. Apo-
stolus. 75.
di. gl. in c.
peccatū.
de re. in-
in 6.*

*Talio di-
citur æ-
qualis in
malam
partē re-
tributio.*

ex

ex iusto errore, & deficiens non punitur pœna talionis.

5 ¶ Nullus debet accusare, nisi de re certa. Unde non potest interuenire facti ignorantia. Thom. ibi. ar. 3. ad primum. Vide in c. Qualiter, & quando. el. 2. eo. tit. & Pa. in vlt. not. Debet etiam accusatio viua voce exprimi, & præsente accusatio viua voce exprimi, & præsente accusato. c. Præscepta. 2. q. fi.

6 ¶ Accusare tenetur quis alterius crimen quod vergit in multitudinis corruptelam corporalem, vel spirituale, dummodo sufficienter possit probare, quod ad accusatoris officium pertinet: secundum Thom. 2. 2. q. 68. ar. 1. quamuis Canonistę oppositum teneant, secundum Gl. in c. Quapropter. 2. q. 2. Et peccant non accusando, vel non denunciando pp bonum publicum, quod anteponi debet malo particulari, quod ex accusatione sequitur. Secus autem quando non potest probare, quia nullus tenetur ad id quod debito modo nō potest perficere, secundum Thom. ibi supra. Qui autem dicunt quod non tenetur, debent intelligi in foro exteriori, secus in conscientia, secundum quam à Deo punitur.

7 ¶ Quid si tale habetur in secreto? Respondeo quod si sit in secreto, per confessionem sacramentalem nullo modo debet reuelari, quia hoc scit non vt homo, sed vt Dei minister, & maius est vinculum sacramenti, quam cuiuslibet hominis. Si verò aliter, tunc vel hoc vergit in periculum corporale, vel spirituale multitudinis, vel in graue damnū alicuius personæ, & tunc tenetur propalare, vel testificando, vel denunciando: non enim potuit contra hoc debitū obligari per secretum commissum. Si verò sint talia, quæ prodere non tenetur, & habet in secreto, non debet prodere etiā prælato præcipiente, quia seruare fidem est de iure naturali, contra quod nihil ab homine potest præcipi. Hæc ex Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. & Pa. in c. Qualiter, & quando, el. primo, de accusa. Idem de religioso, cui præcipitur vt reuelat huiusmodi secreta, quæ manifestare non tenetur, peccaret enim frangendo fidem, &c. Thom. quol. 7. ar. 15. Intellige non teneri quando non potest probare, nec præcessit infamia, vel huiusmodi. Nec obstat si iurauit dicere veritatem quia iuramentum intelligitur salua conscientia, & secundū formam iuris. Eodem modo dic secundū prædictam distinctionem si iurauit non manifestare, debet intelligi iuramentum salua iustitia. Infra. Iuramentum. §. 17. Inquisitio. §. 8.

*Seruare
fidem est
de iure
naturali.*

8 ¶ In

8 ¶ In priuato crimine non admittitur ad accusationem regulariter, nisi ille cuius interest: vt videtur velle glo. ff. de priua. delict. l. si. nisi sit tale delictum, ex quo pœna pecuniaria Fisco applicanda imponi debeat, tunc quilibet de populo ad accusandum pro illa pœna admittitur, secundum Bar. in rub. de po. ac. Quamuis Bald. contrarium teneat. C. de fur. l. Aduersus,

9 ¶ In crimine publico, quilibet qui non prohibetur specialiter lege, aut statuto, aut conditione, admittitur ad accusandum. Qui autem prohibeantur, habes de accusa. in multis cap. & 3. q. 4. 5. per totum.

10 ¶ Clericus tamen ad publicam vindictam accusare non debet, etiam si pœna sanguinis non venit imponenda, facit c. sic vt sacerdotes. 2. q. 7. quia huiusmodi odiosis non debet se immiscere, secundum Pan. in c. cum P. de accu. Sed si prosequitur iniuriam suam, potest etiam si venit sanguinis pœna imponenda, secundum Pan. vbi supra, dummodo protestetur, quod non intendit accusare, vt pœna imponatur. Textus est clarior, in c. prælatis, de hom. li. 6.

11 ¶ Accusans aliquem, & imponens ei falsò aliquod crimen, quod est calumniari, peccat mortaliter, agens contra iustitiam, in re magni ponderis, teneturque satisfacere: intellige, quando ex malitia in falsam prorumpit accusationem, & non ex animi leuitate, vel iusto errore, ex Tho. 2. 2. q. 68. ar. 4.

12 ¶ Peccat reus dans aliquid accusatori, vt à iusta accusatione desistat, etiam si esset damnatus ad mortem, quia inducit eum ad peccatum, secundum Tho. 2. 2. quæst. 69. arti. 2. ad primum, quamuis huic peccato lex ciuilis remedium non apponat.

13 ¶ Accusato licet se defendere, non calumniosè, sed vel veritatem, quam non tenetur propalare, occultando per aliquem conuenientem modum, vel non respondendo, ad quæ non tenetur respondere: non tamen dicere, vel veritatem occultare, quam confiteri tenetur, neque dolum, vel fraudè adhibere, quia dolus & fraus vim mendacij habent, & hoc est calumniosè se defendere. Tho. 2. 2. q. art. 2.

14 ¶ Accusato licet declinare iudicium per appellationem, quando iniuste aggrauatur à Iudice, sicut Paulus ad Cæsarem appellauit, Act. 25. non autem causa moræ afferendæ, ne contra eum iusta sententia proferatur: hoc enim est calumniosè se defendere, quod non licet, quia iniuriam Iudici Sum. Armil. c. facit

*Accusato
quando li
ceat decli
nare iu
diciu.*

facit officium eius impediendo, & aduersario, cuius iustitiam quantum potest perturbat, secundum Tho. ibi supra, ar. 3. & 2. q. 6. c. omnino.

Condemnato ad mortem non licet fugere.

15 ¶ Condemnato ad mortem iuste, non licet se defendere, quia ex parte sui bellum esset iniustum, sicque peccaret. Potest tamen fugere sine peccato, quia nullus ita damnatur, ut sibi mortem inferat, sed ut patiatur: ideo non tenetur id facere, unde mors sequatur, quod faceret, si ibi maneret. Et licet custodes fugiendo ponantur in periculo, tamen hoc non intendit fugiens. Et quia dat operam rei licitæ, malum quod custodibus inferitur, ei non imputatur, secundum Tho. ibi. ar. ult. & Caie. 2. 2. supra.

16 ¶ Si verò detinetur in carcere propter poenam sanguinis, ut propter debita, vel alterius offensam, vel quia est damnatus ad carcerem in poenam ad tempus, vel aliter, non potest sine peccato fugere, quia alteri iniuriam faceret, & tenetur facere poenitentiam, Tho. vbi supra, & Caie. argu. in glo. c. Inter cætera. 2. 2. q. 4. infra, Carcer. §. 3.

17 ¶ An incarceratus ad mortem possit frangere carcerem, infra. Carcer. §. 3.

18 ¶ Condemnato iniuste licet resistere, & se tueri, quia tale iudicium simile est violentiæ latronum, quibus licite resisti potest, ita & malis principibus in tali casu, & fugere, nisi forte propter scandalum vitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur, quia non cuilibet sui defensio est licita, sed tantum illa, quæ cum debito moderamine exercetur, ex S. Tho. vbi supra, art. ult.

19 ¶ Religiosi tamen incarcerati ex quacunque causa fugere non possunt extra sua claustra, quoniam voto supposuerunt se prælatis suis. Caie. 2. 2. q. 69. supra.

Condemnatus carceri ut fame pereat, non possit comedere.

20 ¶ Qui iurauit redire ad carcerem, nisi carcer sit iniurius tenetur redire, secundum Pa. in c. Si verò, de iu. iur. etiã si subsit mortis periculum. infra, Iuramentum. §. 13. vide latius.

21 ¶ Condemnatus carceri ut fame moriatur, potest, si sibi ministraretur ab aliquo, comedere sine peccato, quia non sufficere esset seipsum occidere, non tamen tenetur comedere si non vult, sed potest patienter ferre, ut quidam dicunt. Caie. 2. 2. q. 69. ar. ult. ad septimum dubium, dicit quod tenetur comedere, & alij à custodibus cibum ministrantes non peccat, quamuis etiam in hac extrema necessitate nõ teneantur cibum ministrare, quia secundum iustitiæ ordinem in illa cõsistitur. Prima opinio videtur magis consona, quia legitimus sanctos

condem

condemnatos ad mortem potuisse fugere, & non fugisse, sed patienter tolerasse: ita & quilibet damnatus iuste, potest patienter mori, ne seipsum interficiat, sed iustitia. Sed opinio Caie. est verior, & conformior dictis S. Tho. ibi, si rectè consideretur. Infra, Car. §. 4.

22 ¶ Accusatus negans veritatem, quæ ab eo secundum formam iuris exigitur, peccat mortaliter, quia contra iustitiæ debitum est, ut qui non obediatur suo superiori. Et ideo si negat, vel occultat veritatem quam fateri tenetur, mortaliter peccat. Si verò iudex non exigat secundum formam iuris, vel exigat de quibus non potest, non tenetur respondere, sed potest prudenter subterfugere, vel per appellationem, vel alio modo, ad eius intentionem nõ respondendo, nunquam tamen mentiri debet, quia omne mendacium peccatum est, ex Th. 2. 2. q. 69. ar. 1.

Omne mendacium peccatum est.

23 ¶ Si prælatus extra iudicium præcipiat alicui, ut non reuelat peccatum alterius, quod non est publicandum, peccat, nec ille tenetur suum vel alterius peccatum prodere. Si autem in iudicio, ordine iuris exigente, non peccat iudex præcipiendo, quia ipse non exigit, sed accusans, cui iudex reddere tenetur: & tunc quis tenetur profiteri peccatum proprium, vel alterius, ad præceptum iudicis, vel appellare, si contra ordinem iuris ei præcipiatur. Tho. 4. sen. dist. 19. q. 2. ar. 4. ql. 5. ad 5.

24 ¶ Si peccatum sit omnino occultum, non debet in iudicio confiteri, nec debet exigi iuramentum de veritate dicenda super eo, quia occulta soli diuino iudicio reseruantur. Sed quoniam de peccato præcessit infamia, vel aliqua signa, quæ vehementem suspicionem facere possunt, vel quando est semiplenè probatum, quod facere potest vnus testis omni exceptione maior, tunc debet exigi iuramentum de veritate dicenda, & reus tenetur veritatem confiteri, Tho. ql. 5. ar. 10.

25 ¶ Quando prælatus præcipit, ut sibi manifestetur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est hoc præceptum, saluo ordine fraternæ correctionis, siue sit præceptum generale ad omnes, siue speciale ad aliquem. Quod si prælatus contra hunc ordinem præciperet, peccaret, nec ei esset obediendum, quia contra præceptum Christi obediens peccaret. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad 5.

26 ¶ In quibuscumque casibus iudex secularis, vel ecclesiasticus potest iuramentum exigere, siue in via denunciationis: siue inquisitionis, siue accusationis. Tho. ver. q. 2. ar. 2. ad 3.

27 ¶ Quando crimen non est occultum super occultis circumstantiis illius potest testis interrogari, secundum Pan. in c. qualiter & quando. el. primo. de accu. circa finem.

Sufficit enim, quod crimen non sit occultum.

28 ¶ Si delictum sit notorium, ut quia videtur domus combusta, sed ignoratur quis eam combusserit, potest Iudex sine alicuius citatione ex officio suo inquirere generaliter, & non contra certam personam. Et si aliqui nominantur in illa generali inquisitione, debet postea procedere specialiter contra illos, secundum Pan. in cap. bonæ memoriæ. de appe. el. 1. & Inn. qui dicit hanc practicam seruare totum mundum. An autem ille qui scit, teneatur reuelare hoc delictum secretum, sunt opiniones. Quidam dicunt Tho. tenuisse in quodam cap. generali, quod tenetur, quia quando iudex potest præcipere, subditus tenetur obedire, ad quod facit dictum Pe. de Pal. 4. di. 19. ar. vlt. in sol. ar. vbi videtur tenere, quod factum publicum sit sufficiens ad inquisitionem. Oppositum tenet Pan. post Inn. & Ho. in d. c. bonæ memoriæ. el. 1. Vnde rationabiliter dicendum est ex supradictis, quod quando factum est notorium, & aliqua persona est de hoc suspecta, vel infamata, tenetur tam reus, quam alij pro palare, vel si sunt tot testes, quod sufficienter possit hoc probari. Si vero non præcessit infamia personæ, nec indicia sufficientia nec semiplena probatio, non tenentur, & si specialiter interrogentur, debent subterfugere prudenter, vel appellando, vel dicendo quod probent, & fiat ius, &c.

29 ¶ Episcopo præcipiente, ut qui scit, reuelat tale delictum, &c. ille qui nouit, primo debet correctionem facere ei, ut satisfaciat Episcopo. Quod si non vult, debet reuelare, si potest probare, quia communiter episcopus querit tanquam iudex. Si autem non potest probare, non tenetur dicere ei tanquam iudici, potest tamen dicere secretè, ut patri, si credit quod Episcopus salutem animæ delinquentis queret. Glo. in c. sacerdos, de pœ. di. 6. & 6. q. 1. si omnia.

30 ¶ Conuictus, vel diffamatus de vno crimine, & iustè inquisitus, secundum Pet. de Pal. 4. di. 19. ar. vlt. circa fin. potest de omnibus aliis inquiri peccatis, & occultis circumstantiis, & tenetur dicere veritatem, (credo tamen de illis tantum de quibus non satisfecit) Similiter socios prodere, contra quos iustè potest agi, maxime quando sunt incorrigibiles. Illos autem quos pœnitet, accusare non debet, nisi de eis specialiter interrogetur. Huic concordat Ang. de Aret. in suo tra-

de ma

de malef. ver. inquisitio. §. 9. Caie. aut. 2. 2. q. 69. ar. 1. 2. oppositum tenet, dicit enim quod inquisitio non potest fieri, nisi de crimine illo, de quo aliquis est diffamatus. Nec est verum id, quod quidam scripserunt scilicet, quod diffamatus de vno crimine, de aliis possit inquiri, hoc est manifestè contra c. Inquisitionis, de accusa. vbi dicitur, Inquisitio fieri debet solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt, & in tantum decretalis illa exigere vult præcedentem infamiam super aliquo crimine: quod si duo, vel plures iurati aliquem affirmant crimen aliquod eisdem videntibus commississe, de quo aliqua non laborat infamia, non est contra eum propterea inquirendum. Nec ratio quæ illos mouit (scilicet quia non propter occultationem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare) concludit intentum eorum, quoniam falsum est, quod iudicium de occultis sit prohibitum, non propter occultationem peccati, immo quoniam peccatum est occultum ideo exemptum est ab inquisitione humana, & iudicio humano, quoniam omnia humana iudicia ad publicam potestatem, scientiamque spectant. Caueant ergo suæ, & subditorum suorum conscientia prælati illorum religiosorum, qui diffamato de vno præcipiunt, inquirendo de aliis, de quibus non est diffamatus, peccant enim præcipiendo, & illi respondere non tenentur. Nec excusantur prælati dicentes, quod aliquando aliàs de tali crimine fuit aliqua suspicio, oportet enim infamiam, seu clamorosam insinuationem præcedere, & non simplicem suspicionem.

31 ¶ An fratres prædicatores possint appellare; Respondeo quod sic dicitur in eorum constitutionibus, in c. de capitulo generali. Declaramus quod licet appellatio sit de iure naturali, vnus quisque potest iuri suo renūciare, & eo ipso, quod quis obedientiam sponte profitetur, secundum constitutiones nostras, secundum quas non licet appellare, ex hoc etiam renunciat iuri sibi à natura comperenti de appellatione, sicut & iuri possidendi aliquid ut proprium, & iuri ducendi ducendi uxorem, quibus natura omnes liberos fecit: Vnde in concilio apud Carcaffonā. M. C C C X I I. celebrato, sic dicitur, Volumus, & ordinamus, quod quicumque frater repertus fuerit iudicio eius, ad quæ spectat, sine causa rationabili à quocūque superiori suo appellasse, carcerali custodiæ mancipetur, denunciante, fratribus vniversis quod de iure communi, & ex priuilegio ordinis spirituali, nulli fratrum

Diffamatus de vno crimine, an de alijs possit inquiri.

Simplex suspicio non sufficit ad inquisitionem.

licitum est à correctione, vel ab officiorum amotione appellare, sicut fuit declaratum Cenomanis, M. C C C X C I. infra, Appellatio. §. xvj.

D E A D I U R A T I O N E .

- 1 *Adiuratio quid sit.*
- 2 *Adiurare quomodo sit peccatum.*
- 3 *Adiurare demones quomodo non liceat.*
- 4 *Adiurare quomodo liceat creaturas irrationales.*
- 5 *Adiuratio debito modo facta, est licita & meritoria.*
- 6 *Adiurans quomodo mortaliter peccet.*
- 7 *Expellens dæmonem & illum adiurans quomodo peccet.*

Adiuratio secundum Arch. Fl. 2. parte, titul. 10. cap. 8. est inductio alicuius personæ, vel creaturæ, ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ex inuocatione rei sacræ: & si fiat cum debitis circumstantiis est actus iuræ, sicut iuramentum, secundum Thom. secunda secunda. q. 90. ar. 1.

Matt. 26. 2 ¶ Adiurare superiorem non quasi rogando, sed quasi cogendo (prout Cayphas Christum adiurauit) est peccatum mortale. Secus si adiurauit inferiorem, vel superiorem, non intendens aliquam necessitatem ei ex hoc imponere, sed tantum reuerentiam rei sacræ, secundum Th. vbi supra.

Non licet habere amicitiam cum dæmonibus. 3 ¶ Adiurare demones per modum deprecationis, vel inductionis ob reuerentiam rei sacræ, non licet: quia talis modus ad beneuolentiam, vel amicitiam quædam videtur pertinere; quam cum dæmonibus habere non licet. Adiurare verò eos per modum compulsionis, licet quandoque videlicet, vt nobis non noceant, vel aliis repellendo vt inimicos: quandoque non licet, vt ad sciendum aliquid ab eis, vel obtinendum aliquid vt sanitatem, vel huiusmodi: quamuis dum expellitur dæmon possit adiurari de veritate dicenda, & inquiri aliquid, quod occurrit ad aliorum utilitatem, vel vt cognoscatur si verè est dæmon cum hæc ad eius amicitiam non pertineant, ex S. Tho. vbi supra, & 2. 2. q. 95. art. 4. Ex instinctu tamen spiritus sancti, aliquid præceperunt dæmoni aliquod seruitium, vt S. Iacobus, qui Hermogenem per dæmones fecit ad se adduci, non tamen vt dæmonis amicitiam haberet.

4 ¶ Adiurare creaturas irrationales non licet secundum se, quia vanum est, sed in ordine ad Deum à quo mouentur, licet vel per modum deprecationis ad Deum directè, quod pertinet ad eos qui miracula faciunt diuina inuocatione: vel per modum

modum compulsionis, quæ refertur ad dæmonem, qui in nocentum hominum irrationabilibus vitur. Et hoc modo vitur Ecclesia in exorcismis, quos dæmonum potestas ab irrationabilibus excluditur. Th. vbi supra. art. 3.

5 ¶ Adiuratio facta debito modo est licita, & meritoria: *Conditio* habet enim similitudinem cum iuramento estque actus iuræ, *nes adiu-* sed oportet, quod fiat cum reuerentia de re bona, bona in *rationis.* tentione, & debitis circumstantiis. Et si fiat ad subditos debito modo, cum intentione obligandi, obligat sicut præceptum, & iuramentum. Thom. vbi supra.

6 ¶ Adiurans aliquem de eo quod potest, vel quem non potest intendens eum obligare, mortaliter peccat, vt dictum *Exo. 20.* est, agitque contra iustitiam, & taliter adiuratus ex hoc non *Deut. 5.* tenetur obedire. Adiuratio in casibus non licitis, de genere *Adiura-* suo est mortale peccatum contra secundum præceptum, *Adiura-* Non assumes nomen Dei in vanum. Thom. vbi *tu non li-* supra. *cito est*

7 ¶ Volens dæmonem expellere, & adiurans vt dicat aliqua ex curiositate, qui ad expulsionem nihil faciunt, vt pu- *peccatum* *mortale.* *Quid tenuit Arist. de immortalitate animæ? vt homini,* & hoc non facit vt credat firmiter, vel vt discat à diabolo venialiter videtur peccare: quia per hoc non vult diaboli amicitiam, sed est ex quadam leuitate, quod tamen fieri non debet, ne alij fortè diabolo credant. Sil. vers. Adiuratio. §. 5. Cauendum tamen in huiusmodi adiurationibus, ne quis adiuret obsecratinè, aut ad aliquod consequendum, vt puta obsequium vel notitiam, quia tunc mortale videtur.

D E A D M I N I S T R A T I O N E .

- 1 *Administrator de mala administratione tenetur satis facere.*
- 2 *Administrator tenetur de dolo.*
- 3 *Administrationem committens indigno scienter tenetur.*

Administrator tenetur de mala administratione satis *Admini-* facere, secundum Inno. in c. Ex presentium. de pigno- *stratio bo-* ribus. Et ille, cuius est administrator habet actionem nego- *riorum mo-* ciorum gesto. contra eum. ff. de neg. gest. l. 3. §. vlt. 12. quæst. *nasterio-* 2. si quæ de rebus. *rum ad*

2 ¶ Administrator tenetur de dolo, secundum gl. in l. Cui *quos spe-* ostendimus. ff. de fidei. tu Tenet etiam de lata culpa. l. Cura- *ctet, vide* tores. C. de neg. gest. & etiam de leui. l. q. q. d. C. de arb. tu *Con. Tr.*

25. cap. 2.
Admini-
stratores
locorum
piarum
quib. ra-
tionem
reddant.

Sess. 22.
ca. 9.
Et de
quibus
admini-
stratores
episcopa-
tus sede
vacante.
Sess. 24.
c. 16.

3 ¶ Administrationem committens indigno scienter, tene-
tur de mala administratione, secundum Inn. in c. Ex ratione.
de æta. & qual. & mortaliter peccat. Quando autem admini-
strator de casu, vel fortuna teneatur, vide in l. negocia. ff.
de neg. gest. quia in quinque casibus teneatur.

DE ADMONITIONE.

1 A dmonitio quando fieri debeat.

A dmonitio debet fieri ante denunciationem, secun-
dum glo. in c. Qualiter & quando el secundo. de ac-
cu. Vide infra, Correctio fraterna. §. 4. Admonitio prævia
secræta, est de præcepto ante publicam denunciationem in
iudicio, si correctio speratur, Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7.

DE ADOPTIONE.

1 Adoptio quid.

2 Adoptio duplex.

3 Adoptare quis possit. & nu. 4.

5 Adoptantis in potestate transit quicquid est in potestate a-
doptati.

6 Adoptato patre adoptati sunt & eius filij, & c.

7 Adoptari non possunt consanguinei.

8 Adoptio causans cognationem legalem impediens matrimo-
nium, qua triplex est.

9 Adoptari, nullus potest in fratrem vel sororem, vel patrem,
nec sine solemnitate legali.

10 Adoptio quot modis solvatur.

11 Adoptatus & arrogatus à coniuncta persona succedit ab in-
testato, & quomodo.

A doptio secundum Thom. 4. sent. dif. 42. q. 2. art. 1. est
extraneæ personæ in filium, vel nepotē, vel deinceps,
legitima assumptio. Pan. in rub. eo tit. dicit, quod est quæ-
dam propinquitās à lege inducta.

2 ¶ Adoptio duplex est secundum Thom. ibi ad primum.
Vna quæ naturalem filiationem pfectè imitatur: & hæc vo-
catur Arrogatio, per quam reducitur adoptatus in potesta-
tem adoptantis, ita ut adoptans succedat adoptanti ex in-
testato, nec potest eum pater adoptans quarta parte hære-
ditatis priuare. Et sic adoptari non potest, nisi qui est sui iu-
ris, & postquam est adoptatus, non habet potestatem, aut
si hæt, est emancipatus, quod qdem non fit, nisi principis
authoritate. Alia est simplex adoptio, per quã adoptatus nō
trāsīt in potestatem adoptantis, & secundū hęc potest adoptari est il-
le qui non est suis iuris, sine authoritate principis ex auto-
ritate

ritate magistratus: nec succedit in bonis adoptantis, nec
adoptans in testamento renetur ei aliquid relinquere. Pan.
in c. 10. eo. tit.

3 ¶ Adoptare non potest aliquem, qui non est sui iuris,
vel minor 25. annis, vel mulier. nisi ex speciali autoritate
principis, quia isti disponendi de hæreditate non habent
potestatem. Tho. vbi supra ad tertium.

4 ¶ Adoptare non potest, qui ad generandum hæt natu-
rale impedimentum, ut frigidus. Secus si ex accidentali de-
fectu non potest generare, ut gladio castratus. Pa. c. vnico
de cog. leg. talis enim nō indiget solatio filiorum, sicut qui
habitos filios amiserunt, vel habere potuerunt, sed casu ac-
cidentaliter non habuerunt, & oportet quod adoptans sit tā-
to maior, ut adoptatus possit esse eius filius, & quod per an-
nos 18. præcedat eum, & sit ita senex, ut naturaliter possit
esse pater adoptati, secundum Tho. supra ad 5.

5 ¶ Quicquid est in potestate adoptati transit in potesta-
tem adoptantis. Th. ibi ad 4. Secus in adoptione simplici, quan-
do filius nō emancipatus adoptatur, quia nō transit impote-
statem adoptantis, nec succedit, ut dictū est supra ibi. ad 4.

6 ¶ Adoptato patre adoptantur eius filij & nepotes non
emancipati. ibi. Tho. ad 4.

7 ¶ Consanguineis non conuenit adoptari, quia iure na-
turæ debent succedere. ibi. Thom. ad vij. & 3. distin. i. c. quæ-
stio. 2. art. 1. quol. 1. ad 2.

8 ¶ Ex adoptione causatur cognatio legalis impediens
matrimonium autoritate legis confirmatæ ab Ecclesia. Th.
4. senten. distin. 24. q. 2. ar. 2. per totum. vide infra Matrimo-
nium. §. 16.

Et est triplex, prima descendentiū inter cōiugem ado-
ptantis, & ipsum adoptatum, & econuerso perpetuo impe-
diens matrimonium, tertia inter filios naturales, & adopta-
tos, impediens tantum quamdiu durat adoptio. ibi artic. 3.
De hoc plenius infra, Matrimonium, §. 17.

9 ¶ Adoptari nullus potest in fratrem, vel sororem. l. Nec
apud C. de hære. insti. Nec etiam in patrem. Nec si quis di-
cat, Coram multis accipio te in filium, & c. Pa. in c. Vnico. de
cog. leg. sed oportet, quod seruetur forma: videlicet quod
fiat autoritate principis, vel magistratus, & c. & tam mascu-
lus quàm fœmina possunt arrogari, & adoptari, masculi-
num intelligitur, & fœmininum secundum Thom. 4. in 4.
supra.

Conditio-
nes ado-
ptionis.

Adoptio
non est cō-
sanguinea
rnm.

*Adoptio
quod mo-
dis solui-
tur.*

10 ¶ Adoptio secundum P'e. de Pa. 4. dist. 42. q. 1. art. 2. sex modis soluitur, videlicet naturali morte adoptantis, morte civili propter nuptias incestuosas, dignitate, per sententiam, & per emancipationem.

11 ¶ Adoptatus, & arrogatus à coniuncta persona ab intestato succedunt, sicut naturales, & legitimi filij, & habent quærelam inofficiosi testamēti, si sine causa sunt exheredati. Arrogatus autem habet quartam & partem si emancipetur, & forte idem est de adoptato à persona coniuncta, quia quasi assimilatur arrogata. Secus est de adoptato ab extranea quia nihil habet nisi quid ab intestato succedit sicut naturalis, & legitimus. Item adoptans, durante adoptione, adoptatum quamuis extraneum egentem, tenetur alere, sicut naturalem filium, licet emancipat, & e contra filius tenetur patri ad alimenta, si indiget. Item pater potest eum vendere in casu, sicut filium naturalem. Hæc secundum P'e. de Pa. 4. vbi supra. Adoptio imitatur naturam carnalis matrimonij, hinc est, quod per hanc cognitionem legalem etiam sacerdos, qui naturaliter, & de facto potest generare, potest & filium adoptare, & ita de quocunque valens generare. l. patet. ff. eo.

*Potens ge-
nerare, po-
tест etiam
adoptare.*

DE ADORATIONE.

- 1 Adoratio quid est.
- 2 Adorare Deum est de iure natura.
- 3 Omnia quæ in Deo sunt vna adoratione adorantur. Sacrificiumque soli Deo exhibetur. 4.
- 5 Adoratione latriæ simpliciter adoratur humana natura, quæ in Christo fuit vnita diuinitati. Et quid de eius imagine, ac aliorum sanctorum & nu. 6.
- 7 Crux Christi qua adoratione veneranda.
- 8 Virgo Dcipara qualiter adoretur. Et item reliquiæ sanctorum & Angeli.
- 9 Eucharistia qualiter adorari debeat.
- 10 Prelato in mortali existenti non debet exhiberi dulia.
- 11 Demonibus, nec damnatis non debetur honor.
- 12 Latria quid sit, quid item Dulia: ac Hyperdulia.
- 13 Adoratio Dei duplex est.

Adoratio est reuerentiæ alicui rei propter eius excellentiam exhibita. Thom. 2. 2. quæstio. 64. articulo primo.

2 ¶ Adorare Deum est de iure nature, vt est principij creationis, & gubernationis, & tenetur hō deputare aliquod tempus

tempus vitæ suæ ad vacandum diuinis de præcepto morali. Quod autem hoc vel illud faciat, vel hoc tēpore, est ex institutione legis diuinæ, vel humanæ, & contra hoc præceptum nulla consuetudo potest introduci. Thom. ibi. q. 81. ar. 3. Secus de præcepto, quod est de iure positiuo, vt quod tali die ab opere seruili abstinemus. Facit ad hoc infra ver. Ferix. vide aliquid ibi.

3 ¶ Tres personæ, diuinæ relationes, attributa, & omnia quæ in Deo sunt, vna adoratione adorantur, quia omnia sunt vnum in ipso Deo. Thom. 2. 2. quæst. 84. artic. 1. ad 3.

4 ¶ Sacrificium soli Deo exhibetur, secundum Aug. in 10. de ciui. Dei. S. Th. ar. 1. ad 1.

5 ¶ Humana natura quæ semper in Christo fuit vnita diuinitati, simpliciter adoratione latriæ debet adorari: suppositum enim est quod adoratur, & non natura humana, secundum rationem separata, Thom. 3. di. 9. q. 1. ar. 2. ql. 1. consentit magister Augu. & Dama. Imago Christi, non vt res quædam materialis, sed vt imago Christum representans, eadē adoratione, qua Christus debet adorari. f. latria: quia idem motus est ad imaginem, & ad imaginatum: Thom. vbi supra q. 2. Imagines autem aliorum sanctorum adorari possunt eadem adoratione, qua sanctos conuenit adorare videlicet dulia, vel hyperdulia.

*Imago
Christi
qua ad-
oratione ē
adorāda.*

6 ¶ Verum nostris dieb. quidam hæretici insurrexerunt, dicentes imagines non debere adorari, quia dicitur Exod. 21. Non facies sculptile, &c. & 4. Reg. 18. legitur, quod Ezechias serpentem æneum iussit cōfringi, & Io. 4. dicitur Veri adoratores adorabunt in spū, &c. Ideo videtur, quod huiusmodi imagines non possunt adorari. Respondetur, quod hic fuit error quorundam Græcorum. Et licet ex scriptura vsus imaginum non habeatur, tamen vt dicit Dama. lib. 4. vsus imaginum ex traditione Apostolorum habemus, qui à Christo erant edocti, & ipse Damasc. simul cum Eusebio refert, Christum suā imaginem Abagaro misisse (licet hoc pro apocrypho habeatur) (dicitque idem Dama. Lucam imaginem Beatæ virg. Mariæ pinxisse. Et fuit vsus imaginum approbatus in 2. Cōcilio Niceno & Cōstantipolitano, & in tribus aliis Lateranen. sub Greg. & aliis Pont. Ideo conuenienter Christiani vtuntur imaginibus, tenentes ea ad instructionem rudium, in memoriam Christi, & sanctorum, & excitandum homines ad virtutes. Nec adoramus pro Deo sanctos, quorum imagines facimus, quod esset contra

*Imig ides
sunt ins-
tructiones
vel literæ
rudium.*

contra illud, non facies sculptrile, scilicet, tanquam pro Deo adorandum. Et Ezechias fecit confringi serpentem, quia erat occasio idolatriæ, & sic fieri deberet imaginibus quando homines eas pro Deo adorarent, quod non faciunt. Principalis tamen nostra adoratio debet esse in spiritu, & veritate. Restat ergo (quod licitum est) etiam imagines adorare, ut supra dictum est.

*Cruz ve-
ra Chri-
sti, qua a-
doratione
est adorā-
da.* 7 ¶ Cruz Christi, in ipse pependit, in quantum repræsentat Christum, eadem adoratione qua Christus, scilicet, latria, debet adorari. In quantum vero est res quedam Christi, adoratur hyperdulia, & non latria: quia non pertinet ad personam verbi. Aliæ autem cruces pictæ, vel factæ, non adorantur, nisi adoratione latriæ: quia non nisi in quantum repræsentant Christum. Idem dicas de aliis Christi rebus, ut de veste, corona, clavis, & cæteris. Si adorantur ut imago, latria debent adorari: si ut res Christi, hyperdulia. Et sic concordat quæ dicit Th. in 3. sen. supra, cum dictis in 3. q. 25. ar. 4.

*Maria
virgo mo-
do adora-
tur ad-
oratione
hyperdu-
lia, modo
dulia.* 8 ¶ Beata virgo quæ fuit mater Dei, quando honoratur ratione filij, adoratur hyperdulia, ratione autem sui, dulia, nunquam tamen latria. Tho. in 3. supra q. 3. Reliquias vero sanctorum, & angelos, dulia adoramus, nisi repræsentarent Deum per aliquam similitudinem, sicut angeli apparentes Abrahamæ repntabant Trinitatem, ideo adoravit eos adoratione latriæ. Secus, si in propria natura adorantur. Tho. 3. q. 25. ar. 6. & 3. sent. supra. ad 3.

*De vene-
ratione
sacramenti
euchari.
vide Cõc.
Trid. Sess.
13. c. 5.* 9 ¶ Hostia quæ offertur à sacerdote in missa, non debet adorari cum actuali conditione, si est consecrata, sed sufficit quod hæc conditio sit in habitu: quia si non crederet esse consecratam, non adoraret. Th. 3. sen. di. 9. q. 1. ar. 2. ql. 6. Quod si diabolus in forma Christi appareat pp rei novitatem debet homo adorare cum actuali conditione: hæc. n. novitas attentionem & considerationem requirit, ibid. ad. 3.

10 ¶ Prælate dum est actualiter in mortali, non debet exhiberi dulia, secus quando est sine peccato mortali, vel nescitur in quo statu sit, tunc. n. non apparet contrarium virtuti, cui honor debetur. Malo tamen Prælate ratione officij aliquis honor debetur.

11 ¶ Dæmonibus non debetur honor, nec damnatis, quia est ligata in eis aptitudo naturalis ad virtutem. Similiter nec irrationalibus, Tho. 3. vbi supra. q. 2. art. 2.

12 ¶ Latria est servitus, quæ soli Deo exhibetur pp dominium quod super omnem creaturam exercet. Th. 2. 2. q. 103. ar. 3.

ar. 3. Dulia servitutem erga dominos, dicit. Hyperdulia media esse videtur inter latriam, & duliam, & exhibetur creaturis, quæ habent specialem affinitatem ad Deum, sicut Beatæ Virgini. Thom. ibi ar. 4. ad 2.

13 ¶ Adoratio Dei duplex, interior scilicet, quæ est devotio mentis, & exterior, quæ est humiliatio corporis. Prima tamen principalior est propter quam, & ad quam fit secunda, ut dicit Thom. 2. 2. q. 84. ar. 3. per totum. Et adorantes genua flectimus, & prosternimus, quia infirmi, & nihil sumus, ibi. art. 2. ad secundum.

*Cur ado-
rando ge-
nua fle-
ctimus.*

D E A D V L A T I O N E.

- 1 Adulatio quid est.
- 2 Adulatio tripliciter est peccatum, de quibus num. 3. 4.
- 3 Adulatoribus aliquid dare peccatum est.
- 6 Clericus vacans adulationibus, &c. degradatur.
- 7 Adulator beneficium impetrans per adulationem, an illud resignare teneatur.

Adulatio est excessus delectandi alios verbis, vel factis laudis, intentione alicuius lucri consequendi. Tho. 2. 2. q. 115. ar. 1. & quia est excessus, ideo peccatum.

2 ¶ Contingit tripliciter esse mortale, secundum Caie. ibi, vel ratione materiæ, ut quando quis alium laudat de actu, qui est peccatum mortale, vel ratione finis, ut si laudando intendit nocere corporaliter, vel spiritualiter, & hoc notabiliter, vel ratione occasionis, ut cum præter intentionem laudantis alteri præbetur occasio peccandi.

3 ¶ Aduertendum tamen hic circa occasionem, an sit data, vel accepta, an laudans cognovit, vel excogitavit laudatum, ex simili laude in mortale ruere esse solitum, & an sponte, vel ex debito laudauerit: quia si dabat operam rei licite, laudando ex debito, præter malam intentionem, si alius ruit, non ei imputandum est. Vide infra, Scandalum. §. 4.

4 ¶ Adulans, tantum occasione delectandi alios, vel ad vitandum aliquod malum, vel ad consequendum aliquod bonum in necessitate servatis his quæ dicta sunt, quod non sit occasio ruinæ, nec de materia mortali, &c. venialiter peccat. Thom. vbi supra. Non enim contra charitatem agit.

5 ¶ Dare aliquid adulatoribus ex appetitu nimie laudis, vel iniustæ vel iniquæ (ut puta de malo) peccatum est, quia fauetur peccato adulatoris, & communicatur in crimine secundum

cundum Th. ibi. q. 168. ar. 3. ad 4. Dare etiam prodigè istis, vel sustentare eos qui illicitis adulationibus vacant, extra casum necessitatis, non licet: præbetur enim eis mali occasio. Secus, quando dant his qui moderatè laudant, vel ad bonum finem, & causa delectandi, sine periculo, sicut etiam histrionibus: quia sicut hi non peccant huiusmodi moderatè exercentes, ita nec eos sustentantes, sed iustè agunt, eis quasi mercedemtribuendo. Th. 2. 2. q. 168. ar. 3. ad tertium. Vide 86. d. c. Donare, & duobus sequentibus.

6 ¶ Clericus vacans adulationibus, & proditionibus, si deprehenditur, degradatur ab officio. c. Clericus. 46. dist. Vide infra, Histrionibus per totum.

7 ¶ Adulator beneficium impetrans per adulationem, licet secundum Archie. Fl. 2. par. tit. 1. c. 5. §. 4. reputandus sit simoniacus. 1. q. 1. c. Ordinationes, non tamen tenetur illud beneficium resignare: Ar. extra eo. c. fi. & alle. Inn. & Host. qui hoc not. in c. Tuam, de æta. & qual. Et ratio est, quia mentalis simonia est, quæ tantummodo pœnitentia purgatur, nec resignatio necessaria est, per d. c. fi. de simo. ad fin. quâuis quidam oppositum dicant. Adulatio secundum se turpius peccatum est, & verecundius litigio, sed est leuius, quia minus contrariatur amicitia, id est, affabilitati occultæ, sine vi & minus cum contemptu. Thom. 2. 2. q. 116. art. 2.

DE ADULTERIO.

- 1 Adulterium quid est, quod peccatum sit, quotupliciter fiat.
- 2 Mulier adulterans an plus peccet quam vir.
- 3 Adulterantes quibus legibus puniantur, & qua pœna. nu. 4.
- 5 Adultera per vim violata an pœnam patiatur.
- 6 Adulterij mala & ad quorum satisfactionem, qui teneantur, & num. 7.
- 8 Adulteri quando mittere possint filios ad hospitale, & quando eos alere teneantur.
- 9 Spurius credens matri se esse spurium, tenetur renunciare hereditati, & quid de filijs natis ex secundo matrimonio vivente prima vxore. num. 10.
- 11 Mulier an filios susceptos ex adulterio possit instituere.
- 12 Adulterium quando dicatur publicum.

Adulterium, est accessus ad alienum thorum, secundum Tho. 2. 2. q. 154. ar. 8. Et est determinata species luxuriæ, specialem deformitatem habens circa actus venereos, secundum

dum Tho. ibi. Unde peccatum est, quia contra castitatem, & mortale, quia contra bonum prolis educandæ. Est & gravius simplici fornicatione, quia non solum contra castitatem, sed contra fidem etiam est matrimonij; minus tamè graue, quam incestus, vel sacrilegium, vel vitium contra naturam: tripliciterque fit, videlicet, quando coniugatus cognoscit solutam, & econtrà, quando coniugatus coniugatam.

2 ¶ Mulier adulterans, gravius peccat, quam vir, secundum Pe. de Pal. ratione incertitudinis prolis, & scandali. Quo autè ad fidem matrimonij, æqualiter peccant, sed quantum ad dominium rationis, vir plus peccat. Th. 4. sen. di. 25. ar. 4.

3 ¶ Adulterantes per leges puniuntur ciuiles, sed non pertinet ad forum animæ. Puniuntur etiam lege canonica, secundum Pan. in c. Plerunque. de dona. inter vir. & vxor. quia mulier perdit dotem, & vir donationem propter nuptias, si matrimonium separetur per sententiam Iudicis ecclesiastici, aliter non, secundum Io. And.

4 ¶ Aliam pœnam incurrit, quia amittit ius petendi debitum, de quo infra. Debitum. §. 17. Si tamen recõciliatur, omnia recuperat, vt d. c. plerunque.

5 ¶ Adultera per vim violata absolute nullam pœnam patitur, secundum Pan. in conf. 4. Si verò violentia fuit conditionalis (vt puta, timens occidi consensit) peccauit coram Deo, non tamen per leges adulterij, pœna punitur, vt dotem perdat, aut mariti consortio priuetur, quod etiam patet in l. Vim passam. ff. de adul.

6 ¶ Ex adulterio multa mala veniunt, quandoque damnificatio hætedum legitimorum, ad cuius satisfactionem adulteri, qui causam damni dederunt, teneantur, aut manifestè, si negotium patitur, aut occultè, dando læsis meliori modo, quo fieri possit: si ex manifestatione adulterij periculum imminet, occultè satisfaciatur quomodo potest, reliquum diuinæ misericordiæ relinquat, iuxta cap. Officij, de pœ. & re. Non enim tenetur perdere famam, vel vitam, vt satisfaciatur. Item si ex reuelatione adulterij non speratur fructus, quia nec filius tenetur matri in hoc credere, neque maritus. Ideo etiam cessante periculo, & quando non est spes fructus, non tenetur reuelare, secundum Caie. ibid. Concordat Archie. Flo. 2. parte, tit. 2. cap. 10. §. 4. & Pan. non multum discrepat, post Inn. in c. Officij, de pœ. & re. si tamen posset mulier hoc probare sufficienter, & nullum periculum immineret, nec famæ, nec alterius rei teneretur reue-

Pœnam adulterij vide in Cõc. Trid. Sess. 24. ca. 8. & 9. Adulterium non separat matrimonium, vt not. in Con. Tri. Sess. 24. can. 8.

Adulterij mala que sint.

reue-

*Præceptū
positiuum
si sit cum
scandalo,
non obli-
gat.
Ius posi-
tiuū in-
terpreta-
tur ius
diuinum.*

reuelare, secundum Arch. I. Ibi, aliās faciat de suo, si habet venientibus ab intestato, vel his quos maritus verisimiliter hæredes instituit, si sciisset hunc non esse filium proprium. Idem dic si partum alienum mulier sibi supposuit. Ex his quidam colligunt, vt Ros. quod præceptum positiuum non obligat aliquem cum scandalo, & si sit præceptum Papæ, & iusta causa dimittitur ex ea scandalum corporum, vel animarum, venturum credatur, vt in d. c. Officij. Et quod ius positiuum etiam interpretatur ius diuinum, vt hic, quia, restituere alienum est de iure diuino.

7 ¶ De adulterio idem dicit Caie. ibi, quia similiter causam damni dedit, tenetur modo meliori, quo potest satisfacere, vt dictum est c. Si culpa, de iniur. & dam. dat. Hoc tamen intellige, quando est certus, quod valde difficile est scire, quia vel potest esse mariti, vel alterius. Mulier enim certior est, sed ipse adulter non tenetur credere ei. Tamen quando credit firmiter, quod sit suus filius, vel habet probationes ad hoc, tenetur & ipse satisfacere.

8 ¶ Quid si mittunt secretè ad hospitale? Dico quod possunt mittere, ne adulterium manifestetur: quia pp hoc facta sunt hospitalia puerorum. Tamen si adulteri sunt diuites, tenentur hospitali secretè satisfacere in expensis, & dare operam bono modo vt puer instruat. Secus quando sunt pauperes, quia propter pauperes principaliter sunt instituta huiusmodi loca, secundum Caie. ibi. Archi. Fl. vbi supra c. 7. Nullo tamen modo debent querere mortem pueri propter scandalum euitandum: ar. 22. q. 2. c. Faciat.

9 ¶ Spurius si credit matri dicenti ipsum esse spurium (licet non teneatur credere) debet renunciare hæreditati bono modo, sine tamen scandalo matris, aliter non esset tutus in conscientia, quia alienum teneret cum mala fide, secundum Pa. in d. c. Officij. De his autem quæ consumpsit quandiu fuit in bona fide, credens non esse spurium, non tenetur restituendo satisfacere. C. de rei ven. l. 1. & secundum Host. Secus postquam habet conscientiam læsam, vt in c. Literas. de rest. spol. Omne enim quod est contra conscientiam edificat ad gehennam, secundum, gl. ad Ro. 14.

*Omne
quod est
contra
conscien-
tiam ad-
ficat ad
gehennam.*

10 ¶ Si vir legitimos habens filios, viuentē vxore, aliam ducat scientem impedimentum, filij ex ea generati, secundum Vueruam. tenentur restituere totam hæreditatem filiis primi matrimonij cum fructibus mala fide cōsumptis, quāuis ex hoc oporteat eos mendicare, nisi bona fide completa sit

sit legitima præscriptio, maximè etiam si post completam præscriptionem retinent bonam fidem, non tenentur, neque etiam si post præscriptionem probetur eos non esse legitimos, & incoepit currere præscriptio, quando cœperunt reputari legitimi. c. Per tuas, de proba.

11 ¶ Mulier filios susceptos de adulterio potest sibi hæredes instituere, quia non prohibetur, reseruata tamen legitima parte liberis suis, nisi repugnet huic regionis consuetudo, secundum Alberi. & Sum. confes. lib. 2. tit. 5.

12 ¶ Adulterium dicitur publicum, secundum Pan. in c. Intelleximus, de adul. quando adultera stat in domo cum concubinario, & conuincitur de adulterio notoriè quando habet eam in mensa, in domo & in lecto de cohabi. c. Tua. & c. si. Item quando vir & mulier deprehenduntur in latebris se osculantes, & huiusmodi actus adulterio propinquos facientes. Facit. l. Si quis nō dicam. C. de Episcopis, & cle. Item quando passim admittit viros pro adulterio. l. Palam. ff. de ri. nup. Pœna lapidationis imposita erat mulieribus adulteris, & nō viris. Leu. 20. quia secundum Aug. mulier plura habet retrahentia à peccato, quam vir, videlicet custodiam viri, confusionem mundi, & prolis incertitudinem.

*Mulier
plura ha-
bet retra-
hentia à
peccato,
quàm vir.*

DE ADVOCATO.

- 1 *Aduocare prohibetur, an consulere prohibeatur.*
- 2 *Aduocatus qualis esse debeat.*
- 3 *Aduocare qui prohibeatur, & num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & infra num. 21.*
- 10 *Aduocatum iudex quando partibus dare teneatur.*
- 11 *Aduocati non debent assumere iniustas causas.*
- 12 *Aduocatus potens, & nolens aduocare in causa pauperis, mortaliter peccat.*
- 13 *Aduocatus non potest sine vitio ingratitude aduocare contra eum à quo beneficium recepit.*
- 14 *Aduocato non licet facere pactum de quota litis, &c.*
- 15 *Aduocati & procuratoris salarium.*
- 16 *Inter aduocatum, & litigatorem quæ pacta sunt illicita.*
- 17 *Salariatus de publico non potest aliquid accipere in privato.*
- 18 *Aduocatus si deferat causam quando sibi importetur.*
- 19 *Aduocatus quomodo aduersarium possit decipere.*
- 20 *Aduocatus quando pro vtraque parte possit patrocinari.*
- 21 *Aduocatus an possit aduocare contra rempub. à qua recipit salarium.*

Sum. Annil.

d

22 *Aduo*

22 *Aduocantes pro excommunicato, an & quando sint excommunicati.*

Per aduocatus pro priè quis dicatur.
Aduocare prohibitus, non censetur prohibitus in camera consulere, vel allegationes in scriptis facere, secundum Pa. in rub. de postu. quia aduocatus propriè dicitur, qui in iudicio apud eum, qui præest iurisdictioni sui, vel amici desiderium exponit, vel alterius desiderio contradicit, secundum Docto. in l. Paulus. la. i. ff. de postul.

2 ¶ Aduocatus debet esse iurisperitus, & saltem per quinquennium studuisse, Doctorumque iuramento probatus. l. nemini. C. de ali. iudi.

3 ¶ Quamuis multi sint, qui aduocare prohibentur, tamen quidam sunt, qui sine peccato aduocare non possunt. Et primo hæretici, propter suspicionem hæresis, de hæ. c. excommunicamus, el. i. Secundò excommunicati. 2. q. 3. c. excommunicatos. Et iudex eos admittens grauiter peccat. in d. c. excommunicamus. Similiter nec infideles admittendi sunt.

4 ¶ Episcopi, & superiores non possunt aduocare, coram Ecclesiastico, vel ciuili iudice. c. Te quidem. ii. q. i. ratione irreuerentiæ, & occupationis.

5 ¶ Sacerdotes non possunt similiter aduocare, nisi in quatuor casibus, videlicet pro se, pro sua ecclesia, pro personis coniunctis, vsque ad quartum gradum, quando saluum, vel ita bonum habere nõ possunt. Pro miserabilibus etiam personis, quæ. s. per se proprias causas ministrare non possunt, vel ecclesiastico auxilio indigent. c. Sacerdotibus, ne cle. vel mo. Et in glo. 14. q. 5. c. Denique. In criminali verò coram seculari Iudice nullo modo possunt. c. Sententiam, ne cle. vel mo. Non tamen propter hoc diuinum officium omittant, arti. distin. 81. c. Clericus.

Sacerdotes in quibus casibus possint aduocare.

6 ¶ Clerici qui sunt in sacris, & qui sunt in minoribus. si tamen sunt beneficiati, coram Iudice seculari non possunt aduocare, nisi in quatuor prædictis casibus. c. Cum sacerdotes, de post. Coram verò ecclesiastico possunt, vt satis videtur, ar. in cap. Clerici, de post. quia videtur tantum Episcopis & sacerdotibus interdictum coram utroque, nisi, vt dictum est, si verò in minoribus constituti, non sunt beneficiati, in causa ciuili possunt aduocare, tam coram seculari quam ecclesiastico Iudice. In criminali autem, coram seculari Iudice nullo modo possunt, vt habetur in d. c. Sententiam, ne cle. vel mo. Et hoc tutius est, quamuis quidam dicant qd pro reo possunt postulare, appellare, & appellationes prosequi.

7 ¶ Cle

7 ¶ Clericus potest esse procurator laici in foro seculari, secundum Abb. in c. Per venerabilem, qui si. sint leg. in vna causa. Et iura prohibentia talem procuratorem, debent intelligi de procuratore generali, & ita voluit Inn. in c. vnico. de obligati. ad ratio. Ex hoc sequitur, quòd clericus in foro seculari possit esse procurator clerici à fortiori. Ita concludit Pa. in d. c. Per venerabi.

8 ¶ Religiosus non potest procurare, nisi hæc duo concurrant, vel vtilitas monasterij, & imperium Abbatis. De post. cap. ex parte. Et extenditur ad canonicos seculares, vt ibi. Et necesse est hæc duo concurrere, secundum Panor. & tunc possunt etiam coram Iudice seculari, in causa ciuili tantum procurare. Non tamen licet pro lucro applicando monasterio, secundum Ioan. An. quamuis aliqui dicant posse. Pa. tamen in d. c. Ex parte, dicit fore magis æquum & honestum abstinere.

Religiosus quando potest procurare.

9 ¶ Habens beneficium in duabus ecclesiis, potest aduocare pro vna contra aliam. Primò, si in vna est prælatus, potest ratione prælationis, secundum Inn. in c. fin. de postu. Secundò, si necessariò fungatur officio instar tutorum, potest, vt dicit Inn. in d. c. fin. Tertiò, si pro priori agit contra secundam, De iur. iur. c. Tuam.

10 ¶ Aduocatum date tenetur Iudex illis, qui propter paupertatē, vel potentiam aduersæ partis habere nõ possunt. ff. de offi. cond. l. nec quicquam. §. si. Et si aduocatus iustus à Iudice hoc facere renuat, sine causa, potest per Iudicem ab officio aduocationis perpetuò remoueri. C. eo. ti. l. Prouidentum. Intellige tamen si ei cõpetens salarium constituitur.

Aduocatus quando potest ab officio deponi.

11 ¶ Aduocatus, & procurator peccant, assumptes causam iniuste defendendam scienter, siue ad vincendum, siue non, siue ad concordandum, siue ad differendum, seu aliter, etiam si caput aliquod iustum capiant, vt iustum impediunt, vel differant, aut peruertant. Si non vult, vel negligit scrutari merita causæ, sed qualiscunque sit, assumit tuendam, & non curat, an quod assumit, sit iustum, vel non, quod contra caritatem est. Si prosequitur causam iniustam, quam à principio iustam credebat. Hæc enim prosecutio iniuriam infert proximo, debet enim deserere causam, & monere pariter vt credat. Si negligit studere, & adhibere debita remedia causæ, secundum quod potuit, & debuit. Si non manifestat suo clientulo causam esse iniustam quam ipse iustam credit, sic. n. iniuriã facit clientulo, & aduersario. Si docet clientulũ

d 2

dicere

dicere falsum, vel dolosè incedere. Si exigit à clientulo plac-
quam debet. In omnibus his casibus peccatum mortale in-
teruenit manifestè, quia contra iustitiam caritatemq; agi-
tur, nisi nocuumentum adeò esset paruum, vt ratione actus
imperfecti, ad veniale reduceretur. Hæc secundum Caiet. ibi
in summa. Et tenetur de damnis, &c.

12 ¶ Aduocatus nolens aduocare in causa pauperis in ex-
trema necessitate, & potens, mortaliter peccat, sicut in aliis
operibus misericordiae est, secundum Tho. 2. 2. q. 71. art. 1. &
Caiet. in summa ibi.

13 ¶ Non potest aduocatus sine vitio ingratitude in aduo-
care cõtra eum, à quo beneficium recipit, ar. in c. si. de postu.
Excipe nisi pro se, vel sibi coniunctis vel miserabilib. agat,
secundum Spe. in tit. de Aduocato.

14 ¶ Aduocato, seu procuratori non licet facere pactum de
quota litis, neque etiam de certa quantitate, vel re, cum hac
conditione si vincat, l. si qui. C. de postu. Etenim eadem ra-
tio, sicut de quotè litis promissione, quæ ideo prohibita est,
ne per fas, & nefas, ad victoriam causæ intendat, vt promissum
consequi possit. Licet tamen ei pro mercede promitte-
re, quid certum, siue quantitati, vel rem, siue vincat siue nõ,
etiam si ultra hoc, aliquid parui munusculi promittatur,
quia in hoc ratio prohibitionis cessat.

15 ¶ Aduocatus, & procurator, in vna causa non possunt ac-
cipere salarium, quod excedat sex aureos. ff. de va. & extraor.
cogn. l. 1. Nec possunt facere contractum causa in excepta, &
non finita cum clientulo. 3. q. 7. §. item si quis.

16 ¶ Si litigator promissit centum, si vincat, si verò non vin-
cat, 50, secundum Spe. pacta seruantur. Et si lis per concor-
diam, vel alio modo terminetur, ita quòd aduocatus, & pro-
curator non perficiant, debent habere de salario, vel de pro-
missio, secundum proportionem litis, de æquitate.

17 ¶ Salarium de publico, non potest aliquid accipere à li-
tigantib. sicut nec medicus ab infirmis, quamuis à sanis pos-
sit accipere, secundum Pa. in c. 1. de postu. post In. quia talia
salaria sunt constituta pro litigantib. & infirmis.

18 ¶ Aduocatus deferens causam ex causa, quam prius po-
tuit preuidere, suæ imperitiæ imputatur. Si autem deferat
ex causa noua & repentina, vt quia clientulus aliquid con-
fessus est contra se, habebit salarium nihilominus. ff. de va.
mu. l. pe. §. fin.

19 ¶ Aduocatus habens iustam causam, licet possit decidere
aduer

aduersarium. Glo. in c. Dominus noster. 13. q. 2. & 12. q. 2. c. vt
ille. Intellige dummodò nõ apponat falsas allegationes, aut
faciat aliquod de se malum, vt sunt mendacia, & huiusmo-
didilicet enim cauillationes cauillationibus retundere, secun-
dum glo. in c. Cupientes: de elect. in 6.

20 ¶ Aduocatus vbi scit iustitiam, vel iniustitiam causæ, *Licet ca-*
non potest pro vtraque parte aduocare, quia semper ex vna *uillatio-*
parte tueretur iniustam causam scienter, quòd non licet, vt *nes cauil-*
supra dictum est. §. 11. Si verò est in dubio, sicut tueri singu- *lationib,*
las potest, ita etiam vtrasque partes, quia in casu dubio pa- *retunde-*
trocinari potest, secundum Rod. Quod Sil. ibi. §. 13. limitat *re.*

in diuersis articulis, & diuersa instantia, vt si pro vna parte
aduocat in causa principali, pro alia in causa appellationis,
cauendo tamen à scandalo pusillorum. Spe. ti. de adu. Sed in
eadem instantia, etiam in dubiis, hoc fieri non potest, tum
quia rarissimè potest fieri sine scandalo detrimentoque, tum
quia videtur impossibile, quòd visa materia, habeatur bona
fides de vtraque causa: tum quia oportebit allegare contra-
ria, & allegans contraria non est audiendus, vt in l. 1. C. de
fur. & l. preeum. C. de li. ca. De ap. c. Sollicitudinem.

21 ¶ Aduocatus potest aduocare contra Remp. à qua sala-
rium recipit, quia salarium non est beneficium gratuitum,
sed merces, secundum Spe. ti. de Aduo. quamuis contrarium
teneat Bart. in l. 2. C. de aduo. diuer. iu.

22 ¶ Aduocantes scienter pro excommunicato nominati
in crimine, pro quo fuit excommunicatus, sunt excõmuni-
cati, quia participant in crimine criminoso, vide infra. Ex-
communicatio. §. 25. Similiter si hæreticis præstent patroci-
nium, & possunt contra eos inquisitores procedere, & sunt
suspensi ab officio. c. Si aduersus, de heretic. Quædam perso- *Aduoca-*
næ prohibentur per canone aduocare, infames. l. surdi, muti, *re qui*
cæci pœnitus, perpetuò furiosi, impuberes vsque ad annum *prohibeã-*
18. seruus, fœmina, passus voluntariè muliebria, & alij, de *tur.*
quibus in l. 1. ff. de post. & 3. quæstione. 7. infames. §. tria.

A F F I N I T A S, infra. in verbo Impedimentum.

A G R E S T A.

1 *Agresta quid sit, & an in ea possit confici sanguis Christi.*

Agresta non est vinum, ideo in ipsa non potest confici *Non de-*
sanguis Christi. Est enim in via generationis, cum mu- *cet cele-*
sto tamen potest cõfici, quia iam species vini completa est, *brare cõ-*
quamuis non sit decens cum musto confici, quia nõ est ad- *musig.*
huc purgata. Ex Sanct. Th. 4. sen. distin. 11. q. 2. ar. 3. quol. 3.

- 1 Alchimia quomodo & quando sit licita. & num. 3.
- 2 Si per alchimiam posset fieri verum aurum, an liceret illud pro vero vendi.

Alchimia ars secundum se non est illicita, si fiat sine fraude, nec est peccatum vendere per alchimiam, factum, pro re que est, sicut de aliis rebus artificialibus. Non tamen licet vendere illud pro re, quam apparet, quæ in veritate non est, quoniam hoc est decipere proximum, secundum Caie.

2 ¶ Si per Alchimiam verum aurum posset fieri, non esset illicitum vendere illud pro vero auro, secundum T. 2. 2. quest. 77. ar. 2. ad. 1. An autem hoc si possibile, dubitationem habet. Apud S. Th. hoc habemus, quod verum aurum per artem possit fieri, licet secunda secundæ, ubi supra dicit, quod si fiat verum aurum, potest vendi: sed potius verum dicere in 1. dif. 7. q. 3. ar. 1. quod verum aurum per artem non possit fieri, propter suam perfectionem, neque verum argentum. Hoc etiam tenet, de po. q. 6. art. 1. ad 18. Potest tamen fieri aliquid, quod est propinquum auro & argento. Caie. tamen in secunda secundæ, ubi supra, dicit, quod S. Th. non reputat impossibile per alchimiam fieri verum aurum, & argentum. Quando ergo dicit, quod non potest fieri, dicit quia nunquam, aut raro fit, potest tamen fieri ab habente veram artem, si talis esset.

3 ¶ Oldradus consi. 69. tenet etiam, quod hæc ars est licita, dummodo non fiat per artem magicam, vel aliam artem legibus odiosam. l. Vnica. C. de Thesau. Vnde Ang. ibi videtur tenere, quod hæc ars sit simpliciter damnanda propter rationes quas ibi adducit.

DE ALIENATIONE.

- 1 Alienatio quid est.
- 2 Alienatione prohibita quid in consequentiam prohibitum sit.
- 3 Prælati soli quæ alienare possit.
- 4 Res quæ seruando seruari possint quæ dicuntur. & num. 5.
- 6 In alienatione rerum ecclesiasticarum quinque requiruntur.
- 7 Tractatus quales, & quot in alienatione interuenire debeant num. 8.
- 9 Alienandi cause quæ sint. & num. 10.
- 11 Immobilium nomine quæ veniant.
- 12 In ecclesiis non cathedralibus non habentibus capitulum, forma

forma alienationis prædicta non requiritur. num. 13.

- 14 In alienationis causa ad quem sit recurrendum.
- 15 Rem ecclesia recipiens, non seruatis solemnitatibus, quando teneatur restituere.
- 16 Prælati ecclesiæ non potest renunciare exceptioni competenti ecclesiæ, aut in eius euidentem damnum transigere.
- 17 Prælati soli sine solemnitate potest repudiare hereditatem delatam ecclesiæ.
- 18 Prælati si iuravit non alienare simpliciter, quomodo intelligatur.
- 19 Prælati potest alienare etiam suis consanguineis.
- 20 Terra inculta data ad culturam cum promissione dandi eas in emphyteusim post culturam, quibus dari possint.
- 21 Bona si redeant ad ecclesiam cui dari possint.
- 22 Sede vacante quid agendum de bonis ecclesiæ episcopalis.
- 22 Alienatio facta à scismaticis, vel intrusis, an teneat.
- 24 Prælati habens bona distincta à bonis capituli, an possit illa concedere alicui.
- 25 Alienatio rerum minorum an requirat aliquam solemnitatem.
- 26 Alienatio facta per eum qui capitale crimen commisit, an, & quando teneat.
- 27 Alienatio facta in fraudem creditorum an valeat.
- 28 Fratres prædicatores congregationis Lombardia quomodo possunt alienare.
- 29 Alienari non potest quod donatum fuit vel legatum Ecclesiæ hac conditione ut alienari non possit.
- 30 Ecclesiæ utilitas quomodo intelligatur in alienatione.

Alienatio est actus, per quem transfertur dominium, si propriè sumatur. C. de fundo do. leg. 1. Sumpta verò communiter includit emphyteusim, locationem ad longum tempus venditionem sub conditione, donationem, venditionem, permutationem, ac perpetuum contractum: ut in c. Nulli liceat, de reb. eccle. non alie. Et in materia odiosa capiemus propriè, & strictè, in materia verò fauorabili largè, & communiter, secundum Pan. ibidem.

2 ¶ Cui prohibetur alienatio, prohibetur etiam locatio, & fructuum venditio ad longum tempus. Pan. in d. c. nulli, & est tex. cum Glo. in cle. 1. de reb. ec. non alie. & Ioan. An. Modicum verò tempus quid sit, secundum Glo. in d. cle. relinquitur arbitrio iudicis pp. varias locorum consuetudines.

Dicit tñ Gl.in l. ff. de superfi. quod autē §. quod modicū tēpus est infra decennium, perpetuum autem est 30. annorū, secundum Glo. 12. q. 2. in c. Hoc ius: vel quod durat quandiu viuit is, cui conceditur. c. præcario. 10. q. 2. vel durat quandiu pensio soluitur, Inst. de loca. §. Adeo. vel quod durat vsque ad quartam generationem. Authen. de non alie. emphyt. Veruntamen Pa. in extraua. quę incipit, Ambitiosę cupiditati. fulminauit excommunicationem contra alienantes, vel locantes quomodolibet vltra triennium, quo ad res ecclesiasticas. Vide in fine Sil. ibi est totum decretum.

3 ¶ Solutus prælatus potest alienare bona mobilia, quę cōmodē seruari non possunt, vt sunt vestes tritę, fructus: & huiusmodi, secundum Glo. in d. c. Nulli. Preciosa verō, quę seruari possunt, & quę faciunt fructum, & non alienantur sine solemnitate. Res enim immobilis & mobilis preciosa, in hoc æquiparantur, vt in l. lex. C. de adm. iuro.

4 ¶ Pecunia non est de his quę seruando seruari possunt, secundum Pa. in d. c. Nulli, nisi ad emenda immobilia deputata esset, vel in magna quantitate consisteret.

5 ¶ Id quod habet fructum, & est in magna quantitate, & non consumitur infra triennium, dicitur quod seruando seruari potest, & sic alienari non potest, vide aliquid infra Locario. & infra. §. 10.

Alienationis vera quot requiratur.

6 ¶ In alienatione rei ecclesiasticę, secundum Pan. in cap. Cum apostolica, de his quę sunt a præla. quinque requiruntur. Primò, tractare, an expediat, vel non. Secundò, capituli consensus. Tertio, quod pro Ecclesię utilitate fiat. Quarto, superioris autoritas. Quintò, cum subscriptione. c. Tua de his quę fin. a præla. & in dicto capitulo. Nulli Subscriptio nunquam requiritur, nisi in casibus in iure expressis: secundum Pan. in cap. 1. de his, quę fin. a præla. allegantem regulam Inn. Et tantum hæc tria, videlicet venditio, permutatio, & donatio requirunt subscriptionem, in dicto c. Tua. Hanc tamen subscriptionem non oportet fieri manu clericorum, vel religiosorum, sed sufficit manu notarij fieri, vt consuetudo declarat.

7 ¶ Vnus tractatus solemniter sufficit, & non requiruntur tres, secundum Pan. ibi in d. c. Tua. quī tractatus non requirit consensum, sed quandam discussionem circa rem disponendam, vt dicit Glo. ibi. primò enim discutitur, an magis expediat alienare hoc vel illud vel alio modo Ecclesia subueniri possit, & post peruenitur ad consensum per alienationem

tionem

tionem.

8 ¶ Si tractatus præcessit, in quo deliberauerunt alienare, valent consensus canonicorum non habiti in communi. Secus quando non præcessit, quia requiritur consensus in communi, secundum Glo. Et sic concordant opiniones Doct. quorum quidam dicunt, quod non valet, vt Bar. Host. & Innocen. Aliqui verò, quod sic. vt Gof.

9 ¶ Causę alienandi, secundum Pan. sunt quatuor, in cap. Nulli. de re. eccl. non ali. Prima est necessitas, si debita vigeant & de fructibus Ecclesię non possit satisfieri. Secunda utilitas, vt scilicet rem meliorem habeat. 10. quęst. 2. c. Hoc ius. Tertia pietas. cap. Sanctorum. 12. quęst. 3. Quarta incommoditas, vt quia res magis damnosa quàm utilis est Ecclesię, vt in cap. Terrulas. 12. q. 2. & ibi glo.

10 ¶ Ad hoc quod res Ecclesię sine prædictis solemnitatibus possint alienari, sequitur, quod sint res nobiles, ita quod nō habeant locum determinatum, a quo non possunt transferri. Secundò, quod non possit commodē seruari, quod est, quando infra triennium consumuntur, vt dictum est. Tertio quod non sint res preciosę, cultui diuino deputatę. Reliqua possunt alienari. Hęc ex supradictis iuribus patent, & Alberi. in auth. hoc ius. C. de sacrosan. ecc. An res sacre possint vendi, infra, Emptio. §. 14.

11 ¶ Nomine mobilium, & immobilium nō veniunt iura, actiones, & nomina debitorum proprie secundum Pa. in d. c. nulli. Vnde cōsuluit Old. Si princeps relinquit bona mobilia distribuenda, non veniunt pœnæ nondum exactę. Si quis tamen volens comprehendere totum patrimonium suum, facit solum mentionem de mobilibus, & immobilibus, intelliguntur etiam actiones, iura, & nomina debitorū comprehensa. Idem dic de fructibus, siue annuis redditibus, qui tamen alienari non possunt sine debita solemnitate, cum sint de his que seruando seruari possunt, licet quidam dixerint consulendo, quod ex magna causa possunt.

12 ¶ In ecclesiis non cathedralibus, sed inferioribus vbi Ecclesię non habent capitulum, non requiritur prædicta forma in alienatione rerum immobilium, sed sufficit superioris consensus, secundum Pan. vt refert Gen. in capitulo De rebus. eccl. non alien. libro sexto. artic. in clem. 1. eodem titulo. Causa tamen legitima semper requiritur, vt in dict. clem.

13 ¶ Si propter aliquod impedimentum Episcopus capitulum

d 5

tulum

Alienationis causa que sunt.

Clericis quando alienare non liceat. vide in Cō. Tri. Sess. 21. c. 2.

tulum non haberet, debet aduocare aliquos clericos honestos, secund. Pan. in c. i. de his quæ sunt à præl.

14 ¶ Superior, ad quem recurrendum est causa alienationis, in non exemptis, est Episcopus proprius in exemptis, eorum prælatus, vt Abbates in ecclesijs eis subiectis prouinciales in ordine prædicatorum, & ministri in ordine minorum, vt elicitur ex d. cle. i. & per Car. in c. statim. de transa.

Alienatio est nulla, si desinit vera forma.

15 ¶ Recipiēs rem ecclesiæ prædictis solemnitatibus non obseruatis, tenetur eam restituere ecclesiæ, cum fructibus præceptis, nec precium potest repetere, nisi sit conuersum in bonis Ecclesiæ argu. in c. i. de depo. quia secundum Pa. in d. c. nulli, alienatio enim est nulla, non seruata forma, que dat esse rei. In conscientia tamen quando affuit causa legitima alienationis, & non fuit deceptio, non tenetur restituere, quia istæ solemnitates adinuentæ sunt ad tollendas deceptiones. Hoc ponit Pan. in c. Quia plerique de immun. Eccle.

16 ¶ Prælatus Ecclesiæ non potest renunciare exceptioni competenti Ecclesiæ, aut transigere euidenter in damnum Ecclesiæ, secundum Pa. & Inn. in c. i. De depo. nisi ex speciali concessione Papæ. Ex quo inferitur, quod non potest cedere liti, & causæ, aut transigere, nisi sit causa euidentis, & debita solennitas, si actio sit ad rem immobilem: iuxta not. in d. c. Null. Secus si ad rem mobilem, vt not. G. in d. Auct. hoc ius. Aliqui autem tenent, quod indifferenter potest, quæ stat in acquirendo. Secus circa rem iam acquisitã immobilem.

17 ¶ Prælatus solus sine solennitate potest repudiare hæreditatem, seu legatum delatum Ecclesiæ, vt tangit Fed. in confi. 9. & Pa. in c. i. De do. & cont. quia nondum Ecclesiæ acquisitum est dñium ante acceptionem legati, licet Paul. de Cast. in confi. ii. dicat quod non primum tamen est verum. Vnde monasterium, quando renunciat hæreditati, que debet prouenire ei ex successione fratris, non dicitur alienare, vt incurrat penas iuris quæ non adhuc verè ius sibi acquisitum.

Monasterium renuncians hæreditatē fratris non alienat.

18 ¶ Si prælatus iurauit non alienare simpliciter intelligitur non de re modica, qui sine solennitate alienari potest, sed de magna & de alienatione illicita, secundum Pan. in c. vt super. de re. eccle. quia iuramentum est stricti iuris. arg. in c. pe. de iure iu. Si iurauit non alienare inconsulto Papa, aut sine licentia superioris, tunc intelligitur tam de licita, quam illicita, quam non potest facere sine conditione interueniente, etiam si adsit Ecclesiæ utilitas, & necessitas, si-

cut

cut poterat in primo iuramento. Si tamen summa necessitas immineret, quæ tantam celeritatem requireret, quod à Papa consilium vel à superiore licentia haberi non posset, tunc credit Pan. in c. fi. De re. eccl. posse alienare, non obstante iuramento. Hoc facit pro religiosis, qui sæpe suum superiorem à remotis habent, & non ita citò possunt habere ab eo recursum.

19 ¶ Prælatus potest facere alienationem, etiam suis consanguineis secundum Pa. in c. Vt super, De re. eccle. non alie. Non tamen hoc potest œconomus, vel alij, secundum eund. Pa. ibi. quæuis in conscientia, ex causa legitima & sine fraude excusentur, & valeat talis alienatio. ar. in c. i. de coha. cle. & mu. in tex. & in glo.

20 ¶ Terræ incultæ datæ ad culturam cum pmissione dandi eas in emphiteusim post culturam pnt dari existentibus ex stirpe, siue eorum heredibus: aliis verò non nisi seruata debita solennitate, quæ non amplius siluestres secundum Pa. in c. Ad aures. De re. eccle. non alie.

21 ¶ Si bona redeant ad Ecclesiam pleno iure quæ finitum est tps concessionis, vel ex defectu hæredum vasalli vel emphiteutæ, vel pp eorum delictum, quia non soluerunt pensionem, vt in c. Potuit. de loca. possunt alteri dari sine solennitate, et si iurasset non alienare, nisi fuissent applicata mensæ, & esset notum. Et dicuntur applicata mensæ, quæ sunt monasterio, quatum ad ius & usum in corporata. Et si stetit per annum applicata monasterio, dicerentur esse de mensa. Tex. est clarus in c. 2. de Feu. Hec fm Pa. in c. Si sup de re. ec. non alie. Vide ibi tex. & Fed. cõ. 174. circa mediũ infra Feudum. §. 19.

Mensa applicatum esse quid sit.

22 ¶ Sede vacante, bona ecclesiæ episcopalis, quæ seruado seruari non possunt, sine alia licentia p œconomũ, vel capitulum poterunt vendi, secundum Pa. in c. i. ne se. vac. Si vero sint bona, que seruari possunt in Ecclesia episcopali, non poterunt vendi sine licentia Papæ, arg. in c. i. de re. ecc. non alie. libr. 6. In ecclesijs autem inferioribus, magna urgente necessitate, Ecclesiæque diu sit vacatura, nec commode creatio alterius prælati expectari potest, tunc stantibus his duobus casibus, secundum Inno. dabitur curator bonis, & per illum fiet alienatio, nec prius poterit fieri, etiam per Archiepiscopum, vt in d. c. i. in 6. De reb. eccl. non alie.

23 ¶ Non valet alienatio facta à schismaticis vel intrusis de schism. c. i. 12. quæst. 2. c. Alienationis, & qui sic recipit, tenetur restituere cum fructibus, et quæ à iusto possessore possent

sent

sent recipi. De rest. spo. cap. Grauis. Et est excommunicatus, qui talibus alienationibus innititur. Infra. Excommunicatio. 62.

24 ¶ Prælati habens bona distincta à bonis capituli, potest illa concedere alicui ad ipsius prælati placitum sine capituli consensu, & alia solennitate, secundum Pan. in cap. Continebatur, de his quæ fiunt à præl.

25 ¶ Alienatio rerum minorum, secundum Inno. in c. 1. De reb. eccl. non alie. requirit solennitatem. s. causæ cognitionem, decretum, & causam legitimam. Et verum est etiam in mobilibus pretiosis, alias habet contra possidentem rei venditionem, & actionem tutelæ, vel negotiorum gest. contra tutorem, vel curatorem. ff. de re. eo. qui sunt sub tute. l. magis puto. §. Si es. & C. de præ. mi. l. & si præsens. Nota quod decretum est sententia, & imponitur sine causæ cognitione, & ideo in scriptis est dandum, secundum Inno. ubi supra, & in d. §. Si es. quamvis in iure decretum sepe dicatur autoritas. C. De mi. val. lib. 1.

*Decretum
quid est.*

26 ¶ Alienatio facta per eum qui commisit capitale crimen, & ad piam causam, tenet, secundum Inn. in c. Qua propter. De elec. dummodo fiat ante sententiam. C. de bon. dan. l. Si quis post hanc, quæ præcipit, ut illius, qui capitale crimen commisit, bona publicentur. s. inuēta post sententiam, vel qui ex suspitione poenæ sunt alienata. ff. de do. causa mortis. l. si aliquis, fallit tamen in crimine læsæ maiestatis, & hæresis, ut in c. Cùm secundum, de hæret. lib. 6. quia sunt in commissum à die commissi criminis. infra. Donatio. §. 4. Idem dic in omni crimine, quo perpetrato ipso facto bona perpetrantis essent confiscata.

27 ¶ Alienatio facta in fraudem creditorum, vel patronorum, non valet, secundum Inn. ubi sup. sed debet reuocari. ff. de his quæ in frau. cre. per totum. Etiam si non sit facta in fraudem, sed fraus est in ipso facto, reuocatur. ff. eod. tit. l. Omnes. §. Lucius.

28 ¶ Fratres prædicatores congregationis olim Lōbardia alienare possunt cū licentia vicarij generalis ex gratia Sixti Papæ, nunc verò cum licentia sui prouincialis.

29 ¶ Quod donatum fuit, vel legatum Ecclesie cum hac conditione, ut non possit alienari, secundum Doct. & præcipue Hug. & 10. q. 1. c. sic quidam, & Anto. quando Ecclesia alias possessiones non habet pro utilitate, & cæteris casibus in iure permissis, potest alienari. 12. q. 2. c. aurum. quia pactum,

ne

ne liceat mihi rem meam alienare, à iure reprobatur. ff. de pac. l. pe. Idem sentit Gof. hoc placet Pa. quia si donator aliter sentisset, non fuisset mentis compos. Quod si legaretur monasterio, quod possessiones tenere non potest, cum aditione poenæ, si alienetur, locum nõ haberet talis poena, quia conditio tanquam turpis habenda est, secundum Arch. Posset ergo vendi in quocunque casu, etiam extra necessitatem. 30 ¶ Quomodo intelligatur utilitas Ecclesie, pro qua debeat fieri alienatio: dicit Lan. quod precium rei venditæ sit verum in euidentem utilitatem, & perpetuam. Zember. tamen in cle. monasteriorum. eod. tit. dicit quod est necesse, quod duret verum in utilitatem, nec oportet emptorem scire, ad quem usum pecunia conuertatur, secundum Gl. 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius. sed sufficit probare Ecclesiam tunc indigere pecunia, reliquum autem relinquat vendentium conscientis. An constitutio Pauli secundi de non alienando ultra triennium sub poena excommunicationis teneat, dic ut in excommunicatione. 62. conclusum est, cui & Caic. iur. sum. de excom. c. 75. consentit.

DE ALIMENTO.

- 1 Alimentorum nomine quid veniat.
- 2 Alendi quomodo sunt filij à parentibus, & econtrà. Item nepotes, vxor, nuxia, & c. nu. 3. 4. 5.
- 6 Alendi an sint à parentibus filij spurij.
- 7 Educatio filij ad quem parentum pertineat.
- 8 Alere filios in quibus casibus non teneatur pater.
- 9 Frater an fratrem alere teneatur.
- 10 Dominus seruum alere tenetur. Item & tutor matrem, & sororem pupilli.

Alimentorum nomine, secundum Canon. veniunt in Legatis, vestimenta, & calceamenta. ff. de ali. & ci. leg. l. Legatis. Idem si legatus est victus. ff. de verb. signi. l. verbo victus. Secus si cibaria sunt relicta. ff. de ali. & c. le. l. antep. Item veniunt nomine alimentorum medicina: Imo. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. ma. & nomen vitæ necessaria, importat vestes, cibos, medicinas, & huiusmodi, sicut dicimus de alimentis legatis, in d. l. Legatis. Et ille cui debentur alimenta, debet, habere expensas pro studio, sine quo viuere non posset, secundum decentiam suæ personæ: puta pro grammatica, & huiusmodi. Secus de expensis in studiis,

in

in quibus dicitur militare, vt tenet Bar. & not. in l. de bonis. ff. de Car. edi. §. Non solum. Quare infra, Legatum. §. 31.

2 ¶ Filij à parentibus, & parentes à liberis sunt alendi. C. de al. li. à pa. l. i. Intelligit quando ille qui petit est inops, & alius est diues. Et si ex arte sua potest se pascere, non debet petere alimenta, nisi sit infirmus. ff. de lib. agno. l. Si quis. Idē dic de emancipatis, vt in d. l. Si quis.

Quomodo pater teneatur alere filium.

3 ¶ Nepos ex filia pascetur ab auo materno, si non possit alia paterna linea: Ar. in d. l. Si quis. idē dic de filio adoptiuo.

4 ¶ Vxorem nurum, & pronurum alet vir. ff. de do. inter vi. & vxo. l. Si quis. pro vxore, nisi in contrarium fiat pactio. Not. secundum Bar. in d. l. si quis, q̄ pater tenetur alere filiū non ex iure patriæ potestatis, sed natu. iure, & ex caritate.

5 ¶ Vxor locuplex alet virum inopem, & econtrā, nisi essent in culpa. Quod si fiat diuortium, & vir dedit causam diuortij, filius minor triennio nutrietur apud matrem expensis patris, nisi mater ad secundas nuptias transferit. Si

† Hoc nõ habet locum, quia diuortij non separant matrem monium.

verò dedit causam mater, apud patrem aletur expensis matris locupletis, nisi pater minus idoneus sit, quia tunc apud matrem locupletem. Quod si alter eorum esset infidelis, apud fidelem sunt nutriendi liberi. C. de diuor. facto ap. quē li. educ. l. vnica, & in Auct. Si pater. ibi posita. De hoc vide infra. Matrimonium. §. 40.

Cōc. Tri. Sef. 24. c. 5.

Parentes possunt legare filiis spuris.

6 ¶ De iure canonico, secundum Pa. in c. Cū haberet, de eo qui dux. in ma. vltimo notabili. filij spurij, vel nati ex dānato coitu, debent ali à parentibus, & huic iuri statuitur hodie, etiam de iure ciuili, quia hoc induxit Ecclesia ex quadam naturali æquitate, ne filij alimentis priuati pereant. Et dicit idem Pa. quod per rationem huius textus, parentes possunt legare filiis spuris ratione alimentorum, & dotare, & relinquere dores filiabus cū dos loco alimentorum succedat: Immo pater cogitur dotare filiam bastardam. ff. de leg. 3.

Nomine patris ascendentes omnes ex paterna linea intelliguntur, & ita etiā matris.

Vxorem. §. pater naturalis. deducto tamen semper ne ipse egeat commodè secundum suam dignitatem. ex l. si. C. de do. promi.

7 ¶ Educatio filij infra triennium ad matrem pertinet, si potest. C. de pa. po. l. Nec filium. Ultra verò triennium ad patrem spectat, nisi esset pauper, & mater diues, quia tunc ad matrem pertineret. Pa. in d. c. Cū haberet. vt supra est dictum: nisi fortè erga matrem esset aliquod impedimentum, quo filium lactare non posset, vel non concederet, quia in his casibus expensis patris lactabitur: Ar. ff. de li. agno. l. Si quis

quis à liberis. Nota q̄ nomine patris veniunt ascendentes ex p̄na linea, & similiter nomine matris ex linea materna. Vnde non tenetur mater nisi deficiente paterna linea, vel egeat. ff. eo. ti. l. Si quis. §. Vtrum.

8 ¶ Multi sunt casus, in quibus pater non tenetur alere filium secundum Pa. & Gl. in d. c. Cū haberet. Videlicet si filius accusauit patrē, si est minor triennio: si pater est pauper: si fuit ingratus contra patrem: si filius habet artem ex qua possit viuere, si tamen sit decens vt eam exerceat. Secus si ob nobilitatem non esset decens. Et generaliter dic, quod omnes causæ sufficientes ad exhæredationem, sufficiunt ad priuationem ab alimentis.

9 ¶ Frater cogitur alere fratrem naturalem, secundū Bar. in d. l. Si quis, à fortiori legitimum. Et secundum eundem Bar. in l. dedit. ff. de col. bon. tenetur dotare sororem.

10 ¶ Dominus tenetur alere seruum, vt in l. Cum plures. ff. de admi. tut. §. pe. Similiter tutor tenetur alere matrem, & sororem pupilli, si egent. Et nota q̄ alimenta debent præstari secundum consuetudinem regionis, ad arbitrium boni hominis, & iuxta facultatem debentis, & dignitatem legatarij, secundum Bar. in tract. de duobus fratribus.

DE ALTA R I.

- 1 Altare de qua materia esse debeat.
- 2 Altare stabile non potest in ecclesia construi sine licentia Episcopi, nec constructum destrui. num. 3.
- 4 In altari portatili conceditur celebrari in Ecclesia non consecrata, & in itinere, & alibi.
- 5 Altare tam stabile quàm portatile ab Episcopo solo consecratur.
- 6 Altare super sepulcrum hominum non potest consecrari, sed sanctum sanctorum.
- 7 Corpus Christi consecratum an poni possit pro reliquia in altari.
- 8 Altaria stabilia & firma tribus modis conseruantur. Item q̄ portatila. num. 9.
- 10 Altare stal le quomodo exacratur. Item q̄ portatile. 11.
- 12 Ecclesia exacrata an exacratum sit altare, & quid si polluitur.
- 13 In altari in quo consecrauit episcopus non potest eodē die alijs consecrare.
- 14 Altaria plura eodem die consecrari possunt.
- 15 Altare lapideum esse debet.

Altare

*Altare
per men-
sam in-
telligitur.
Pan.
1. Cor. 10.*

Altare non debet esse nisi lapideum. c. altaria. de conse. dist. 1. ex institutione sancti Siluestri, vt dicit d. Th. 4. sen. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 3. ad 2. Lapis. n. Christum significat, qui in altari immolatur, quamuis antè essent altaria lignea. Vnde & altare Lateranen. vt dicit Pe. de Pa. est ligneum. Debet ergo esse lapideum, vel saltem tabulam lapideam habere consecratam super qua situetur hostia, & calix, quod dicitur altare viaticum secundum Archie. 3. par. tit. 11. c. secundo. Et debet esse secundum Pe. de Pa. latitudinis, & longitudinis tantæ lapidis in capsula, quòd in eo capi possit pes calicis, & hostia consecrata: vel quòd in eo conficiendo, cum tenet sacerdos in manibus panem, vel calicem, super lapidem teneat, & sic super lapidem conficiat. arg. in cap. concedimus. de conse. dist. 1. intellige quòd saltem sint super lapidem pro maiori parte.

2. ¶ Altare stabile non licet presbyteris in Ecclesia consecrata constituere, seu noua erigere, sine episcopi consensu. c. quamuis. di. 54. sed in Ecclesia non consecrata, possunt constituere propria autoritate, per argumentum à contrario. in c. nullus. de conse. di. 1.

3. ¶ Altaria consecrata non sunt destruenda sine Episcopi consensu. c. ecclesia. de conse. di. 1.

4. ¶ In altari portatili conceditur celebrari in ecclesia non consecrata, vel in via. c. concedimus. de conse. dist. 1. super hoc celebrari facere in itinere, & vbique conceditur episcopis, & superioribus. c. quoniam de priui. in 6. Prædicatoribus, & minoribus etiam conceditur, sine præiudicio tamen parochialis Ecclesiæ, quod præiudicium intelligitur, secundum quòd declarat Greg. 9. in quadam extraua. quæ incipit, Nos attendentes, &c. de dec. obla. & primitiis. Et si esset constitutio synodalis in oppositum, non eos arctaret, quia de priui. cap. in his dicitur liberè, in quo innuitur, quòd sine licentia parochialis hoc possunt. ar. in clem. de sepul. cap. dudum. ver. liberè. Aliis autem secundum Pa. in rubr. eod. tit. non conceditur, nisi in magna necessitate, sine licentia Episcopi, vel in ecclesia consecrata. In mari vel super

*In mari
vel super
fluum
non potest
celebrari.* fluum, nullo modo permittitur. Altare tam stabile, quam portabile, tantum ab Episcopo potest consecrari, vt in d. c. nullus. & d. c. concedimus. Et quia secundum Archiepisc. Fl. alia est consecratio Ecclesiæ, alia altaris, vna sine alia fieri potest. eod. tit. cap. 1. Et possunt simul in eadem ecclesia plura altaria consecrari, eod. tit. cap. vniuersis. Et non

conse-

consecratur altare sine reliquiis. c. placuit, de conse. di. 7.

6. ¶ Non potest consecrari altare super sepulchrum hominum, nisi sanctorum. c. non oportet. de consec. di. 1.

7. ¶ Corpus Christi consecratum non potest poni pro reliquia, secundum Inn. cum consilio assistentium. Tamen dicitur, quòd Leo Papa dedit partem corporalis, & corporis Christi in consecratione cuiusdam ecclesiæ. Pan. in cap. proposuisti. de conse. ecc. Quidam dicunt, quòd in altari portatili non requiruntur de necessitate reliquiæ. Opinio tamen prima est melior, quam sequitur Archi. Flo. & Pisa. ver. consecratio. §. 3.

8. ¶ Altaria stabilia tribus modis consecrantur, secundum Pa. in c. 1. de conse. eccl. & al. Primus modus est quòd fit vnum foramen paruum in superiori parte in ipsa mensa lapidea altaris. Secundus modus, si fiat foramen vel ante altare, vel in latere dextro altaris, & post consecrationem clauditur lapide paruo, & quadrato, vel rotundo, qui vocatur sigillum, & in dicto foramine ponuntur reliquiæ, & nomen consecrantis, & nomen sancti, in cuius honorem consecratur. Tertius modus est secundum Innoc. in eodem tit. cap. 1. si fiat foramen in ipso altari sub mensa, & eadem mensa clauditur.

9. ¶ Altari portatile, quantum ex practica Ecclesiæ colligitur, etiam tribus modis consecratur. Primò, quando fit ex lapide in ligno, ita quòd lapis est sigillum, & signum est sepulchrum. Secundò, fit ex lapide solum, ita quòd in ipso lapide est sepulchrum. Tertio, quando ex ligno, & lapide, ita tamen, quòd in lapide est sepulchrum, & sigillum, & apponitur lignum pro augenda latitudine. Quidam addunt quartum modum, quando consecratur sine reliquiis. Sed iste modus supra reprobatus est, nec est in practica, ideo dimittatur. His ergo dictis facilius est videre quòd altare exequatur.

30. ¶ Altare stabile quantum ex Doct. colligitur, in rub. & in c. 1. de conse. eccl. & al. quatuor modis exequatur. Primò, si mensa penitus, vel enormiter frangatur, ita vt deformitas appareat, id est ultra medietatem, vt exponit Io. vel etiam si est fracta in cornibus, in quibus consuevit fieri consecratio. secundum Ro. Secus, si esset modica. eo. tit. c. in ligneis. An autem talis deformitas sit enormis, iudicio Episcopi stabitur, secundum Host. Idem dic si est amota, vt dicit Ho. Si tamen erat affixa, secundum Ro. Secundò, si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti adhæret, siue sepulchrum in latere altaris

Sum. Arnil.

e

fuerit

*Altare
portatile
an egeat
reliquijs.*

*Altaria
stabilia
quot mo-
dis conse-
crantur.*

*Altare
quot mo-
dis exa-
cratur.*

fuert, siue multò magis sub ipsa mensa, quia in illa confun-
 ctione præcipuè intelligitur esse consecratio altaris, secun-
 dum Pa. in c. proposuisti. eo. tit. Tertio, si quid de lapidibus
 stipitis tangens ipsam mensam moueatur, vt in c. Ad hoc,
 eod. tit. secundum Ray. Quod tamen intelligitur secundum
 Ro. & Gloss. quando mensa est fundata super quatuor co-
 lumnas lapideas, quarum vna mouetur. Secus de lapidibus
 parietis, vel de ipso pariete cui compaginatum est aliquan-
 do altare, quia propter horum amotionem non violatur al-
 tare nec reconsecratur. Idem dic de lapidibus stipitis non
 tangentibus mensam, secundum Pis. & de tangentibus men-
 sam, sed non principalib. secundum Sum. con. l. 3. t. 24. nisi
 tota moueantur, quod altare formam amittat, secundum glo.
 Ray. ibi. Quarto, si frangatur, vel amoueatur, vel minuatur
 signum sepulchri. c. si motum. de conf. di. 1. Et hoc vbi-
 que sit sigillum: etiam in latere, secundum Arch. Hi quatuor mo-
 di sunt de mente Pan. in c. ad hæc, & c. Quod in dubiis. eod.
 tit. Innuat etiam alium modum indirecte, in c. in ligneis. eo.
 ti. vbi dicit, Si contingat enormis fractura in altari, exa-
 cratur, vt si tantum minuatur, vel augeatur, quod formam amit-
 tat. Forma enim est quæ dat esse rei. Vnde idem videtur esse
 enormis fractura, & notabilis additio, quantum ad hoc,
 quia est eadem ratio.

11 ¶ Altare portatile exacratur primò ex remotione lapidis
 à ligno, quando sepulchrum est in ligno, secundum Io. An.
 in c. si ligneis. eo. ti. Secundò, quando mouetur sigillum se-
 pulchri existentis in lapide, siue lapis sit in ligno, siue non,
 secundum omnes doct. Tertio, ex notabili lapidis fractione,
 vt in d. c. in ligneis. eo. ti. Et hoc modo non possunt violari si
 consecratur sine reliquiis, quod non est in vsu, vt dictum est
 sup. Non enim exacratur ex eo, quod degradati vel huius-
 modi celebrauerint in eo. vt reconsecratione indigeat, neq;
 reconsecratione, cum nullo iure sit cautum. ar. cap. is qui. de
 sent. exc. lib. 6. Si verò sepulchrum est in ipso lapide licet la-
 pis sit in ligno, propter remotionem lapidis à ligno non
 exacratur, secundum Io. An. in d. c. in ligneis (licet quidam
 dubitent) quia non fit consecratio in vnione, sed consecra-
 tio est solius lapidis. Additur aurem lignum, vt commodius
 calicem & hostiam capiat, & hoc tene.

12 ¶ Exacrata Ecclesia, non exacratur altare, quia Ecclesia
 potest destrui, & altare remanere, ita tenet Pan. in c. propo-
 suisti. eo. ti. Polluta tamè Ecclesia, polluitur altare stabile, ita
 vt

vt reconciliatione indigeat, quia pollutio concernit totum *Pollutio-*
 corpus Ecclesie. Ideo, cum altaria sint intra corpus Ecclesie, *ne Eccle-*
 sunt polluta, nec ante reconciliationem in ipsis potest cele- *sia pollui-*
 brari, & polluto altari, polluitur etiam Ecclesia. Secus autem *tur etiam*
 de eo quod est extra Ecclesiam, nisi esset vnum cum eius pa- *altare.*
 riete. Et quot modis polluitur Ecclesia, tot modis & altare.

13 ¶ In altari, in quo consecrauit Episcopus, nõ potest alius
 eodem die consecrare. c. si. de conf. dist. 1. nisi de licentia Epi-
 scopi, vel urgente necessitate, quando Episcopus non possit
 complere. 6. q. 1. c. Nihil.

14 ¶ Altaria plura eodem die possunt consecrari, sicut plu-
 res Episcopi. c. Cum sis, de conf. eccle. & al.

15 ¶ Altare lapideum esse debet, tum quia Christum signi-
 cat, tum quia Christi corpus in lapideo sepulchro fuit re-
 conditum, tum quia de facili hæc materia vbiq; potest in-
 ueniri, vt scribit Tho. 3. q. 83. ar. 3. ad 5. & 4. sen. dist. 13.

DE AMBITIONE.

1 *Ambitio importat inordinatum appetitum honoris. Eaq;
 quando sit peccatum.*

Ambitio importat inordinatum appetitum honoris se-
 cundum Tho. 2. 2. q. 131. ar. 1. Ideo est semper peccatum,
 quandoque mortale, quandoque veniale. Est autem morta-
 le ex fine, quando ibi ponitur finis: quid est quando quis est
 paratus facere aliquod peccatum mortale, propter conse-
 quendum talem honorem. Secundò, ex materia circa quam
 ambitiosus quærit honorem, vt si quærat reputari vt Deus,
 vel de aliquo crimine honorari, vt de blasphemia, homici-
 dio, & huiusmodi est mortale: vel si appetit honorari, vt ali-
 quod crimen mortale possit committere. In reliquis autem
 casibus communiter est veniale, vt si quærit honorari de
 scientia, quam non habet, vel plus quam habet, vel talem
 honorem non ordinat in Deum, vel ad vtilitatem proximi,
 non tamen propter hoc mortaliter Deum offenderet. Hæc
 S. Tho. 2. 2. q. supra. & Caiet. in summa, ibi. Si quis autem ap-
 perat honorari de virtute, quam habet, & in ordine ad Deum,
 à quo virtutem habet, ambitiosus non est, quia appetitus
 eius ordinatus est, sed dicitur Magnanimus.

¶ *ANGARIA, infra Gabella per totum.*

DE APPELLATIONE.

1 *Appellatio quid est.*

2 *Appellatio an per principem tolli possit.*

3 *Appellandum quoties, & quando.*

Appel

- 4 Appellatio interposita post censuram excommunicationis, suspensionis, & interdicti, an tollat ipsius effectum. & n. 5.
- 6 Excommunicatus post legitimam appellationem non est euitandus.
- 7 Excommunicatus qui appellauit si celebret, an incurrat irregularitatem.
- 8 Appellare ex confidentia iustæ causæ in conscientia licitum est.
- 9 Allato grauamine per iudicem potest eo expresso incontinenti appellari.
- 10 A pœna legis licet non possit appellari, potest tamen à declaratore pœnae legis.
- 11 A mero executore non appellatur, nisi modum excedat.
- 12 Non appellatur à legato cui commissæ est causa à Papa appellatione postposita. Item nec à subdelegato. 19.
- 13 A citatione non appellatur.
- 14 Appellare quis potest à denunciatione, vel declaratione excommunicationis vel alterius censurae.
- 15 Appellare quis potest.
- 16 Appellare non potest religiosus à correctione suorum prelatorum.
- 17 Appellatio à quo, & ubi fieri consuevit.
- 18 Appellare ab arbitrariis non licet.
- 20 Appellatio semper fit ad superiorem.
- 21 Appellare ad iudicem infidelem catholico non licet.
- 22 Appellatio si fiat incontinenti, potest fieri viua voce.
- 23 Appellare causa afferenda mora non licet.
- A**ppellatio iudicialis est à minori Iudice ad maiorem prouocatio. 2. q. 6. c. Omnis oppressus, & Pa. in Rubri. de ap. Appellatio autem extraiudicialis, à presenti, vel verisimiliter futuro grauamine, ad superiorem prouocatio est. Prima si legitima est, suspendit pronunciatum, ac etiam iurisdictionem Iudicis, quò ad illam causam, & ipsius ad superiorem transfert cognitionem. Secunda si est probabilis, causam ipsam ad superiorem transfert, vt ea pendente, in ipsius præiudicium nihil teneatur. Facit. cap. Super. de appellatione.
- 2 Quia appellatio inuenta est propter iniquitatem, vel imperitiam corrigendam, & est de iure naturali. Ideo princeps, quò ad eius substantiam tollere non potest, vt dicemus, licet appellationis formalitatem tollere possit. Facit. cle. Pastoralis. de re iud. vide infra. §. 12.

Cur appellatio inuenta sit.

3 ¶ Quando autem, & quoties sit appellandum, vide C. de appe. auth. hodie autem. & l. vlt. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. ff. de app. rec. l. i. §. si. extra, de app. quia hoc magis ad forum exterius, quàm ad animam pertinet.

4 ¶ Appellatio interposita post censuram excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vel ab ingressu Ecclesiæ non tollit ipsius effectum. text. in c. is cui. de sent. exc. in 6. Intellige quando tales sententiæ absolute sunt inflictæ: tunc enim secum trahunt executionem. c. Pastoralis. de app. Aliiter si conditionaliter essent emanatæ. vt dicendo, excommunico te, vel interdico, nisi infra mensem feceris sic. & c. in c. præterea. el. 2. de app.

5 ¶ Si quis dicat, excommunico te, si appellaueris, appellatio secundum Inn. in d. c. præterea. suspendit effectum. Si verò dicat, excommunico te si disposueris ad appellandum, tunc si prælatus non potest prohibere appellationem, non erit excommunicatus, secus si potest. Vide infra, Interdictum. §. 1.

6 ¶ Excommunicatus post legitimam appellationem non est euitandus, vt no. in c. licet. de sen. exc. lib. 6. & c. Pastoralis. de ap. Tamen si excommunicatus nominatim, & expressè, & specialiter, infra tempus à iure, vel à iudice determinatum non fuerit prosecutus appellationem, vt debuit, eo elapso poterit denunciari excommunicatus, & tunc erit vitandus tam in iudicio, quàm extra, & ab actis legitimis remouendus, vt in d. c. licet. Et post talem denunciationem debet reputari pro excommunicato, donec per sententiam fuerit declaratum appellationem ante sententiam fuisse interpositam. Aliqui tamen dieunt, quòd illa excommunicatio fuit nulla, propter appellationem: primum tamen videtur verius.

7 ¶ Celebrans post prædictam denunciationem, & desertionem appellationis, & se diuinis ingerens, non efficitur irregularis, secundum Arch. in d. c. licet, quam sequitur Ge. quia per appellationem legitimam ante excommunicationem positam, excommunicatio fuit suspensa. Et licet postmodum denuntietur excommunicatus, non tamen excommunicatur, nec verè est excommunicatus.

8 ¶ Appellare ex confidentia iustæ causæ, in conscientia licitum est, secundum Thom. 2. 2. q. 69. articu. 3. supra. Accusatio. §. 14.

9 ¶ Allato grauamine per Iudicem, potest hoc expresso incontinenti appellari, nec est opus vt petatur reuocatio grauaminis, sed illo illato de presenti, potest statim appellari.

propter timorem futuri grauaminis, de quo verifimiliter timetur, non tamen licet appellare à futuro, nisi exprimat grauamen de præfenti. Pan. in cap. 1. de dila. vlt. not.

10 ¶ Quamuis à pœna legis non possit fieri appellatio. l. Si qua pœna. ff. de ver. sig. tamen à declaratore pœna legis, potest quis appellare. Glo. est singularis in c. Cupientes. §. Quòd si per 20. de elec. lib. 6.

11 ¶ Non appellatur à mero executore, nisi modum excedat, vel arctius exequatur: de appell. c. Nouit.

12 ¶ Non appellatur à legato, cui Papa causam commisit, appellatione proposita, de of. del. c. Super quæst. Quo casu, sola friuola interdicitur appellatio, de appell. ca. Super eo. cl. 2. A vero grauamine appellatur tunc, non contra rescriptum, sed contra Iudicis malitiam, vt not. 2. q. 6. c. Biduum. non enim potest tollere Princeps quod est de iure naturali, vt dictum est supra §. 2.

13 ¶ Non appellatur à citatione. c. Cum parati, eo. tit. nisi appelleretur à breuitate termini, aut nisi citatio fiat contra formam canonis. Infra, Citatio. §. 1.

14 ¶ A denunciatione, vel declaratione excommunicationis, vel alterius censuræ, potest quis appellare secundum Pa. in c. Peruenit, de appell. quia hæc non est sententia iuris, à qua non liceat appellare. c. Quia, de appei. sed Iudicis declarantis, & hominis, nisi sit excessus notorius, quia notorius criminofus appellans non auditur. Facit quod no. Inn. in c. ex parte el primo, de verb. sig. Dicit enim ibi quòd in notoriis non requiritur sententia propriè, sed fit iuris executio. Limita tamen, excessus est ita notorius, quòd nulla tergiversatione celari possit.

15 ¶ Appellare potest tantum ille, cuius interest, & per alium facta appellatio non tenet. c. Ex tenore de his que fi. à ma. par. capi. nisi quando procuraret pro eo qui ducitur ad supplicium: vt in l. Non tantum. ff. de appell.

Appellatio quò admittenda. Con. Tri. Sess. 22. c. 7. Appellatio ad quib. liceat. Sess. 23. c. 3. Sess. 24. c. 20.

16 ¶ Religiosus non potest appellare à correctione suorum prælatorum, si fiat secundum statuta ordinis, & regulæ. c. Ad nostram, & c. Reprehensibilis. de app. supra Accusatio. §. 31. 17 ¶ Appellatio fieri debet à Iudice pronunciante, & vbi ius reddi consuevit, & coram iudice qui sententiam tulit, si eius sit copia, quia si non sit copia tempore appellationis, non currunt. Er. iudex nolens recipere appellationem, puni- tur. l. Quoniam. C. de appell. Et cū eius violentia timetur, tunc pro appellante reputatur, dummodo publicè protestetur. l. C. in

Cum quidam. ff. de appel. vel coram aliqua persona honesta appeller.

18 ¶ Appellare ab arbitris, qui non sunt Iudices ordinarij non licet, secundum Tho. 2. 2. q. 69. art. 3. ad secundum, quia non habent auctoritatem, nisi ex consensu litigantium. Et ideo ex quo semel approbarunt, non licet subterfugere, infra Arbitr. §. 5.

19 ¶ Appellari potest à subdelegato cum iurisdictione, nõ at nisi iurisdictione, nisi modum excedat, & tunc recusari potest, nisi sit datus de partium consensu, de off. dele. c. Supra quæstion. §. Verum, infra Arbitr. §. 5.

20 ¶ Appellatio semper ad superiorem & gradatim est facienda. ff. de appel. Imperatores. Modum autem huc pertranseo, quia ad confessorem parum pertinet.

21 ¶ Appellare ad iudicem infidelem catholico non licet secundum Th. ibi, ad primum. Quia vbi non est vera fides, vbi non non præsumitur esse rectitudo, & debet excommunicari talis. c. Catholicus. 2. q. 6. nisi à iudice infideli, ad alium superioris infidelem, vt Paulus fecit appellando ad Cæsarem Actu. 25. nec contra hoc docuit, vt ibi Caie. testatur. *est vera fides, non resumitur esse rectitudo.*

22 ¶ Appellatio si fiat incontinenti, sufficit viua voce sine scriptis fieri. C. d. appell. l. litigatoribus, alia dēt porrigere libellum appellatorium infra 10. dies. C. de appell. auct. Hodie Qualiter autem practicatur, vide Sil. & Tab. ibi. Appellatio. §. 15. & 16. Multi alij casus ponuntur à summistis, quos pertranseo, quoniam ad caufidicos magis & ad procuratores spectant, quam ad confessores.

23 ¶ Appellare, cā afferendæ moræ, ne contra reum iusta sententia proferatur, non licet: quia hoc est calumniosè seruari, quod non licet. Thom. vbi supra, ad tertium.

DE APOSTASIA.

- 1 Apostasia triplex est.
- 2 Apostata à fide quam primùm denunciantur excommunicati, perdunt ipso facto iurisdictionem, &c.
- 3 Apostata à fide sunt excommunicati.
- 4 Christiano an liceat habitum sumere infidelium pro aliquo casu.
- 5 Apostata ab obedientia quis dicatur.
- 6 Apostasia à religione qua sit.
- 7 Monachus apostata si non vult redire vel habitum resumere, quid agendum.
- 8 Clerici constituti in sacris relinquētes habitum, dicuntur apostata.

- 9 Religiosi & clerici beneficiati tam in sacris quam in minoribus cogi possunt ad reassumendum habitum.
- 10 Religiosi & clerici in sacris non possunt renunciare privilegio clericali.
- 11 Religiosus professus recedens sine licentia sui prelati quando censeatur apostata.
- 12 Monachus in apostasia ordinatus, non potest exercere actum illius ordinis.
- 13 Episcopus potest dispensare cum clerico, qui existens minoribus duxit uxorem de facto.
- 14 Religiosi, electi, & fugitivi reverti volentes sunt admittendi.
- 15 Apostata religiosi bona cuius sint.

*Apostata
rum pœ-
na ponit
tur in Cō
Tri. Sess.
15. c. 9.*

*Hæretico
rū bona,
fisco ap-
plicari de-
bent.*

Apostasia nominat temerarium recessum à statu fidei, obedientiæ, & religionis, secundum Hostien. & secundum Glo. in c. 1. de Apost. Et est triplex videlicet fidei, obedientiæ, & religionis. Tho. 2. 2. quæst. 12. ar. 1.

1 ¶ Apostata à fide quamprimum denunciantur excommunicati, perdunt ipso facto iurisdictionem, ita quod eius subditi sunt liberi à domino eorum, & iuramento fidelitatis, quo tenebantur, ex decreto Græ. hæc ex S. Tho. ubi supra. ar. 2.

3 ¶ Apostate à fide sunt excommunicati, quia tales sunt omnes hæretici. c. 1. de apost. Et quia omnes hæretici sunt excommunicati, de hære. c. excommunicamus. 1. & 2. ideo & ipsi sunt excommunicati, & consequenter eorum bona sunt confiscata. c. cum secundum de hære. lib. 6. Non possunt restari, & breuiter dic sic de aliis excommunicatis. infra, Excommunicatio. §. 9. Hæresis. §. 2.

4 ¶ An licitum sit Christiano habitum infidelium p aliquo casu assumere, vel eorum fidem verbis, & signis profiteri, vide infra, Infidelitas. §. 13. Fides. §. 9.

5 ¶ Apostata ab obediētia est, q. superiori obedire tenuit ut puta, Papæ; & hoc, vel q. a nō credit ipsū potestatem habere cōdēdi canones: & talis est hæreticus, & ut hæreticus punitur, i. c. nulli fas. di. 19. vel nō vult obedire ex cōtēptu: & tūc mortaliter agit, quia contemptor ubique damnabilis. Agit enim contra iusticiam, & grauitur punitur: quia deponitur. dist. 4. §. hæc & si legibus. & c. generalis. 6. de ele. Et si est incorrigibilis traditur curiæ seculari, & poterit excommunicari. in c. cum non ab homine. de iud. Si autem non vult obedire ex quadam concupiscentia, tunc mitius est agendum in penis, de quibus in c. nam concupiscentia. & c. 1. de consi.

6 ¶ Alia

6 ¶ Alia est apostasia à religione, primò deponendo habitum religionis temerariè, cum assumptione vitæ secularis, & talis est excommunicatus. in c. vt periculosa. ne cle. vel mo. in 6. non tamen debet iudicari apostata, siue fugitiuus, & si diu ad lōginqua vagetur, nisi postquam sic viuit quod animum non redeundi se habere oñdit. ff. dere. l. desertor. Quod si redierit, recipietur in monasterium secundum quod in regula continetur. Hoc dico si monasterium regulariter viuit. Quid aut de reb. illius fiat, vide c. si quis monachorū. 27. q. 1. & c. si quis rapuerit. 16. q. 6. Cuius debeant esse bona acquisita in apostasia. vide. c. 1. de infan. & lang. & c. si. 87. di. & c. Abbates. 18. q. 2.

7 ¶ Monachus apostata, si non vult redire, vel habitum resumere, dēt capi. & sub graui custodia incarcerari. c. à nobis. de apo. Quō fugitiuus sit requirendus, vide supra. Abbas. §. 1. infra Religio. 16. Et quomodo sunt tales excommunicati, infra, Excommunicatio. §. 3.

8 ¶ Clerici constituti in sacris relinquentes habitum, dicuntur apostata. c. Tuæ. de apo. & Pa. ibi Si autem est in ordinibus minoribus, & tenet beneficium ecclesiasticum, dimittendo habitum clericalem & tonsuram dicitur apostatare, quia ratione beneficij tenetur habitum & tonsuram portare. c. si. 50. di. Secus si non tenet beneficium, quia tunc potest habitum dimittere sine Apostasia, & et pctō mortali, vt et dicit Caic. ibi, ver. Apostasia, & Inn. cum Pa. in d. c. Tuæ. Vnde huiusmodi clerici, ex depositione habitus non puniuntur cle. Quoniam, de vit. & ho. cle dummodo deferant tonsuram nil perdunt. Si tamen moneantur primò, secundò, & tertio, ab Episcopo vt deferant habitum, & nolint assumere, perdunt priuilegium clericale, secundū Pa. & in c. in audientia. de sen. exc. Et bonum est talem mentionem facere, vt multa mala vitentur eorum, qui clerici esse volunt, & non viuere clericaliter.

9 ¶ Religiosi, & clerici in sacris, & in minorib. existentes beneficiati. cogi pnt ad reassumēdū habitum, vt hñ in d. c. Tue & in c. si. di. 59. Secus si non hñt beneficium existentes in minorib. vel volunt renunciare beneficio.

10 ¶ Religiosi, & clerici in sacris non possunt renunciare priuilegio clericali. vt in c. Si diligenti. de for. com. In minoribus verò clerici non possunt renunciare verbo, vt in d. c. si diligenti. sed facto renunciare possunt, exercendo actum omnino contrarium clericatui, vel in aliis casibus expressis.

e 5

11 ¶ Religio-

*Bona apo-
state, ac-
quisita
in apostasia
cuius
esse debet.*

11 ¶ Religiosus professus recedens sine licentia sui prælati, & non subiiciens se alterius obedientiæ, propriè est apostata, quantumcunque habitum, & tonsuram retineat, secundum Inn. in c. si. de renun. & Pa. in c. si. de apo. in fi. Oporteret enim ut ingrediat monasteriũ, si vult vitare apostasiã. Secus autè si intret monasteriũ latius, quia nõ erit propriè apostata, secundum Gl. in c. si. de apo. & in c. ex parte. de tem. ord. Vide infra, Religio. §. 16.

12 ¶ Monachus in apostasia ordinatus, non poterit exercere actum illius ordinis. Pa. in c. si. de apo. Et in ordine sacro solus Papa dispensabit: in minoribus, Episcopus & non poterit ad superiores ordines promoueri. Sed hodie quia tales sunt excommunicati, recipiunt ordinem in excommunicatione, & dicendum est ut habetur in c. illorum: de sen. exc.

13 ¶ Episcopus potest dispensare cum clerico, qui existens in sacris, de facto duxit uxorem, ut utatur ordine prius ritè suscepto, & ascendat ad superiores, si sit bene contritus: sicque ad clericatum redeat. Cum eo verò, de cuius pñia dubitatur, non potest dispensare, nisi ut utatur minoribus, non autè in maioribus, nisi religionem ingrediat. c. 1. & 2. q. cle. vel vo.

14 ¶ Religiosi eiectioni, & fugitivi reuerti volentes (ut dicit Ant. de Bu.) sunt admittendi, imò prælatus ad hoc compellitur. c. ne religiosi: extra. de reg. Et hoc nisi regula contradicat, qua contradicente, non sunt hñdi p derelictis, sed sunt alimentandi in locis cõpetentibus, si sine graui scandalo fieri põt, alioqui in aliis domibus religionis id fiat. Loca in quibus poni debent, sunt seruientium, secundum d. Ant. Et graue scandalum est, quando alij dicunt, se potius exituros, quam eum eis moraturos. In hoc tamen standum credo esse arbitrio boni hominis.

15 ¶ Cuius sint bona acquisita, per religiosũ apostatã, vide Sil. ver. Apostata. §. 111. & Tab. §. 15. infra Relig. §. 17. De apostasia infamatus se purgare compellitur. Abb. in d. c. tuæ. & ibi, an ad habitus resumptionem compelli debeat & ordini clericali renunciare possit, & an affligi queat ut habitum resummat. Ab. in c. a nobis. e. tit.

DE AQUA.

- 1 Aqua benedicta duplex, & à quo benedicatur.
- 2 Aqua benedicta, non sacramentum, sed sacramentale est.
- 3 Excommunicatus, vel suspensus aquam benedicens irregularis sit.

Aqua

Aqua benedicta, vel sancta, quædam per solum Episcopum, cum vino & cinere fit, ad reconciliationem Ecclesiæ polluta, sanguinis, vel seminis effusione, ut in c. aqua. de conse. ecc. vel al. Alia quæ est ad aspergendum homines, domos, ad expellendos dæmones, &c. à sacerdotibus benedicitur cum sale. de cons. dist. 3. c. aqua. quam diaconus benedicere non potest. ar. in d. c. aqua. & c. perlectis. 25. dist. §. ad presbyterum. & omni die dominico debet benedici ex consuetudine.

2 ¶ Aquam hanc non dicimus esse sacram, quia non ordinatur directè ad causandum gratiam, sed ad remouendum prohibens. scilicet contra dæmonum nequitas, & omne quod sacramentorum effectum impedire potest, sed est quoddam sacramentale, secundum Th. 4. sen. di. 6. q. 1. ar. 2. ad septimum. Et datur contra impugnationem exteriorem dæmonum: exorcismus autem contra interiorem. Thom. 3. sen. di. 17. ar. 2. ad tertium. & 4. sen. di. 6. q. 2. deletque venialia, in quantum excitat feruorem deuotionis. Et si addatur aqua non benedicta benedicta, tota erit benedicta. Th. 3. sent. dist. 77. ar. 8. ad tertium. si tamen minor sit quæ additur ex Thom. 4. sen. dist. 12. q. 1. ar. 2. quol. 6. in cor. Quidam verò indistinctè dicunt, siue maior, siue minor sit, quia hæc transmutatio naturali virtute non fit, sed ex ordinatione Ecclesiæ vel approbatione secundum Pe. de Pal. Vide c. q. in dubiis. de cons. eccle. & alt. Idem de oleo consecrato dicas, quando nõ consecratum apponitur, secundum Pa. in d. c. Quod in dubiis: non autem sic de vino addito sanguini Christi, quia non fit sanguis: Th. 4. sen. di. 77. ar. 8. ad 2. Nam aqua, vel alius liquor additus sanguini in calice, non conuertitur in sanguinem, nec econtra: siue fuerit in parua, siue in magna quantitate. Poterit tamen conuerti in vinum virtute specierum vini ibi existentium, habentium modum agendi substantiæ. Si autem tantus liquor poneretur, quod non remaneret accidentia illa prima eadem numero, desineret ibi esse sanguis Christi, non per corruptionem sanguinis, qui incorruptibilis est, sed accidentiũ. Non ideo est simile, sicut in aliis. Nam aqua benedicta remanet aqua, & oleum consecratum remanet oleum, sed vinum consecratum non remanet vinũ. Hec ex S. Tho. in sententia.

3 ¶ Si excoicatus aquam benediceret, vel suspensus esset irregularis, quia benedictio aquæ est certi ordinis, secundum Inn. in c. 1. de excel. præl. Non autem sic de benedictione

Aqua nõ benedicta si addatur benedicta tota erit benedicta.

Aqua benedicta non ordinatur directè in remediũ, sed contra dæmones.

menste.

mensæ. Aqua benedicta non ordinatur directè ad præstandum remedium, sed contra dæmones, & contra omne impedimentum sacramentorum. Th. 3. parte. q. 65. ar. 1. ad sextū & 4. sen. dist. 2. q. 1. art. 2. ad septimum.

D E A R B I T R I S.

- 1 *Arbiter & arbitrator inter se differunt, & num. 6.*
- 2 *Arbiter quis eligi potest.*
- 3 *Arbiter quomodo ad arbitratore dignoscatur.*
- 4 *Arbitrorum quinque sunt genera.*
- 5 *A sententia arbitri iuris appellatur, à sententia veri arbitri compromissarij minime, nisi euidenter sit iniqua. num. 7.*
- 8 *Iurans stare sententiæ arbitratorum in conscientia potest reduci ad arbitrium boni viri.*
- 9 *Arbiter sententiam in ecclesia ferre non potest, nec ibidem lata tenet: secus de arbitratore.*
- 10 *Arbiter quis esse prohibetur, & num. 11. & 12.*
- 13 *In causa spiritali compromitti potest in clericum, & laicum auctoritate superioris.*
- 14 *In rebus temporalibus compromittere possunt clerici in laicos.*
- 15 *Laicus assessor esse potest iudicis ecclesiastici.*
- 16 *Arbitrator potest vni tollere, & alteri dare, non itidem arbiter.*
- 17 *Arbiter permittens pertransire tempus, tenetur partibus.*
- 18 *Arbitri duo si non concordant, compelluntur per iudicem tertium eligere.*
- 19 *Arbiter ex quo semel pronunciauit, non potest mutare sententiam suam.*
- 20 *Conditiones arbitratorum, differentia inter arbitria & iudicia, remissiuè.*

ARbiter, & arbitrator, inter se differunt: nam arbiter, ut dicit Inn. in cap. Quintauallis, de iur. iur. est ille, qui ut Iudex eligitur, ut seruato iuris ordine in substantialibus procedat. ff. de arbi. l. 1. Arbitrator autem eligitur, ut Inn. ibi dicit, ut aliquid existimet, vel quod sibi videretur de aliqua re dicat, & sine ordine iudiciario ea arbitretur. Insti. de emp. §. precium.

2 ¶ Tales possunt eligi, secundum Th. 2. 2. q. 67. ar. 1. ad secundum. quamuis non sint superiores aliis, quia homines propria sponte possunt se aliorum iudicio subiicere, cum com-

promit-

promittunt in aliquos arbitros. Et inde est. quòd necesse est arbitrium aliqua pœna vallari, quia cum ipsi non sint superiores, non habent potestatem coercendi.

3 ¶ Arbiter ab arbitratore dignoscitur, ex modo compromittendi, quia vel compromittunt ut arbitretur seruato ordine iuris in substantia, & sic est arbiter, vel ut dicat quid sibi videtur, sine alio iuris ordine, & tunc est arbitrator, infra. Iudex. §. 27.

4 ¶ Ant. de But. in d. c. Quintauallis. distinguit de his arbitris, & in summa quinque colligunt, quoniam quidam sunt Iudices ordinarij, quidam ordinarij, & arbitrarij simul, quidam arbitratore, quidam arbitri iuris, quidam arbitri.

5 ¶ A sententia arbitri iuris potest fieri appellatio, non à sententia arbitri compromissarij. 2. q. 3. c. A iudicibus & rationem affert Th. 2. 2. q. 69. ar. 3. ad 2. Quia leuis videtur, ut quis non permaneat in eo, quod semel approbavit, ideo rationabiliter denegatur subsidium appellationis à Iudicibus arbitrariis, qui non habent auctoritatem, nisi ex consensu litigantium. Non sic autem à sententia arbitri iuris, cuius potestas ex consensu eligentium non est, sed Principis auctoritate. Ideo contra huius grauamen lex appellationis subsidium tribuit, §. Appellatio. §. 18.

6 ¶ Quæ sit differentia inter arbitrum, & arbitratore, quæ in multis differunt, vide Pa. in d. c. Quintauallis, & Syl. lib. §. 2.

7 ¶ Si apparet euidenter dictum arbitri iniquitatem peccati continere, secundum Hostien. ordinarius ex officio suo hoc emendari faciet, de arbi. c. 2. Et hoc si infra decem dies pars læsa petierit: in d. c. 2.

8 ¶ Iurans stare sententiæ arbitratorum, in conscientia potest reduci ad arbitrium boni viri, secundum Pa. in d. c. Quintauallis. Si arbitramentum est iniquum, ita ut deceptio interuenierit ex proposito, & hoc respectu cuiuscunque læsionis, potest peti reductio non obstante quocunque pacto, quia dolus futurus nõ potest nec expressè, nec sub generalitate verborum tacita renunciari. ff. de pac. l. si vnus. §. illud nulla, & hoc sequuntur communiter Doct. Et dicitur dolus ex proposito, quando scienter per fraudem, gratiam, seu odium, grauatur alteram. Si autem læsio interuenit sine dolo, vel læsio est modica vel non: si modica, non potest peti reductio. ff. de arbi. l. si de meis. §. Recepisse, etiam si renunciatio non interuenit, ut in c. Nisi essent, de præbend. Vbi secundum quod not. Pan. Arbitrator solum pro bono pacis potest tollere de

iure

*Quis sit
dolus ex
proposito.*

iure vnius, & dare alteri, licet clarissimè ex eius pronuncia-
tione hoc appareat: & hoc potest non solum in casu dubio,
sed èt certo, ex quo pro bono pacis facit. Si verò læsio non
est modica, tunc vel est magna, vel maxima & enormis. Si
primo modo, potest reduci, nisi interuenerit renunciatio, vt
scilicet possit dare vni, & tollere alteri: renunciatio enim hæc
aliquid operatur, vt in c. Si Papa, de priui. lib. 6. Si autem sit
maxima, & enormis, in hoc casu poterit reduci, quia in du-
bio videtur excepta, ar. ff. de his quæ in frau. cre. l. Omnes, §.
Lucius. Et ratio est, quia non fecit, sicut bonus vir facere de-
buisset: ideo ex quo maxima læsio non fuit expressa, non
debet trahi vltra intentionem agentis, vt sentit Bal. in l. pe.
C. de arb. & An. in d. c. Quintauallis. Et magna quantitas di-
citur respectu personarum & causarum: si in commissione
fuisset dictum quod possit facere altè, & bassè, in totum, vel
in partem, de iure vnius dare alteri, tunc dicerem, quod non
possit, dolo non interueniente, nisi prædictæ commissioni
additum fuisset hoc verbum restrictiuum, videlicet, altè, &
bassè, prout sibi videbitur, & placuerit, quia hæc verba im-
portant arbitrium boni viri. ff. de fideicom. l. Thays. §. So-
rore sua.

9 ¶ Arbitrari sententiam in Ecclesia ferre non potest, sicut
nec iudex: & lata non tenet, de immu. ec. c. Decet, in 6. Secus
est in arbitratore.

10 ¶ Arbitrari esse non potest, qui est excommunicatus, sicut
nec iudex. in c. Ad probandum, de re iu. Similiter nec arbi-
trator secundum veriorè opinionè, quam sequitur Io. An.
in regula, Dolo. de re iu. in 6. & Pa. Quia non potest dici bo-
nus vir, ex quo in excommunicatione perseuerat.

11 ¶ Arbitrari non potest esse monachus, sine vtilitate mona-
sterij, & Abbate imperante: Ar. in c. 2. de postul. Sed arbitra-
tor potest esse ex sola Abbatis licentia, quod placet Pan.

12 ¶ Arbitrari, & arbitrator non potest esse laicus solus, secun-
dum Pa. in c. Contigit, de arb. in rebus spiritualibus, quia
text. dicit, quod laici non debent tractare negocia eccle-
siastica, & loquitur generaliter, & nullus præter Papam po-
test committere causam spiritualem laico, ex gloss. in d. c.
contingit.

13 ¶ Compromitti potest in causa spirituali, auctoritate
superioris, in clericum & laicum. cap. per tuas. de arbit. Et
prohibetur laico arbitrari in causa spirituali propter hone-
statem, secundum Pan. in d. c. per tuas. Non tamen per epi-
scopum

scopum causa spiritualis potest delegari clerico, & laico.
Quia vt dicit Io. And. in d. c. per tuas. arbitrium de re spiri-
tuali non est actus spiritualis. Ideo in clericum & laicum
compromitti potest: Iudicare verò in causa spirituali, est
quod spirituale, vt in c. quanto. de iud. cuius iuris spiritualis
laicus non est capax, etiam cum clerico associatus, vt in c.
Massana. de elect.

14 ¶ In rebus temporalibus compromittere possunt clerici
in laicos, secundum Inno. in d. c. contingit. Et facit ad hoc c.
dilecti. de arb.

15 ¶ Laicus etiam potest esse assessor iudicis ecclesiastici, vt
communiter tenent Doct.

16 ¶ Quamuis iudex, vel arbiter cum bona conscientia nõ
possint tollere vni, & dare alteri, quia tenentur reddere vni-
cuique quod suum est: hoc tamen possunt arbitratores, qui
eliguntur ad componendum inter partes, tanquam boni vi-
ri, dummodo enormiter non lædant, secundum Panor. in d.
cap. quintaualis. vt supra dictum est. §. 8.

17 ¶ Arbitrari permittens pertransire tempus, tenetur parti-
bus. Facit quod no. l. ff. C. de contrahen. emp. Intellige si ex
dolo, vel lata culpa hoc facit, alias nõ, nisi se obtulisset, quia
tunc etiam de leui tenetur. Et multo magis tenetur ad resti-
tutionem, si ex dolo, vel lata culpa, iniustam sententiam
protulit, & etiam ex leui, si se obtulit, egit. r. scienter contra
iustitiam, proximum damnificans.

18 ¶ Si duo arbitri non concordant, compelluntur per iu-
dicem eligere tertium. c. speciali de arb. Non autem sic de
arbitratoribus, vt consuluerunt quidam sapientes, quos
refert Baldus, vt Panormitanus in dicto capitulo Quin-
taualis, recitat.

19 ¶ Arbitrari ex quo semel pronunciauit super toto, seruan-
do formam compromissi, non potest mutare sententiam
suam, secundum Pa. vbi supra, siue bene, siue malè pronun-
ciauerit. Functus est enim officio suo. l. Diem. ff. de arb. Idem
videntur Doct. concludere de arbitratore, licet sint opinio-
nes circa hoc.

20 ¶ De conditionibus arbitrorum, & differentia inter
iudicia, & arbitria relinquo causidicis considerare, tamen
vide Tab. ibid. §. 13. & 15. Multa alia ponunt Summistæ, quæ
ad negocium animæ non pertinent. De his omnibus qui
vult plenius informari, videat Pan. in d. cap. Quintauallis.
Peccant tamen arbitri, & arbitratores, si dolosè, & contra
conscien-

conscientiam iustum non iudicant, & non seruant æquitatem, vt sciunt, etiam tenentur parti læsæ in cōscientia, quia contra æquitatem, vel iustitiam eam læserunt: secus si rationabiliter pro bono pacis patiuntur.

DE ARCHIDIACONO.

- 1 Archidiaconus dicitur quasi princeps ministerij.
- 2 Archidiaconi officium quale.
- 3 Archidiaconus quomodo peccet respondendo ordinandos esse dignos, & num. 4.
- 3 Archidiaconus si presentauit aliquem sine titulo, nec habet unde viuat, an teneatur ei providere.
- 6 Archidiaconus si est negligens in examinando peccat.
- 7 Archidiaconus an teneatur ad sacerdotium.
- 8 Archidiaconi Bononiensis autoritas, & num. 9.

Vide ali- **A**rchidiaconus quasi Princeps ministerij, omnia que ad ministerium pertinent, ipse tradit, sicut cæreum & vrceum accolito, secundum Thom. 4. sentent. d. 25. art. Conc. Tri. 1. ad 3.

Ses. 24. c. 2. ¶ Quamuis Archidiaconus de iure multa possit, tū quia constitutiones, & consuetudines in diuersis locis in officiis sunt, secundum Inn. in c. 1. de offi. Archi. & in cap. Cum olim, de consue. Ideo in officio suo faciet, secundum quod consuetudo præscripta suæ Ecclesiæ habet. Vbi autem non est consuetudo, vel statutum, locum habet c. Tituli, de offi. Archi. secundum Inno. Et sic post Episcopum, est Vicarius in omnibus, & habet curam in clero, tam in vrbe quam in parochiis habitantium. Et debet de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest, visitare, vt in d. c. 1. Debet auscultare Euangelium, epistolam, & responsoria, quæ nullus debet cantare, nisi prius auscultatus, & iussus ab eo, cæroferatiōsque ordinare, eo. tit. cap. 2. nisi pro posse provideat, tenetur si quid ex sua negligentia vel alterius fraude, de rebus Ecclesiæ perit, in d. cap. 2. Clericos ad ordines sacros promouendos, illius interest examinare. cap. Ad hoc, eod. tit. Abbates, & Abbatissas in sede collocat. c. Ad nostrum, eod. tit.

3 ¶ Interrogante Episcopo, dum presentantur ordinandi: Scis hos esse dignos? Si respondeat Archidiaconus, Scio, quantum humana, &c. & ordinandi sunt presentati à probis homi-

hominibus, & ipse nescit quid mali, vel impedimenti, non peccat, secundum Inno in c. Vnico, de seru. in ordi. faciendo. ar. de presump. c. dudum. Si verò scit aliquod de eo malum, quod est secretum, debet obtinere à prælato, vt eo absente faciat ordinationes, quòd si sine scandalo non potest, non peccat sic respondendo, quia dicit vt minister tantum Ecclesiæ quæ de occultis nihil scit: aliter tacendo crimen publici caret. illius. Si verò tale crimen esset publicum, mortaliter peccaret, sic dicendo. 12. quæstione secunda, c. Primum. Si tamen illud crimen mortale esset, secus si veniale, vt §. Criminis. 25. distin.

4 ¶ Archidiaconus licet de iure multa possit, tamen vt dictum est, stabitur consuetudini præscriptæ, vt supra. §. 2.

5 ¶ Archidiaconus, qui presentauit aliquem ordinandum sine titulo, & non habet unde viuat, tenetur ei providere, vt dicit glo. in d. c. Ad hoc, aliter tenebitur Episcopus, qui eum ordinauit, quia debuit videre quis, à quo, & ad quem titulum presentaretur. de æta & qualita. or. c. Accepimus. ne contingat eum mendicare in opprobrium ordinis clericalis. Si autem fecit eum ordinari ad titulum sui patrimonij quem non habere sciebat, vel non sufficiens, agetur primò contra Archidiaconum, qui fuit in dolo: secundo contra Episcopum, qui fuit in culpa. Quòd si ordinandus mentirus est, dicens se patrimonium habere, ei imputetur, & hoc placet Host. si solus est in dolo. Qui verò ad titulum suæ paupertatis se ordinari fecit, & promoueri, illam sequatur, vt mendicantes. infra, Beneficium. §. 11.

6 ¶ Archidiaconus peccat, si est negligens in examinando, si ignorantes, & non idoneos admittit, vel ex amicitia, vel munere, vel humano respectu. Infra, Simonia. §. 32. ordo. §. 1.

7 ¶ Archidiaconus non tenetur se facere promoueri in sacerdotem, sed satis est, quòd sit diaconus: vt in c. primo, de æta. & qual. or.

8 ¶ Archidiaconus Bononien. vt not. Abb. in cap. si. de off. in glo. si. & est glo. singularis, ex priuilegio aboleuit excommunicatos in studio Bono. commorantes, & ibi delinquentes propter violētam manuum iniectiōem in clericum: & hoc sequitur Ioan. An.

9 ¶ Archidiaconus Bononien. confert gradum doctoratus ex priuilegio Honorij tertij, vt dicit glo. in cle. secunda, ver. suspensum, de magistris. Presente Episcopo in diocesi non potest Archidiaconus litteras commendatitias dare promo-

Sum. Armil.

f

uendis

Archi-
diaconus
Bono. Cō-
ferre po-
test gra-
dum do-
ctoratus.

uendis ad ordines, vt in c. Significasti. de or. Arch. Secus si est absens Episcopus, & necessitas vel utilitas ordinando- rum suadeat, quia Episcopo absente eius vices supplet. cap. 1. cod. rit.

DE ARCHIEPISCOPO.

- 1 Archiepiscopus iudex ordinarius est omnium Episcoporum suae prouinciae.
- 2 Archiepiscopus potest cognoscere de crimine suorum Episcoporum, & eos corrigere.
- 3 Archiepiscopus potest tollere malam consuetudinem de sua prouincia, eamq; visitare. nu. 4. & alia facere, vt hic.
- 5 Archiepiscopus non potest tollere consuetudinem ecclesiarum suae prouinciae in diuinis officijs.
- 6 Archiepiscopus quando suppleat negligentiam suorum Episcoporum.
- 7 Archiepiscopus potest concilium celebrare irrequisito primato.

Archiepiscopus est iudex ordinarius omnium Episcoporum suae prouinciae, de communi iure, secundum Pa. in c. Pastoralis, de off. or. Et sufficit, quod habeat decem Episcopos sub se, vt in cap. Scitote, 6. q. 3. licet non sit necessarium.

Solus Pa-
pa potest
deponere
Episcopum.
Conc. Tri.
Sess. 24.
cap. 3.

- 2 ¶ Archiepiscopus potest cognoscere de crimine Episcoporum, & eos punire: vt in c. Sacro. de Sent. excom. Non tamen potest eos deponere, hoc enim soli Papae seruetur, vt in cap. 1. de transact.
- 3 ¶ Ad Archiepiscopum pertinet tollere malam consuetudinem de sua prouincia, & contra illam obseruantem excommunicationem fulminare, secundum Inno. quem sequitur Pa. in c. Ex frequentibus, de insti.
- 4 ¶ Archiepiscopus suam prouinciã visitare potest, quamuis eius suffraganei non sint negligentes, & iterare visitationem, & procuraciones recipere, non obstante contraria consuetudine, & dum visitat suffraganeorum suorum confessionem recipere, absolueret, poenitentiasque eis iniungere, & alijs committere: de con. lib. 6. c. Perpetuo.
- 5 ¶ Archiepiscopus non potest tollere consuetudines Ecclesiarum suae prouinciae in diuinis officijs, quae sunt rationabiles, etiam quod deuenit à consuetudine Ecclesiae Metropolitanæ: Arch. in c. de trin. de con. dist. 4. & secundum Pa.
- 6 ¶ Archiepiscopus negligentiam Episc. supplet. in his, quae facere debet: Pa. in d. c. Ex frequentibus. Non autem in delicto,

Conc. Tri.
Sess. 23. c.
18.

icto, nisi delicta sint notoria, secundum quod limitant Doct. & Pa. in d. c. Ex frequentibus.

- 7 ¶ Archiepiscopus potest celebrare concilium irrequisito primato. c. Si quis Episcopus vacans, di. 82. In multis casibus. Id. Sess. 24. c. 2.
- Archiepiscopus in subditos Episcopi ordinariam habet iurisdictionem, qui casus ponuntur. in c. Pastoralis, de off. or. & Sil. ponit, 12. vide si placet ibi. q. 1.

DE ARCHIPRESBYTERO.

- 1 Archipresbyteri officium in absentia praelati.
- 2 Archipresbyter ruralis ad quid teneatur remissiuè.
- 3 Archipresbyter ciuitatis quos absolueret possit.

Archipresbyter ciuitatis, vt habetur de off. Archipresbyteri in c. Officium. debet quando praelatus deest, officium vice eius inchoare, benedictiones presbyterales in Ecclesia dare, missam quando voluerit cantare, vel committere, cui voluerit praecipere ministris, quando Episcopus vult missam cantare, vt praeparent se, qualiter ad missam procedant. Debet etiam praecipere custodi, ne eucharistia pro infirmis desit, prouidere ne infirmi sine sacramentis moriantur, & confessiones forensium cum alijs sacerdotibus recipere. Hæc ibi. Et si quis ex eius negligentia sine confessione moriatur, reus erit animæ illius. c. Si presbyter. 26. q. 6. Et negligentia in huiusmodi quandoque mortalis, quandoq; venialis est, vt in ver. Negligentia dicitur.

Conc. Tri.
Sess. 3. c. 2.
Sessio. 23.
cap. 1.
Sess. 24. c.
4. Sess. 23.
cap. 14.

2 ¶ Archipresbyter ruralis ad quid teneatur, vide c. fin. de offic. Archipresb.

3 ¶ Archipresbyter ciuitatis, licet omnes de episcopatu possit absolueret, non tamen à præsensu sine speciali licentia Episcopi, secundum Ioan. And. in cap. Si Episcopus, de poeni. & remi. lib. 6. non autem si Archipresbyter ruralis potest absolueret omnes de Episcopatu, quia solum praest plebi. Et quantum ad maiora, nihil debet facere sine relatione ad Episcopum, in dicto cap. Si Episcopus. Potest tamen omnes pertinentes ad ecclesias, existentes sub suo plebanatu, absolueret. Quod patet per dict. capitul. final.

DE ARGUMENTATIONE.

1 Argumentationum species apud canonistas quae sint.

Argumentatio non solum apud logicos, sed etiam apud Canonistas reperitur. Et prima est ab etymologia nominis, vt in c. placuit. el. 1. & 16. q. 1. Secunda est à toto ad partem affirmatiuè, vt si prohibetur furtum, ergo & rapina. 14. q. 5. c.

Pœnale est. Tertia à minori ad maius affirmatiuè, vt in c. 8. in laicis. 38. di. Quarta à maiori ad minus negatiuè. 31. q. 5. c. Paulus. Quinta ab autoritate. 32. q. 1. c. Dicit Dominus. Sexta à simili, vt in c. Translato. de consti. Septima à contrario, vt in c. Sciendum. 8. quæst. 1. vt si repugnare fidei est graue peccatum, ergo obedire est magnum meritum. Octaua à communiter accidentib. in c. cum contingat. de iu. iu. & ibi Pa. Nona à paritate, in gratiis fauorabilib. c. ad aures. de rescip. Pa. Decima à sufficienti partium diuisione, vt no. in c. quanto de iureiu. Vndecima ordine litterar. Gl. in c. quorundam. de elect. li. 6. Duodecima ab absurdo vitando. in c. in genesi. de elect. & ibi. Abb. Tertiadecima significatione recti sermōnis, in cap. ex litteris de spon. Quartadecima de tempore ad tempus. ff. de re mi. l. Non omnes. §. Barbaris. Quintadecima de personis ad res, & econtrā. l. qui furen. ff. de sta. hom. Sextadecima de loco ad tempus. l. vnum. ff. si cer. pet. Alia plura reperies.

D E A R R A.

- 1 Arra per duplex r. quid significet.
- 2 Arra in contractu emptionis quando recedere non liceat.
- 3 Arra, quæ ad matrimonium pertinet data desponsato dicitur ad matrimonium præsumitur.
- 4 Arra sponsalitia non secuto matrimonio restitui debet.

Arra per duplex R, est signum siue securitas emptionis, vel venditionis, vel futuri matrimonij, quibus aduentibus non amplius dicitur arra, sed precium, vel donum de arra realis emptionis, vel venditionis habetur. ff. de contrah. empt. l. quod sæpe, in prin.

1 ¶ Arra data nomine arræ, & pro parte pagamenti, in contractu emptionis, & venditionis, à tali contractu recedere non licet, quia cum pars pretij sit soluta, res non est integra. C. quando li. ab emp. disce. l. vnica. Si verò data sit tantum nomine arræ, ille qui dedit perdet arram, si per eum stat, quod contractus non sequatur. Quod si per eum qui recipit arram stat, receptor arræ in duplum restituet. Inst. de empt. & ven. §. in his.

3 ¶ Arra, quæ ad matrimonium pertinet, vt annulus, pecunia, vel aliud datum sponsæ, quorum datio subarratio vocatur, præsertim si per annuli immissionem fiat vulgo dicitur desponsatio, & præsumitur matrimonium, nisi probetur in contrarium. Vel esset contraria consuetudo, vel ætas repugnaret, vt no. in c. tuæ. de despo. impub. Si verò hæc à parentib.

ib. sint facta, sola sponsalia præsumuntur, vt ibi dicit Gl. per modum tamen quo sponsalia à parentib. contrahi possunt, vt infra, Sponsalia. 3. & 6.

4 ¶ Arra sponsalitia, non sequuto matrimonio sine alterius culpa, simpliciter debet restitui, vt quia alter religionem intravit, vel est defunctus, vel repertum est impedimentum, & huiusmodi. Si verò non est sequutum propter culpam dantis, ipse qui dedit perdet. Si propter culpam recipientis, recipientis soluet eam in duplum. C. de spon. l. Arris. in conscientia tamen, secundum aliquos non tenetur, nisi fuerit facta condemnatio, quod potest colligi ex no. per glo. in c. fraternitas. 2. q. 2. infra, Pœna. §. 1. Sponsalia. §. 10.

D E A R R E P T I T I I S.

1 Arreptitij facile à propriè raptis cognoscuntur.

Arreptitij facile discernuntur ab his qui propriè rapiuntur, vt sunt Prophetæ, quia in raptu Prophetarum, nulla inordinatio contingit sicut in arreptitiis, & furiosis. Tho. 2. 2. q. 173. ar. 3.

D E A R R O G A N T I A.

1 Arrogantia quomodo sit peccatum, & nu. 2. 3.

4 Arrogantia non est idem quod instantia.

Arrogantia, qua sibi quis quod supra se est, tribuit, siue illud ad scientiam, potentiam, & autoritatem, vel bonam voluntatem pertineat, peccatum est: quia cōtra rectam rationem. Sed mortale non est, nisi id quod sibi vsurpat, sit contra Dei reuerentiam, aut contra proximum, vt tyranni faciunt, vel finis vltimus in huiusmodi elatione ponatur, vt de ambitione supra dictum est, vel cæteri despiciantur, sicut Phariseus, qui dicebat non sum sicut cæteri, &c.

2 ¶ Est etiam frequenter venialis, quando proximo non fit notabile præiudicium, neque Deo magna irreuerentia.

3 ¶ Neque leue peccatum, se meliorem quàm sit existimare est, quoniã superbix species dicitur. Hæc secundum Caie. ibi. infra Superbia. §.

4 ¶ Arrogantia non est idem quod instantia, sed sapius eam efficit. Th. 2. 2. q. 172. ar. 1. ad 2. Vnde arrogans quod docet, humiliter inferre nescit. d. 46. c. 1. §. 1.

A R R O G A T I O. Suprà Adoptio per totum.

D E A R T E.

1 Artem magicam appetere quomodo liceat.

2 Imagines astronomicae sunt penitus repudiandæ.

3 Ars omnis homines inducens ad aliquod peccatum, prohibita est.

est : quæ verò tam ad bonum quam ad malum inducit, et licita est. num. 4.

- 5 *Vendentes prohibita an lucrum pauperibus restitueri teneantur.*
- 6 *Balistris vtentes contra Christianos an peccent.*
- 7 *Ars histrionum quandoque licita est.*
- 8 *Mercatoria ars quando prohibita sit.*
- 9 *Artes in quibus periculum vitæ propriae vel alienæ imminet, exerceri an possint.*

ARtem magicam; quæ sub se continet Necromantiam, Augurium, & sortem, licet appetere scire, dummodo propter finem bonum appetatur, vt ad destruendum, & bono modo acquiratur, & conueniat personæ, & non prohibeatur, & non sit periculum alicuius mali, vel maioris boni impedimentum. Cum his conditionibus liceret non solum appetere, sed etiam addiscere, quia scire absolute bonum est. Sed quia hæc artes non sunt scientiæ sed dæmonum fallaciæ: ideo earum vsus est prohibitus, vt Aug. 4. li. confes. confiteretur & Tho. 2. 2. q. 96. ar. 1. & Ioan. 22. prohibuit sub pœnâ excommunicationis. Ideo eis vtentes, & addiscentes ad hoc vt vtantur, mortaliter peccant.

2 ¶ *Imagines quæ astronomicæ à quibusdam nominantur ex dæmonum operatione habent efficaciam, cuius signum est, quòd necesse est eis inscribi quosdam characteres, quæ naturaliter ad nihil operantur. Non enim figura est naturalis operationis principium. In quibusdam imaginibus, vt in necromanticis, sunt inuocationes expressæ, ad expressa pacta cum dæmonibus inita, in aliis sunt tacita pacta per figurarum, seu characterum quædam signa. Ideo huiusmodi artes sunt penitus repudiandæ, secundum Tho. ibi. ar. 2. ad 2. infra, Superstitio. §. 3.*

3 ¶ *Ars, si qua est, faciens ea quibus homines non nisi ad peccatum vti possunt, non est licita; & talia facientes, vel vendentes, peccant, quia occasionem aliis peccandi præbent. c. Culpa, de iniur. & dam. dato. Vt si quis idola fabricaret, candelabra ad idololatriam, vel aliqua alia pertinentia ad ritum Iudæorum. Simili ratione, vel ad vsuram, & simoniam, secundum Ray. ad furta, ad artem magicam, & similia, secundum Tho. 2. 2. quæstio. 169. ar. 2. ad. 4. Tales mortaliter peccarent.*

4 ¶ *Ars quæ facit aliqua quibus homines ad bonum, & ad malum vti possunt, non est prohibita, vt ars faciendi arma, chartas, scacos,*

scacos, fucos, & similia, & facientes talia non ad malum vtuntur, & vendentes similiter, non peccant mortaliter. Si autem scirent, quòd ille cui vendunt, vult vti ad mortale peccatum, vt ad bellum iniustum, ad incitationes & similia, peccarent mortaliter vendendo, dantes auxilium, & cooperantes ad peccatum mortale, vt dicit Caie. 2. 2. q. supra. Melius tamen facerent tales, si aliam artem possent inuenire. Si tamen talis ars esset prohibita, vel per Principes, vel per Papam, non liceret ea vti, neq; videri huiusmodi artificia ob prohibitionem.

5 ¶ *Qui vendunt huiusmodi prohibita, vt puta idolum, an teneantur restituere, vel dare pauperibus lucrum? Dic secundum Arch. Flo. q. non, de præcepto, quamuis Pano. in c. Multa sunt, ne cle. vel mo. dicat, quod sic: infra, Restitutio. §. 19.*

6 ¶ *Vtentes balistris contra Christianos, intellige in bello iniusto, secundum Gl. in c. vnico, De sagitariis, mortaliter peccant, & debent excommunicari. Sed hodie canon iste pro nihilo est secundum Caie. in summa, vers. Sagittarij, dñ quilibet bellum suum vt iustum habet.*

7 ¶ *Ars histrionum, & instrumentorum musicalium si fiat debito modo, & à personis quibus non prohibetur, & temporibus debitis, & non per turpia verba, & dare eis etiam aliqd, non est illicitum. supra, Adulatio. §. 4. infra, Histr. §. 1. & 2.*

8 ¶ *Ars mercatoria non est licita, quia mercatores inter se conueniunt, vt alios non instruant, aut non vendant, nisi certo modo, causa fraudis, secundum Pa. post Inn. de ap. in cap. Significante. in fin. Secus si ex priuilegio, vel ex consuetudine hoc facerent, vel propter aliquam causam licitam, non autem propter causam illicitam, etiam si iuramento firmassent. Infra, Mercantia, per totum. Monopolium per totum.*

9 ¶ *Artes in quibus periculum vitæ propriae, vel alienæ imminet in pluribus vel frequenter, sicut ars transeuntium super chordas, ars torneamentorum, (quæ est prohibita, de Tornea. c. 1.) non possunt sine mortali peccato exerceri, quia exponere se vel alium periculo mortis, nisi pro honore Dei, vel salute animæ, &c. mortale est. Neq; ars faciendi fucos, vel salutes animarum, &c. mortale est. Neq; ars faciendi mulieres quibus mulieres faciem pingunt, illicita est, cum & mulier sine peccato se ornare queat, vt dicit Thom. 2. 2. quæstio. 119. Ideo male faciunt hi, qui talibus negant absolute-*

Nota quibus conditionibus histrionum ars non prohibetur.

Mulier sine peccato potest se ornare, intellige tu, mensuram, sed sobrietate. Damnat enim scriptura habitum meretricium.

DE ASSASSINO.

- 1 *Assassini qui sunt.*
- 2 *Penam ipso iure vel ipso facto imponi quid sit.*

Assassini

Assassini erant quidam homines infideles, qui de facili inducebantur ad occidendum Christianos, & contra (non eos) sed inducentes, est lata excommunicatio. in 6. de hom. c. pro humani. & bona istorum sunt capienda, si sunt bona temporalia, & sit delaratum per sententiam iudicis, illos esse assassinos, vel deductores vel mādatores talium, secundum Io. An. in d. c. pro humani Vide infra, Excommunicatio. §. 77.

2 ¶ Vnum notabile hinc accipe, quod quando ita dicunt, poenam imponi ipso iure, vel ipso facto, debent intelligi, dummodo sit secuta sententia declaratoria, per quam declaratum sit fuisse commissum id propter quod veniebat imponenda talis poena: aliam illa effectum non sortiretur, & executionem. Et hoc etiam tenet Inn. in l. si quis maior. C. de trans. et quod tale sit ita notorium, quod non possit aliqua tergiversatione celari, adhuc talis sententia declarativa requiritur, quavis Pan. in c. Cum non ab homine. de iud. tenuerit contrarium. Voluit etiam Pa. in c. Cum canonum de const. quod quando bona alicuius sunt ipso iure confiscata, quod talis cum bona conscientia non possit illa retinere, quia statim sunt fisco acquisita, & hoc etiam reprehenditur. Infra, Hæreticus. §. 5. si tamen textus diceret, ipso iure sit priuatus & quod non requiratur alia sententia declarativa: sicut fecit Paulus. 2. in extraua. ambitiosè, secus esset. Et quando dicitur quod poena iuris requirit sententiam declaratoriam, intelligitur de poena quæ actum hominis quantum ad executionem requirit, ut priuatio bonorum, non de poena, quæ hoc non requirit, ut excommunicatio. Ad hoc quod quis inuoluatur prædicta sententia excommunicationis, oportet quod actu interficiat per assassinos, aliquem Christianum, vel mandet hoc fieri, vel patenter receptet, vel defendat, vel occultet.

DE ASTROLOGIA.

1 Astrologia, vna est ex septem artibus liberalibus, & est verè scientia, neque de se prohibita est.

2 Corpora caelestia & constellationes inclinant, non cogunt.

Astrologi quomodo peccent in eorum scientia.

3 Iudicare de quibus non sit prohibitum

Astrologia, vna est de septem artibus liberalibus, & est verè scientia, neque de se mala, aut prohibita secundum Pa. in c. ex timore. de sorti. Vnde & iura præmiant has scientias exercentes. l. i. ff. de va. & extraor. cogn. peccant in quando

quandoque homines circa causam. Et primò, si ea quæ sunt si dei Christianæ habeantur tãquam causis cælestibus subiecta. Secundò, si de futuris contingentibus, certum fiat iudicium. Tertiò, si actus humani necessariò cælestibus causis subiecti esse credantur: hoc enim eēt tollere liberum arbitrium. Et quodlibet horum trium, ex suo genere mortale peccatum est, secundum Caie. ibi, quia hæc tollunt fidem, liberum arbitrium, & gratiam diuinam, legemque, & totam Christianorum vitam.

2 ¶ Si quis dicat corpora caelestia, & constellationes inclinare homines quoniamque ad vitam, quoniamque ad virtutes, non errat dummodo non credat homines cogi, quia voluntas, quæ est principium humanarum operationum, non subiicitur cælo, ut S. Th. in pluribus locis dicit.

Voluntas humana non subiicitur cælo.

3 ¶ Iudicare et de infirmitatibus, sanitatibus, pluuiis, & aliis, quæ ex cælesti influenza procedere possunt, bonis Astrologis permittitur, quamuis sæpe errent, quia veram Astrologiam non habent. His etiam Caie. in summ. ibi consentit, & Th. 1. q. 115. ar. 4. ad 3. Angelica, quæ dicit astrologia potius mittere homines in errorem, intelligit de diuinatori, & ea quæ arte demonum habetur, de qua omnia iura per eum allegata debent intelligi, & non de ea verè est scientia.

Astrologia diuinatio, & ea quæ arte demonum habetur prohibita est.

DE ASTVTIA.

1 Astutia quid sit, & an peccatum.

Astutia est per simulatas, & dolosas, & fraudulentas vias ad finem aliquem progressus. Ex S. Th. 2. 2. q. 54. ar. 3. Ideo manifestè est peccatum, prudentiæ oppm. & secundum subiectam materiam inuenitur mortale, vel veniale. Si enim nocet notabiliter proximo, inter mortalia computantur, sicut mendacium perniciosum. Si autem non nocet multum, vel nihil vel officit, venialis erit, secundum Caie. ibi in summa. Est & quædam astutia bona, quæ ad bonum finem ordinatur, de qua Paul. Cum essem astutus, do-

12. Cor. 1.

lo vos cepi.

DE AVARITIA.

1 Avaritia quomodo sit peccatum mortale.

2 In avaritia quomodo peccet quis.

3 Avaritia est vitium capitale.

4 Avaritiæ filie quot, & quæ.

Avaritia secundum quod importat voluntatè accipiendi vel retinendi alienum, est peccatum mortale, nisi ex imperfectione

f 5

actus

actus: & hoc modo opponitur iustitiæ, secundū at quod nominat inordinatum appetitum pecuniæ, contrariatur liberalitati, & cōter est pētū veniale Tamē esset tātus affectus ad acquirendum, vel retinendum, quōd esset mortale, vt si quis propter hoc postponeret ea quæ pertinent ad salutem animæ, non curans transgredi præcepta Dei & Ecclesiæ, & huiusmodi. Ex suo tamen genere mortale non est. ex Caie. ibi & Th. 2. 2. q. 84. ar. 4. & q. 119. ar. 3.

2 ¶ In auaritia mortaliter peccatur, furando rem alicuius importantiæ, vel si eē paruæ importantiæ, tamen magnam iniuriā credere t per hoc facere domino rei, vt infra, Furtū. §. 1. Secundō, per rapinam, ex qua sequitur magna proximi iniuria, vel damnum. Tertiō, si alienum retinet inuito domino & posset restituere, & tories peccat, deliberat non restituere: Ar. in c. 3. apc. de restitu. spol. Infra, Restitutio. §. 1. Quartō, qñ non facit eleemosynam in casu, quo tenet. Infra, Eleemosyna. §. 2. Quintō, qñ iniusto modo, vt per vsuram, simoniam, meretriciū, &c. vel per modū, quod est mortale peccatum, lucratur et si quod acquirit si minimæ quantitatis. Sextō, appetendo alienum: vt supra, voluntate deliberata, Nota regulam, q̄ quando quis ita appetit diuitias, vel rem aliam, taliter quod pro illa esset paratus facere peccatum vnum mortale tūc mortaliter peccat. Si autem nullo modo vellet Deum mortaliter offendere, talis appetitus est venialis.

Nota regulam.

3 ¶ Auaritia est vitiū capitale, secundū q̄ multa vitia ordinantur ad habēdas diuitias, secundū S. Th. 2. sen. di. 22. q. 2. ar. 3. cuius species sunt nouem, vt ponit Philosophus 4. Ethi. & Th. 2. 2. q. 118. art. vlt.

4 ¶ Auaritię filię, secundū Greg. 13. l. mor. sunt septē, videlicet, Proditio, Fraus, Fallacia, Peruriū, Inquietudo, Violētia, & Obduratio cōtra misericordiā. Quæ hæc sunt peccata mortalia, vide in suis titulis, vel per ea quæ supradicta sunt, iudicia. Sub istis secundū Isid. cōtinēt, mēdaciū, falsū testimoniū, furtū, appetitus turpis lucri, rapacitas, & inhumanitas. Plura tamen alia ex hoc peccata oriuntur.

DE AVDACIA.

1 *Audacia quid est.*

Audacia est passio existēs subiectiuē in irascibili, quæ secundum translationem, & vsū hominum, significat vitium virtutis, fortudinis oppositum per excessum secundum Tho. 2. 2. q. 128. Si talis excessus esset tantus, quod qui

quis paratus esset facere contra præcepta (vt supra de auaritia dictum est) esset peccatum mortale, aliās, & communiter est veniale. Et si effectum mortale faciat, vt si per audaciam quis assumeret ea ardua, quæ sibi totaliter sunt improporcionata, exponēdo se periculo magno, & c. mortaliter agere. Exponere enim se, vel alium periculo magno, vt est alium periculo magno, vt est peccatum mortale, quo nihil maius peccatum mortale est.

Audacia quando est peccatum mortale.

DE AVGVRIIS.

1 *Augurium, Aruspicium, & Auspicium qui sint.*

2 *Augur: qui sint, quid Aruspices, quid item Aruspices.*

Augurium, aruspicium, & auspicium, inter superstitiones diuinationes cōputata, Christianæ religioni opponitur, quibus idololatriæ utebantur, & fortē adhuc aliqui obseruant.

2 ¶ Augures dicuntur, qui diuinam à vocibus auium, seu aliorum animalium. Auspices, qui ex inspectione sine expressa dæmonum inuocatione. Aruspices, qui diuinant cum expressa dæmonum inuocatione per figuras, vel signa, quæ in rebus animatis apparent, in visceribus animalium immolatorum, in aris dæmonum, secundum T. 2. 2. q. 95. ar. 3. Hinc diuinationes si fiant cum pacto tacito, vel expresso cum dæmone, vt cōter fit, sunt pētū mortale, & non licet vti tali arte, vt supra, Ars. §. 1. Si autē hæc fierent sine superstitione, sed secundum quandam animalium naturam, vt quia canentis mergorum notat tempestatem, similiter apparitio delphinorum in mari, non esset pētū: quia secundum naturales effectus diuinant de futuro sine pacto cum dæmone, & superstitione, sed merē ex naturalibus vel ex lōga experientia. Sed qñ hæc fiunt cum quibusdam obseruantis, quæ ad talem effectum nullam habēt virtutem, potest aduerti quod sunt peccatum mortale: vel quando homo nimis eis credit, vel nimis timet, putant se cōgi ad opera: vel hæc pro lege suorum operum accipit, secundum Caie. ibi. & Tho. vbi supra. Tales enim auguriis seruiētes, ab Ecclesia sunt separandi, in c. Auguriis 26. q. 5. Nullus autem separatur ab ecclesia nisi pp mortale, igitur mortaliter peccant, Infra, Superstitio, per totum. Sors, per totum. Aruspex ab ara dicitur, hoc est à victimis in ara conspiciendis.

Nullus separatur ab Ecclesia nisi propter mortale.

DE AVSTERITATE.

1 *Austeritas diuersimodē accipitur.*

2 *Austeritas quomodo sit peccatum.*

Austeritas

Austeritas quandoque accipitur pro virtute temperantia, quandoque pro vitio, quando quis in austeritate excedit medium, vel erga seipsum, vel alios, tunc virtus esse non potest, quia medium excedit.

Exe. 34.

Austeritas immoderata, nec correctionem, nec salutem inducit.

2 ¶ Qui. n. excedit in austeritate sibi, & aliis, taliter vt natura non possit conseruari, vel vt propter hoc notabile incurrat infirmitatem scienter, mortaliter peccat, agit. n. contra caritatem. Secus quando arbitretur posse hoc facere, & facit propter bonum finem, licet decipiatur. Secundo, peccat praelatus, subditis cum austeritate imperans. 46. dist. cap. Hoc habet. & contra hos clamat Propheta dicens: Et cum austeritate imperabitis illis. Tertio, quando sunt austeri in dispensando, & recipiendo ad misericordiam, quia si Deus benignus est, vt quid sacerdos austerus vult apparere? 6. q. 8. c. Alligant. Austeritas. n. immoderata, nec correctionem inducit, nec salutem. c. Dissoluendi. di. 45. di.

DE BALISTA.

Balistarum ars, an liceat. Supra Ars. §. 6. Et quomodo prohibetur, ibid.

DE BALNEO.

- 1 Balneum intrare an liceat.
- 2 Religiosis quando Balnea intrare liceat, item de viris cum mulieribus.
- 3 Christiano an se cum Iudæo balneare liceat.

Balnea intrare pro voluptate non honesta, & pro luxuria, nunquam licet, quia peccatum est mortale, vel veniale: pro necessitate autem semper est licitum, etiam diebus festis. in c. Peruenit. de cons. di. 3. Clericis etiam est permissum pro necessitate, in c. Omnis. qui 24. q. 1.

Balneum ingredi cuius propria vxore non est prohibitum.

2 ¶ Religiosis etiam Aug. in regula concedit pro necessitate. Non licet viris intrare balnea cum mulieribus in cap. Non oportet. 81. dist. Et hoc propter periculum concupiscentia: cum propria autem muliere, sine aliorum scandalo non credo prohibitionem tenere, quia cessat ratio peccati. Et dicit ibi Gloss. quod si vir cum muliere extranea ingrediatur, priuatur donatione propter nuptias, & mulier si cum extraneo ingrediatur, priuatur dote. §. Inter culpas. C. de re. pu. l. fin.

3 ¶ Non licet Christiano balneare se cum Iudæo, quia est

pena

pena excommunicationis in iure. 28. q. 1. Nullus: neque clerico sub pena depositionis: tibi in d. c. & hoc de omni fidei intellige, secundum gl. in c. omnis. 24. q. 1.

An præceptum in d. c. non oportet. sit obligatum, iudicari iuxta dicta infra, Præceptum. §. 6.

DE BANNO.

- 1 Bannitum occidens an peccet.
- 2 Banniens iniuste aliquem, tenetur de amissis & damne secutis.

Bannitum occidens lege concedente, non liuore vindictæ, sed tantum zelo iustitiæ, non peccat, quia est in illo casu iustitiæ minister, sicut famuli Prætoris. Si tamen talis sit ex rationabili causa bannitus, & tale statutum si fiat, quod impune banniti possint occidi, etiam cum aliquo premio valet, secundum Pan. de consue. c. fi. in 2. Glo. in fi. Tales enim sunt hostes ciuitatis. Idem dic quando statutum, vel consuetudo dat facultatem consanguineis vindicandi mortem suorum consanguineorum, secundum Io. And. in add. Spec. in tit. de con. Intellige vt hoc faciant sicut ministri legis, & zelo iustitiæ. Secus autem quando lex non concedit, sed permittit non puniendo, sicut permittit meretrices: tunc non licet sine mortali occidere. Nec etiam licet prædictos bannitos extra terminos illius potestatis occidere, secundum Arch. Flo. infra, Homicidium. §. 2.

2 ¶ Banniens iniuste aliquem, de amissis, & damno sequitur, ex iniusto banno satisfacere tenetur, ultra mortale, secundum Inn. in cap. fi. de his quæ vi. me. c. fi. Causam enim damni attulit iniuste. Bannum enim fuit occasio amissionis rerum suarum, nec metus fuit vanus, sed talis qui poterat in constantem virum cadere.

DE BAPTISMO.

- 1 Baptismus Ioannis qualis esset.
- 2 Baptismus quid sit.
- 3 Ad baptismum quando ceperint homines obligari.
- 4 Baptismi forma quæ sit.
- 5 Verbum Baptizo an sit de substantia.
- 6 Expressio personarum Trinitatis est de substantia formæ.
- 7 Verbum amen an sit de substantia.

8 Baptismi

- 8 Baptismi formam, nec aliorum sacram mutare non licet.
 9 Baptismi forma seruata, quilibet tam catholicus quam hereticus vel infidelis baptizans verè baptizat.
 10 Baptismi forma apud Græcos.
 11 Baptizari possunt plures simul tempore necessitatis.
 12 Baptizare an plures possunt vnum. Item an mutatio nominum personarum viciet.
 13 Corruptè proferens quando non baptizat.
 14 Baptismus & alia sacramenta in omni lingua confici possunt, & quomodo.
 15 Baptizans & diminuens aliquid, nec addens, an baptizat.
 16 Baptizatus an intelligatur puer si moriatur antequam complectitur formam verborum.
 17 Baptismus an verè erit, si ordo verborum mutetur, & quomodo. num. 18.
 19 Verborum prolatio in baptismo est necessaria.
 20 Baptismi quæ sit materia.
 21 Baptismus fieri debet cum chrismate nouo.
 22 Aquarum quedam sunt species cum quibus baptismus fieri non potest, & num. 23.
 24 Baptismus potest fieri per trinam immersionem in aqua.
 25 Baptizans si intendat trinam immersionem, & puer in prima moriatur, an sit baptizatus.
 26 In baptismo quota pars corporis immergi debeat.
 27 Baptizari nullus potest in utero matris.
 28 Mater viua non debet scindi ad hoc vt puer extrahatur, & baptizetur.
 29 Puer morti propinquus proiectus de ponte in aquam, à dicente verba, & habente intentionem baptizandi, an sit baptizatus.
 30 Solemnitates ecclesiarum an de necessitate requirantur.
 31 Adultus non potest constituere procuratorem qui pro eo respondeat.
 32 Si dubitatur an aliquis sit baptizatus, vtrum debeat de nouo baptizari, & quomodo.
 33 Pannus quo ligantur frontes confirmatorum, & vestis quæ ponitur in capite baptizati, an iterum possint sumi ad idem officium.
 34 Pueri statim sunt baptizandi, & quid de adultis, num. 35.
 36 Patrinus an de necessitate requiratur in baptismo.
 37 Non baptizatus baptizare potest, non tamen leuare.
 38 Ad baptismum quæ persone possint tenere.

- 39 Minister baptismi quis esse debeat, & num. 40.
 41 Præsentè proprio sacerdote nullus alius baptizare debet, nec præsentè sacerdote Diaconus, &c.
 42 Nullus seipsum baptizare potest.
 43 Malus minister, an sacramentum conferat.
 44 Baptismus à præciso recipere non licet, nisi necessitate cogente.
 45 Baptismi collatio emi non potest, aqua tamen sic.
 46 Baptizare non potest Dæmon.
 47 Intentio requiritur in baptizante, & numer. 49. & qualis. num. 50.
 48 Baptizans ludendo cum intentione tamen baptizat.
 49 Baptizans Socratem credens baptizare Ioan. verè baptizat.
 50 Baptizari quomodo debeat monstrum.
 51 Baptizari tenentur omnes.
 52 Baptizandi non sunt persistentes voluntariè in mortali.
 53 Baptizato peccatori nulla imponenda est penitentia satisfactoria.
 54 In adultis requiritur intentio.
 55 Baptizari an possint pueri infidelium inuitis parentibus.
 56 Furiosi, & amentes quomodo sunt baptizandi.
 57 Baptizatus coactè verè baptizatus an sit.
 58 Baptismus tollit omnem culpam & pœnam, & quam.
 59 Baptismus deiet infamiam.

Baptismus Io. Bapt. non erat sacramentum, nec conferebat gratiam, sed tantum disponebat homines, & erat figura baptismi Christi. Thom. 3. parte q. 70. art. 1. & omnes qui fuerant baptizari baptismio Io. tenebantur baptizari baptismio Christi. Thom. 3. parte. q. 38. & 4. sent. dist. 2. q. 2. ar. 2. contra Magistrum.

Conc. Tri.
Sess. 7.
can. 1.

1 ¶ Baptismus, secundum Th. 3. parte, q. 66. art. 1. est ablutio corporis exterior facta sub præscripta forma verborum. Adde cum intentione baptizandi, &c. hæc enim tria de substantia huius sacramenti sunt.

2 ¶ Ad baptismum cœperunt homines obligari post Christi passionem, & resurrectionem, secundum Tho. 3. par. supra. quia per baptismum configuramur passioni, & resurrectioni Christi, in quantum morimur peccato, & resurgimus ad nouitatem vitæ spiritualis.

3 ¶ Baptismi forma est hæc, Ego te baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Aliqui addunt, amē. in c. 1. de bapt.

Ego pro-
nomen in
forma ba-
ptismi, an
sit de sub-
stantia.

bap. & Thom. 3. parte q. 66. ar. 5. Ly ego non est de substantia huius formæ, secundum Thom. ibi s̄. sed ponitur ad maiorem expressionem. Concor. Inn. in d. c. 1. Si enim esset de substantia Græci, qui non ponunt, non baptizarent, & tamè verè baptizant, cuius signum est, quia quando ad Romanam Ecclesiam reuertuntur, non baptizantur de nouo, peccant tamen Latini dimittentes Ly ego, secundum Pe. de Pa. quia faciunt contra ecclesiæ præceptum. Ad hoc ex tex. in c. Retulerunt. de const. dist. 4. ideò si dimittatur, tenet baptismus, vt dicit gl. in c. Multi de const. dist. 4.

5 ¶ Hoc verbum baptizo, est de substantia, & sine illo non esset baptismus: S. Thom. vbi s̄. & secundum decreta. Ale. loco cuius Græci dicunt baptizetur. Item Ly Te, est de substantia secundum Thom. ibi, & Pet. de Pa. & dictam decretalem. Si tamen loco Te poneretur, nomen proprium, vt dicendo, Ego baptizo Petrum, Tab. dicit se credere, quòd valeret, quamuis peccaret, cum & Græci ponant nomen proprium, dicendo, Baptizetur Petrus, &c.

6 ¶ Expressio personarum Trinitatis, est de substantia formæ, secundum Thom. vbi supra quia baptismus à sancta Trinitate primò efficaciam habet, & sic habet determinatio Ecclesiæ, in c. In synodo Angelorum, de con. dist. 4. Ita vt qui vnã tantum personam, vel duas nominaret, nihil efficeret, nisi hoc instinctu Spiritus sancti faceret, vt dicit S. Thom. & vt in primitiua Ecclesia factũ esse legimus, Act. 8. Sic enim instituit Christus, Matth. vltimo. Baptizantes eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c. Hoc tenet Pet. de Pa. qui dicit Ioa. Gl. errasse, in cap. A quodam, de con. dist. 4. Neque etiam valet, si quis dicat, In nomine Trinitatis, nisi exprimat personas, secundum communiter doct.

7 ¶ Ly Amen, non est de substantia, neque de præcepto, ita vt qui non dicit peccet, nisi fortè vbi particularis consuetudo hoc haberet, secundum Pet. de Pa. ly. in, & ly &, vt dicunt quidam, sunt de substantia, quamuis loco ly &, posset poni que, secundum Inno. in c. 1. de bapti. aliàs si dimittantur, non erit baptizatus.

8 ¶ Non licet mutare formam baptismi, neque aliorum sacramentorum quia si non licet mutare materiam, multo minus formam quæ principalior est in sacramentis, secundum Thom. supra. intellige in his quæ sunt de essentia formæ, & nisi ex instinctu Spiritus sancti. Si autem aliquid pertinet ad formam ex determinatione Ecclesiæ, & id dimittatur

tatur perficitur quidem sacramentum, licet peccatum incuratur.

9 ¶ Quilibet siue catholicus, siue hæreticus, vel infidelis baptizans si seruat ea quæ sunt de essentia formæ, & materiæ huius sacramenti, & intendat facere quod facit Ecclesia, siue addat, siue minuat, verè baptizat, etiam si intenderet inducere errorem, secundum Pe. de Pal. vbi supra. Sicut Græci verè consecrant in fermentato, & tamen errorem inducunt, dicentes non posse confici nisi in fermentato. Si tamen intenderet mutare formam Ecclesiæ, & sic induceret errorem, nil faceret, quia non intenderet facere quod facit Ecclesia secundum Thom. 4. sen. dist. 6. in expositione litteræ.

10 ¶ Græci baptizant sub hac forma, videlicet, Baptizetur N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, tenetur cõmuniter apud Doc. quòd tales sunt verè baptizati. Et sic Ecclesia habet, quia sic baptizati non amplius rebaptizantur, vt supra dictum est, §. 4. Et si Latinus baptizaret modo Græcorum, credo quòd baptismus teneret, licet mortaliter peccaret, peruertendo ritum Ecclesiæ, sicut si in fermentato consecraret. Quidam tamen dicunt quòd talis non esset baptizatus, quòd tamen non videretur verum, quia seruantur ea quæ sunt de essentia huius sacramenti, quo ad formam, & materiam, aliter neque Græci verè baptizarent.

11 ¶ Qui dicit, Ego baptizo vos, quando simul plures baptizantur propter magnam necessitatem, sicut tẽpore Apostolorum, efficit baptismum, nec peccat. Cessante autem necessitate peccaret, licet verè baptizaret, quia dicendo vos, non mutatur formã, quò ad significatum. Vos enim significat te, & te: secus quando mutaret ego, in nos, dicendo, Nos baptizamus, quia nihil faceret, & peccaret. Non enim Ego significat idem quod nos. Si tamen cum quis dicit, Nos, non intendit significare plures baptizantes, sed hoc dicit secundum consuetum modum, quo magni viri vtuntur ob grauitatem. Similiter dicendo, Baptizamus vos ob reuerentiam personæ, intendens vnã personam, & non plures, licet peccaret, tamen efficeret sacramentum quia non variatur significatio. Hæc secundum Petr. de Palu. 4. distin. 3. quæst. 1. art. 3. Secus autem esset quando per ly Nos intelligeret plures baptizantes exprimere, secundum eundem Pe.

12 ¶ Si plures simul immergerent, ita quod liber diceret,

Conc. Tri.
Ses. 7. ca.

Ego te baptizo, &c. esset baptizatus, licet peccaret non seruantes ritum Ecclesiæ: nec esset puniendi tanquam iterantes baptismum, nisi hoc intenderent, quia eadem actio potest à pluribus exerceri. Si autem dicant, Nos baptizamus te, non erit baptizatus quia non seruatur forma, quando non remanet idem significatum: ex Tho. 4. sen. dist. 6. q. 1. ar. 1. quol. r. ad 3. Ex hoc patet, quod S. Th. non est oppositus Pet. de Pa. qui dicit, quod dicendo non, efficitur baptizatus, quia Petrus loquitur, quando vnus baptizat, S. Th. loquitur, quando plures baptizant. Non potest etiam baptizans mutare nomina personarum, dicendo, In nomine genitoris, geniti, & spirati, vel dicendo, in nominibus Patris, &c. secundum Thom. vbi supra.

Melius est non facere quam malefacere. 13 ¶ Baptizans, & corrupta verba proferens ex industria, non videtur intendere facere quod facit Ecclesia, & consequenter non videtur baptizare, vel hæc profert ex ignorantia, vel ex linguæ defectu: & tunc si est tanta corruptio, quod auferat locutionis sensum, non baptizat: si autem remanet, erit baptizatus, & hoc est maximè signum, quod sensus non mutetur, si corruptio non sit in principio dictionis, sed in fine, secundum Thom. Et dicit Pet. de Pal. quod qui nescit, vel non potest benè proferre verba, abstinere nisi in necessitate articulo. Melius enim est non facere, quam malefacere.

14 ¶ Baptismus, & alia sacramenta, in omni lingua & omni voce, dummodo remaneant principalia significata, conueniunt. Vnusquisque ergo linguam suam seruet, & vsum verborum, vt nec vetula in Latino, nec Latinus in Græco, nec contra, nec Italus in Alamanico, ne errent, baptizent, secundum Pet. de Pa. vbi supra.

15 ¶ Baptizans, & diminuens aliquid, quod est de forma substantiali, secundum Pan. in c. 1. de bap. nil facit, vt dictum est supra. Addens autem aliquid contrarium formæ, vel intendens per Addita mutare ritum Ecclesiæ nihil facit, quia non intendit facere, quod facit Ecclesia. Secus addendo aliqua, vel propter deuotionem, vel alio respectu: ex S. Thom. 4. sen. dist. 3. Quippe seruantur substantialia huius sacramenti.

16 ¶ Si puer moritur antequam compleatur forma verborum, vt postquam dixit sacerdos, Ego te baptizo in nomine patris, summus sacerdos supplet, & censetur baptizatus potestque in sacro sepeliri. Tho. supra. Et quando occurrit dubium,

an sit baptizatus verè, potest sub conditione baptizandi, dicendo, Si non es baptizatus, &c.

17 ¶ Si ordo, vel aliquid circa verba mutetur, quod non mutet significationem, vel verborum integritatem, erit verè baptismus, vt dicendo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ego te baptizo, vel aliter.

18 ¶ Si autem fiat tanta interruptio, vt intercipiatur baptizantis intentio, tunc non erit vna forma. Et ideo vtraque per se erit imperfecta, nec sufficet ad baptismum, vt si dicat bapt. Ego te baptizo, & post interponatur longa historia, qua finita, postmodum dicat, In nomine Patris, & Filij, &c. Si autem fiat parua interruptio verbi non corruptentis formam: vt si dicat In nomine Patris omnipotentis, vel silentium teneat, & sequantur alia verba, vel si tussis interueniat, vel huiusmodi quod intentionem non discontinuet, tunc erit vna formæ ab vnitatem intentionis. Hæc ex Thom. 4. sen. supra, Pet. de Pal. dicit quod si fiat tanta interruptio, quod non solum actualis, sed etiam habitualis interrumpatur intentio, nil fiet. Secus quando tantum actualis interrumpitur.

19 ¶ Prolatio verborum est necessaria, & sine ea nil efficitur, in c. Detrahe. l. q. 2. Ideo mutus baptizare non possit.

20 ¶ Baptismi materia est aqua naturalis, quæ veram atque speciem retinet. Ideo si esset ita corrupta, vel mixta, quod veram speciem aquæ non haberet, non esset conueniens materia; secus si non amisit speciem: vt quia est calida, frigida, turbida, vel clara: maris, fontis, fluminis, cisternæ, ex lixiuio, aqua balnearum, ex brodio, nisi adeo esset spissum, vt aqua non appareret. Si tamen ex eo stillat aqua, sicut ex luto, potest fieri baptismus. Et signum, quod aqua amisit speciem, ex permixtione, est quando amisit debitam raritatem, & eam non habet actu, vel potentia. Nam glacies & nix, licet non habeant raritatem in actu, habent tamen in potentia, quia possunt liquefieri, & sic verè sint aqua. Tho. vbi supra.

21 ¶ Baptismus debet fieri cum chrismate nouo scilicet illius anni, nisi urgente necessitate, & sacerdos contrarium faciens, punitur, vt in c. Si quis. de cons. dist. 4. Et idem dicit de confirmatione. c. Quoniam. de sen. exc. 40. 6.

22 ¶ Cum aqua rosata, vel de aliis reb. per lambicum resoluta, vel alchimica, vrina, saliuæ, sudore, aqua sanguini supernatante, non potest fieri baptismus: quia veram aquæ

speciem non habent, secundum Tho. supra. & Pe. de Pa.

Dulce & amarum non mutant speciem aqua.

Bapt. potest fieri per immersionem.

23 ¶ Ex aqua pluuiali, resoluta ex nubib. ex rore, ex aqua resoluta, ex niue, grandine, glacie, & pruina, licet baptizare; non autem, ex niue, grandine, glacie, & pruina, secundum Pe. de Pa. supra. De aqua ex sale resoluta, secundum Angelicam in ver. Baptif. 2. non licet, nisi ad dulcedinem reduceretur; tamen hæc ratio non valet, quia dulce, & amarum, non mutant speciem aquæ, cum aqua maris sit amara, & ex aqua fiat sal, & ex sale aqua sicut glacies fit ex aqua, & iterum aqua ex glacie. Hoc tamen habet dubitationem, ideo si fieret baptismus cum ea, crederem tenere propter rationem dictam, Consulere tamen, nequis faceret, nisi in articulo necessitatis.

24 ¶ Baptismus potest fieri per trinam immersionem in aqua, & per vnam tantum. Potest etiam fieri, & per immersionem, & per effusionem, & aspersionem. Peccaret tamen, qui baptizando non seruaret ritum suæ matris Ecclesiæ, vel Metropolitanæ, vel Romanæ, nisi urgente necessitate, vt quia aqua est pauca, vt non possit fieri immersio, vel propter pueri debilitatem, vel baptizantis, & huiusmodi. Vbi est consuetudo immersionis, non fiat aspersionem, &c. vt in cap. De trina, de con. dist. 4. Thom. 3. par. q. 66. ar. 7. communior tamen & conuenientior est per immersionem ritus.

25 ¶ Si baptizans trinam immersionem intendit, & in prima puer moriatur, non est baptizatus, secundum Tho. vbi supra, & baptizans est irregularis, secundum Pet. de Pal. quia videtur esse causa mortis. Si verò vnam tantum intendit, prolatis verbis in prima immersione, est baptizatus, secundum Tho. supra.

26 ¶ Non est necesse totum corpus baptizandi immergere, vel abluere, vel aspergere, sed caput sufficit, quod est pars principalis, & secundum Tho. 4. sen. dist. 3. Et prolatio verborum, quæ simul debet fieri cum ablutione, sufficit quòd incipiatur à baptizante antequam finiatur ablutio, & contra, secundum Sco. & Ric. in 4.

27 ¶ Nullus in vtero matris existens debet baptizari, vt in c. Qui in maternis, de con. dist. 4. Natus tamen ex vtero si caput emisit, & periculum mortis imminet, aspergi debet aqua, & à quocumque baptizari, & si seruata fuit debita forma, natus ex vtero non est amplius baptizandus. Si verò manum, vel pedem emisit, illa pars aspergatur aqua, cum verbis

baptismi,

baptismi, & sic Deo committatur. Si tamen natus vixerit, est iterum baptizandus cum cōditione, quia talis communiter à Doc. non reputatur baptizatus. Hæc secundum Tho. 3. par. q. 68. Apostoli tamen aspergendo baptizabant, in qua aspersione, clarum est quòd non omnes in capite ab aqua tangebantur, sed in aliqua alia parte corporis. Ad hoc dicit Pet. de Pa. quòd dominus supplebat, vel ex Dei dispensatione erat, sicut quod in nomine Christi baptizarent. Et si appareret cum pelle secundina, sic etiam debet baptizari.

28 ¶ Mater viua nullo modo, debet scindi, vt puer extrahatur, & baptizetur, etiam si illum moriturum sine baptismo constaret, secundum Tho. 3. par. supra, etiam si mater esset damnata ad mortem: tunc in illo casu, executio debet differri vsque post partum. ff. de pœ. l. Prægnantis. Sed mortua matre prægnante corpus eius non debet sepeliri, donec puer extrahatur eam scindendo, secundum Pet. de Pal. & Arch. Flo.

29 ¶ Proiciens puerum morti propinquum de potestate in flumen, vel in puteum, & dicens verba intendensq; baptizare, secundum Pe. de Pa. 4. di. 6. q. 1. ar. 2. non erit baptizatus. Oportet enim quòd baptizans aliquo modo attingat baptizatum. Si verò cum fune in canistro eum deponat, immergendo, & eleuando puerum de aqua cum verbis, & intentione, erit baptizatus, secundum eundem Pe. de Pa. Non enim est necessarium, quòd immediatè baptizans tangat baptizandum. Idem tenet Ric. Et in tali casu deberet vestem deponere in aquam, & cum illa extrahere aquam, & cum illa aqua postmodum de veste expressa, baptizare, vt dicit Pe. de Pa. ibi.

30 ¶ Solennitates quæ solent fieri secundum consuetudines Ecclesiarum, non requiruntur de necessitate, tamen dimittens eas, nisi in articulo necessitatis, mortaliter peccat. Quilibet enim debet ritum suæ Ecclesiæ seruare. Et secundum Pa. in c. non vt supra dicto. Solennitates dimissæ debent suppleri, si superuiuat.

31 ¶ Adultus non potest constituere procuratorem, qui pro eo respondeat, sicut pro paruulis fit. c. non pro paruulis, de const. di. 4.

32 ¶ Si dubitatur de aliquo, an sit baptizatus, & sit dubium iuris propter diuersitatem opin. vel dubium facti, quia inuenitur in nemore, vel ad hostium alicuius, tunc est sic baptizandus: Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, &c. Ex alio

Apostoli Antiqui tunc baptizabant aspersione aqua.

Baptizans aliquo modo attingat, vel cōtingat baptizandum.

Ritus suæ Ecclesiæ seruare debet quilibet.

autem dubio non debet de nouo baptizari, secundum T. 4. sen. di. 6. ar. 1. quol. 1. intellige secundum Pe. de Pa. & Arc. Fl. 3. par. ti. 14. c. 13. si omnia quæ sunt de substantia, concurrunt. Si autem esset probabile dubium, quod non fuissent ea quæ sunt de substantia, vt quia vetula nesciuit bene proferre verba, potest sub conditione dicta baptizari.

33 ¶ Pannus quo ligantur frontes confirmatorum, & vestis quæ ponitur in capite baptizari, possunt iterum sumi ad idem officium. c. Si quis noluerit. de cons. di. 4.

Compates quando ve re nō sunt compates.

34 ¶ Pueri sunt statim baptizandi, secundum ritum propriæ Ecclesiæ, maximè propter periculum mortis, vt in cap. Venerabilis, de cons. dist. 4. Ideo peccato non excusantur differentes, neque qui primò pueros baptizari faciunt in domo sine solennitate, extra necessitatis casum, sed propter maiorem pompam, vel expectationem compatrum. Non enim hæc est sufficiens causa, & illi verè non efficiuntur compates, quia iam erat puer baptizatus, vt dicit Ang. vers. 4. Bap. Ex quo potest elici, quod non oritur inter eos spiritualis affinitas, matrimonium impediens.

Catechismus infidelium quandiu durare debet.

35 ¶ Adulti, si mortis periculum imminet, sunt statim baptizandi, fide prius eis exposita. c. Ne quid absit. de cons. dist. 4. Si verò periculum non imminet, per menses 8 debent catechizari, id est, instrui, vel tempore arbitrario. Et sic intellige cap. Iudæi, & seq. de cons. dist. 4. Et proprium tempus baptismi istorum est Pascha, & Pentecostes, vt in cap. Catechismus, de cons. dist. 4. Et his consentit Tho. 3. par. supra. Possunt etiam aliis temporibus baptizari, postquam sunt benè instructi, & probati in stabilitate. Cessat enim ratio differendi.

Compates an eligatur in baptismo.

36 ¶ Non requiritur de necessitate in baptismo, quod sit aliquis leuans, id est, patrinus, sed de bene esse est, secundum Tho. 3. par. q. 67. ar. 7. quia paruuli de nouo venientes ad fidem, indigent instructore in spiritualibus: & ad hoc tenentur compates, quando puer alium instructorem non haberet.

Religiosi non debent tenere ad baptismū.

37 ¶ Quamuis non baptizatus possit baptizare, non tamen leuare baptizatum, vt fuit declaratum in Conc. Magunt. quia persona leuans non est necessaria, sicut baptizans.

¶ Vnus tantum sit.

38 ¶ Pater & mater carnales non possunt leuare filium. Abbas, monachus, vel religiosus, non debent tenere ab baptismum, vt in c. Non licet. el. j. de cons. di. 4. Tamen si tenent, sunt Compates. Et ne sit cōfusio, debet ¶ esse tantum vnus

princi

principalis leuans. c. de Cathedismo. de conse. di. 4. Alij autem pnt esse coadiutores: sed de consuetudine non seruetur, infra Matrimonium. §. 1. 10.

39 ¶ Minister baptismi est sacerdos parochialis, secundū Tho. 3. par. q. 67. art. 1. 2. 3. 4. & 5. Nec alius sine eius, vel Episcopi licentia cessante articulo necessitatis, debet baptizare, quàm proprius sacerdos, & præsentem Episcopo, potest baptizare, & etiam ipse Episcopus, propter excellentiam. Et sacerdos non proprius baptizans extra articulum necessitatis, est irregularis c. i. cle. non or. mi. Sed in necessitate quilibet homo sciens, & potest proferre verba, potest baptizare, vt supra diximus etiã mulier. Sed si sine necessitate baptizat, efficiunt quidem, sed mortaliter peccant.

40 ¶ Solemnitates quæ sunt in baptismo, nullus siue in necessitate, siue extra debet facere, nisi sit proprius sacerdos, vel Episcopus, vel de eorum licentia.

41 ¶ Præsentem proprio sacerdote etiam in necessitate nullus alius debet baptizare, nec præsentem sacerdote, nō sacerdos, nec præsentem diacono, non diaconus, ne præsentem subdiacono, non subdiaconus, nec præsentem clerico, non clericus, nec præsentem fidei, infidelis, nec præsentem viro fœmina. Si tamen ille cui incumbit, vult & scit baptizare, & potest aliàs succedens ordine dicto, potest baptizare. Hæc ex S. Thom. supra, & c. In necessitate, & multis c. aliis, de cons. dist.

42 ¶ Nullus seipsum baptizare potest. c. Debitum, de bap. Dicit tamen Thom. in 4. sen. distin. 5. quod Inno. 3. in quadam decretali dicit, quod quidam Iudæus seipsum in aquam immerfit, dicens. Ego baptizo me in nomine & c. si decessisset, ad patriam euolasset. Quod intelligendum est ex ini contritionis, ex qua hoc procedere videbatur vel etiam baptismi in voto. An plures possint baptizare eundem dictum est supra. §. 13.

43 ¶ Malus minister baptizans, secundum Thom. 4. sen. distin. 4. quest. 2. artic. confert sacramentum, & rem sacramenti quia bonitas ministri non est de substantia baptismi: & gratia, & character, causatur ex opere operato. Peccat tamen minister existens in mortali, si solemniter, vel sine necessitate baptizet: nec est perplexus, quando ex officio sibi incumbit, quia potest conteri, & post baptizare.

44 ¶ Extra casum necessitatis accipiēs baptismū à p̄cise

principals leuans sicut etiã nuper sancti. Concil. Trid. Sess. 24. in c. reformationis matrimonij.

Sacerdos non proprius baptizans extra necessitate est irregularis.

Quidam Iudæus seipsum baptizauit.

ab Ecclesia, peccat. Si verò non sit præcisus, potest recipere dummodo non inducat eum ad baptizandum: ex S. Thom. supra.

*Baptif-
mus non
debet si-
moniacè
conferri.*

45 ¶ Si sacerdos non vult sine pecunia baptizare, ipse qui offert puerum potius baptizet, si alium clericum non habet, quam pecuniam det sacerdoti simoniacè, quia mortaliter peccaret. Aquã tamen pro baptismo potest emere, si aliter habere non potest. Si verò baptizandus sit adultus, non debet dare pecuniam, sed sufficit quod petat baptismum, quia baptizatur baptismo flaminis: ex S. T. 4. sen. dist. 5. q. 2. art. 2. quol. 3. ad secundum. Quidam tamen dicunt, quod hoc non est simoniam committere, sed vexationem suam redimere: sed primum melius videtur, quia non dicitur quis redimere vexationem eius, cuius non est in possessione. Infra, Simonia. §. 29. Caiet. nihilominus. 2. 2. q. 100. art. 2. tenet quòd quòdo infans est baptizandus, & rennente sacerdote sine pecunia baptizare, non apparet aliud remedium, quò puer possit baptizari licitum est dare pecuniam sacerdoti, ut baptizet, non emendo sacramentum, sed pueri vexationem redimendo, & hanc viam ipse Caiet. approbat pro meliori, quam etiam sequitur Pan. in cap. cum in ecclesia. de simo. Et sic esse teneo rationabiliter: licet alij videantur tenere oppositum: sed non omnes.

*Ang. non
potest ba-
ptizare.*

46 ¶ Baptizare non potest dæmon quia hæc dispensatio est commissã homini & non Angelo secundum Th. supra. Tamen si certum esset, bonum Angelum aliquem baptizasse, præsumendum esset, quòd ex diuina commissione hoc fecisset, & sic esset baptizatus.

47 ¶ Intentio faciendi quod facit Ecclesia in baptizante, de necessitate requiritur, nec est necessarium quòd sit actualis, sed sufficit, quòd prius hoc intenderet. Ideo qui non est rationis compos, ut ebrius, furiosus, lunaticus, stultus, & huiusmodi, non possunt baptizare, nisi quando habent dilucida interualla. S. Th. supra.

48 ¶ Baptizans ludendo, intendens tamen facere quod facit Ecclesia: sicut dicitur Athanasium fecisse, verè baptizat, & sic fuit iudicatum ab Alex. Episcopo: ex S. Thom. supra. in expositione literæ.

49 ¶ Si quis baptizaret sine intentione faciendi quod facit Ecclesia, si talis baptizatus est adultus, est securus de salute, quia bonum propositum eum saluat, nesciens intentionem baptizantis. Si est puer, credendum est, quòd Deus sup-

plet,

plet, secundum opin. quam recitat Th. in 3. sen. supra & in 3. par. videtur eam improbare. Tab. tamè tenet hoc pro meliori. Et si constaret postmodum de intentione baptizantis, deberet, puer iterum sub conditione baptizari, quia intentio (ut diximus) necessaria est.

*Intentio
baptizantis
est ne-
cessaria.*

50 ¶ Recta intentio non est necessaria, dummodo intendat baptizans conferre sacramentum, secundum Thom. supra, & Pa. in cap. si. de bap. Similiter non requiritur bonitas, neque fides, ut ex prædictis patet. Et ex Th. 4. sen. di. 6.

51 ¶ Credens baptizare Socra. & baptizat. Io. verè baptizat, secundum Tho. 4. sen. dist. 30. q. 1. art. 1. ad tertium, quia character baptismalis non causatur ex intentione baptizantis directè, sed ex elemento materiali exterius adhibito: intentio autem operatur, ut dirigens elementum materiale solent ad effectum proprium.

52 ¶ Quando baptizatur monstrum, si clarè apparet, quòd sint duæ animæ quia sunt duo capita, & duo pectora, &c. baptizentur sigillatim vnus post alium. Si verò non potest decerni, primò baptizetur vnus determinatè, videlicet, hic, vel hic, & non vagè, post, alius sub conditione. S. T. in quol.

53 ¶ Omnes tenentur baptizari, quia sine baptismo salus non est, etiam quòd essent in vtero sanctificari, quia per baptismum accipiunt characterem, quo Christo figurantur, quem per sanctificationem non habent, Th. 3. par. q. 68. ar. 1.

54 ¶ Baptizandi non sunt persistentes in mortali voluntate, quia Christo sic incorporari non possunt, si tñ baptizentur, recipiunt characterè alijs cõcurrentibus secundum T. s. nõ autè recipiunt gratiã, sed recedente fictione, & voluntariè peccata præcedentia per baptismum delentur, quò ad culpam & pœnam: sequentiã verò tantum quo ad culpam mediante contritione. Th. 3. par. supra 69.

*Per sancti-
ficationè
in vtero
non susci-
pitur cha-
racter si-
cut in ba-
ptis.*

55 ¶ Peccatoribus baptizatis nulla pœnitentia satisfactoria est imponenda; hoc enim esset iniuriam facere passioni & morti Christi, quasi ipsa non esset sufficiens ad satisfactionem. Th. 3. par. q. 68. ar. 5. Iniungendum tamen eis est, ut malè ablata restituant, si habent, quia tenentur cessare à peccato, & læsum placare, & tenentur contenti de mortalibus, si habent, non autem confiteri, quia primum sacramentum est baptismus, Th. supra ar. 6.

*Baptizã
di non te-
nentur cõ-
fessione
sacramen-
tali.*

56 ¶ In habentibus rationis vsu baptizandis, requiritur intentio recipiendi sacramentum, aliter non recipiunt. Et

q 5

in

Quando clarè sciretur, non essent baptizandi, non autem in pueris. Thom. ibid. artic. 7. Nec est necessaria fides ad recipiendum characterem, quamuis sit necessariâ, ad recipiendum gratiam. In pueris autem sufficit intentio parentum, seu fides, communis Ecclesiæ Thom. supra art. 8.

57 ¶ Pueri infidelium inuitis parentib. baptizari non debent, quia est contra ius naturale, si non habent vsum rationis. Si tamen baptizentur, secundum Tho. sunt baptizati. 3. par. q. 68. ar. 10. Et quod hæc si opinio, Tho. Caie. ibi expressè dicit, quod S. Tho. hoc supponit. Et ad hoc multum facit authoritas Aug. quam adducit Tho. ibi 3. parte, supra dicens, quod voluntas patrum scilicet Iudeorum, non nocet filiis. Pet. de Pal. 4. sen. dist. 4. q. 4. art. vlt. dicit, quod non debent baptizari, propter rationes S. T. & quod si baptizentur, non sunt baptizati, affirmat, quia non adest consensus parentum. Angelica, in verbo, Baptismus 11. §. 2. & 12. post Seo. dicit, quod possunt baptizari, & tenet, quod debent baptizari quia possunt vendi, ergo à fortiori baptizari. Hoc argumentum, & alia soluit Caie. in 3. par. q. supra. Hæc opinio est contra communem vsum Ecclesiæ, quem in sacramento debemus sequi. Opinio ergo S. T. verior est, & securior, & ideo sequenda. Si tamen vnus patrum consentiret, possent baptizari vel aliter eorum si veniret ad fidem, dari deberet eidem, filius secundum Tho. 4. sen. dist. 39. q. 1. ar. 4. ad 4. Si verò dicti pueri iam incipiunt habere rationis vsum, & consenserint, baptizari possunt inuitis parentibus. Iam enim incipiunt esse sui iuris, quantum ad ea quæ ad diuinum ius pertinent, & possunt persuasione induci ad fidem, non coactione, secundum Th. 3. par. supra.

58 ¶ Furiosi & amentes à natiuitate, qui numquam habuerunt rationis vsum, neque dilucida intervalla, sunt baptizandi, sicut pueri in fide Ecclesiæ, Amentes verò, qui prius sanæ mentis fuerunt, si quando sanè mentis erant, constat eos habuisse voluntatem ad baptismum, superueniente amentia, vel furia, sunt baptizandi, et inuiti. Secus si dum essent sanæ mentis, nullū signū apparuit in eis ad baptismū. Si verò fuerint fuerunt amentes, etiam à natiuitate, & tñ aliqua habent dilucida intervalla, debent quando habent dilucida intervalla, baptizari, si petunt, & et cōstituti in amentia: si tamen prius voluerunt baptizari. Melius tamen est, ut expectetur dilucidum intervallum, nisi mortis periculū immincat

Amentes à natiuitate an sint baptizandi.

immineat, ut diuotius sacram recipiant. Idem dic de dormientibus, secundum Tho. supra.

59 ¶ Cū omnino coactè quis baptizatur interiori volūta re renitente non est baptizatus. Qui autem coactè cōditionaliter baptizari vult, ut scilicet mortem fugiat, non tamen sponte recipit, est baptizatus, si intendit recipere sacramentum, licet non recipiat gratiam, & cogendus est seruare fidem, ut in c. Maiore de bapt. & secundum Arch. Fl.

60 ¶ Baptismus, secundum T. 3. par. q. 69. ar. 1. & 4. sent. suprà quantum est de se, tollit omnē culpā originale mortale & veniale, & omnē pœnā debitā solui in purgatorio, vel inferno. c. Regenerante de conf. di. 4. Quamuis quādoq; culpa venialis post baptismū remaneat, mortali sublata culpa, propter indispositionem recipientis. Non tamē tollit pœnā quæ debetur in foro exteriori, secundum Th. Et dicit Pe. de Pa. quod non tollit suspendium à fure, nec pœnam ecclesiasticam ut irregularitatem, quæ bigamia contrahitur, sed illā, quæ sequitur homicidiū secundū veriorē opinionē. c. Si quis viduā d. 50. Gl. tamē ut in c. Deinde. di. 26. videtur dicere, quod tñ tollit illam quæ sequitur homicidiū cum peccato. Infra, Bigamia. §. 8. Irregularitas. §. 87. Ex his sequitur, quod quis accusari possit in iudicio de his quæ ante baptismum fecit. secundum Pan. in c. de His. de accu.

61 ¶ Baptismus delet infamiā, in c. Sine pœnitētia. de cōse. di. 4. ibi Gl. quia per baptismū tolluntur peccata, & cōsequēter quæ ex peccatis, in quātū peccata cōsequuntur, & quia infamia sequitur peccatū sub rationi peccati, ideo tollitur. Secus de irregularitate, ut supra est dictū. §. 71. Multos alios effectus efficit baptismus: nā characterē imprimit, gratiā confert, nisi sit obex impediens: & potestatem confert homini ad alia sacramenta recipienda.

Con. Tri. Sess. 5. s. quis parvulos.

Effectus baptismi plures.

DE BELLO.

- 1 Bellum iustum tres condiciones requirit.
- 2 Belli causa qua dicatur iusta.
- 2 Belli recta intentio qua.
- 4 Militem non oportet discutere, an bellum sit iustum vel iniustum.
- 5 Bellare prohibetur clericis.
- 6 In bello iusto an insidijs uti liceat.
- 7 Bellare quibus diebus liceat.
- 8 Capta violenter in bello iusto cuius sint.

¶ Reperi

- 9 Reperti in terris iniuste bellantium qui spoliandi, vel puniendi sint, & num. 10.
- 11 Existentes in bello iniusto quando teneantur de damnis illatis.
- 12 Existentes in bello tam iusto quam iniusto non debent alicui calumniam facere.
- 13 Habens iustum bellum non tenetur de damnis quæ ipse vel sui bona fide intulerunt.
- 14 Bellum iniustum exercens ad quid teneatur.
- 15 Bellum in dubio an presumatur iustum.
- 16 Bellum de cuius licentia moueri debeat.
- 17 Domini bellantes non possunt inter se componere de damnis illatis subditis.
- 18 Bellum in quibus casibus teneatur princeps reuocare.
- 19 Vasalli an semper teneantur in bello sequi dominum.
- 20 Incendentes ecclesias an teneatur ad emendam.
- 21 Rapiens bona clericorum, seu ecclesiarum, ubi bellum agitur, an teneatur restituere.
- 22 Confugientes ad ecclesiam in quam incastellauerunt, vt inde pugnent contra iuste bellantes, non gaudent ecclesie immunitate.
- 23 Capti in bello an, & cuius efficiantur serui.
- 24 Imperatorem volentem mouere bellum contra Ecclesiam subditi non tenentur sequi, & quid de Barone contra Imperatorem num. 26. vel vno contra alium, num. 27.
- 25 Papa si moueat bellum contra Imperatorem schismaticum, &c. omnes tenentur eum sequi.
- 28 Vasallus quando dominum iurare teneatur. & 29. 30.
- 31 Confederati an in dominis teneantur.
- 32 Ad bellum ire qui non teneantur.
- 33 Clerici quando pugnare possunt.
- 34 Dulce belli capto an sit danda venia, si desistere velit.
- 35 Obligati ire ad bellum, quomodo ire debeant.
- 36 Prelati quando possint iudicare bellum.
- 37 Ordinari an & quando possit qui bello interfuit.
- 38 Clericus rapiens aliquid in bello iusto tenetur restituere.
- 39 Ecclesia non potest incastellari ad offendendum aliquem. Secus ad defendendum.
- 40 Papa potest dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto.
- 41 Christiani in bello iusto possunt vti auxilio infidelium.
- B**ellum iustum dicitur quando adfunt hæc tria, videlicet
 Auctoritas Principis, de qua 23. q. 1. c. Culpatur. Iusta causa

causa bellandi, de qua in c. Dominus noster. 23. q. 2. & Recta intentio bellantium, de qua in d. c. Culpatur. Nomine principis, intellige Papam, Imperatorem, Regem, hominem liberum superiorem non habentem. 23. q. 1. c. 1. Et secundum Inno. in c. Olim, el 2. de rest. spo. Rex Franciæ, Hispaniæ, & similes, superiorem non recognoscunt. Quantum verò ad bellandum resistendo impugnantibus, non requiritur dicta auctoritas, secundum Arch. Fl. 3. par. tit. 4. c. ultimo. quia de iure naturali, licet vim vi repellere à fociis cum modamine inculpatæ tutelæ, & incontinenti, vt in c. Significasti, el 2. de homicidio.

2 ¶ Quo ad causam, Thom. secunda secundæ. q. 40. tunc dicitur iusta, quando viciscuntur iniuriæ, quas populus vel ciuitas vindicare neglexerit, vt in d. c. Dominus noster, si sint contumaces, vel rebelles Ecclesiæ, vel Imperio: si quis defendit se, vel suos, vel paternas leges. capit. Si nulla, 23. quæst. 8. Defensio Regni, vel acquisitio sui iuris, quando non habet superiorem, à quo ius habere possit. Infra, Irregularitas. §. 35.

3 ¶ Quo ad rectam intentionem dicitur, quia tunc recta est, quando intenditur vt promoueatur bonum, vel vt malum vitetur, secundum Arch. Flo. supra, & non ex odio, vel inuore vindictæ, sed zelo iustitiæ. Et deficientibus his, vel vno ex his tribus, bellum dicitur iniustum, & ex propria ratione est peccatum mortale.

4 ¶ Si bellum est iustum, nullum peccatū est militi scienti ferre opem. Si verò certum non est, quòd sit iustum, iubente domino, nō peccant subditi bellare, obedientia enim eos excusat: neque tenentur discutere, an sit iustum, vel non, dummodo non credant firmiter esse iniustum, tunc enim contra conscientiam agerent, & sic peccarent, sicut si constaret esse iniustum bellum, quia tunc non tenentur obedire. Non subditi, autem, & extranei, qui ante bellum non erant confederati cum principe, si audito bello veniunt pro stipendio, & nesciunt an sit iustum, vel iniustum, nec currant scire, manifestè sunt in statu damnationis. Secus si subditi essent iussi, vt dictum est, ex Caiet. quamprimum tamen certi sunt, quòd bellum est iniustum, tenentur recedere, & quæ sic acquirerent, non essent sua. c. Qui culpatur. 23. q. 1.

5 ¶ Clericus prohibetur bellare. capit. Clerici. 23. q. 8. tum propter inquietudinem, tum propter contemplationis impedi-

Clerici
 possunt
 assistere
 iuste bel-
 lantibus.

pedi-

pedimentū, tū quia eis non competit sanguinis effusio. Pos-
sunt tamē assistere iustē bellantibus vt eis de rebus spiritua-
libus subueniant. c. Quod hortatu. 23. q. 8. Infrā, Irregulari-
tas. §. 20. & 58. Licet praelatis ecclesiasticis ob defensionem
rerum Ecclesiæ, vel fidei inuocare auxilium seculare, con-
tra violentos hortari tales, non vt occidāt, vel mutilent, seu
vulnerent, sed vt fidem, patriam, vel Ecclesiam liberent
vel terram ab infidelibus occupatam ad Christum redu-
cant. Et quamuis in huiusmodi bellis homines occidan-
tur, eis non imputantur: immō se non opposcentes malefa-
cerent, vt in c. De occidendis, 23. q. 5. infrā, Irregulari-
tas. §. 55.

6 ¶ In bello iusto licet vti infidiis, non indicendo falsum,
vel non seruando promissum, (hæc. n. nunquam licent) sed
occultando inimicis consilia, tractus, simulando fugā, abun-
dantiam, & similia, hæc enim iustitiæ non repugnant, secun-
dum Thom. secunda secundæ. q. 40. ar. 3.

7 ¶ Diebus festis, & prohibitis in iure, bellari non licet si-
ne necessitate, c. Treugas. de treu. & pa. Cessante verò neces-
sitate bellandi, si quis bellat in prædictis diebus, peccat, sed
non mortaliter, secundum Caiet. ibi in summa, nisi propter
hoc diuina omitteret, vt missam: quia hoc seruile opus non
est, sicut nec chorizatio, vt dicit Caiet. secunda secundæ. 3.
ar. vlt. Nec tempore treugæ conuentionalis pugnare licet
inuadendo: ar. c. Si nulla. 23. q. 8. & c. 1. de treu. credo mortali-
ter peccare, qui contra hanc fidem datam frangit treugam,
alia parte seruante.

*Restituē-
da non
sunt, quæ
capiuntur
in bello
iusto.*

8 ¶ Capta violenter ab hostibus in bello iusto, secundum
Tho. secunda secundæ q. 66. ar. 8. ad 1. sunt capientium, nec
tenentur restituere, licet quandoque mortaliter peccant, vt
si ex cupiditate, odio, vel alia mala intentione faciant prin-
cipaliter. Idem tenent Host. & Arch. in c. Dominus 23. q. 2.
Ex hoc sequitur, quod quando dominus belli totum inter-
esse suum, & suorum habuit, non debet ultra procedere, nec
petere, & illa quæ fuerunt ablata ab armigeris, vel damna
data antequam esset sibi satisfactum, vel reus exponeret se
ad satisfaciendum, non ponuntur in sorte, quia propter
contumaciam, vel rebellionem facta sunt sua. Hæc secun-
dum Arch. Flo. 2. par. tit. 4. capit. 2. §. 3. & Pil. ver. Bellum.
§. v. & Gloss. in d. c. Dominus. Si autem bellum fuit iniu-
stum ratione autoritatis, vel causæ, tenetur ad omne dam-
num, & interesse, cuius fuit sufficiens causa, sicut de ra-
pina.

pina.

pina. Arg. 1. Ius gentium, dist. 1.

9 ¶ Reperti in terris iniuste bellantium, qui dominis non
dederunt consilium, auxilium nec fauorem, non sunt spo-
landi, neque in aliquo puniendi. Pœna enim tantum suos
autores tenere debet, vt in c. Quæsiuit de his quæ sunt à
ma. pa. c. Similiter neque clerici religiosi, conuersi, peregri-
ni, mercatores, transeuntes (non autem incolæ secundum
Caiet) rustici euntes, & redeuntes, vel existentes in culturis
agrorum, animalia quibus erant, & semina portant, vt in c.
Innouamus, de tre. & pa. molestanda sunt.

*Pœna suos
tantum te-
net auto-
res iuxta
illud. Oni-*

10 ¶ Caietanus tamen in summa, ibi dicit, quod si ciuias
aliqua ex iusto bello in prædam daretur, liceret cuiusque ci-
uis bona diripere, licet aliquis eorum fortè esset innocens,
quia sententia iustitiæ bellicæ, non tenetur discutere, an ali-
qua pars Reip. sibi iniuste hostis, sit innocens, quia præsu-
mitur tota hostis, & totam habet pro hoste, & totam dam-
nat, & iuste per se loquendo accipit, quamuis innocens per
accidens patiat. Secus esset si ex intentione contra inno-

*Lex æ-
quior nul-
la est,
Quam
necis ar-
tifices ar-
te perire
sua.*

centem ageretur. Et quia personæ exceptuæ in d. c. Inno-
uamus, non sunt pars populi, ideo iniuste diripiuntur. Quā-
do ciuitas aliqua potest dici deliquisse, & iuste dari in præ-
dam, vt possis iudicare de raptis ibi, infrā, Excommunicatio. 3. notabili. 3. & infrā, Ciuitas. §. 2.

11 ¶ Existentes in bello iniusto, tenentur de damnis illa-
tis, nisi ex ignorantia legitima excusentur, quæ tamen non
excusat à restitutione ablatarum rerum apud eos remanen-
tium, quando compertum est bellum fuisse iniustum, secun-
dum Caiet. ibi in summa.

12 ¶ Existentes in bello, siue iusto, siue iniusto, non de-
bent alicui calumniam facere, & debent esse contenti suis
stipendiis, vt dixit Io. Bap. & mortaliter peccant, rusticos
opprimendo, & hospitando ad discretionem (vt dicitur)
immo sine discretionem, & alia latrocinia committendo, nec
excusantur, si stipendia eis non dantur, quoniam ex hoc, bo-
na ciuium, vel rusticorum, eis non sunt obligata, neque au-
toritas capitanei eos excusat, nisi in pœnam eis inflictam
hoc fieret, vt si essent rebelles, &c. Si tamen consuetudo pro-
bata haberet, vt ligna, & paleas militibus hospitatis darent
gratis, tolerari posset, nec de mortali essent damnandi: ex
Caiet. ibi, in summa.

13 ¶ Habens iustum bellum secundum Gul. non tenetur
de illis de damnis, quæ ipse, vel sui, bona fide intulerūt, aut à
quibus

quibus commodè abstinere non poterunt. Si autem animo grassandi malitiosè intulit, potens sibi aliàs consulere, restituere tenebitur, & damnum illorum cum damnis, propter quæ motum est bellum, compensatio fiet, facta hinc & inde diligenti computatione. Suis verò bellatoribus subditis, qui se & sua exponere tenentur pro domino, de damnis passis ab aduersariis restituere non tenentur talis iustè bellas, nisi quando fuisset negligens in defendendo eos. Similiter neque tenetur eis, qui ex debito venerunt, vel causa humanitatis, vel consanguinitatis de damnis passis: in c. Nec inferenda. 23. q. 3. Neque illis quos pro certa mercede conduxit, sed tantùm illis qui vocati simpliciter venerunt. Et intellige de damnis quæ mandans, seu vocans potuit verisimiliter aduertere.

14 ¶ Bellum iniustum exercens primo, tenetur aduersariis de damnis omnibus datis, secundo, suis hominibus de damnis ab aduersariis receptis iustè pugnantibus: si tamen ipsi homines inuarunt eum bona fide, vel fuerunt inducti eius consilio, timore, vel coactione, & de se non erant facturi. Secus si mala fide venerunt, nam in re turpi nulla contrahitur obligatio. Instit. mandati. §. illud. Similiter tenentur omnes qui in tali bello fuerunt principales, ita q̄ sine eis non fuisset factum. Alij autem de damno, quod singuli contulerunt verbo, vel opere, secundum Gul.

Res turpis nullâ facit obligationem.

15 ¶ In dubiis bellum præsumitur iustum, quando est ab eo qui superiorem non recognoscit. Secus quando est ab eo, qui superiorem recognoscit, vt in cap. In ecclesiarû, de cõsti. Ideo ad illud accedere non debent. A fortiori quando sciunt esse iniustum, secundum Panor. in c. Sicut. de iur. iur. Nec eos timor excusat. Magis enim timere debemus facere contra iustitiam, quàm mori.

Magis debemus timere facere cõtra iustitiam, quàm mori.

16 ¶ Si quis habet aliquid contra dominum suum, debet adire Regem. Quòd si cõtra Regem habet discordiã, etiam quòd ex parte sua iustam causam habeat, non tamen debet bellari contra Regem sine licentia Papæ qui poterit mone- re Regem, & excommunicare si sit contumax, & licentiam mouendi bellum contra eum, secundum Gul. dare. Credo tamen quòd possit resistere Regi contra iustitiam eum impugnantem, quia licet vim, vi repellere, &c. Si Rex contra Imperatorem, vel econtra, non erit aliquis coram quo querimonia adduci possit, nisi Papa, tamen passus iniuriam, peccaret alteri mouendo bellum parato ad satisfactionem.

17 ¶ Do-

17 ¶ Domini bellantes non possunt secundum d. Gul. componere inter se de damnis illatis subditis, qui causam non dederunt iniusti belli, nisi ipsis liberè consentientibus. Quòd si Domini componunt ipsis inuitis, in eorum præiudicium, tenentur eis satisfacere de rapinis, incendiis, & huiusmodi damnis notabilibus, nisi hoc facerent ad euitandum eorum maius damnum, sicut maiores deuastationes, & similia. Sic enim agerent negotium ipsorum subditorum. Debent ergo procurare vt eis satisfiat. Possunt tamen desistere à bellando, quando eis placet, quia sicut habent auctoritatem incipiendi bellum, ita & cessandi ab eo. Concordat Host.

18 ¶ Congregato exercitu, si hostis iniquus, antequam sit factus conflictus aliquis, offert plenam satisfactionem, non solum iniuriæ, & rerum, sed etiam sumptuum, tenetur Princeps bellum reuocare, & satisfactionem admittere: quia ex quo offertur satisfactio, belli necessitas cessat, pro qua bellum est licitum, vt in c. Nulli. 23. q. 1. Postquam verò semipræliatum est, & mortes hincinde affuerunt, non tenetur, nisi velit vti misericordia, quia se habet vt iudex procedens secundum iustitiam vindicatiuam aduersus perturbatores Reipu. secundum Caie. ibi, in summ.

Clerici tempore belli tenentur, ad custodiã, quãdo autem teneantur bellare, vide infra hoc tit. nu. 33.

19 ¶ Si dominus vult alios bellando inuadere pro libito suæ voluntatis, & non fauore Reipublicæ, vasalli propriè, qui tenent fundum ab eo, non tenentur eum etiam iubentem sequi. cap. de forma. 22. q. 5. nisi aliud habeat consuetudo, vel pactum. Si dominus inuaditur, & timor est subitaneus, & improuisus, omnes apti ad pugnam, seu custodiam tenentur fauere Reipu. Et hac de causa clerici tenentur ad custodiam, vt in c. Peruenit, de immu. Eccl. Si verò timor non est talis, tunc vasalli propriè dicti tenentur per d. c. De forma, & veri milites scilicet iurati. l. pen. ff. ex qui. ma. Alij verò non sunt compellendi, dum modo dominus sufficiat per se redivitibus, qui si non suppetunt, tunc omnes tenentur pro salute domini, vt in cap. Si nulla, &c. Omni timore. 23. q. 8.

20 ¶ Incendentes Ecclesias non incastellatas ex proposito, tenentur secundum Gul. ad emendam: si verò sunt incastellatæ, vel incendunt non ex proposito, sed à casu dantes operam rei licitæ bellando, & si alias, commodè pugnare non possunt, & bellum est iustum, non tenentur ad emendam de damno.

h

21 ¶ Ra

21 ¶ Rapientes bona clericorum, seu Ecclesiarum, quæ sunt in terra illa, contra quam bellum agitur, vel bona secularium existentium in Ecclesiis, non concedente prælato Ecclesiastico debent restituere, secundum eundem Gul. nisi essent victualia reposita ibi ab iniuste pugnantibus, ad eorum sustentationem, vel eorum arma, vel alia, quibus iuuantur.

22 ¶ Si aliqui fugiant ad Ecclesiam quam incastellauerint, ut inde pugnarent contra iuste bellantes, non gaudent immunitate Ecclesiæ, quam ipsi violauerunt inde pugnando, ideo possunt capi, & extrahi à iuste pugnantibus, secundum Gul. infra, Immunitas. §. 3.

23 ¶ Capti in bello iusto serui efficiuntur capientibus, quamuis hodie inter Christianos non seruetur hæc lex, & bona efficiuntur capientium: debet tamen capitaneo assignari, ut distribuatur unicuique secundum merita, ut dicit Bart. in l. Si quid bello. ff. de capti. Nisi consuetudo habeat, quod unusquisque sibi retineat quod capit.

*Seruitus
ex bello
iusto non
est in usu
apud
Christia-
nos.*

24 ¶ Imperatorem volentem contra Ecclesiam mouere bellum, subditi non tenentur sequi, nec ei obedire, secundum Io. de Lingn. quia cum teneatur eam defendere, non potest eam impugnare. Et indicendo bellum, meretur hoc privilegio spoliari propter abusum. c. Priuilegium. II. q. 3.

25 ¶ Papa bellum contra imper. schismaticum, hæreticum, vel usurpantem Ecclesiarum iura, mouente, omnes fideles tenentur illum adiuuare, & vasalli Imperatoris à iuramento possunt absolui, & declarari, quod non tenentur. 15. q. 6. cap. Nos sanctorum: secundum Io. de Lig. & Arch. Flo.

26 ¶ Barone vno mouente bellum contra suum Regem, & iubente suis hominibus iuratis, ut eum adiuuent, non tenentur ipsi præbere auxilium ad hoc, secundum eundem Io. de Li.

27 ¶ Pugnante vno barone contra alium baronem, & vocante suos in auxilium, qui simul vocantur à Rege sui baronis pugnante contra alium Regem, homines vocati, primo seruiunt Regi, quia ad maius tribunal vocantur, secundum Io. de Lig. & etiam quia pro maiori bono vocantur scilicet pro defensione coronæ.

28 ¶ Vasallus iuratus duorum dominorum, vocatus ab vno que in auxilium, debet personaliter, iuuare primum, & per substitutum iuuare secundum, si hoc patiatur natura feudi, secundum Io. de Lig. & Arch. Flo.

29 ¶ Vasallus, secundum Gl. 22. q. 5. c. De forma. tenetur iuuare

iuare dominum contra patrem ipsius domini, & patrem contra filium, ratione iuramenti. Glo. tamen in c. Quoniam multos. II. q. 3. aliquo qualiter sentit contrarium. Sed consideranda hic esset qualitas subsidij impendendi, secundum Arch. Fl. post Io. de Lig.

30 ¶ Vasallus tenetur sequi dominum euntem ad bellandum ultra mare contra barbaros, si prædecessores domini hoc consueuerunt facere. Et ipse etiam debet exemplo liberti, qui tenetur ad operas consuetas. l. Operæ. ff. de op. lib. Providebitur tamen domino de moderato sumptu, ad arbitrium boni viri. Serui autem indistinctè tenentur sequi dominum vbique, nisi nimis sæuiret in eos, & liberti ad operas impositas, non autem inconuetas.

31 ¶ Confederati dominis sunt omnino liberi, nec eis tenentur, nisi in his quæ ex pactis promiserunt, quæ semper sunt seruanda. ff. de pact. l. 1.

32 ¶ Non omnes subditi iurisdictioni tenentur ire ad bellum, ut personæ, quæ excusantur ab oneribus personalibus, sicut sunt minores, senes, infirmi, grauati liberorum numero, professi, & mulieres.

33 ¶ Licet clericis prohibitum sit pugnare manu propria, ut in c. Clerici. 23. q. 8. tamen in casu necessitatis, ne ciuitas vel exercitus evertatur (in quo casu si legislator adesset, dispensaret) possunt pugnare, ut dirigendo bombardas aliis ad hoc non existentibus, vel alio modo, ut defendant, sed non pro victoria consequenda de hostibus, quia non est ita necessaria, sicut defensio patriæ, nisi in aliquo casu, quando victoria habita esset causa magnæ pacis Ecclesiæ, & protectionis fidei. Caie. 2. 2. q. 40. ar. 2. Et non solum hoc possunt, sed in tali articulo necessitatis tenentur. Nec obstat quod fiant irregulares, ut ibi dicit Caie.

*Clericis
quædo li-
ceat bel-
lare.*

34 ¶ Duce belli capto, & humiliato, ac desistere volenti, venia est danda, dummodo ex concessione veniæ, pacis turbatio non timeatur, in c. Nulli. 23. q. 1. Alioquin plectendus est.

35 ¶ Qui tenetur ire ad bellum, non obligantur ire cum armis, equis, & propriis expensis, secundum Inn. nisi ex speciali pacto se ad hoc obligauerint. Vide c. De forma. 22. q. 5.

36 ¶ Prælati licet indicare bellum pro temporali iurisdictione, ut no. Inn. in c. Quod in dubiis. de pœ. Et Episcopus, pro causa spirituali, ut pro extirpandis peccatis, vel bonis ecclesiasticis defendendis uti potest bello, ut in c. Maximianus. 13. q. 3. Cōc. Host. in Sū. Et pro iniuria sui subditi, de qua iustitia non

fit, secundum Inn, in c. dilectus, de app. Non tamen contra Iudæos, quia ubique parati sunt seruire, nec Christianos persequuntur: bene tamen contra Saracenos. 13. q. 8. c. Dispar. 37 ¶ Qui interfuit bello licito, in quo mortui sunt homines, non tamen ipse interfecit, nec mutilauit, nec causam ad hæc dedit, si aliter idoneus est, sine alia dispensatione ad ordines promoueri potest. Secus si fuit in bello iniusto, in quo occisi sunt homines, licet ipse non dederit causam, secundum Rayn, in cap. vlt. 15. q. 1. Credit tamen cum predictis, per Episcopum posse dispensari. atq. in c. 1. de cle. pug. in duel.

Clericus rapiens aliquid in bello iusto, quando tenetur ad restitutionem.

38 ¶ Clericus rapiens aliquid in bello iusto, tenetur restituere ei, a quo rapuit, si scit, alias dare pauperibus, quia sicut non licuit ei pugnare, nec etiam rapere. Nec dominus ei potuit hanc licentiam concedere, secundum Vuernanum. Si tamen ab aliis, qui rapuerunt iuste, aliquid detur, potest retinere, secundum tamen Monaldum dominus posset dare licentiam retinendi, postquam rapuit, quando bellum durat. 39 ¶ Ecclesia non potest incastellari ad offendendum aliquem, secundum Arch. in c. Sanctorum patrum. 10. q. 1. Ad defensionem vero bonorum, & eorum qui in casu licito ad eam confugiunt incastellari potest. Ar. in c. Cum Ecclesia, de immu. Eccle. Concordat Inn. & Host.

Irregularitas est de iure positivo.

40 ¶ Papa potest dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto, sine periculo irregularitatis, secundum Cald. in c. Petio, de hom. Quia irregularitas est de iure positivo rationum. c. Is qui, de sen. excom. lib. 6.

Miles rapiens in bello iniusto, an tenetur restituere.

41 ¶ In bello iusto Christiani vti possunt auxilio infidelium, exemplo Machabæorum, qui cum Romanis confederationem fecerunt, vt dicitur li. 1. Mach. Et fideles infideli domino auxiliari possunt, secundum Pa. in cap. Quod super his, de vo. & vo. red. Vide Old. consi. 67. Infra, Infidelitas. §. 8. No. quod licet milites vadant ad bellum iustum, ex causa iusta, & auctoritate indicentis, & pugnent, occidantque hostes non zelo iustitiæ, sed liuore vindictæ, & rapiant eorum bona, nihilominus peccant mortaliter, sicut Iudex occidem reum secundum iustitiam, sed non zelo iustitiæ. Non tamen restitutioni obnoxij sunt, quia iuste eorum bona in prædanda fuerant.

B E N E D I C E R E.

- 1 Benedicere quibus conueniat.
- 2 Benedictio minori non conuenit presente maiori.
- 3 Vestes sacre quando iterum benedici debeant.

- 4 Benedicere an possit mulier.
- 5 Benedicere mensam ad quem pertinet.
- 6 Benedictio aquæ est certi ordinis.
- 7 Libri Ecclesiastici an benedicendi.

Benedicere communiter conuenit sanctis hominibus. Solenniter vero, cū versu, Adiutorium nostrum, &c. conuenit Episcopis in sua diocesi, & Archiepiscopis in sua prouincia, & Legatis in terris suæ legationis, & Abbatibus, quibus ex priuilegio concessum est, vt no. in c. Ministrare. 26. q. 6. Benedicere simpliciter pertinet ad sacerdotem in missa, absente Episcopo, vel præsentate de eius mandato. c. denique, dist. 21. Videtur tamen permittere, vt benedicat, dum permittit ipsum celebrare, cū benedictio ad missam pertineat, vt ca. Missas, de cons. dist. 1. ar. c. Præterea, de offi. dele.

2 ¶ Benedicere non conuenit minori, præsentate maiore. Tho. quol. 4. q. 12.

3 ¶ Benedici debet iterum vestis, quæ ita reperiarit, vt adeo deformatur, quod sine ipsa repetitione, cum ea celebrari non possit, vt si amoueantur manicæ, quia formam amittit. Ar. in c. 1. de cons. Eccl. & alt. Secus de stola, si breuiter, quia breuitas non mutat formam. Eodem modo dic de manipulo corporali, vel similibus, quæ non habent propriam formam. Vnde secundum Pet. de Pal. de longo manipulo liceret facere stolam, & econtra: & cingulum ruptum possumus connectere, vel ex vna parte nos cingere. De casula dupla possumus facere duas, dum modo ambæ maneant integræ. Idem de stola dupla. Quis possit has vestes benedicere, vide supra, Abbas. §. 8. & infra, Consecratio. §. 12.

4 ¶ Benedicere non potest mulier, nisi vt bonus Christianus. c. noua. de pœ. & remi. Quia quæ sunt ordinis, non cadunt in muliere, vt in d. c. noua.

Quæ sunt ordinis non cadunt in muliere.

5 ¶ Benedicere mensam pertinet ad sacerdotem, & præsentate illo Diaconus non potest, nisi esset Cardinalis, secundum no. 93. dist. c. Legimus.

6 ¶ Benedictio aquæ est certi ordinis, secundum Inn. in c. 1. de exce. præl. lib. 6. Ideo esset irregularis, excommunicatus, vel suspensus, illam benedicens, Supra, Aqua. §. 3. Secus de benedictione mensæ, quæ non est ordinis. De benedictione aquæ. supra. Aqua. §. 1.

7 ¶ Libri ecclesiastici non sunt benedicendi, secundum Gl. in ca. 1. de pig. Quis potest calicem, corporalia, &c. Benedicere. supra. Abbas. §. 8. Infra, Consecratio. §. 1. de benedictione

nuptiarum infra, Impedimentum. §. 62. Nuptiæ, per totum Vestes benedictæ à schismaticis, sunt benedicendæ, secundum Pet. de Pal. 4. dist. 24. Licet ille cum quibus celebraverunt, non sint rebenedicendæ, secundum eundem Pet. ibi, sicut nec altaria, in quibus celebraverunt, reconsecrari debent: de sac. nō ite. c. Nobis.

B E N E F A C E R E .

1 Benefacere cui prius teneamur.

2 Benefaciendum est non ex timore, sed amore.

Benefacere tenemur secundum præparationem animi omnibus, si tempus necessitas, & facultas, adsint: magis tamen, & prius propinquieribus nisi tempore necessitatis magnæ, in qua plus extraneo, quàm propinquo tenemur, si in eo sit extrema necessitas, & non in propinquo, secundum Th. 2. 2. q. 31. ar. 2. & 3.

2 ¶ Benefacere non ex amore, sed timore, reputatur non benefacere. 23. q. 5. c. ad fidem. Vide infra, clem. 1. §. 1. Malis in auxilium naturæ, non autem culpæ, benefacere debemus. Th. 2. 2. q. 25. ar. 6. Rom. 12. lec. 2. fi.

Malis cur sit benefaciendum.

D E B E N E F I C I O .

1 Beneficium ecclesiasticum est duplex, seculare, & regulare.

2 Beneficium regulare multiplex est.

3 Beneficium seculare quotuplex.

4 Beneficium item simplex præbenda est.

5 Beneficium ecclesiasticum per quos conferatur

6 Capitulum quæ beneficia conferre possit sede vacante, num. 8.

7 Bellare quibus diebus liceat.

9 Collatio beneficij, vni facta quō, & quando retractari possit.

10 Episcopus cui mandatum est alicui providere de beneficio an ad hoc teneatur, si ille aliud beneficium consecutus sit.

11 Episcopus tenetur providere de beneficio ei quem in sacris ordinavit. & nu. 13.

12 Ordinatus ad titulum patrimonij an possit illud vendere.

14 Promissio facta de beneficio non vacante nulla est.

15 Beneficiū recipiēs de manu laici ipso iure intelligibilis efficit.

16 Renunciatio purè & liberè fieri debet.

17 Regula cancellaria de infirmis resignantibus.

18 Beneficium ecclesiasticum clericis solū, non coniugatis dari potest, & debita etati.

19 Clericus coniugatus, nec ecclesiastica beneficia, nec administrationem habere potest.

20 Beneficiatus contrahens in sacris an primatus sit beneficij, & quid

& quid in minorib. constitutus. Itēque cum consanguinea contrahens.

11 Filius sacerdotis legitimus an in ecclesia patris possit obtinere beneficium, & quid de nepote, num. 22. 23.

14 Dispensari ab episcopo in quibus possit cum illegitimè nato, num. 25. 26. 27.

28 Dispensatus à Papa ad ordines an censeatur dispensatus ad curatum.

29 Dispensatus super certo beneficio, aliud vice illius dispensationis obtinere non poterit.

30 Dispensatus super beneficio curato non propter hoc obtinebit dignitatem.

31 Illegitimus vel irregularis dispensatus in ordine & beneficio, nō potest impetrare super pluralitate, nisi facta mentione de illegimitate & irregularitate.

32 Episcopus cū illegitimo nō potest dispensare super pluralitate.

33 Episcopus non potest dispensare cum illegitimo ut obtineat beneficium in Ecclesia patris.

34 Dispensante Papa cum illegitimo, ut obtineat curatum, non propter hoc erit habilis ad electivum, nisi de tali facta speciali mentione.

35 Beneficiorum vacantium electiones infra quos dies fieri debeant.

36 Beneficium appetere quando non sit peccatum. 37. 38. & quando item procurare. nu. 39.

40 Non residere in beneficio quando peccatum est.

41 Proventus ecclesiasticos malè dispensare an sit peccatum.

42 Beneficium habens quantum unque simplex si sufficiat ad vitam beneficiati an possit aliud retinere sine mortali.

43 Habens beneficia plura incompatibilia, an eis providendo per vicarios de necessariis, ea retinere possit.

44 Beneficium curatum si quis habeat recipiens secundum statim, ipso iure priuatus est primo.

45 Episcopus potest dispensare ut quis habeat unum beneficium curatum, & aliud simplex in clericatis ecclesijs.

46 Altaria duo non possunt haberi in titulum in eadem ecclesia.

47 Casus in quibus quis potest habere plures ecclesias vel præbendas sine dispensatione.

48 Si mandatur providere alicui habenti beneficium de alio non per hoc conceditur quod habeat duo.

49 Beneficium habenti si Papa motu proprio aliud concedat, nō facta mentione de primo gratia invalidatur.

- 30 Beneficiorum fructus, vacationis tempore quomodo expendatur.
- 31 Fructus percepti an alienari possint, & recipiendi locari, & tales locationes quantum durent.
- 32 Prælati vel rector Ecclesiæ ad quantum tempus potest locare fructus beneficij.
- 33 Successor quando tenetur solvere debita præcedentis.
- 34 Canonici & alij beneficiati qui divinis officis non intersunt, quotidianas distributiones non recipiunt.
- 35 Beneficia ecclesiastica iniuste possidens, in cuius manibus teneatur resignare.
- 36 Beneficium minus canonicè obtinens in perpetuum non præscribet.
- 37 Filius beneficiatus propter patris crimen non privatur beneficio, licet ad illa non admittatur.
- 38 Papa sciente & tolerante aliquem non canonicè obtinere beneficium, remouetur omne impedimentum.
- 39 Habens beneficium quod aliquo modo requirit residentiam, si monitus non resideat, potest spoliari.
- 60 Beneficium omne requirit residentiam, nisi probetur contrarium.
- 61 Absentes pro negocijs Ecclesiæ dicuntur residere.
- 62 Ex probabili causa non licet abesse sine licentia Episcopi.
- 63 Clericus quomodo citabitur.
- 64 Papa mandante alicui ut beneficium conferat Antonio, & conferat Petro, collatio an teneat.
- 65 Canonici duo si eligantur ad unum canonicatum, receptio non tenet.
- 66 De una præbenda quando possunt fieri due.
- 67 Clerici non residentes in suis beneficijs an percipiant fructum.
- 68 Clerici non dicentis officium quæ sit pœna.
- 69 Clericus an possit transire de una ecclesiâ ad aliam, & quomodo. num. 70.
- 71 Requisita aliqua in beneficiorum permutatione.
- 72 Permutantes beneficia, quomodo inter se tractare debeant.
- 73 Præbenda eiusdem ecclesiæ an possint permutari.
- 74 Beneficium tenue renuntians ut pinguis assequatur, præsumitur simoniacus.
- 75 In permutationibus quomodo possit dari pecunia.
- 76 Monachus si fiat quis, cum spe ut fiat Abbas, & qui ordinatur ut beneficium consequatur, simoniam mentalem committit.

Beneficium

- 77 Beneficiū in cōmēda an permutari possit, & an expectatiua.
- 78 Ecclesia data incōmēda ad libitū concedētis reuocari potest.
- 79 Ætas quæ requiratur ad acquirendas dignitates. 80. 81.
- 82 Beneficia conferre pueris, alijs idoneis existentibus, damnable est.
- 83 Promouendus ad beneficium ecclesiasticum, cuius ætatis & ordinis esse debeat.
- 84 In ecclesijs parochialibus qui infra annum novus promouetur privandus est.
- 85 Beneficium accipiens non intendens clericari, tenetur ad restitutionem.
- 86 In rescripto apostolico ad beneficia de quibus mētio fieri debeat.
- 87 In gratia motu proprio non est necessaria mentio valoris.
- 88 Beneficio vno malè affecto etiam alia quæ simul cum illo teneri non possunt, intelliguntur vacare.
- 89 Beneficiorum peccata quæ sint.

Beneficium ecclesiasticum secundum Fel. in c. In nostra, rescr. est duplex. scilicet seculare, & religiosum à rectore. Nā seculare est, quod per clericum seculare, vel per plures fuit gubernatū: religiosū verò eodē modo per religiosum. Nec gubernatio alicuius secularis frangit præscriptionem præcedentis regularis, nisi esset per tēpus annorum 40. & fuisset ibi positus ut mutaretur status: quod Episcopus facere potest, & secundum eundem Fel. in impetratione debet fieri mentio, an sit beneficium seculare, vel regulare, aliter impetratio nō valet. Vide ibi dictū Fel. qui multa dicit pertinentia ad regulas Cæcellarię, ut citat Tab. ver. Beneficiū. 2. ¶ Beneficiū regulare diuiditur in simplex, ut canonicatus, regularis: & duplex, ut Abbatia, Prioratus, & habens iurisdictionem.

¶ Beneficium seculare diuiditur, quoniam aliud est summum, ut Papatus: aliud maius, ut Episcopatus: aliud mediocre, seu duplex, ut dignitas, personatus, vel aliud habens curam animarum. Aliud simplex ut cationia, capellania, advocatio, & huiusmodi. Aliud non habens administrationē quæ largo modo dicitur beneficiū, ut quādo quis habet beneficiū nō in titulum, ut sunt capellani ad nutum amouibiles, sed quando habent in titulum aliquod beneficium, cui est assignata dos quantumcunque sit simplex, dicitur habere beneficium cum administratione, secundum Ge. in c. Præfinit. de offi. or. li. 9. Et quia omnia ista aliquam spiritualitatē includunt, idē dicuntur beneficia ecclesiastica.

h 5 . 4 ¶ Est

- 4 ¶ Est & aliud beneficiū. s. simplex præbēda, sine spiritualitate quæ pōt cōferri laico, secūdu Pā. in c. Dilecto, de præb. in quinto notabili ex quo sequitur, q̄ habēs à Papa præbēdā sine spiritualitate nō oportet, q̄ sit clericus, vel q̄ dicat officium, ex quo nō est beneficium ecclesiasticum, secūdu Fel. in c. Ad audientiam, de rescri.
- De collatione beneficiorum*
vide Cō. Tri. Sess. 24. c. 12. 18. & Sess. 25. c. 5.
- 5 ¶ Beneficiū ecclesiasticū per ordinariū regulariter cōfert, nisi ex statuto spirituali, vel cōsuetudine ad aliū pertinent, seu per aliū inferiorē prælatū in cōferēdis beneficiis ius episcopale habētē quia talis secūdu Pā. in c. Quæsitū, de re. permu. exercet omnia iura episcopalia, quæ sunt iurisdictionis.
- 6 ¶ Capitulum sede vacante, non potest illa conferre, quæ ad episcopi collationem spectāt. Quæ verò ad Episcopum & capitulum communiter pertinent, potest. Posset etiā huiusmodi beneficia conferre Episcopo suspenso à collatione beneficiorum, etiam si Episcopus in tali collatione haberet interesse, tāquam prælatus, & idem potest Episcopus capitulo suspenso, vel maiori parte, vel omnib. maiori ex cōmuni. catione excommunicatis. c. Si ad episcopū ne se va. lib. 6. Si vero ad Ep̄m cū consilio, vel assensu capituli spectat, nō potest se intromittere, nisi suspensus esset in mora petendę relaxationis. Si autem capitulum, vel alius de consuetudine, vel statuto, debet conferre de consensu Episcopi, defuncto Episcopo, vel in remotis existente, ita quod in breui eius præsentia haberi non potest, non propter hoc debet differri collatio, vt d. c. Si ad episcopum.
- 7 ¶ De collatione beneficiorū ad Papam spectantium, quia parū ad cōfessores pertinet scire, perturbāto. Tamē vide Tab. ver. Beneficiū. §. 5. & c. Licet, el. 1. c. Statutū c. Præsēti c. Si apostolicam, de præb. lib. 6. & Fel. in c. In nostram de rescrip.
- 8 ¶ Præsēntati à patronis sede vacante, licet si Episcopus viueret, ad eum pertineret, à capitulo tamen possunt admitti, & institui, vt in c. Et si capitulo, de instit. lib. 6.
- 9 ¶ Si Episcopus absenti conferat beneficium, licet non fiat illius donec consenserit, tamen Episcopus non potest alteri conferre, donec ille recusauerit, & si conferat, non tenet collatio, nisi terminum assignasset, infra quem consentiret; quo elapso, & non consentiente, potest conferre. Si autem consentit elapso termino antequam alteri detur, valet, vt habetur in c. Sic tibi absenti, de præb. lib. 6.
- 10 ¶ Episcopus vel alius, cui mādātū est prouideri clerico pauperi de beneficio, non tenetur amplius prouidere, si ipse clericus

- clericus aliud beneficium consequutus est, vt in c. Si pauper de præben. lib. 6.
- 11 ¶ Episcopus tenetur prouidere de beneficio ei, quem ordinauit in sacris. c. Cū secundū, de præb. Similiter ei, quem per alium ordinari commisit, vt certa persona, de præb. lib. 6. Si Episcopus, nisi suam, vel paternam hæreditatem, vnde sustentari possit, habeat secundum Gl. in d. c. Si Episcopus. Vide supra, Arch. §. 5.
- 12 ¶ Ordinatus ad titulum patrimonij paterni, potest illud vendere, secundum veriorē opinionem, sicut potest beneficio renunciare, nisi bona patrimonialia transissent in beneficium.
- 13 ¶ Si Episcopus commisisset ordinari clericos talis ville, vel suæ diocesis, solum in generali, non tenetur ipse cōmitens eis prouidere, sed ordinator. Neque etiam tenetur pro ordinatis ad ordines minores. in d. c. Si Episcopus.
- 14 ¶ Promittens alicui de beneficio non vacante prouidere, vel qualitercunque promittat, cum potuerit, non tenetur, & promissio est nulla. c. Destanda, de concess. præb. lib. 6.
- 15 ¶ Recipiens beneficium ecclesiasticum de manu laici, secundum Inn. in c. Quisquis, de elec. ipso iure est intelligibilis. Potest tamen Episcopus dispensare cum eo, secundum eundem Ar. in c. Nuper, de sententia exc. & j. Eccl. §. 13.
- 16 ¶ Potest quis renunciare beneficio, vt alij prouideatur, dummodo in actu renuntiationis non deducant in pactum, sed ipsam renuntiationem purē, & liberē faciat, secundum Pā. in c. Dilecto, de præb. Aliās esset simonia, vt dicit Gl. in d. c. Dilecto. Si autem gerit in animo deducere in pactum, dummodo non faciat pactum, licet sit simonia mentalis, & consequenter mortale peccatum, non tamen punitur per Ecclesiam, secundum Fel. in c. Qua verisimile, de præsum. circa prin. Infrā, Renuntiatio. §. 3.
- 17 ¶ Est regula Cancellariæ. 18. quod infirmus renuncians, vel permūtans, si non viuat per dies 20. per obitum beneficium dicitur vacare, & renuntiatio est nulla.
- 18 ¶ Beneficium ecclesiasticum solum dari potest clericis non coniugatis, & habentibus etatem debitam, vt infrā dicemus. §. 83.
- 19 ¶ Coniugatus clericus, nedum ecclesiastica beneficia, sed nec etiam ecclesiasticam administrationem habere potest. Et credit Pan. q̄ per hoc non possit esse Vicarius Ep̄i: vt in c. Sanē, el. 1. de cler. coniu. Quod teneat Doc. in c. 1. eo. tit. lib. 6.

Statutum est in con-
Trid. ne-
quis ordi-
netur, qui
beneficiū
non ha-
bet, vel
aliud vn-
de riuers
possit.
Sess. 21.
cap. 2.

Clericus
coniuga-
tus non
potest esse
vicarius
Episcopi.

lib.6. Infrà, Vicarius. Nec potest cum eo dispensari per Episcopum, vt habeat beneficium ecclesiasticum, licet per Papam, secundum Pa. in c. Io. de cle. coniu.

20 ¶ Si beneficiatus contrahat in sacris per verba de presenti secundum Doc. in c. 1. de cle. coniu. non est priuatus ipso facto, sed priuandus; quia matrimonium non tenet. Ideò vxorem dimittere compelletur, & est excommunicatus. Infrà, Excommunicatio. 45. & Impedimentum. §. 42. Si verò est in minoribus tantum, & contraxit sponsalia, ipsis solutis ad beneficium suum redire poterit. Secus si contraxit per verba de presenti matrimonium, non recuperabit beneficium, quia vinculum incompatibile cum ipso beneficio contraxit. Eodem modo perdit beneficium clericus in minoribus contrahens cum consanguinea, & quòd probata consanguinitate matrimonium rumpatur. Quomodo Episcopus dispensat, suprà. Apostata. §. 13.

21 ¶ Filius legitimus sacerdotis potest obtinere beneficium ecclesiasticum in Ecclesia patris, vt in c. Ad hæc. de fi. presb. dummodo ad illas dignitates, vel præbendas quas immediatè pater eius habuit, non promoueat. c. Constitutus, de fi. presb. Idem de filij nepotibus dic de iure in hæreditatem succedentibus: vt sunt nepotes per rectam lineam descendentes; qui filiorum nomine intelliguntur. Insti. de hære. qual. & dif. §. Sui, secundum Host. & c. Ad extirpandos, de fi. presb.

22 ¶ Nepos secundum Host. potest poni in Ecclesia, quam auus eius habuit patre eius viuentem, nõ autem mortuo, quia in primo casu cessat ratio successionis, & non in secundo.

23 ¶ Si pater habuit personatum immediatè, filius nõ poterit habere vicariã in eadem Ecclesia. c. Michaël, de fi. presb. & contra. in d. c. Constitutus, de fi. presb.

24 ¶ In beneficio simplici, cui non imminet animarum cura cum illegitimo potest Episcopus dispensare. c. Is qui, de fi. presb. li. 6. & non oportet secundum Cu. ibi distinguere, an sit spurius adulterinus, vel naturalis. In aliis autem solus Papa. Infrà. Dispensatio. §. 22.

25 ¶ In canonicatu in ecclesia cathedrali, potest Episcopus dispensare cum prædictis, secundum Arc. in d. c. Is qui, ex quo non inuenitur prohibitum. Concordat. Ge. & Ioan. mo. quamuis alij dicant non: tamen primum melius: In personatu autè vel dignitate sine cura, non potest, sed tantum Papa, secundum Gl. in d. c. Is qui, & eã Doct. cõmuniter sequitur.

26 ¶ In

26 ¶ In rectoria, & omni beneficio, cum prædictis poterit dispensare Episcopus, dummodo non cadat nomen dignitatis, vel personatus, vel curam animarum habeat. Quidam verò tenent contrarium, vt dicit Ge. in d. c. Is qui. Et quia hæc habent varias opiniones, & maximè de dispensatione in beneficio simplici cum cura animarum, quia quidam volunt, quòd Episcopus possit, ideo vide Gem. Archi. Lapum. Ioan. mo. in d. c. Is qui.

27 ¶ Si statuto iurato, & per Papam approbato, in Ecclesia cauetur, quòd nullus illegitimus, ibi promoueat Episcopus non poterit dispensare, secundum Ioan. Mo. & Ge. in d. c. Is qui. Secus si non esset iuratum, vel confirmatum secundum not. in c. Licet canon. de elec. lib. 6.

28 ¶ Si cum illegitimo dispensat Papa, vt ad ordines sacros promoueat, non tamen per hoc dispensatur, quòd possit habere beneficium cum cura, secundum Ge. in d. c. Is qui. Vide aliqua in verbo, Clericus, infrà.

29 ¶ Si cum illegitimo dispensetur, vt possit habere beneficium ecclesiasticum, & dispensatio sit super certo beneficio non potest post primum habere aliud vice dispensationis, si ex culpa sua fuit, vt illud non haberet, secundum Ge. in d. c. Is qui. Secus si non fuit in culpa, & dispensatio fuit super incerto beneficio, tunc poterit obtinere post primum aliud, secundum eundem.

30 ¶ Si talis dispensetur super beneficio curato, non propter hoc poterit habere dignitatem, secundum Ge. in c. fi. de fil. presb. quia ista ponuntur vt diuersa, in dist. c. fin. Ideo vno concessio, non venit aliud.

31 ¶ Illegitimus, vel irregularis, dispensatus in ordine, & beneficio, & promotus, non potest impetrare super pluralitate, nisi facta mentione de illegimitate, & irregularitate, secundum Ge. in d. c. fi.

32 ¶ Episcopus cum prædictis illegitimis dispensare non potest, vt plura beneficia simul possint retinere, secundum Ge. vbi suprà: quia quando conceditur alicui vt possit beneficium conferre, intelligitur tantum de vno: in c. Is cui, in 1. respon. de præben. lib. 6.

33 ¶ Episcopus non potest dispensare, quòd illegitimus in Ecclesia patris sui viuentis, habeat beneficium simplex vel præbendam, in c. Cum decorem, de fil. presb. Neque canonicatum. c. Cum audientiam. de fi. presb. Neque mortuo patre dispensari potest super beneficio, vel præbenda, quam pa-

ter

ter immediatè tenebat. Secus si non tenebat, vel mediatè. Similiter de canonicatu, secundum veriorè opinionem. licet Goff. dicat, quòd canonicatum in eadem Ecclesia nunquam habebit.

34 ¶ Dispensante Papa cum illegitimo, vt possit habere beneficium curatum, non propter hoc poterit habere beneficium, cui per electionem esset perficiendus, nisi in imperatione fieret mentio de beneficio electiuo secundum Fel. 3. quia Papa nõ intendit præiudicare electoribus, quia oportet tunc facere specialem mentionem, secundum Fel. in c. Veniens. de accus. Et hoc magis mihi placet, licet Ge. in d. c. Is qui. videatur tenere oppositum, dicens per talem dispensationem vitium ex toto oblatum.

35 ¶ Infrà quot dies debeant fieri electiones beneficiorum vacantium, vide c. Ne pro defectu. de ele. Arc. Flo. 3. par. tit. 15. Tab. Beneficium. 2. §. 21. Hoc confessori parum confert.

36 ¶ Appetere beneficium, siue curatum, siue non, ex suo genere peccatum non est, quia eius obiectum infrà ordinem appetibilem recta ratione est, sed peccatum contingit ex defectu alicuius circumstantiæ requisitæ. Caiet. ibi, in summa.

37 ¶ Appetens beneficium plenè curatum, vt Episcopatum, vel non plenè curatum, vt Parochiam, & sciens se habere conditiones requisitas ad tale beneficium, non peccat ex parte personæ, concurrentibus aliis circumstantiis, vt bono fine, & modo debito desideret. Debet enim vires proprias mensurare ad regimen animarum, ne præsumptuosè assumat, & ad oues suas à quarum vita ita distare debet, sicut vita pastoris à grege. Debet habere respectum ad alios, ne se dignioribus vel equalibus præferat, hoc enim esset acceptio personarum. Quo autem ad finem, ne appetat propter vitam delicatam, vel splendidam vel opulentam, vel alio malo fine. Ex Caiet. ibi, supra.

38 ¶ Qui parui facit prædicto modo se commensurare, ob appetitum beneficii curati, appetens peccat mortaliter, quia contra caritatem ouium Christi agit, & contra iustitiam distributiuam. Secus quando simpliciter, & bona intentione appetit, non cogitans de dignioribus, nec intendit eos impedire, etiam quòd cogitet de illis, sed pro se procurare, vt licitè habeat, tunc non peccat, ex Caiet. supra infrà, Cathedra, per rotum.

39 ¶ Ex dictis haberi potest, quando est mortale peccatum procurare beneficium, quia quando non licet appetere, non licet

licet etiam procurare. Sed quia actus exterior potest scandalizare proximum, maiori rectitudine indiget, ideo in procurando, maiori cautela vtendum est. S. Thom. 4. sen. di. 25. q. 3. ad 4. & 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3. videtur dicere quòd quis si sit dignus, potest petere pro se beneficium ecclesiasticum sine cura animarum, si indiget, non autem si habeat curam, quia præsumptuosum est, & redditur indignus ex ipsa præsumptione, & sic offert preces pro indigno. Potest tamen dici secundum Tho. quol. 6. q. vltima, argumento pen. quòd hoc est verum si petat vt sit ditior, vel lautius viuat, vel facilius ascendat, & similia, sic enim peccatum est, non autem si petat propter necessitatè, ne mendicet in vituperio clericatus, vel vt possit prodesse, vel similia, ex quo est ordinatus, & non habet defectum, potest petere, & sic debet intelligi S. Th. concordat etiam Caiet. supra, qui dicit quòd ideo à Doctoribus daturur petere regimen animarum, quia vix possibile est, vt homo integri sensus & rectæ mentis reputet se habere prædictos respectus, sine quibus appetere est præsumptuosum absolute. Appetere tamen secundum quòd, id est superiori placuerit, vel videbitur expedire, cognoscendo se indignum, cum tremore committendo negotium Deo, pro honore Dei, & salute Ecclesiæ, non est perniciosum, sed veniale, nisi caritate urgente, quia hoc non est petere, sed offerre se si opus est. Non est ergo in magno periculo indigès, & dignus hoc modo offerens se pro beneficio simplici curato vacante, secundum Caiet. supra.

40 ¶ Non residere in beneficio, de iure requirente residentiam, sine rationabili causa de genere suo mortale peccatum est, vt quando est beneficium curatum, quia est contra iustitiam, & contra debitam caritatem. Paucitas autem temporis vel damni, à mortali potest excusare: de cle. non re. c. Quia nonnulli.

41 ¶ Dispensare malè prouetus ecclesiasticos mortale peccatum est, vt si ea quæ superfluum necessitati naturæ, & personæ dispensantur in ditando propinquos, in pompis, & luxibus, vel in aliis exorbitantibus. Non enim est dominus dispensator ecclesiasticorum prouentuum, quos in pauperes Christi dispensare tenetur, si vltra necessitatem suam superfluum.

42 ¶ Habens beneficium quantumcunque simplex quòd per se sufficit ad vitam beneficiati, secundum Pan. in c. Conquerente. de ele. non re. potest aliud tenere sine peccato mortali, vt dicit Gl. in c. Dudum, el secundo, de elec. Limita secundum

Ideo Paulum dicebat, Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 1. Tim. 3. Residere negligentium peccatum, & pena habetur in Con. Trid. Sess. 6. c. 1. 21. c. 3. 22. c. 3. 23. c. 1. 14. c. 22.

Pan.

Pan. si propter se tantum habet. Secus si collatum esset non ratione sui, sed propter utilitatem beneficiorum, ut quia est homo bonæ conscientiæ, vel industrius, ut in c. Cum iam dudum, de præben. & non est tutus talis in conscientia, etiam si à Papa dispensetur, si pro sua utilitate beneficium est ei collatum, secundum Pa. in d. c. Dudum. quia in tali casu patrimonium Christi iniuste dispergitur. Hoc tenet Host. in d. c. Dudum, & Io. And. Caiet. etiam in Summa idem videtur affirmare, quando beneficia sunt incompatibilia, quia residentiam requirunt, & non est possibile in omnibus residere. Posset tamen talis excusari propter necessitatem, quando plures Ecclesiæ alicuius obsequio indigerent, vel plus, aut tantum, seruire Ecclesiæ posset absens quam præsens, vel quando plures idonei non inuenirentur, vel prærogatiua meritorum hoc requireret, vel alia rationabili causa, tunc enim cum dispensatione esset tutus in conscientia. Vide Thom. quol. 8. q. vltima, ar. pe.

De pluralitate beneficiorum reprobata, vide Conc. Tri. Sef. 7. c. 3. & Sef. 14. c. 18.

43 ¶ Habens plura beneficia incompatibilia cum dispensatione, sine tamen causa rationabili, si eis bene prouidet per Vicarios, ita ut non accidat Ecclesiis aliquod damnum, neque circa temporalia, quantum ad ecclesiarum reparationem opportunam, quantum ad paramenta, ad numerum ministrorum diuini cultus, & ipsum Dei cultum, & sacrorum ministracionem, nec circa curam animarum. Quod & si sit hoc possibile, est tamen difficile, & raro potest absolui, etiam si vno beneficio retento, alia nollit renunciare. Si autem damnum aliquod notabile de prædictis interuenit, neganda est absolutio: quia continuatio pluralitatis beneficiorum hoc modo non est absque mortali peccato, & hoc est ex parte damni ecclesiarum. Ex parte autem distributionis, licet in distributionem acciderit peccatum iniquæ distributionis, non propter hoc tenetur ad renunciandum, sed ad bene regendum. Igitur pensanda sunt ultra damnum Ecclesiarum, videlicet damnum clericorum benemeritorum in illis partibus, qui de his beneficiis honorari deberent, & sustentari. Secundò, scandalum bonorum virorum, qui ex talibus iniquis distributionibus scandalizant: & alij similia audent, & sic ruit Ecclesia. Et qui hæc parvipendit, quia sic communiter fit, & Papa dispensat, imò dissipat, non est absolueendus. Et Caiet. in Summa, ibi.

44 ¶ Habens beneficium curatum, si secundum cum cura recipiat, ipso iure est priuatus primo, statim adepta pacifica posses-

possessione. c. De multa, de præben. vel quando per eum fecerit quominus haberent. c. Licet, el secundo, de præbe. lib. 6. Et nisi primum resignet in manus eius cui competit, ipso iure est priuatus etiam secundo, & ad quodcunque beneficium, & ad sacros ordines inhabilis est, cuius dispensatio ad Papam pertinet, per extrauagantem Io. 12. quæ incipit, Execrabilis. Et hoc non tenet in omni beneficio, quod requirit residentiam, non absolutam, sed residentiam, sub pœna priuationis beneficij, ut si statuto, vel consuetudine hoc caueatur. in Glo. c. Gratia, de rescri. lib. 6. quia tunc est eadem ratio; aliàs secus, quia in iure non reperitur expressum. Concordat Pa. in c. nonnulli. de cle. non re. Fallit in multis casibus. Primò, quando primo est annexum secundum c. Super eo de præb. lib. 6. Secundò, quando expendit de propriis bonis in utilitatem primi beneficij, & ipsum retinet donec sibi fuerit satisfactum, secundum Ant. de Butr. per cap. Quicumque. 12. q. 4. & sufficit quod expensa sit incepta, secundum Io. And. in cap. Ex parte. de consti. licet post à casu sit totum perditum. Tertiò, quando acceptauit calore iracundiæ; secundum Ioan. de Lig. Facit glo. in c. Ex literis de diuor. quæ vult, quod confessio ex iracundia facta, nō præiudicet. Quar- to, quando acceptum est ad tempus, donec aliter beneficio fuerit prouisum, secundum Petrum de Anc. c. 1. de consue. li. 6. Quintò, quando commutauit vnum beneficium in aliud, habens alia beneficia curata, dummodò possessionem ipsius beneficij, in quod commutauit, non fuerit nactus. Cle. Si plures, de præb. Sextò, quando per dispensationem, ut in c. dudum, el 2. de elec. Septimò, in Episcopatu, qui non vacat per secundum, ut dicit Innoc. in cle. Gratie, de rescri. Octauò, quando primum, vel secundum, esset locus derelictus ab habitatoribus: de ele. lib. 6. cap. Licet canon. Oppositum tamen tenent Abb. & Inn. Nonò, quando ignorabat. c. Gratia, de rescri. lib. 6. Decimò, si secundum recepit in alio Episcopatu, maximè si requirat residentiam, & cum licentia Episcopi primi beneficij. c. Si quis. 21. q. 1. Et accipitur beneficium largè, quomodocunque iurisdictionem exerceat.

45 ¶ Episcopus causa rationabili interueniente potest dispensare, ut quis habeat vnum beneficium curatum, & aliud simplex, in diuersis tamen Ecclesiis, & in vna Ecclesia habeat plura simplicia, secundum glo. in c. Literas nostras, de concess. præb. dummodò sint difformia, secundum Ioan. An. ut dignitatem, & canonicatum: & hoc sequitur Pan. in d. c.

Casus, in quibus potest alius habere duo beneficia.

Confessio facta ex iracundia non præiudicat.

Literas. nō autē in duob' cōformibus, vt duos canonicatus.
 46 ¶ Duo altaria non possunt haberi in titulum in eadem Ecclesia, ab eodem ex dispensatione episcopi, secundum Gui. de mon. quā alaria data. in titulum perpetuum, dicuntur beneficia, secundum glo. in cle. 1. de deci. Secus quando non dantur in titulum, ex dispensatione Episcopi. In personalibus verò, dignitatibus, administrationibus, vel officiis perpetuis, quocunque nomine censeantur, solus Papa dispensat. c. 1. de consu. in eadem Ecclesia, vel in diuersis, secundum Doctores, per capitulum. Quia nōnulla, de cle. nō re. Quamuis Inno. in d. c. Multa videatur dicere, quòd Episcopus potest in diuersis Ecclesiis dispensare, quomodo curam animarum non habeant.

Conc. Tri.
 Sef. 20. c.
 17.

47 ¶ Casus in quibus quis plures Ecclesias, vel præbendas habere potest sine dispensatione, sunt hi. Primus, quando sunt ita tenues, quòd neutra sufficeret ad sustentationem. de religio. do. c. Quia monasterium. Secundus, quando vna ex altera dependet. c. eam re. de ætate & qualita. or. di. Tertius, propter raritatem clericorum. 2. l. q. 1. cap. Clericus, in fin. Quartus, si ecclesia est annexa dignitati, vel præbendæ, in quo casu, cum ipse teneatur in maiori personaliter residere, in ipsa parochiali tenetur habere vicarium perpetuum, & idoneum, qui congruentem habeat de prouentibus ipsius Ecclesiæ portionem, vt in c. extirpandæ, de præb. Quintus, quando habet, vnam intitulatam, & aliam commendatam. cap. Si plures. 1. q. 1. Talis commenda non potest fieri nisi sacerdoti habenti 25. annos, & de vna tantum Ecclesiâ parochiali, & pro euidenti vtilitate, vel necessitate, & non durat nisi per sex menses. c. nemo, de cle. lib. 6. Declaratur in extrayagatē Io. 22. quæ incipit, Execrabilis, & tenetur seruare Ecclesiam commendatam in statu suo secundum Pa. in c. De monachis, de præb. Vnde si in monasterio stabant 20. monachi, debent stare, & de similibus, & de super. suo autem potest sibi prouidere.

Vide Con.
 Tri. Sef. 7.
 c. 2. & 4.

48 ¶ Si mandatur prouideri de beneficio, alicui habenti aliud, non propter hoc conceditur quòd habeat simul duo non potest, de præben. lib. 6.

49 ¶ Si Papa alicui habenti aliquod beneficium motu proprio conferat aliud, non facta mentione de priori, nō propter hoc inualidatur gratia, Secus si ad petitiones alterum concedit. c. si motu proprio, de præb. lib. 6.

50 ¶ Beneficiorum fructus, vacationis tempore, in vtilitate

tem Ecclesiæ expendi dēt, vel successorib. reseruari, alioquin in cathedralibus ecclesiis, vel regularibus, & collegiatis, si fiat contra, per capitula, conuentus, collegia, vel singulares personas, ipsi contrafacientes sunt suspensi ab officio, & beneficio, quousque satisfecerint, non obstantibus priuilegiis, consuetudinibus, vel statutis, etiam iuramento, vel sedis apostolicæ autoritate firmatis. ca. Quia sæpe, de ele. lib. 6. Similis prohibitio fit generaliter de omni Ecclesiis. Vide cap. Præsenti, de offi. or. lib. 6. Et quomodo Episcopi vel superiores sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ.

51 ¶ Fructus iam percepti de beneficio secundum ea quæ dicta sunt supra ver. Alienatio. §. 3. clarum est, quod alienari possunt, sed recipiendi locari possunt, etiam si sunt decimæ. c. vestra, de loca. quæ locatio non debet extra tempus locantis extendi, quia clericus in beneficio comparatur usufructuario vel tutori. 16. q. 6. c. Illud. Si tamen locatio fuit facta nomine Ecclesiæ, successor ratam habere debet, secundum Inn. in c. Querelam, ne præl. con. vi. suas.

52 ¶ Prælati, vel rector Ecclesiæ potest locare fructus sine solennitate, & autoritate superiorum, vsque ad annos 7. vt in d. c. querelam, immo secundum Pa. ibi, pro tota vita sua. Dicit tamen idem Pa. quòd si locatio fuit facta vltra nouem annos, non tenet, nisi sit facta secundum solennitatem iuris, & in casu licito. Qui casus not. in c. summ. 12. q. 2. Et si ista interuenerint, successor tenetur ratam habere. Si tamen Ecclesia esset læsa, posset restitutionem in integ. petere. cap. ad nostram, de reb. ecc. non alie. Si verò est facta ad modicum tempus, idest, infra annos decem, & locans non habebat administrationem, successor non tenetur stare contractui, quia non potuit obligare beneficium suum vltra tempus vitæ suæ, cum comparetur usufructuario, qui alienare non potest. l. si quis domum. ff. loca. vel habet administrationem, vt plebanus, vel rector, & tunc si locat nomine proprio non tenetur stare, aliàs tenetur.

53 ¶ Si habens administrationem multa debita contraxit vigente infirmitate honesta causa, vel vtilitate Ecclesiæ, successor tenetur soluere, secundum Pa. in c. Ex præsentium, de pig. etiam si habeat bona aliunde, quia debet de bonis Ecclesiæ sustentari secundum eundem Pa. ibi supra, nisi de bonis paternis ad viuendum se obligasset. Potest etiam prælatus, & rector obligare bona Ecclesiæ generaliter, pro obseruatione contractus rationabilis. Vide Pa. in c. 2. de præca. & c. dilecti

132

B E N E F I C I V M.

*Qui non
vult ope-
rari non
mandu-
cet.*
de arbi. & potest providere sibi, & parētib. per modum elec-
molynæ magis quam extraneis, secundum Pa. in c. Com-
gatus, de cōuet. coniuga. Vide infra Clericus, quomodo bo-
na clericorum debent dispensari à §. 20. vsque ad 26.

54 ¶ Canonici, vel alij beneficiari, qui diuinis officiis non
interfunt, quotidianas distributiones percipere non debent,
etiam contraria consuetudine existente, restituereque per-
ceptas tenentur, nisi ob infirmitatem, vel rationabilem cau-
sam, vel corporalem necessitatem, vel Ecclesiæ vtilitatem
excusentur, vt in c. 1. lib. 6. de cle. non re. Idem de annuicia-
riis defunctorum ibi.

2. Thef. 3.

55 ¶ Beneficia ecclesiastica iniuste possidens, tenetur resi-
gnare in manu illius, cui competit recipere, vel in articulo
mortis alteri recipienti nomine illius, cui erat fienda, secun-
dum In. fructusque perceptos restituere. cap. Post translatio-
nem, de renun. §. rursus.

56 ¶ Si quis beneficium minus canonicè obtinet scilicet
per simoniam vel fraudem, aut surreptionem aliquam, non
prescribet in perpetuum, secundum Arch. & in c. Postulasti
de cle. excom. m. 1. Tales secundum Host. vitæ necessaria stri-
ctè poterunt retinere, de consilio confessoris, ita vt solū
ne egeant, & nisi obtineant dispensationem, & donationem,
non possunt absolui, nisi restituant, nec subditi hoc scientes,
tenentur obedire eis.

57 ¶ Propter crimen læsæ maiest. humanæ, vel diuinæ, vt
hæresis, & schismatis, commissum à patre, filij beneficiis ha-
bitis ecclesiasticis non debent priuari, vt dicit glo. in c. Sans
peruersum. 56. dist. licet prohibeantur admitti, de hære. lib. 6.
c. Quicumque, de schisma. lib. 6. c. vnico.

58 ¶ Si Papa, vel maiores, qui possunt dispensare sciunt, &
tolerant expressè, vel alius de mandato eorum obtinentem
beneficium non canonicè habitum, remouetur omne im-
pedimentum: quod si non fuit expressa tolerantia, nec ap-
probatio, vel fuit ab inferiori, non valet, secundum Arch.
Flo. post alios.

59 ¶ Habens beneficium quod aliquo modo requirit resi-
dentiam, si monitus, sine causa non resideat, potest spoliari.
Secus si non requirit residentiam, quia sine noua causa ra-
tionabili, non potest reuocari, 8. q. 1. c. Quia frater.

60 ¶ Omne beneficium secundum Io. And. post Inn. requi-
rit residentiam, nisi probetur contrarium. c. vlti. de clericis
non resid. nec debet ita strictè intelligi residētia, quin quan-
doque

doque possint discedere, secundum Io. And. supra, cessante
tamen negligentia, & fraude.

61 ¶ Dicuntur residere, pro negociis Ecclesiæ se absentan-
tes. c. Ex par. eo. tit. Secundo, si rationabiliter se absentant, vt
quia capitalem inimicitiam habent. c. Inter quatuor, eo. tit.
Tertio, si ex mandato Papæ, in curia resident, secundum Ho.
vel Episcopo seruiant. iuxta. c. Ad audientiam, eo. tit. Quarto,
si in Theologia studeant, vt in c. Super. Spe. de mag. non au-
tem in aliis scientiis, sine licentia prælati. c. Tuæ, eod. tit. de
cle. non re. Et hoc tantum per quinquennium, nec distribu-
tiones quotidianas recipiunt, nisi sint infirmi, qui solebant
residere. in d. c. Ad audientiam.

*Residere
quando nō
tenetur
beneficia-
riis.*

62 ¶ Ex probabili causa non licet abesse sine licentia præ-
lari, nisi hoc consuetudo permittat, secundum Inn. & Ho. non
tamen vagentur, quia hoc consuetudo nō potest permittere.

63 ¶ Dum nescitur vbi vagans clericus sit ad Ecclesiā trib.
ediētis citabitur, nec sufficit. secundum Io. An. vnum edictum
peremptorium, & expectatus per sex menses, si non veniat,
priuabitur Ecclesia, quam habet. c. Ex tuæ. eo. tit. Nec hoc de
episcopis absentibus intelligitur.

64 ¶ Papa mandante alicui, ad quem spectat, quod bene-
ficiū conferat Petro, & ipse conferat Antonio. collatio te-
net, ipse tamen pro transgressione debet puniri. ca. Dilectus
filius, de præben. Fallit in multis casibus. Vide Tab. Benefi-
cium. 2. §. 7.

65 ¶ Si duo canonici sunt electi ad vnum canonicatum, &
vnam præbendam in Ecclesia etiam interueniente autori-
tate legati sedis Apostolicæ, non tenet receptio, secundum
Inno. in c. Dilecto, de præb. Non enim licuit prælato infringere
privilegium canonicorum. Si tamen ipsi canonici, ad
quos spectat receptio, autoritate propria fecissent, teneret
receptio, non præbendæ diuisio. c. Per illorum, eod. titu. Pri-
mum enim est de iure priuato, cui potest renunciari, non
autem secundum, quod est de iure communi.

66 ¶ De vna præbenda possunt fieri duæ, si eius facultates
supperunt, alias diuidens tenetur integrare. Intellige quan-
do vacat. c. Vacante, de præb. Requisitis tamen quatuor, quæ
pouit Host. & Io. And.

67 ¶ Clerici non residentes in beneficiis suis, nec in eis of-
ficia sua implentes, sed voluptatibus vacantes, nil iuris ha-
bent in rebus ecclesiasticis, & si recipiunt, restitutioni tenen-
tur, secundum Arch. Flo. 3. parte ti. 13. c. 1. nam redditus Eccle-
siarum

Reditus Ecclesiarum sunt stipendia seruientium. siarum sunt stipendia seruientium, quicquid sit, de foro contentioso, infra Residentia .§. 3.

68 ¶ Clericus nō dicens officium sine rationabili causa tenetur restituere fructus, quos interim recipit, secundum Ia. Cal. c. de celeb. miss. quia clericus nō residens priuatur beneficio, & fructibus: vt in c. Pen. de cle. non resi. Sed non dicens officium effectualiter non residet, igitur debet priuari fructibus. Item beneficium datur propter officium, vt in c. si. 92. dist. Quamuis Pa. dicat ibi, quod hæc opinio est nimis rigida, & quod clericis non solum datur beneficium propter officium, sed etiam vt de patrimonio Christi viuant, & non mendicent. cap. 2. de præb. Videreturque concludere, & bene quod non tenetur ad restitutionem similiter & Card. infra Restitutio. Vide aliquid ad propositum infra, Clericus. §. 27.

69 ¶ Clericus potest transire de vna Ecclesia ad aliam secundum, Arc. Fl. 3. par. tit. 15. c. Pen. Primò, causa necessitatis, puta propter inimicitias, & huiusmodi. Quo casu etiam propria autoritate transeat, non punitur. 7. q. 1. c. Pastoralis. Secundò propter vtilitatem, vt si vni Ecclesie magis sit vtilis, quam alteri, & hoc autoritate superioris. 7. q. 1. c. Mutationes. Tertiò propter sanctitatem, vt cum transit ad religionem, in qua professus non potest amplius repetere primam Ecclesiam. 7. q. 1. c. Hoc nequaquam. Si verò propter cupiditatem, vel ambitionem ad aliam transeat, debet, vtraque carere. c. si quis Episcopus. 7. q. 1. & c. quanto, de transla.

70 ¶ In prædicto transitu requiritur licentia, vel consensus superioris. Vide c. Mutationes. 7. q. 1. c. Quo vxorem, 33. q. 1. 71. d. per totum. Tamen de transitu clerici ad religionem nisi sit Episcopus, non oportet petere licentiam, sed de transitu vnius religionis ad aliam, Infra Relig. §. 14. vide Tab. Beneficium. 3. §. 13.

71 ¶ In permutatione beneficiorum dat Pa. in c. Ad quaestiones, de re. permu. regulam vnam generalem quod omnia beneficia, & quæcunque iura habentur in eis, qualiacunque sint cum autoritate superioris permutari possunt, quam per dictum commune doctorum probat. Quod autem autoritate superioris hoc possit fieri, patet per c. Quæsitum, de elec. præla. & multa alia c. & secundum Io. And. Qui enim habet autoritatem conferendi beneficia, etiam in transmutatione: ex quo sequitur, quod sede vacante, capitulum non habet hanc autoritatem, quando collatio est solius Episcopi.

aliis habet, secundum eundem Io. and. in cle. vnica de permu.

72 ¶ Volentes permutare beneficia possunt inter se tractare, dummodo nihil concludant de permutatione, sed de dispositione superiorum supponant. Et hæc opinio secundum Pan. in d. c. Quæsitum, est verior, quamuis Io. An. post Hof. videatur sentire quod non possunt, in d. c. Quæsitum, Dicit tamen Pan. ibi quod hæc opinio est multum periculosa.

73 ¶ Præbendæ eiusdem Ecclesie, & eiusdem qualitatis permutari non possunt sine autoritate superioris secundum opinionem secundum Pan. in tex. di. c. Quæsitum & Hof. & Io. de Lig. in c. si. eo. rit. Licet Inn. in d. c. Quæsitum oppositum teneat.

74 ¶ Quando quis renunciat beneficio tenui, vt habeant secundum Feli. in c. Verisimile de præsum. est præsumptio ad oppositum, vt cura est magna & ipse est senex.

75 In tali commutatione potest dari pecunia in reparationem corporaliū prouentuum, nō autem spiritaliū, quia esset simonia, sine determinatione debet dari ab altera parte, sed debet seruari cautela, tex. est in d. c. Ad quaestiones, secundum Pan. ibi.

76 ¶ Si quis fiat Monachus cum spe vt fiat Abbas, & qui ordinatur, vt consequatur beneficium, simoniam mentalem committit, secundum Glo. in c. Consuluit. 74. dist. in c. Per laicos: non tamen tales dignitates adepti tenentur resignare, nisi pactum præcessisset, tunc deberent renuntiare, quia interuenit simonia expressa. c. si. de simonia. Et hæc omnia secundum Pan. in c. Cum ad nostram, de ele. Teneatur tamē talis per pœnitentiã Deo satisfacere, probatur in c. si. de sim.

77 ¶ Beneficium in commenda, secundum Pan. in c. Cum olim de re. permu. potest permutari, quamuis Fed. dicat simpliciter contrarium. Expectatiuq; verò non, secundum eundem Pan. ibi, quia non excedunt personam, cui conceduntur, vt in c. Cui, de præb. lib. 6.

78 ¶ Ecclesia concessa in commenda, secundum Feli. in c. constiterit, de accusa. ad libitum concedentis potest reuocari: secus si detur in titulum.

79 ¶ De ætate requisita primò ad Abbatem, & Abbatissam supra Abbas. §. 1. Abbatissa. §. 1. & in capit. Indemnitatibus de ele. lib. 6. & capit. Cum in cunctis. §. inferiora, de ele.

80 ¶ In prioratu cõuentuali habente sub se collegium, requiritur ætas ann. 25. ar. in cle. Ne in agro. §. Cæterum de sta.

Simonia mentalis quomodo committitur.

De ætate legitima ad obtinendas dignitates, vide Con. Tri. Sess. 24. c. 12.

*Ad bene-
ficia S. S.
23. c. 7.
Ad ordi-
nes S. S. c.
11.*

re. Si verò sit prioratus non conuentualis, exercens curam animarum, de consuetudine etiam debet habere annos 25. quia debet esse presbyter, ad quem ætas 25. annorum requiritur: cle. Generalem, de ætate, & qual. ordi. Si vero curam non exercet per se videtur sufficere ætas 20. annorum ut in c. §. Cæterum. Si autem est Prioratus sine collegio, & sine cura, sufficit ætas 7. annorum, ut videtur velle Fede. con. si. 47. Alij dicunt, & melius, quod saltem requiritur ætas 14. annorum. Ar. in c. Decorum, de æta. & qua & in d. c. §. Cæterum. 81 ¶ In Episcopatu ætas 30. annorum requiritur, ut in d. c. Cum in cunctis de ele. Si sit dignitas secularibus beneficij inferiori, requirit, annum 25. ut in d. §. Inferiora. Quæ quidem ætas requiritur etiam in beneficio curato, ut in d. §. Inferiora. Potest tamen Episcopus dispensare in personatu non curato, in anno 20. non autem in aliis dispensat: tex. in c. 1. de æta. & qua. 6. & Pa. in d. §. Inferiora, in vl. no. In beneficio vero simplici, & sine cura secundum Cal. sufficit ætas 14. annorum, & est casus in d. c. Iudicorum licet Glo. ibi aliter intelligat. Nec sufficit ætas 7. annorum, quia talis non est idoneus regere Ecclesiam, cum se ipsum regere nesciat, & quando beneficium sonat in nomen rectorie. Si verò hoc beneficium non sonat in vocem rectorie, sed est beneficium in Ecclesia, requirens maturitatem consilij, ut canonicatus Ecclesie cathedralis, secundum Ho. & Ar. in d. c. Si eo tempore, requiritur ætas 14. annorum, quia ante illam ætatem non potest sapienter iura tractare. Et opinionem seruat c. r. Si non requirit maturitatem consilij, sufficit ætas 7. annorum. Hæc Pan. in d. c. Super inordinata, de præben.

*Pueris an
liceat cõ-
ferre be-
neficia.*

82. ¶ Conferre beneficia ecclesiastica pueris, existentibus aliis idoneis adultis, non solum inexcusabile, sed intolerabile videtur, tum quia in pueri tatum in spe sunt idonei. adulti autem in re: tum quia diuinum officium deuotè, & studiosè persoluerè nesciunt, quia hoc reprehenditur c. Super inordinata, de præben. Et si aliquæ prouisiones in Ecclesia ordinatæ sint pro pueris, non tamen beneficia ecclesiastica, secundum Caie. ibi in summa.

*Con. Tri.
Ses. 7. cã.
4.*

83 ¶ Promouendus ad quodcunque beneficium ecclesiasticum, sufficit verior opinio, quod sit in minoribus, & quod habeat tempus, ut sit promoueri infra annum in his beneficiis, quæ requirunt aliquem ordinem. Excipitur in Episcopatu, in quod requiritur quod sit in sacris, c. A multis de cle. secundum Pan. post Ioan. Cal. in c. Dudum, el. 1. de cle.

ele. & Doc. ibi, quamuis alij aliter dicant. Si tamen beneficium esset fundatum cum hac conditione, vel statuto ab Episcopo, vel ab instituyente beneficium, non valet promotio, nisi sit sacerdos, si conditio sic dicit, quod non possit promoueri nisi sit sacerdos. Et quando est ab instituyente beneficium, non intelligitur derogari per clausulas generales à Papa dicendo, Non obstantibus quibuscunque, &c. Secus si esset ab Episcopo. Et Pan. in si. d. §. Inferiora. c. Supra scripti facit regulam generalem, quod quælibet dignitas, vel personatus, vel officium quæ habent curam animarum, requirunt sacerdotium, & consequenter tenentur accipere sacerdotium quam citius possunt: ideo debent habere tempus. Secus ubi non est cura, nec in iure specificatur de aliquo ordine, non tenentur ad sacros ordines ascendere, nisi aliter loci consuetudo haberet.

84 ¶ Qui infra annum in ecclesiis parochialibus non facit se promoueri ad sacerdotium incontinenti est priuatus, ut dicit Pan. in d. §. Inferiora, & per c. Licet canon, de elec. lib. 6. quod tamen non intelligitur in Ecclesijs parochialibus collegiatis, ut in c. Statutum, de ele. li. 6. quia secundum Pan. non est tantum periculum, quia ibi plures sunt sacerdotes. Propter tamen studium, Episcopus potest dispensare, ut vique ad septimum habens beneficium cum cura animarum non teneatur promoueri ad sacerdotium: tenetur tamen in primo anno acceptationis, subdiaconatum accipere. c. Ex eo, de ele. lib. 6. Et talis dum stat in studio, de bonis Ecclesie potest accipere, quia in utilitatem Ecclesie dicitur exponere, secundum Dominicum.

85 ¶ Accipiens beneficium & non intendens clericari, tenetur de præceptis ad restitutionem, secundum text. & Gl. in Commissa. §. Cæterum, de ele. libr. 9. Et conferens scienter Ecclesiam indemnem seruare tenetur: secus si à principio bonam intentionem habuit, postmodum mutatus est, non tenetur secundum Gl.

86 ¶ Semper in rescripto apostolico ad beneficia, intelligitur, si preces veritati innitantur. c. Ex parte de rescriptis, & de cura mentio debet fieri. Fel. in c. Nostra, de rescri. co. 20. expressio valoris de iure communi non est necessaria, in impetratione, secundum Gl. in cle. 1. de præb. Tamen si exprimitur, & sit maioris valoris, impetratio non valet, quia in gratiis apostolicis causa habet vim conditionis: etiam si ex simplicitate fuisset dictum: nec ignorantia adiuuat,

quia debet se informare. Debet etiam mentio fieri omnium beneficiorum, quæ quis obtinet tempore impetrationis, aliàs gratiæ sunt nullius valoris.

87 ¶ Quando gratia fit motu proprio, non est necessaria mentio valoris, nec curæ, vel alterius. Vide Fel. in c. Ad aures, de rescri. col. 2. ver. de expressione valoris. Ibi enim multæ limitationes proponuntur.

88 ¶ Quando aliquis vitiosè, & de facto nateiscitur possessiones alicuius beneficii, etiam quod tenuta sit nulla: quia non habendi potestatem conferendi est data, alia beneficia, quæ simul cum illo teneri non possunt, dicuntur vacare. c. Cum qui, de præb. lib. 6.

89 ¶ Beneficia habentes in multis peccant, vt si non resideant sine causa rationabili, si fructus in malos vsus conuertunt, si sunt circa curam animarum negligentes, & in multis aliis de quibus iuxta prædicta sunt interrogandi.

DE BESTIALITATE.

1 *Bestialis quid sit.*

Bestialis est cum quis more bestiarum operatur in comedendo, occidendo, & coeundo, & communiter peccatum mortaliissimum est, nisi propter imperfectiorem actus, vel loci casu fiat. Vide Th. secunda secunde, quæ. 158. arti. 11. Infra, Luxuria §. 5. vt cum quis ad rem non eiusdem speciei per coitum accedit.

DE BIGAMIA.

1 *Bigamia quid sit.*

2 *Bigamia quomodo contrahitur.*

3 *Mulier aut bigama effici possit.*

5 *Bigami sunt privati executione ordinis.*

5 *Bigamus omni privilegio clericali privatus est, foro seculari est strictus, tonsuramque deferre prohibetur, nec valet consuetudo contraria.*

6 *Bigamus an efficiatur qui contrahit cum ea quam prius fornicariè cognovit.*

7 *Existens in sacris vel professus si contrahat, an dicatur bigamus.*

8 *Bigamia non tollitur per baptismum.*

9 *Papa potest dispensare in omni bigamia.*

10 *Bigamus non efficiatur qui cum pluribus fornicatur.*

Bigamia secundum Pe. de Pa. 4. sen. di. 17. q. 4. ar. 1. est defectus ex secundis nuptiis proveniens, Et Th. 4. sen. di. 27. q. 5. ar. 1. dicit, quod bigamus fit irregularis, quia significatio sacramenti non remanet integra.

2 ¶ Biga-

2 ¶ Bigamia contrahitur, cum quis habet plures uxores de iure successivè. c. Acutius. di. 26. & ambas cognovit. Secundo cum simul plures habet, vnam de iure, alteram de facto, siue ambas de facto, ambasque cognovit. c. Nuper, de bigamis. Tertio quando viduam duxit uxorem. Et his omnibus irregularitas est annexa, vt dictum est. Intellige tertium *Bigamia prohibita* modum, si vidua à primo viro fuit cognita, & ipse etiã cognovit, est bigamus. Similiter si contrahit cum aliqua, quæ est *Con. Tri. Sess. 24. c. 2.* fuit ab alio cognita extra matrimonium, est bigamus, cognoscens eam. Item contrahens cum virgine, & cognoscit eam, quæ post perimitit, se ab alio cognosci, & postmodum iterum cognoscit eam siue scienter, siue ignoranter, siue quomodocunque, efficitur bigamus. Item si contrahat cum aliqua, quæ prius contraxerat per verba de præsententi cū alio, non tamen consummavit cū primo secundus non est bigamus. Quod si contraxit cum virgine, & consummavit, illa postmodum perimitit, se ab alio cognosci, talis non fit bigamus, si eam non amplius cognoscat. Hac secundum Tho. & Pe. de Pal. quarto, vbi supra. Nota quod nunquam fit bigamus, nisi contrahendo, & cognoscendo, nec requiritur commixtio seminum, sed sufficit quod corrumpat intrando pudoris claustra.

3 ¶ Mulier quia non est capax ordinis, non potest fieri capax huius defectus, scilicet priuationis executionis ordinis. Ideo non dicitur bigama, & vir magis fit bigamus ex defectu mulieris, quã sui, quia ipse est quasi terminus ad quẽ, quo denominatio respectu mulieris. Thom. supra. *Bigamis cur non est in mulieribus.*

4 ¶ Omnes bigami sunt privati executione ordinis, & promotione, ita quod ad aliquem ordinem non possunt promoueri, nec actum alicuius ordinis sine dispensatione exequi. c. Quotquot. 27. q. 1. & ca. 2. vel vo. & ibi Pan. in 3. no.

5 ¶ Omnis bigamus privatur omni privilegio clericali, & est foro seculari strictus, consuetudoque opposita non valet, & ne tonsuram deferat prohibetur suo anathemate. c. Vnico, in text. de bigam. l. 6. & Glossa in ver. Bigamos, restringit ad illos qui in minoribus contraxerunt aliquos illorum quatuor modorum, adeo vt qui sunt in sacris, vel professi in aliqua religione approbata, illas pœnas incurere non possunt, cui non concord. Pet. de Pat. vbi supra, artic. 3. conclu. 1.

6 ¶ Contrahens cum aliqua, quam prius fornicariè cognoverat, postmodum cognoscit, vt vxor secundum vetera

retra

rem opinionem non fit bigamus, quia carnem suam non dimittit in plures. Concor. Pan. & Glo. in c. Sanè, de cleri. non coniuga.

7 ¶ Existens in sacris, vel professus votum solenniter continentie, & contrahens siue cum virgine, siue cum corrupta, non est verè bigamus, quia matrimonium ibi esse non potest, sed est similis bigamo, si cum corrupta contrahat: tamè est irregularis siue cum virgine, siue cum corrupta contrahat, glo. in c. Quotquot. 27. quomodo. 1. Differt tamen quo ad dispensationem contrahere cum virgine, & cum corrupta, vt dicemus infra. §. 9.

8 ¶ Bigamia non tollitur per baptismum, secundum Tho. supra, quia non soluit coniugium, ex quo bigamia sequitur. c. Acutius. 26. dist. Nec in hoc tenetur Hieronymus, qui oppositum videtur tenere super epist. ad Titum, supra, baptismus. §. 71. 72.

Baptis- mus non soluit coniugium. 9 ¶ Papa potest dispensare in omni bigamia, quia irregularitas non est adiuncta bigamie, de iure naturali, sed tantum positiuo, secundum Thom. supra, & etiam quoad omnes ordines: c. Lector. 33. dist. Episcopus autem quo ad ordines minores potest dispensare. c. 1. qui cle. vel vo. Cum religiosi autem ad euitandum discursum. Potest etiam dispensare in ordinibus maioribus, vt quidam dicunt. c. 2. qui cle. vel vo. etiam cum eo, qui existens in sacris, contraxit cum virgine: in d. c. 1. Dispensat etiam cum bigamo occulto, aliter non dispensat secundum Pet. de Pal. supra. concor. Panor. in cap. 1. qui cle. vel vo. infra dispensatio, aliquid vide circa finem.

Bigami ad minorum ordinum ministeria non sunt idonei. 10 ¶ Qui cum pluribus fornicatur non fit bigamus, quia coniunctio fornicaria non significat coniunctionem Christi cum Ecclesia. Thom. 4. sen. dist. 27. Heb. 1.

Con. Trl. Sess. 23. c. 17.

D E B L A S P H E M I A .

1 *Blasphemia quid est.*

2 *Blasphemia maximum peccatum est.*

3 *Blasphemorum pena. & num. 4.*

5 *Blasphemia non est de casibus reseruatis.*

Blasphemia consistit in attribuendo Deo aliquid, quod non conuenit, vel negando aliquid, quod ei conuenit, vel attribuendo creaturæ, quod soli Deo conuenit, vel Deo aut sanctis iniuriã irrogando, vt dicendo, maledictus sit, &c. vel nominando membra pudenda Dei, & sanctorum cum indi-

ndignatione, sic etiam irrogatur iniuria, vel remotendo à sanctis, quod Deus dicit in eis esse, vel attribuendo eis, quod dicit non esse: hæc enim redundant in Deum, qui in sanctis est gloriosus: vel dicendo, sic veniat Deo, imprecando Deo malum, quasi ipse his sit subiicibilis ex Thom. 2. 2. q. 13. ar. 1. & Caiet. ibi, ver. Blasphemia. Et est peccatum mortale, quia talibus blasphemis pœna mortis infligitur, Leuit. 24. quod non fieret, nisi propter mortale. Et est grauius contra Deum, quam contra sanctos. Nec quis fit mentis compos blasphemando à mortali excusatur, nisi quando inaduertenter ex lapsu linguæ verba blasphemie profert, non aduertendo sensum verborum, quod si aduertit, non protulisset. Est enim tunc tantum blasphemia materialiter. Ideo neque passio extranea, neque consuetudo, tales à mortali excusat, secundum Caiet. ibi, supra. ibi dicit, quod dicere ad corpus, vel ad sanguinem Dei, siue iurando, siue resonando in rixa, non est blasphemia, quia ex quo Deus homo factus est, habent carnem, & sanguinem, nec est mortale peccatum, nisi dicatur per modum iniuriantis, vel mendaciter assumeretur.

2 ¶ Blasphemia est maximum peccatum, quia opponitur confessioni fidei, & maius, quam periurium secundum Glo. Eph. 4. super illud, blasphemia tollatur à vobis. Est etiã grauius homicidio. Grauius enim est Deum velle offendere, quam hominem, quod blasphemans intendit. *Blasphemia maximum peccatum est periurio. & homicidio.*

3 ¶ De blasphemorum pœnitentia qualis debeat esse, quãuis hodie non seruetur, vide c. Statuimus. de male. Has pœnitentias ibi positas non refero, quia secundum Pa. ibi non seruantur. Sed maior pœna ponitur, in nona Sess. Concilij Lateran. sub Leo. x. infra. §. 5.

4 ¶ Blasphemantes Deum, & sanctos etiam secundum leges, vltimo supplicio debent puniri. Sal. in l. 2. C. ad l. lu. ma. & C. in l. 3. C. de re. credi. Et intelligitur quando ex consuetudine fit, & in contemptum, & Glof. in c. Si quis per capillum. 22. q. 1. Et per vltimum supplicium, mortis pœna intelligitur.

5 ¶ Blasphemia non est amplius casus reseruatus cum solennis pœnitentia, quæ blasphemis imponebatur, non fit amplius in vsu, vt infra ver. Casus. §. 8. & dispensatio. §. 16. Alia pœna imponitur in concilio Lateranen. in nona sessione quam non refero, quia non est vsu probata: in qua imponitur confessoribus vt blasphemos sine grauiissima pœnitentia non absoluant. *Blasphemis magna est iniungenda pœnitentia.*

1. *Bulle Papales quomodo deprehendantur falsæ.*

Bulle Papales possunt deprehendi falsæ, comparando scripturam ad scripturam, modum dictandi, chartam considerando, an sit rasa, & pulchra, an sint ibi in scriptura consueti tractus calami, & puncta solita fieri, si sigillum sit omnino completum, & æquale, si Episcopus vocatur frater, & Cardinales fratres, & inferiores filij, si est vera latinitas, vel falsa, & alia de quibus Pa. de crim. fal. c. Quam graui. & c. Licet. vbi nouem modi not. & de rescri. per totam. De excommunicatione falsorum vide infra, Excommunicatio. §. 12. Si aliquid conceditur priuilegio quod ab omni æquitate deuiet, & à communi cursu priuilegiorum, præsumitur à sede apostolica non emanasse secundum Panorm. in di. cap. Quam graui.

DE CALICE.

1. *Calix de qua materia esse debeat.*
2. *Calix consecrari debet, & perungi chrismate.*
3. *Calix argenteus consecratus si deauretur, est iterum consecrandus.*

4. *Calix quomodo exaceretur: & à quibus consecratur remissiuè.*

Calices in quibus sanguis Christi consecratur, secundum Th. q. 83. ar. 3. debent fieri ex auro, vel argento, vel stanno. de consec. distinctio. 1. c. Vasa, non ex ære, aurichalco, ligno, vitro, vel lapide. Concor. Pan. in c. si de cele. missa. & Pe. de Pal. 4. dist. 23. q. 2. ar. 5. qui dicit ex alia materia fieri non posse.

¶ Calix debet consecrari, & perungi chrismate, secundum Pe. de Pa. supra: in quo non licet Episcopo dispensare, ex ordinatione Syluestri Papæ, in c. 1. de sac. vnc. Nec perdit consecrationem, nisi perdat formam principalem, vt si modica refectione cippi, vel pedis indigeat, non propter hoc exaceretur. Si autem separaretur cippus à pede, vt fit in calice tornatili, vel aliter secundum Petr. de Palma. indiget consecrari iterum, quia nec pes sine cippo, neque cippus sine pede consecrari potest, secundum eundem Pe. Quidam verò dicunt, quòd quando per artem sic fit, vt possit separari, & coniungi, & ita consecratur, q. etiam si separaretur, non amitterit consecrationem: & ita videtur esse in vfu apud quosdam dominos habentes huiusmodi calices, quos separant, vt mino-

rem

rem locum occupent, & facilius portentur. Neque hæc opinio videtur reprobanda.

3. ¶ Calix argenteus consecratus, si deauretur, est iterum consecrandus, quia consecratio fit in superficie secundum Petr. de Palma. Secus videtur si deauratio propter vsum cadat, quia consecratio non ita videtur esse in auro, quin etiã sit in argento, nec est simile de decrustatione parietum ecclesiarum, quæ indiget consecrari propter decrustationem, secundum Gloss. in c. Ecclesiis. de cons. dist. 1. Ita seruat consuetudo legis interpret.

4. ¶ Calix per aliquos ictus dados à fabro, non probatur in iure quod exaceretur. A quo consecratur, vide infra, consecratio Ecclesiarum. §. 1. Calicis consecratio videtur posse fieri ab Abbatibus qui vtuntur insignibus episcopalibus, quando habent hoc ex consuetudine, vt dicit Car. in cle. Attendentes, de sta. re. supra, Abbas. §. 8.

DE CALUMNIA.

1. *Calumnia quid est.*

Calumnia est falsa, & malitiosa impositio criminis, secundum Tho. 2. 2. q. 68. ar. 3. Quomodo est peccatum supra Accusatio. §. 11. Hoc peccatum non solum pœnitentia deletur, sed oportet proximo læso satisfacere. Si autem quis alteri ex errore imponit crimen falso, non incurrit formaliter calumniæ vitium, sed tamen materialiter, teneturque vitra pœnitentiam satis facere læso: fuit enim in culpa: non enim debebat asserendo proferre, quod pro certo nesciebat, in alterius præiudicium, & cum notabiliter proximum læserit, mortaliter peccauit. Debebat enim aduertere, quia de bono non paruo proximi agebatur, negligentia in hoc fuit mortalis.

DE CAMPSORIA ARTE.

1. *CampSORIA ars qua fit, & quando liceat.*
2. *Pecunia formaliter sumpta est inuendibilis.*
3. *In cambijs quando non sit peccatum.*
4. *Cambiorum tria sunt genera. Minutum. Per literas, & fictum, de quibus num. 5. & 6.*
7. *Cambium siccum duplex est, verum, & fictum, quod duobus modis fit. & num. 8. & 9.*

CampSORIA ars, secundum Caiet. in quo. de cambijs, est negociatio in commutatione numismatum, & quam-

uis

*Cambium
cur vitu-
peretur.*

uis à Philosopho vituperetur, & ratione materiæ, quia tantum numismata tractat, à proprio nummi vsu diuertens, & ratione finis, quia lucri gratia, quod sine caret, fit. Si tamen ex parte campforis bono fine honestetur, puta si propter familiæ sustentationem, vel alio bono fine exerceatur, erit licita. Et dicit Thom. opuscu. 74. c. 13. quòd ars campforia vitur de se numismate ad debitum, & idoneum vsum, & quòd illud lucrum, vel illud plus, quod accipitur à campforibus, in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ, quæ de se non parit pecuniam, seu de se est inuendibilis, sed ad vitandum damnum, sine ratione periculi, vel inter esse, vt subueniatur salariis personarum, domorum, & ministrorum, laboribusque, expensis in arte necessaria, & licita, ne frustra ponat operam, & sudorem suum ad aliorum vtilitatem. Neque dominus hos campfores de templo expulit, quia fit illicitè, sed quia in tali loco fieri non debeat, secundum Th. opusc. supra.

2. ¶ Pecunia formaliter sumpta secundum valorem, quem ex statuto legis habet, est inuendibilis, vt dicit S. Th. 3. Est enim mensura in permutationibus, vt dicit idem Tho. primo de re. prin. c. 14. Cuius primus vsus est permutatio pro rebus venalibus necessaria ad humanam vitam. Secundus vsus est commutatio pro alia pecunia, ad hoc vitur ars campforia ex Cai. in quol. 3. materialiter autè sumpta, res, vt est aurum, vel argètum, potest vendi sicut cæteræ res & locari.

3. ¶ In cambiis datur talis regula, videlicet, Quotiescunque in cambiis arbitrio bonorum, & peritorum in tali arte pars capiens cambium non magis grauatur, quam dans, nec econuerso, & distantia temporis nil lucri affert, nunquam est ibi peccatum mortale, nisi obliqua esset intentio. Sil. vsura, 4. q. 9. §. 2. ibi enim iniustitia non est.

4. ¶ Cambiorum tria sunt genera, videlicet minutum per literas, & siccum. Primum cambium reale ad minutum, vt si campfor det aureum, & accipiat pro scontro monetam, vel econuerso, & accipit aliquid moderatum, secundum consuetudinem. Patriæ pro suo labore, & quia seruit communitati, vltra prætium, hoc licitum est, secundum Caiet. in summa ibi, & quol. Non tamen hoc licet omnibus sed tantum his qui tenent mensam paratam communitati seruientes, secundum Caiet. quol. supra, quâuis Rosel. ver. Vsuræ. 6. §. 6. in fin. dicat quòd etiam aliis licet: primâ tamen opinio verior est, quia qui non tenet mensam, parum temporis expendit

in numerando, pro quo talem mercedem habeat. Debet tamen hoc cambium sine omni fraude fieri & auaritia. Vide Archie. Flo. 2. parte tit. 1. c. 7.

5. ¶ Secundum dicitur cambium reale per literas, & fit duobus modis. Et primo sic: Petrus habet Mediolani C. aureos, quos vult habere Romæ, dat campfori vt respondeat 95. & reliquos lucretur. Hic contractus est licitus, propter rationes prædictas, & propter periculum portandi pecunias. Secundo modo sic fit: Petrus Mediolani habet C. ducatos Venetos, quos vult Venetias portare, & ibi expendere, quia plus ibi valent, inuenit campforem indigentem pecunia Mediolani, & habentem bancum pro Venetiis, qui tradit dictam pecuniam ad forum cambiij pro Venetiis, vbi recipit C. & quinque, quandoque plus, quandoque minus. Si hoc plus recipit non ratione expectationis, sed quia volebat sibi prouidere pro suis necessitatibus Venetiis, contractus est licitus. Cursus enim monetæ hoc operatur, & monetarum diuersitas, & industria accedit rei licitæ. ff. ad l. Fal. l. fin. Si autem intenderet principaliter lucrum propter expectationem, esset mutuum cum intentione lucri, quòd vsura esset.

6. ¶ Caiet. in summa dicit, quod cambia vera, & realia quibus moneta in vno loco ac tempore accipitur, & alio loco, & tempore redditur, prout in loco redditionis, tempore restitutionis marcha auri, valet, cessante omni fraude sunt licita. Si tamen hæc ad prolixius tempus fiunt, aut protrahuntur, vt ex longiori tempore plus lucretur, ad vsuram declinant: quia dum temporis, quo pecunia occupata tenetur, ratio habetur, ad eum vsura modum labitur, quo tempus vendi dicitur.

7. ¶ Tertium cambium dicitur siccum, quorum, aliud est verum, aliud fictum. Cambia sicca vera, multis modis variantur secundum variationem locorum & temporum. Vt do tibi ducatos C. Ianuæ, & hinc ad mensem restitues mihi tot libras, quot valet ducatus Venetiis, vbi verisimiliter plus valebit, licet aliquando minus valeat, tamen vt in pluribus semper plus valet: vel secundum quod aliter tales contractus variantur, quia quasi infinitis modis variari possunt & cum expectatur lucrum propter dilationem temporis, videtur vsura, sicut mutuans granum, quod alio tempore, quo verisimiliter plus valebit, est receptus, & tamè nõ erat illud vsq; ad illud tempus seruaturus. c. Nauiganti, & c. In ciuitate

*Cambium
siccu duplex.*

de vsu. Sicque non est licitus. Similiter quando in tali mutuo intendit principaliter lucrum. Secus videtur quando lucrum ratione interesse, vel expensarum accipitur, vel quia dubium est, quod minus valeat, ex eo quod se periculo exponit, vel quando principaliter facit, ut amico seruiat, & non cum proprio damno tunc videtur licere. Sed quoniam hi casus horum cambiorum sunt dubij, quibusdam Doct. reuentibus licere, quibusdam non licere: ideo oportet semper regulam suprapositam inspicere. Et quia breuiter hæc sunt summata ex Cai. ex Tab. & Sil. ideo vide latius ibi, & verbo, Vsuræ. §. 15. & Sil. Vsuræ. §. 4. & infra, Vsuræ. §. 11. vide aliquid, & circa si. de pagis.

8 ¶ Aliud cambium est siccum, non reale, sed fictum ut cum campfor luerari intendens Petro de genti Romæ certam summam pecuniæ sub nomine cambij de Venetijs vel Londres, & tamen ibi Romæ fienda est restitutio, vtrinque scienter siue fiant literæ, & non præsententur siue non fiant hoc secundum veritatem non est cambium, sed verè mutuum sed nomine cambij palliatum, & sic est vsura.

9 ¶ Fit etiam hoc modo: Petrus egens pecunias recipit a campfore Mediolani C. duc. hinc ad mensem restituendos ibidem, secundum quod tunc valebunt Venetijs, secundum cursum cambiorum decem libræ grossorum, quæ realiter C. duc. æquivalent, sed in cursu cambiorum Venetijs, quandoque excedunt, quandoque exceduntur. Hic secundum veritatem est contractus mutui nomine cambij palliatum, & cum sit spe lacri, est vsura, contra illud Lucæ, Mutuum datur, &c. quia communiter plus valent, ideo hic est, vsura est. Possit tamen excusari campfor, si in promptu haberet cum illis C. duca. cambium pro Venetijs, sed ut seruiat Petro, dat cum hoc pacto, si tamen tale cambium sit secundum se licitum, quod supponitur. Ex Cai. in q. supra. Hæc materia cambiorum est difficilis, & experti mercatores plus de ea sciunt circa practicam, quam plerique Doct.

DE CANONICATV.

- 1 ¶ *Canonicatus non est dignitas.*
- 2 ¶ *Canonicus an possit committere extraneo capituli.*
- 3 ¶ *Canonicus ad canonicæ officium spectantia facere debet.*
- 4 ¶ *Canonicus quando vocem habeat in capitulo.*
- 5 ¶ *Canonicus celebrans pro capellania, an illa hora percipiat distributiones quotidianas.*

§ *Canonicus*

6 ¶ *Canonicus vadens ad horas propter distributiones quotidianas committit mentalem simoniam.*

7 ¶ *Canonici an propria auctoritate possint remouere statuta sua iurata, &c.*

9 ¶ *Canonicus regularis ad religionem monachorum transire potest, non e contra.*

9 ¶ *Canonici quales recipiendi.*

10 ¶ *Acquisita per canonicum cui cedant.*

Canonicus non est dignitas, tamen in magno honore ponitur, in choro, & processione præcedunt Abbatem quia sunt collaterales Episcopis, quamuis Abbas sit dignior, secundum Fely. in c. Pastoralis, de offic. deleg.

2 ¶ *Canonicus non potest committere extraneo, quæ ad tractatum capituli pertinent, ne extraneis secreta capituli reuelentur, sed bene vni canonico. Fel. in c. Non potest, de præscrip. 3. col.*

3 ¶ *Canonicus debet facere quæ ad canonicæ officium spectant. Quod si puer est, per alium faciat. c. 2. de æta. & qual.*

4 ¶ *Canonicus habet vocem in capitulo, nisi sit puer, vel non in sacris, & nõ potest esse laicus. c. Cum M. Ferrariensis, de cõst. in gl. Et non potest agere pro alio canonico, quamuis in canonicatu sint coniuncti, nisi habeat mandatum. Fel. supra.*

5 ¶ *Canonicus habens capellam, dum in ea celebrat, non percipit distributiones illa hora canonicis currentes, quia non ut canonicus, sed ut capellanus celebrat. Fel. in c. Cum olim, de senten. & re iud.*

6 ¶ *Canonicus vadens ad horas canonicas principaliter propter distributiones, mentalem simoniam committit. Fel. in c. Ex parte, el 1. de off. dele. Quando non debent distributiones recipere vide supra, Beneficium. §. 55.*

7 ¶ *Canonici possunt remouere propria auctoritate statuta sua iurata, non autem si sunt per Papam confirmata: & si contraueniant tenent, licet sint periuri. Fel. in c. Cum accessisset, de consti. An Episcopus cum illegitimo possit dispensare, supra Beneficium. §. 33.*

8 ¶ *Canonicus regularis ad religionem monachorum transitus potest, & non e contra, nisi sint laici, secundum Tho. 2. 2. q. 189. ar. 8. ad 2. Intellige tamen prioris petita licentia, ut in c. statumimus, 19. q. 3. Infra Religio. §. 14.*

9 ¶ *Canonici sunt recipiendi literati, seu nobiles viri, secundum glo. in l. Societates, ver. non suppleat. ff. pro soc.*

10 ¶ *Acquisita per canonicum, intuitu Ecclesiæ, seu præbendæ,*

Canonicus quos ordines, habere debeant ponit Cõ. Tri. Sef. 24. c. 12.

Canonicus officium in choro, vide Cõ. Tri. Sef. 24. c. 4.

k 2. bapda,

bendæ, non cedunt successori in præbenda, sed capitulo. Vi. de Abb. in c. relatum el 2. de test.

DE CANONICA PORTIONE.

- 1 Canonica portio de iure debita, & à canonibus approbata est.
- 2 Canonica portio est duplex.
- 3 Canonica portio Episcopo debita quæ sit, & cui debeat, nu. 6. & de quibus, nu. 8.
- 4 Canonica portio & in parte, & in totum potest præscribi, & num. 5.
- 7 Exempti tenentur ad quartam canonicam Papæ.
- 9 Canonica portio an debeat de relictis hospitali religioso.
- 10 Canonica portio non debetur de relictis distribuendis pauperibus, vel pro puellis nubendis.
- 11 Quartam non debetur de relictis particulari loco vel persona.
- 12 Quarta parochialis quando debeat, num. 13. & de quibus, num. 14.
- 15 Quarta an debeat si quis tempore interdicti appellatur apud fratres. nu. 16.
- 17 Quarta de legatis an soluitur ratione privilegij.
- 18 Canonica portio quando peti possit de relictis ecclesie, & quando ratione sepultura, nu. 19.
- 20 Si quis dimissa propria Ecclesia in alia eligat sepulturam, vel transtulit domicilium, cui debetur portio canonica, & c. nu. 22. 23.
- 24 Quarta huiusmodi quomodo sint trahenda.
- 25 Quarta soluitur etiam si testator in vita soluerit.
- 26 Infirmus si transfertur de vna parochia ad aliam, cui debetur canonica portio.
- 27 Episcopus si sepeliatur apud Fratres mendicantes, cui debetur quarta.

Canonica portio, de iure decretorum debita, & à canonibus approbata est. Ideo canonica dicitur. c. de his 10. q. 1. Quando quis elegit sepulturam alibi, quam in sua parochia de omnibus, quæ illo loco, ubi elegit sepulturam, dimittit, sua parochialis Ecclesia debet habere canonicam portionem de iure communi, nisi ex privilegio, vel aliis exceptionibus aliter sit ordinatum, secundum Archiepiscopum Florenti. tertia parte, tit. 10. c. 5. c. Dudum, ele. de sepul.

¶ Canonica portio est duplex, vna quæ debetur Episcopo ab omnibus Ecclesiis diocesis, vt in dicto c. De his. Alia quæ debetur Ecclesie parochiali, in d. c. Dudum, quæ est va-

na

ria secundum varias locorum consuetudines, quæ debent seruari, de sepul. c. Certificari.

3 ¶ Canonica portio quæ Episcopo debetur, secundum Pan. in c. Officij, de testa. no. primo diuersificatur, etiam secundum diuersas locorum consuetudines, quo ad quotam, vt in c. Certificari, de sepul.

4 ¶ Canonica portio in parte, & in totum potest præscribi, & sufficit tempus sine titulo de cuius principio non extat memoria, quia illud habet vim tituli, vt in cap. 1. de præscript. lib. 6. secundum Pan. in d. c. Certificari, vbi etiam dicit se hoc consuluisse, Conc. Pe. de Anch. in tractatu de canonica portione, & hoc verius, quamuis Host. in summa de sepul. Cum Gos. reneat oppositum, & Pe. de Peru. in simili tract. dicat, quod requiritur titulus, vel tempus, cuius contrarij memoria non existat.

5 ¶ Per pactum dictæ quartæ renunciari non potest quando Ecclesia damnificatur, secundum Arc. in cap. Pactum, de pact. lib. 6. Secus si non damnificaretur.

6 ¶ Canonica episcopalis debetur, secundum Pan. in d. cap. Officij, solum ab Ecclesiis Episcopo subiectis, non autem ab exemptis, vel Papæ immediatè subditis, & sic communiter tenetur à Doc. Et hæc est verior opinio; quia hæc quarta datur Episcopo ratione sollicitudinis, quam de Ecclesiis sibi subditis debet habere tantum, vt in capitulo Conquerente, de offic. cr.

7 ¶ Exempti tenentur soluere quartam canonicam Papæ, secundum Pa. in c. Requisisti, de testa. Legatus tamen de latere non potest petere, quia non est diocesanus exemptorum. c. Autoritate, de priu. lib. 6. in glo.

8 ¶ Episcopo debetur quarta de omnibus legatis factis quibuscunque Ecclesiis, vel piis locis, & etiam quarta decimarum, & eorum quæ veniunt occasione funeris, vt in dicto c. Requisisti, & Pa. ibi. Fallit tamen secundum dictum Pet. de Anch. ibi supra, in 7. casib. Primò, in relictis pro ornamentis Ecclesie. vt not. Docto. in c. fi. de test. Inter quæ computatur calices, cruces, paramenta, & similia, secundum Inn. in c. Ad sedem, de restitu. spolia. Secundò, in relictis pro redimendis, vel reparandis dictis ornamentis, secundum Innocen. in c. fin. de testa. Idem si pro libris diuino officio necessariis, vel monumento fiendo. Terriò, in relictis pro fabrica Ecclesie, quæ reparatione indiget, & portio pro fabrica non habetur iufficiens. Secus quando non indiget, secundum

Casus in quibus quarta non debetur Episcopo.

dum Hof. Quarto, in legatis pro luminaribus. Quinto in legatis pro anniuersario annuatim celebrando, in c. Cum creatura. de cel. mis. Similiter pro septimo, vel trigesimo, vel huiusmodi secundum Ho. in c. si. Sexto, in relictis ad cultum Dei perpetuum, ut quod omni anno fiat tale festum, vel in tali capella dicatur omni die vna missa, &c. in c. si. de resc. libr. 6. Septimo secundum Pan. in d. ca. Requisisti, in oblationibus, & in donatione in vita. c. De his: de sepul. Et quando relinquitur intuitu personae: ut quia est filius, vel frater, secundum Host. dummodo non fiat in fraudem: in d. c. Requisisti vel si extant privilegia aliqua, de quibus infra §. 71.

9 ¶ De relictis hospitali religioso id est auctoritate Episcopi constituto, debetur quarta secundum Pan. in d. c. Officij etiam si relictum sit factum pauperibus talis hospitalis, secundum Io. And. quia praesumitur, quod qui reliquit, habuerit respectum ad locum, non ad personam. Si vero relictum fiat pauperibus absolute, sic non debetur quarta. l. Nulli C. de epi. & cle. Si hospitale non est religiosum, & illi cuius auctoritate constructum fuit mortuus est, Episcopus quartam habebit. fm Pan. ubi s. licet diuersae sint opiniones, quia Episcopus habebit curam. Si autem uiuit, non debetur quarta, quia uideretur tunc relictum esse pauperibus simpliciter. Ideo ex hoc sequitur, quod de relictis confraternitatibus siue societariis, non debetur quarta Episcopo, ut tenet Pa. supra.

10 ¶ Si quis relinquat centum scuta distribuenda pauperibus, vel pro puellis nubendis, non debetur quarta c. Ex parte, el. 3. de verb. sig. Secus si relinqueretur ut per aliquod hospitale distribuere, cuius curam habet Episcopus.

11 ¶ De legatis factis alicui, ut singulari personae, ut quando relinquitur clerico administrationem non habenti, vel prelationem, seu alicui canonico, secundum Pe. de Pa. supra, & in d. c. Requisisti, §. fin. vel cum relinquitur leprosis morantibus in tali loco, vel domo, vel heremitis, vel fratribus in aliquo loco morantibus, vel quibusdam mulieribus pro dote, vel uiduis, peregrinis, vel huiusmodi, in quibus cessat. cap. Ex parte, el. 3. de verb. signi. non debetur quarta. Idem tenet Innoc. in capit. Relatum de sepul. Idem dicit de legatis pro male ablatis, quia non sunt legata, sed debita, siue restitutio sit certa, siue non secundum eundem Pe. supra. Idem de legatis Ecclesiae extra diocesim a suo subdito, non debetur quarta. Concordat Abbas. ins d. c. Requisisti. Intellige tamen omnia, nisi consuetudo aliter habeat

qua

quae esset seruanda.

12 ¶ De quarta parochiali standum uideretur Glo. in c. Cum quis de sepul. que dicit, quod vel seruetur consuetudo, vel saltem detur quarta. Ideo si patet de consuetudine, illa seruatur. in c. Certificari de sepul. Si non tantum quarta detur, in cle. Dudum. quamuis aliqua iura dicant medietatem, aliqua tertiam partem. Quo autem ad fratres praedicatorum, & minores determinatum est, quod soluant quartam, reprobata omni alia consuetudine, in d. cle. Dudum. Idem dicit Io. An. quod quartam soluant, & non ultra. Vide infra §. 17.

13 ¶ Potest etiam ex consuetudine introduci ut nihil soluatur, sicut supra de canonica portione Episcopi dictum est.

14 ¶ Quarta parochiali debet solui de omnibus, quae ueniunt ratione funeris & delegatis factis Ecclesiae, apud quam electa est sepultura in d. cle. Dudum, & de sepul. per totum. Fallit tamen quando consuetudo est in oppositum, secundum Pe. de Peru. supra, & in illis 7. casibus dictis supra, de quibus quarta Episcopalis non soluitur. in cap. si. de test. Et quando Ecclesiae donatur inter uiuos. c. de his, de sepul. lib. 6. §. si vero. Et quando sepultura electa in aliquo monasterio, sanus existens, illud intrat animo mutandi vitam, & magis si profiteretur, quia tunc desinit esse parochianus alterius Ecclesiae, secundum An. in cap. Beneficium, de regula. lib. 6. Idem dicit de leproso, qui intrauit domum leprosus, secundum Gen. non debetur quarta. Secus de eo, qui recipitur in confraternitatibus, quia retinet proprium. cap. Cum & prelatum, de privilegiis, quia debetur quarta. Secus cum reseruato sibi tantum usufructu, donat bona sua, quia tunc gaudet privilegio religionis, c. Cum privilegia, de privilegiis. De nouitio infra, Nouitius. §. 8. Item quando quis legat Ecclesiae, in qua non sepelitur, non debetur quarta, secundum Pan. in c. pe. de sepul. Et est uerior opinio.

15 ¶ Si quis ex eo quod Ecclesia erat interdicta vel ciuitas sepelitur apud fratres, ipsis fratribus inuitis, cum multis oblationibus non debetur quarta secundum Fed. conf. 19. pro Ge. in d. c. de sepul. li. 6. quia talis tempore interdicti, non potuit eligere sepulturam apud fratres, ut not. Inn. in d. c. Cum & prelatum. Immo dicit idem Fed. quod si fratres mendicantes sponte sepelirent, quamuis de violatione interdicti tenerentur, non tamen de quarta. Unde dicit Inn. in c. Nostra, de sepul. quod quando non de iure, sed de facto quis sepelitur

k 4

debetur

debetur corpus, & omnia quæ ratione sepulturæ facta sunt, sed non legata facta.

16 ¶ Parochialis Ecclesia si ex culpa sua, & non parochianorum, est interdicta & aliquis eligat sepulturam apud aliam Ecclesiam, vel sepeliatur ratione suorum maiorum non debetur quarta, vt no. Ge. in c. 1. de sepul. lib. 6. Idem si quis reuocet electionem sepulturæ, & non legatum & alibi sepeliatur, quia paria sunt non eligere, & electam mutare. Ita consulu it Fed. consi. 10. non deberi quartam. Item quando elegit, sed non sepelietur ex facto hæredum, vel ex facto contingenti, non debetur quarta, quia verba sunt intelligenda cum effectu. ff. quod quisque in l. j. & ita tenet Fed. supra. dummodo hæc non fiant in fraudem. Ber. in d. c. De his: dicit se circa hoc dubitare. Ge. verò videtur aduersari.

17 ¶ Item ratione priuilegij non debet solui quarta delegatis. dicta cl. Dudum. Et tales sunt fratres prædicatores, & minores per priuilegium Benedicti 11. quod incipit, Inter cunctas. Non enim tenentur de rebus, & legatis ad canonicam portionem, nec ad quartam episcopalem & per priuilegium Gre. 11. quod incipit, Virtute conspicuos, non tenentur de his, quæ legantur pro ornamentis, libris, fabrica, luminatis, anniuersariis, septimo trigesimo, pitantiis, victu, indumentis, annuis censibus, redimendis, domibus, prædiis, hortis, aliisque locis, &c. Et Sixtus quartus, in priuilegio quod incipit, Regimini. determinat quod de candelis, quæ dantur in manibus fratrum, non soluatur quarta. In priuilegijs minorum Iulij secundi, neque quarta funeralis datur, quibus priuilegijs fratres prædicatores gaudent, per breue concessum magistro Th. Caie. à Leone 10. quod incipit. Cum inter, &c.

18 ¶ Si defunctus suæ Ecclesiæ parochiali reliquit 30. hoc modo, vt sit illis contenta, Ecclesiæ autem in qua elegit sepulturam mille, vel huiusmodi, si sacerdos sciuit legatum, & recipit, videtur renuntiare iuri suo, nec potest ultra petere secundum Ray. Si vero absolute relinquat, & sacerdos absolute recipit, poterit de reliquis portionem canonicam petere, c. Officij de testa. nisi appareat de intentione testatoris, quod noluerit hoc in sortem poni, & tunc poterit supplementum petere. Idem intelligas de quarta Episcopali.

19 ¶ Socrates elegit sepulturam in Ecclesia parochiali, & nihil ei in testamento reliquit, alteri autem Ecclesiæ multa legat, si est consuetudo, quod eligens sepulturam in propria Eccle-

Ecclesia aliquid relinquat ei, secundum Ray. potest ab hæredibus illud petere, non iure actionis, nec differendo propter hoc sepulturam sed superiorum auxilium implorando. c. Ad apostolicam, de simo. Si autem non est consuetudo, exceptis funebribus nihil potest petere, nisi deprehenderetur dolus.

20 ¶ Si quis dimissa Ecclesia, in qua sui maiores sepeliebantur aliam pro sepultura elegit, Ecclesiæ demissæ non debetur portio canonica: sed Ecclesiæ, in qua consuevit recipere sacramenta. c. Cum quis, de sepul. lib. 6. quia illi ecclesiæ debetur. Si verò quis transtulit domicilium & moritur antequam nouum domicilium acquirat, debetur ecclesiæ parochiali in qua moritur, secundum Arch. in c. 1. de sepul. lib. 6. quia ibi debet sepeliri, nisi alibi elegerit. Inn. verò in c. Nos de sepul. dicit quod ecclesiæ cathedrali debetur. Si autem in diuersis locis habet domicilium, diuidetur, & hoc est æquum, secundum Inn. & Host.

21 ¶ Si quis in vna ecclesia audiat diuina, & in alia recipiat sacramenta, dabitur ecclesiæ in qua recipit sacramenta. Ar. in d. c. Cum quis, de sepul. Quia ista dantur parochialibus ecclesiis, nisi de consuetudine aliter appareat. Et hæc opinio verior est quam sequitur Pisa. ver. Sepultura. §. 3. & Archie. Flo. Licet quidam dicant, quod debet diuidi, si vtraque habet cœmeterium & curam.

22 ¶ Si quis in plebe tantum accipiat baptismum, reliqua verò sacramenta in capella, tunc superior arbitrabitur, quis horum plus labore, secundum Pan. in d. c. De his, vbi hoc dubium mouet.

23 ¶ Quando quis in sua parochia propter longam vacationem non potest audire, nec recipere, sacramenta, & alibi sepulturam eligit, non debetur quarta, secundum Bal. in suo tractatu. Quia cum quarta pro labore detur, vt in cle. Dudum, de sepul. cessante labore, debet cessare merces. Et hæc opinio melior, quamuis Ho. & Io. And. in c. Relatum, de sepul. teneant quod debetur.

24 ¶ Quare huiusmodi sic extrahende sunt secundum Ho. in sum. de sepul. Primo, quarta episcopalis, quia antiquior de mum parochialis, si venit extrahenda, quæ si prius extracta fuisset, Epus habebit quartam quartæ & quartam de reliquis.

25 ¶ Si testatur in vita soluit, nihilominus soluetur quarta secundum Arc. Fl. & Io. Pau. quia videtur soluere vt legatum.

26 ¶ Si infirmus facit se transferri de vna parochia ad aliam, non propter hoc prima Ecclesia priuatur canonica portione

k 5 secundum

Quarta pro labore datur, id vbi non fuit labor, nec debet esse merces.

secundum Ray. ar. in d. c. de his. Et secundum Archie. Fl. p. r. rantes relinqui his qui non soluunt quartam, tenentur ad re-stitutionem eorum in quibus fraudatae sunt Ecclesiae paro- chiales coram Deo.

27 ¶ Si Episcopus sepeliatur apud fratres mendicantes, quarta debetur Ecclesiae cathedrali, quae est eius parochia ubi debet sepeliri, quando eligit alibi sepulchrum, secundum Fran. in d. cle. Dudum.

DE CANONIZATIONE.

1. Colere aliquem pro sancto quomodo liceat, & similiter reli- quias. num. 2.

3 In canonizatione sanctorum pie credendum est ecclesiam non errare.

De san-
ctorum in-
vocatione
vide Con-
Tri. Sess.
22. c. 3. &
Sess. 25. c.
Mandat
sancta.

C Olere aliquem pro sancto non licet sine licentia Papae, secundum c. 1. de reli. & vene. san. etiam si in vita miracula fecisset. Intellige pro sancto & publice secus si secrete quis orat aliquem quem beatorum credit, secundum Inri. in c. 2. eo. ti.

2 ¶ Non licet venerari reliquias novas publice, & tanquam sanctorum, in d. c. 1. Neque reliquias illorum, de quibus du- bium est an sint sancti, per d. c. Et haec no. Pa. in d. c. 2.

3 ¶ In canonizatione sanctorum pie credendum est iudi- cium Ecclesiae non errare, secundum Tho. q. 6. ar. si. & Gl. in c. Vnico, de re & ve. san. li. 6. De veneratione imaginum san- ctorum dictum est supra Adoran. §. 6. & infra Imago. §. 2.

DE CANTU.

1 Cantus quare inuentus.

2 Cantores & sonatores quando melioribus possunt vacare, debent cantum praetermittere.

3 Organa & instrumenta musicalia an sint sonanda.

4 Cantans vel pulsans vana in diuinis officijs quando commit- tat mortale peccatum. & nu. 5. & 9.

Cantus si
sunt soli
ad dele-
tatione,
sunt illic
et.

C Antus ad hoc inuentus est, secundum Th. 2. 2. q. 91. ar. 1. vt affectus hominis prodetur in Deum: & quia ex diuersis melodijs animi hominum diuersimode disponun- tur (vt dicit Boer. in prologo musices.) Ideo salubriter can- tus in Ecclesia fuit institutus, vt infirmorum animi ad de- uotionem prouocentur. Si vero cantus solum ad delectatio- nem fiunt, vel trahunt, sunt vituperandi, & non liciti, vt in c. Cantantes. 20. dif. & secundum Au. c. 10. lib. confel. sed ma- gis vitandi sunt, qui ad lasciuiam prouocant, quia contra in- tentionem instituentis sunt.

2 ¶ Quando

2 ¶ Quando sonatores & cantores huiusmodi meliorib. possunt vacare vt praedicationibus, confessionibus, studio, & huiusmodi debent his vacare, & sic intelligitur c. Sancta Romana Ecclesia 13. di.

3 ¶ An autem organa vel instrumenta musicalia sint so- nanda, videtur dubium, quia S. Tho. 2. 2. supra art. 2. ad 4. di- cit huiusmodi magis mouere animum ad delectationem, quam formare interiorem bonam dispositionem, & quod patres in testamento veteri utebantur illis, quia populus e- rat rudis, & durus, & in figuram.

4 ¶ Cantans, seu pulsans in instrumentis musicis in diui- nis officijs vana, ex intentione ingerendi illa vana, & pro- nocatoria ad impudicitiam, & huiusmodi, manifeste est mor- tale peccatum, non solum in diuinis, sed etiam extra ex ge- nere suo. Si vero sunt tantum vana, talis sonus, vel cantus dupliciter contrariatur diuino cultui. Primo quia non exci- tat mentem ad deuotionem, sed ad vana, quod est contra- rium actui diuini cultus. Secundo, quia cultus Dei reddendus per canentem vel pulsantem falsificatur, & isti actus ad primam superstitionis sperentiam spectant, quia Deo cul- tus indebito modo exhibetur, & quia superstitio ex suo ge- nere peccatum mortale est, ideo pulsare, vel cantare in diui- nis officijs ex intentione, siue mala siue vana, huiusmodi vana, ex suo genere mortale est. Si quis tamen nesciens pro- pter hoc iniuriam facere diuino cultui, & si crederet nullo modo faceret, sed tantum credit esse vanam, & gratia vanae delectationis hoc facit excusaretur a mortali superstitioso. infra Organum, per totum.

5 ¶ Qui ex intentione inter diuina talia miscet, quae si ex- primeret verbis a mortali non excusaretur, a grauissimo & forte mortali peccato non excusatur, iniuriam enim rebus sa- cris facit, quod est species sacrilegi, ex alia parte loco sacro iniuriam infert.

6 ¶ Si vero haec praeter intentionem cuiuscunque mate- riae, sed solum intentione soni vel cantus fiant, tunc non erit secundum se peccatum, sed ratione vsus, vel euentus, potest esse peccatum, vt si vsus talis soni est comuniter ac- comodatus ad materiam excedentem sacra, vel si ex hoc co- muniter animi ad vana excitantur, & posset esse mortale, vt si esset multum ad venerea excitatiuus, vel multum distra- ctiuus. Si tantum in supradictis interueniret scandalum pu- llosum, esset dimittendum. haec est Caic. in 2. 2. q. 91. ar. vlt.

Vide

Cantus
lasciuus in
celebratio-
ne missa-
rum veta-
tur. Con-
Tri. Sess.
25. cap.
Quanta
cura.

Vide infra Organum per totum. Ambrosius auctore Aug. lib. 6. confe. in Ecclesia Mediolanen. cautum instituit, quem non instituisset, si esset illicitus. Consuetudinem ergo Ecclesie bonam sequamur.

D E C A P I T V L O.

- 1 Capitulum qui præsit.
- 2 Capitulum sede vacante quæ possit.
- 3 Capitulum consistit in maiori, & saniori parte, & quæ ea dicatur. num. 4.
- 5 Prælatu sine consensu capituli quæ facere non possit.
- 6 Episcopus in negotio ecclesie tenetur petere consilium capituli.
- 7 Capituli consensus requiritur in alienatione rei ecclesie.
- 8 Capitulum in qua iurisdictione succedat.
- 9 Capitulum quando succedat in auctoritate Episcopi.
- 10 Canonice subscriptio in capituli tractatibus an requiratur.

IN capitulo prælatu religiosus præest, sicut iudex ecclesiasticus in foro iudiciali super illos qui sunt suæ iurisdictionis. Vnde ad ea potest ex præcepto subditos obligare, ut ei pandantur illa propter quæ potest iudex ecclesiasticus in foro iudiciali iuramentum exigere. Th. q. 1. q. 8. ar. 2.

Capituli officium sede vacante habetur in Con. Tri. Ses. 24. c. 1. & cap. 36.

2 ¶ Capitulum sede vacante absolueret potest ab excommunicatione à iure, vel ab homine, à qua Episcopus potest, nisi à sede Apost. sit ei specialiter interdictum, ut in c. Vnico. de maio. & obe. 6. lib. 6. Dare etiam confessorem & absolueret à casibus Episcopo reseruat, ut no. Pa. post Fed. c. cum olim. de maio. & obe. non tamen succedit in alienatione, supra, Alienatio. §. 22. In visitatione tam generali, quam speciali, secundum Pan. succedit, licet Io. And. teneat quod non in generali, in cle. 1. de hæret. Nec in visitatione monasteriorum exemptorum monialium, secundum veriore opinionem. Nec in priuilegiis indultis dignitati, quia priuilegium non excedit personam. c. Sanè de priu.

3 ¶ Capitulum consistit in maiori, & saniori parte, ideo rotum capitulum dicitur facere, quod hæc pars facit. c. Cum in cunctis. de his quæ fiunt à ma. par. c. Nisi quando aliquid commune est pluribus, ut singulis, & non ut collegiatis, tunc oportet quod singuli consentiant. c. Omnes. de con. in Glo. Secundò, quando maior pars capituli deliquit: propter quod potestate est priuata. c. Cum nobis. de ele. tunc tota aucto-

ritas

ritas capituli manet in minori parte quæ non deliquit, ut not. Pan. in c. 1. de his quæ fi. à ma. Tertio in Roma. Pon. electione, ubi necesse est duas partes consentire. c. Licet. de electio. Vide c. Cum inter. de elect.

4 ¶ Maior, & sanior pars capituli dicitur illa quæ meliori rationi innititur, & pietati. c. Sana quippe. dist. 9. Standum tamen semper est maiori parti, nisi probetur in contrarium. c. Nullus, dist. 60.

5 ¶ Sine capitulo instituere aliquid, vel destituere vel negotia Ecclesie tractare prælatu non debet, & est casus litalis in c. Nouit: de his quæ fi. à præl. Quia prælatu, & capitulum sunt vnum corpus, ut not. Pan. Et in fauorabilibus, vnum comprehenditur in alio, non autem in pœnalibus, & odiosis.

6 ¶ In negotio Ecclesie Episcopus tenetur petere consilium capituli, sed non consensum, & gesta per Episcopum sine consilio, ipso facto sunt nulla, ut not. Pa. 3. nisi consuetudine existente in contrarium. c. 3. de consue. l. 6. & nisi in paruis, quæ per prælarum solum possunt fieri, ut no. Inno. in c. fi. de ma. & obe. Et nisi causa rationabili, quam arbitrabitur bonus homo, in qua prælatu etiam in arduis non tenetur petere consilium, secundum Pan. ibidem. Vide Pan. in c. Quanto, de his quæ fi. à ma. par. cap.

7 ¶ Capituli consensus requiritur secundum Pan. in d. cap. Nouit. de his quæ fi. à præl. primò in alienatione rei Ecclesie cathedralis. Inferioris autem Ecclesie, si Episcopus non alienat, consensus Episcopi, & collegij illius Ecclesie, si habet, requiritur. Secundò in omnibus casibus concernentibus Ecclesie præiudicium, requiritur consensus capituli. & in his quæ communiter ad Episcopum, & capitulum spectant, & in concernentibus præiudicium capituli. c. Ad hoc. de off. or. Regulariter autem consilium sufficit, non tamen requiritur in notoriis. Vide aliquid supra, Alienatio. §. 6.

8 ¶ Cum iura dicant capitulum succedere in iurisdictione, & non distinguant inter voluntariam & contentiosam, teneri potest, secundum Pa. capitulum posse dare indulgentias, de quibus in c. Cum ex eo. de pœ. & re. Si tenetur quod sint iurisdictionis, prout communiter tenetur, & de mente S. T. in 4. sent. dist. 20.

9 ¶ Si episcopus habet auctoritatem doctorandi ex priuilegio spiritali, hæc ptas non transit ad capitulum, secundum Pa. Si autem à iure communi, secundum op. quam sen-

Capituli consensus quando requiritur.

tit Hof. vt Gl. in cle. 2. de magi. tunc succedit.

10 ¶ In capituli tractatibus non est necessaria canonicorum subscriptio regulariter, vt dicit Pa. in d. c. Quanto, nisi in his, quæ in iure exprimentur, vtile tamen est, secundum Bald.

DE CARCERE.

1 Carceri quomodo quis tradi, aut ibi detinere possit.

2 Clericum de nocte inuentum familia prætoris capere potest.

3 Incarceratus quando fugere possit, & quando non.

4 Incarceratus iustè, vt fame moriatur, si sibi occultè ministratur cibus, an comedere possit.

5 Incarcerari non potest cedens bonis pro debito.

6 Contractus per incarcerationum facti an teneant, & quando, & quomodo remissuè.

Carceri aliquem tradere, vel quocunque detinere nõ est licitum, nisi fiat secundum ordinem iustitiæ, aut in pœnam, aut ad cauelam alicuius mali vitandi secundum Th. 2. 2. q. 65. ar. 3. Detinere autem aliquem ad horam ab aliquo malo statim per eum perpetrado, vt cum quis aliquem includit, ne se occidat, vel similia, cuiuslibet est licitum, & qui secus faciunt, secundum leges puniuntur. C. de priua. carce. l. vnica. Et tales tenentur de damno & iniuria, c. pœnale. 14. q. 5. Et mortaliter peccant, quia notabilem iniuriam proximo inferunt, vt pote priuando eum libertate.

2 ¶ Clericum inuentum de nocte, familia prætoris potest capere, & detinere, secundum Pan. in c. Vt fame. de sen. ex. Quia verisimiliter potest timeri delictum committendum. Nec incurrit excommunicationem, si post modum præsentat suo prælato, quia hic non potest notari diabolica suasio. Idem videtur de capiète clericum debitorẽ suum fugiète. Immo, vt dicit Inn. habens clericum seruientem suspectum de furto, potest illum detinere, scilicet ad tempus, vt præsentate prælato, infra, Excommunicatio prima.

3 ¶ Incarceratus iustè pro debito, vel alterius offensa citra mortem, non potest fugere, sed tenetur facere pœnitentiam, & satisfacere. Si verò ad pœnam sanguinis detinetur, potest fugere siue offensa, vel resistantia alterius, aliter non potest sine peccato fugere, nec frangere carceres secundum Tho. 2. 2. q. 69. ar. 3. licet Hen. de Gan. Quol. 9. art. 25. dicat quòd nõ licet frangere vincula, &c. quia hoc esset resistere iudici. Sed hoc impugnat Caie. ibi. 2. 2. dicens, quòd potest frangere vincula, &c. Et alij, ad quos non pertinet cum custodire, possunt

*Carceri
mancipare
quando
persona
priuare
liceat.*

*Clericus
quando
carceri
dari possit
absque
excommu-
nicatione.*

*Carcerato
quando
fugere li-
ceat.*

possunt adiuuare ministrando instrumenta, vt limam, malleum, &c. Aliud enim est resistere Iudici, aliud frangere, & ruptio vinculorum ad fugam pertinet, & custodibus impudandum est, qui non benè custodierunt.

4 ¶ Incarceratus iustè, vt fame moriatur si sibi occultè ministratur cibus, potest comedere. Potest etiam, si vult, non comedere sine peccato, secundum vnã opin. & patienter mori. Nec etiam peccant si damnato secretè cibum ministrantes, dum tamen non sint carceris custodes, neque ob hoc exponant se magno periculo. Nullus tamen tenetur sic damnato cibum ministrare, & sine periculo, quamuis sit in extrema necessitate. supra Accusatio. §. 21. Caiet. tamen 2. 2. q. 69. ar. vlt. dicit quòd tenetur comedere & bene dicit. Vide supra. Accusatio. §. 21. An iurans redire ad carcerem, teneatur, supra Accusatio. 20.

5 ¶ Cedens bonis pro debito, non potest incarcerationi, quia secundum Pan. in c. Lator. de pig. non potest quis etiam per pactum carceri se obligare pro debito, renunciando beneficio cessionis bonorum, quia est contra bonos mores. Vide tamen, si placet. Tab. & Sil. ver. Carcer. §. 3.

6 ¶ An contractus per incarcerationum facti teneat, & quando, & quomodo, vide Pan. in c. Accedens. de procu. per multas conclusiones.

DE CHARITATE.

1 Charitatem omnes de præcepto habere debent.

2 Amare Deum propter mercedem, est mortale.

Charitatem omnes tenentur habere sub præcepto secundum Th. Virtu. q. 25. ar. 7. amando Deum super omnia, & proximum, siue amicum, siue inimicum, sicut seipsum, id est, ad eundem finem vitæ æternæ. Etiam peccatores, & infideles, non quo ad peccatum, sed quo ad naturam, & secundum quòd nobis vitæ æternæ socij esse possunt, & eis tenemur opera pietatis exhibere in articulo necessitatis, & semper animum paratum habere ad eis subueniendum in tali articulo. Item eis exhibere signa amoris in communi, vt quando pro aliis oramus, vel aliquod beneficium communiter exhibetur, eos non excludamus. Hoc enim pertinet ad liuorem vindictæ, quæ prohibetur Leuit. 19. vbi dicitur, Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum. Hoc. n. esset mortale. Particulare autem signum non tenemur exhibere, nisi

*Cibum ministrantes
damnato
vt fame
pereat, nõ
peccant.*

*Proximo
quomodo
diligentis.*

Leuit. 19.

Inimicus
quomodo
diligendus.

Actio iu-
ris contra
iniurian-
tem, non est
remitten-
da nisi
satisfiat.
Deo serui-
re propter
mercedem,
tempora-
lem prin-
cipaliter,
est pecca-
tum.

nisi in articulo necessitatis extremæ (prout dictum est) vt loqui cum inimico, vel respondere, seu familiariter conuer-
sari, nisi quando propter hoc graue scandalum orietur. Imò
quandoque bonum est eis non loqui vt humilientur, & se
recognoscant, dummodo tollatur rancor de corde, & sit de-
bita animi præparatio. Petenti autem veniam verè, & non
simulatè, parcendum est. Non tamen tenetur remittere
actionem iuris contra iniuriantem, nisi pro iniuria satis-
fiat, vt si diffamauit, vel accusauit falsò, &c. Vide Caiet. 2. 2.
q. 25. art. 8.

¶ Amare Deum principaliter, & finaliter, & seruire ei
propter mercedem temporalem, vel æternam, est mortale.
Secundariò autem potest propter hæc amari, secundum
Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 2. & 3. Senten. dist. 19. quæst. 1. art. 4.
Charitas per quodlibet peccatum mortale perditur, per pœ-
nitentiam restauratur, secundum Thom. in pluribus locis.

DE CASV.

- 1 Casuum nomine quid veniat.
- 2 Papa concedente in gratijs omnes casus Papales, veniunt etiam
censura.
- 3 Censura non includuntur sub nomine casuum.
- 4 Simoniacus obtinens absolutionem à sacerdote, potest absolui.
- 5 Casus Episcopo certi reseruati qui sint, & qui ex consuetudi-
ne. num. 6.
- 7 Fratres Prædicatores expositi possunt absolueri ab excommu-
nicatione maiori sicut parochiani.
- 8 Blasphemia quantumcunque publica non reseruatur episcopo.
- 9 Restitutio centorum, & incertorum an pertineat ad episco-
pum.
- 10 Matrimonia clandestina ad quos pertineant.
- 11 Peccatū per quod incurrit irregularitas quis possit absolueri.
- 12 Usurarij à quo possint absolui.
- 13 Episcopus plures casus reseruare non potest.

Exceptio
firmat re-
gulam in
contra-
rium.

Casuum nomine propriè intelliguntur peccata tantum:
ideo si Episcopus concedat absolutionem à casibus &
nil aliud dicat, propter hoc non concedit absolutionem ab
excommunicationibus vel votorum commutationem vel
dispensationem super irregularitate, nisi aliter de eius men-
te constet, vel in concessione casuum reseruet sibi aliquam
excommunicationem, vel votum, vel aliquid huiusmodi,
tunc aliæ intelliguntur concedi, quia exceptio regulam
firmat

firmat in contrarium. 32. q. 7. c. dominus. de quo Pa. in cap.
Quoniam. de coniu. le. pro. Quod intellige in his, quæ sunt
eiusdem generis. Vnde reseruata vna excommunicatione,
non conceditur dispensatio voti, seu irregularitatis, quia
sunt diuersorum generum.

¶ Quando Papa in gratijs concedit omnes casus papales,
tunc casus extenditur ad censuras: quia nullum peccatum
est adeò graue, quod Papæ reseruetur, nisi ratione censuræ.

¶ Quando in bullis dicitur, vel gratijs, quòd possit elige-
re confessorem, qui possit absolueri ab omnib. casibus non
intelliguntur censuræ, nisi dicatur, & censuris, quæ nomine
casuum non veniunt, vt diximus.

¶ Si quis excommunicatus ob simoniam, obtinuit abso-
lutionem, simplex sacerdos potest ipsum à peccato absolue-
re, & sic de alijs, quia ratio reseruationis cessat. Et qui se-
mel est absolutus à reseruatis, quamuis fuerit fictus, vt quia
sine aliqua contritione fuit confessus, postmodum poterit
absolui à simplici sacerdote de dictis reseruatis, quia semel
fuit iudicatum ante tribunal, cui erat reseruatum crimen,
secundum Caiet. in ver. Casus.

¶ Casus Episcopo reseruati, secundum diuersos Doctores
sunt varij, sed isti sunt certi, videlicet percussio clerici vio-
lenta, etiam leuis, vt in c. Peruenit. de sen. exc. Si vero sit gra-
uis, non potest etiam Episcopus, sed Papæ reseruatur: vide
infra, Excom. 1. secundus est Peccatum, per quod inducenda
esset solennis pœnitentia. 26. q. c. vlt. sed hic non est amplius
in vsu. Ideo vacat, & per solennem pœnitentiam non intel-
ligitur tantum publica, sed illa, de qua dicitur, in c. In capi-
te. dist. 50. Nam publicam potest etiam sacerdos imponere
pro peccato publico, secundum Th. 4. sen. di. 14. & Host. Ter-
tius est de incendiarijs, qui malo animo incenderint, vel hoc
fieri fecerint, vel suaferint, in c. Pessimam. 23. quomodo 8. qui
etiam sunt excommunicandi. Quartus est dispensatio su-
per quauis irregularitate quæ ad Episcopum, vel Papam
tantum pertinet, secundum Tho. 4. sent. di. 19. Quintus est
Peccatum, à quo Episcopus rationabiliter noluit absolueri.
di. 21. c. Inferior. Aliqui ponunt excommunicationem ma-
iorem, sed dico, quòd sacerdos parochialis potest absolueri
ab excommunicatione maiori iuris, quam conditor legis
sibi non reseruatur, nec alteri. Hoc etiam Sil. ver. Absolutio. 1.
§. 3. Excommunicatio, 8. in principi. tenet Bonau. in 4. di-
stin. 8. & est cum S. Thom. Sequitur Innoc. & Host. in cap.

Bulla Pæ-
tificum,
quomodo
intelligē-
da.

De casu
reserua-
tione; vi-
de Con-
de Con-
Trid. Sess.
14. c. 7.

Casus re-
seruati
Episcopo
qui sint.

Nuper. de sentent. excom. Absolutio. §. 35. supra.

*Casus
servati
Episcopo
ex appro-
bata con-
suetudi-
ne.
Veritatē
occultare,
quid sit.
Testis ac-
cipiens
pecuniam
ut verum
testatur,
tenerur
crimine
falsi.*

6 ¶ Casus aliqui Episcopis dicuntur referuari de consuetudine quæ sunt varij, secundum quod quidam plures, quidam pauciores referuare consueuerunt. Benedictus tamen II. declarauit quinque, videlicet Homicidium consummatum. Secundum est Peccatum falsariorum, seu falsorum & hoc sumendo strictè hoc nomen, quia sumus in materia pœnali, quo crimine tenentur, secundum notata per Doct. in cap. I. de crimine fal. non solum falsantes literas, vel scripturas, sed etiam testis falsus, & non solum dicens mendacium, sed etiam occultans veritatem. Quod intellige secundum Pan. ibi, quando interrogatur super aliquo articulo, & dicit se nescire, vel quando iurauit dicere meram & puram veritatem, & multa subtrahit. Eadem pœna tenerur, & crimine, testis accipiens pecuniam, ne restetur, vel ut verum dicat testimonium, vt in l. i. ff. eo. tit. & ibi Bart. dicit Glo. tenere, quod testis accipiens pecuniam, vt testificetur, tenerur crimine falsi, sicut dicimus in Iudice accipiente pecuniam, vt veram sententiam ferat. ff. de con. ob tur. cau. l. 2. Idem dic de notario, & aduocato, vel procuratore, qui instrumēta vnius partis alteri ostendit. in d. l. i. §. Qui depositam. Tertium est Peccata violatorum ecclesiasticæ libertatis, qui hodie per processum curiæ sunt excommunicati. Quartum, est violatorum immunitatis ecclesiasticæ qui scilicet proximum offendunt in persona, vel in rebus in loco sacro, & sunt excommunicandi. cap. Si quis 17. q. 4. Et ita omne sacrilegium videtur casus episcopalis, Quintum est Sorilegium, diuinitio, incantatio, & huiusmodi. 16. q. 1. cap. 1. Alij vero ponunt alios casus, qui sunt dubij, videlicet blasphemiam publicam, votum, matrimonium clandestinum, aut contra interdictum Ecclesiæ contractum vsuram manifestam, & incertorum restitutionem.

*Parochia
ni possunt
absolueri
ab excom-
municati-
one ma-
ori.*

7 ¶ An fratres prædicatores, & minores expositi secundum cap. Dudum. possunt absolueri ab excommunicatione maiori, sicut parochiani; quia in cap. Religiosi. de priui. dicitur quod religiosi, qui excommunicatos absoluerint, excommunicationis sententiam incurrant. Respondeo, quod est vna oppositio, quam credo veram. Nam in d. c. Dudum. de sepult. cle. Papa concedit dictis fratribus æqualem auctoritatem in absolutione cum parochialibus: cum ergo ipsi parochiales possint (vt dictū est) fratres possunt. c. Aut religiosi

allega

allegatum est contra religiosos non electos, vel presentatos, secundum formam. c. Dudum. Vnde Io. de Lig. super c. Omnis. dicit quod dictum c. Religiosi. intelligitur de referuatis Episcopo in iure, & non aliter. Non tamen possunt dicti fratres, nisi habeant priuilegium, absolueri a sententiis synodalibus, nisi tales sententiæ fierent in fraudem, vt scilicet fratres haberent minorem auctoritatem, quam detur eis à Papa. Quomodo habent priuilegium, vide supra. Absolutio. §. 21. vsque ad 26.

8 ¶ Blasphemia quantumcunque publica, non referuatur villo iure Episcopo, secundum Tho. 4. sen. dist. 19. q. 1. nisi ratione solennis pœnitentiæ, quæ non est amplius in vsu (vt dictum est) neque in Sess. 9. Concilij Lateranen. sub Leone X. ponitur inter referuatos casus neque sortilegium, licet Benedictus II. ponat inter illos qui sunt de consuetudine. Neque commutatio votorum: possunt enim parochiani dispensare, & commutare vota minora, vt peregrinationum, ieiuniorum, & huiusmodi, dummodo non sint referuata, quia hæc relinquuntur arbitrio præsentis, vt in c. i. eo. tit. de quorum numero sunt parochiani, secundum Tho. & Host. Oppositum tamen tenet Pa. in c. i. eo. tit. & consuetudo in contrarium est, sed de iure loquor. Nam neque Benedictus II. hunc inter alios casus numerat. Religiosi tamen licet à transgressione voti possint absolueri, non tamen dispensare, vel commutare vota, quia non sunt præsentis respectu secularium, licet habeant æqualem auctoritatem cum parochianis, respectu absolutionis, sub qua non continetur dispensatio, vel commutatio votorum. Si tamen conceditur eis ab Episcopo, vel ex priuilegio, vt supra dictum est, possunt. vide supra. Absolutio. §. 26.

9 ¶ Restitutio certorum, vel incertorum, cum sit de lege nature, non pertinet ad Episcopum, sed quilibet potest per se restituere. Et si eger consilio, potest Episcopum, vel sacerdotem consulere. In hoc conueniunt communiter Summistæ. Pa. in c. cum sit de Iudæ. Io. An. Archie. Flo. 2. par. tit. 2. c. 4. infra, Restitutio. §. 20. & 39.

10 ¶ Matrimonia clandestina absolueri potest sacerdos in foro pœnitentiæ, sed quo ad forum contentiosum, ad Episcopum pertinet. Eodem modo potest de homicidio absolueri, vt in c. Deus. de pœ. & re. Et S. Th. in 4. sen. di. 19. vbi supra, non computat inter referuatos, non tamen expedit, quod absoluat ob grauitatem facinoris, sed ad superiorem

*Solennis
pœnitenti-
a non est
amplius
in vsu.*

*Voti trans-
gressio ab-
soluti po-
test, non
autem vo-
tum.*

*Restitu-
tio incer-
torum non
pertinet
ad Epi-
scopum.*

*Homici-
dij abso-
lutio fa-
cta tenet.*

remittat; nihilominus si absoluit, tenet absolutio.
11 ¶ Potest etiam sacerdos absolueret a peccato, propter quod incurritur irregularitas, licet ipsa irregularitas ad superiorem pertineat; ut clarè dicit Th. 4. sen. vbi supra q. 1. ar. 4. q. 2. ad 2. Nec obstat declaratio Benedicti, quia est reuocata, ut habetur in c. Dudum de sepul. in cle.

12 ¶ Usurarij non Iudæi, sed Christiani, facta restitutione vel data cautione si possunt, a parochiano possunt absolui nec est casus episcopalis. Nec obstat c. Quanquam. de usu quia tantum de Iudæo loquitur, aliæ opiniones sequuntur viam communem. Tene quod placet.

13 ¶ Episcopus, quo ad fratres priuilegiatos, per c. Dudum non potest plures casus reseruare, quia hoc esset eorum auctoritatem, quam a Papa habent restringere, quod non potest, sed sufficit quod dicti fratres seruent casus de iure Episcopo reseruatos, ut dictum est supra. Absolutio. §. Quo autem ad curatos, & alios non priuilegiatos, potest, licet peccet, si sine rationabili causa faciat. Sacerdotes ergo conentur habere casus ab Episcopo, & secundum taxationem eiu faciant, & in dubiis securiorem partem teneant. Vide infra Dispensatio. §. 26. Caueant confessores, ne ab his quæ non possunt, absoluant, & sciant quid & quantum possunt.

DE CASU FORTUITO.

- 1 Casus fortuitus quid est.
- 2 In contractu casus fortuitus non imputatur.
- 3 Ex generali pacto an teneatur quis de omni casu fortuito.

Casus fortuitus est inopinata rei euentus, cui prouidetur non potest, ut ruina domus propter terræ motum, vel fulgur, & nulli imputandus est, secundum Pa. in c. vnico, de commo. in glo. furtum computatur quandoque inter casus fortuitos, ut quando fit ab ea persona, a qua nec diligentissimus præcauisset, ut si ab vxore fiat, vel filio. Secus si a famulo; Art. 1. Quæ fortuitus. C. de pig. act.

3 ¶ In contractu, qui fit etiam gratia alterius tantum, casus fortuitus non imputatur; sed res perit domino, nisi primo quando præcessit culpa: ut si commodauit equum, ut ires Mediolanum, & iuisti Viqæriam, & incidisti in latrones, tibi imputatur, & non domino. c. vnico. de commo. Secundo, si pacto cõuenisti, ut teneretis pro casu fortuito, quia pactum contra accidentalia contractus, vincit legem, ff. de posu. l. 1. §. Si conueniat. Secus quando esset contra substantialia. Tertio quando præcessit mora, ut quia tempore debito non re-

stitui

stituiti rem commodatam, & perit, tibi imputabitur, secundum Pan. vbi supra.

4 ¶ Ex generali pacto, ut commodatarius teneatur de omni casu fortuito, nullo expresso, secundum Io. An. in d. c. vni. non tenetur, ne quis sub inuolutione verborum renunciet ei iuri, cui non esset in specie renunciaturus. Et hoc in conscientia maximè tenet. Secus si aliqui casus fortuiti fuerunt nominati, & sequuta est clausula generalis, videlicet, & sic de omnibus aliis, secundum Bart. in c. Quæsitum 1. Sed & si quis. ff. si quis cau. quia tunc veniunt casus consimiles expressis, non maiores, quia generalis clausula in odiosis non comprehendit maiora expressis, & est tex. no. in cle. Non potest, de proc. Secus in non odiosis, ut not. In. in c. Sedes de rescr. Et intellige suprascripta, etiam si firmetur iuramento, quia iuramentum non obligat ultra consensum iurantis. c. Quinquauallis, de iur. iur. Intellige etiam si res commodata extimetur, quia extimatio non facit quod commodatarius ad plus teneatur quam si non extimetur, secundum Pa. in d. c. vnico, sed ad hoc facit, ut si ex culpa recipientis peccat, dominus liberetur a probatione valoris rei commodatæ. si autem res æstimata datur cum pacto quod vel res, vel estimatio reddatur, periculum peremptionis transit, non deteriorationis. l. Plerunque. ff. de iur. dotium.

DE CATHEDRA.

- 1 Cathedram magistralem vel pontificalem appetere an turpitudinem aliquam habeat.
- 2 Prælationes appetere an liceat.

Appetere cathedram magistralem, idest, auctoritatem communicandi sapietiam, quam quis habet, ex se nullam turpitudinem habere videtur, quia communicare aliis sapietiam, ad caritatem pertinet. Esset tamen præsumptuosum hoc petere, quando petens non esset idoneus ad docendum, vel si ob superbiam, vel ambitionem hoc peteret, vel alio malo fine. Appetere autem cathedram pontificalem, secundum Tho. Quol. 3. q. 4. ar. 1. non licet, quia cathedra pontificalis requirit caritatem excellentem, quam nullus scit se habere, sicut scientiam. Ideo non est simile de appetitu cathedræ pontificalis Concor. Augu. qui dicit locus superior, sine quo populus Dei regi non potest, & si administraretur ut decet, indecenter tamen appetitur. hoc idem Pa. in c. Cum in cunctis, de ele. & Glo. in cle. 2. de magi. An liceat recusare iniunctam. infra Episcopos. §. 1.

1 3

2 ¶ Præla

*Furtum
quando-
que est
inter ca-
sus for-
tuitos.*

*Cathe-
dra appe-
titus, nullam
turpitudinem
habet.*

¶ Prælationem appetere non licet, secundum Th. q. 1. q. 6. ar. 1. ubi dicit, quod qui hanc appetit, aut est superbus, aut iniustus. Et quo. 5. q. 9. ar. 2. in fin. sic concludit, quia difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscere. Et 1. 2. quæst. 185. ar. 1. & 2. concludit, quod est licitum, & præsumptuosum, & quod videtur peccatum mortale hoc appetere, vel aliquid facere: ad hoc concor. Pa. in cap. Per vestras, de iur. patr. & dicit ibi Pa. quod non est idem de beneficio simplici. Vide supra. Beneficium. §. 36. vsque ad 39. Infra Dignitas §. 3. ibi enim diffusè de hoc dicemus.

DE CÆCITATE.

1. *Cacitas mentis an sit mortale peccatum.*

¶ Cæcitas mentis, secundum Tho. 2. 2. q. 15. est mortale peccatum, quando homo non vult intelligere necessaria ad salutem, vt liberius possit malè agere sine scrupulo, & remorsu conscientie. Secundò quando ita occupatur in delectationibus venereis, vel aliis, quod omittit necessariam occupationem, quam Deo tenetur exhibere, vt audire missam in festo, & huiusmodi, Art. dist. 38. c. Qui ea cæcitas mentis luxurie filia à Greg. dicitur, sicut heberudo sensus gulæ, de quibus in locis suis infra dicetur.

DE CESSIONE BONORVM.

1. *Cedere bonis quis debeat.*

Bonorum cessio ad tria valet cessor.

¶ Cedere bonis debet, non valens creditoribus suis satisfacere, & talis cessio ei ad tria valebit. Primò, ne incarcerationetur. Pa. in c. Odoardus. de solu. supra Carcer. §. 4. Secundò, ne excommunicetur: & si erat excommunicatus, absoluetur, recepta debita cautione de soluendo, si ad pinguiorem fortunam venerit. d. c. Odoard. Tertiò, quod non condemnatur, nisi in quantum facere potest, habita ratione ne egeat. Non enim fraudandus est quotidianis alimentis. ff. de re iud. l. Sunt qui in id. Limita hoc quando non conuenitur ratione delicti, quia non haberetur respectus ne egeret, etiam in clerico, secundum Pan. in c. Olim nobis, de restit. spol. Et vt valeat, debitum confiteri oportet. Pa. in d. cap. Odoardus.

DE CELATIONE.

1. *Celare peccatum alterius quod sit mortale.*

¶ Celare peccatum alicuius, quod quis indicare tenetur ad correctionem, & pœnitentiam, propter pecuniam, aut gratiam non perdendam, seu ob consanguinitatem, vel huiusmodi, est simonia, vt in c. Nemo. de simo. saltem quo

ad punitionem, & mortaliter peccat, quia contra charitatem agit, proximi salutem minus quam pecuniam vel temporalem gratiam existimans. Non est tamen propriè simonia, secundum In. sed vt simoniacus talis venit puniendus.

DE CENSURA.

1. *Censura Ecclesiastica quid est.*

¶ Censura ecclesiastica nominat interdictum excommunicationem, & suspensionem, vt in c. Quarenti, de verbo signifi. irregularitas verò, quandam indecentiam siue inhabilitatem dicit. Infra. Irregularitas. §. 1. Censura etiam ecclesiasticæ disciplinæ neruus appellatur, secundum Pan. in c. Cum inter, de consue. no. 2.

DE CENSIBVS.

- 1. *Census quid est, & quatuorplex.*
- 2. *Census in quibus rebus imponi possit.*
- 3. *Census an augeri possit auctis facultatibus.*
- 4. *Prælati non potest, præsertim post mortem, ecclesiam suam constituere censualem.*
- 5. *Census quomodo soluendi sunt.*

¶ Census est quædam pensio, quæ prouentibus soluitur. i. q. 3. c. Quæstrum: siue quod annuatim soluitur in quantitate, vel summa. ff. de censu. l. ætatem. Et est duplex, videlicet, publicus, & priuatus.

2. ¶ Quis habet ius in quacunque re, in illa censum imponere potest. Inf. de vsu. §. Sine testamento. Ecclesiis autem nouos census imponere, vel veteres augere Episcopis, & prælati citrà Papam, prohibetur, vt in c. Prohibemus, de censu. etiam si eriperent eas de manu laici. vt in c. Ecclesijs, eo. tit. Et hoc verum est, secundum Pa. in d. c. Prohibemus, quando ad vtilitatem propriam hoc facerent, vt in cle. 2. de re. ec. non alien. Secus si ad vtilitatem alterius Ecclesiæ, ex rationabili causa faciant, & fiat à prælato episcopalem iurisdictionem habente, & in Ecclesia sibi pleno iure subiecta. Tunc enim potest, vt no. Inn. in d. c. Prohibemus, cum consensu capitali, Ar. in cap. Tua. de his quæ fiunt à prælato. Episcopus nouum censum imponere monasterio non potest. cap. Scientes, de cen. Nec antiquum augere, eadem ratione.

Census est res, & quomodo imponi possit.

3. ¶ Auctis facultatibus, non potest augeri census, nec pars reddituum retineri, vt in c. Nostrum, in fi. vt ecc. benedicuntur de episcopis, & de Abbatibus, & aliis inferioribus prælatis, & c. l. ex. in cle. Quia regulares §. 1. de sup. neg. præla. nisi

locus sit de mensa eorum, non possunt partem reddituum sibi retinere, quamvis Clo. in ver. Nec veteres, in d.c. Prohibemus, velit posse augeri censum, auctis facultatibus. Quod glo. sequens limitat, respectu presentationis, aut procurationis, non autem census. Secus autem est in pensione, quia illam quis soluit ratione fructuum, quos de alieno percipit secundum Barto. in l. Si merces. §. Vis maior. ff. loca.

4 ¶ Prælati seu rector ecclesie, non potest (præferim post mortem) ecclesiam suam constituere censualem. c. Præterea. eo. ti. Quia secundum Pan. non potest quis alienare res ecclesie sine iuris solemnitate 12. q. 2. c. Sine exceptione. Et è fortiori non potest imponere censum, cum sit quædam alienatio, & quædam seruitus imposita. Potest tamen autoritate superioris &c. ex causa rationabili ut dictum est. Immo simplex sacerdos, etiam in vita sua, Ecclesiam suam censualem constituere non potest, secundum Pan. licet alij dicant, quod potest se personaliter & non Ecclesiam obligare, ad soluendum censum.

5 ¶ Censum soluendi secundum Pan. post Io. An. in c. Olim. de cen. ad antiquam monetam, in qua fuerunt instituti, similiter & pensiones vel ad eius extinctionem, quod Pan. extendit ad omne debitum contractum ex quacunque causa, quod debeat solui, secundum monetam currentem, tempore debiti contracti. Vide infra, pecunia §. 2.

DE CHOREA.

- 1 Choreas ducere an sit peccatum, & nu. 4.
- 2 Actus qui ex leuitate fiunt in choreis, an sint mortale peccatum.
- 3 Choreæ ad hoc ut sint licite, quo tempore fieri debeant.

Rustici possunt choreare diebus festiuis quia chorea est actus lætitiæ vide infra. §. 4. xpo. huius loci.

Choreas ducere ex suo genere peccatum non est aliter nunquam liceret, & tamen aliquando licet, ut in nuptijs, & publicis lætitijs, secundum Gaic. ibi, qui dicit, quod imprudenter arcentur rustici assueti diebus festiuis choreas ducere. quia nisi hæc agerent, ocio vacarent, & peius agerent. Unde ex frequentia chorizandi, vel ex die festo, non est mortale nec ex genere actus periculum est: quia non est actus libidinis, sed lætitiæ. Ideo si ex qualitate personæ imminet periculum libidinis, vnusquisque sibi prouideat, & caueat periculum, sicut caueret, quando immineret periculum ex aspectu mulieris, licet hoc ex se peccatum non sit.

2 ¶ Actus, qui ibi ex leuitate fiunt, ut stringere manum, & huiusmodi, sunt venialia peccata, nisi fiant intentione mala,

la, ut prouocandi se, vel alios ad libidinem extra matrimonium, secundum Veruan. Vel si fiat contra prohibitionem, vel in Ecclesia, seu loco sacro, magis videtur mortale, quam veniale, propter contemptum præcepti, vel irreuerentiam Dei. Similiter si fierent à clericis vel religiosis cum monialibus, propter scandalum. Secus si fiant ab huiusmodi sine scandalo inter se, & secretè.

3 ¶ Choreæ ad hoc quod sint licite, secundum Alb. 4. sen. di. 16 debent fieri tempore debito. Secundò cum honestis personis. Tertio honesto modo. Quarto non simul clerici, vel religiosi cum secularibus mulieribus. Quintò, quod sonus, & cantus sint de honestis.

4 ¶ Qui se, vel alios exponunt probabiliter peccato mortali in choreis non excusantur à mortali, quia videtur magis de huiusmodi delectatione curare, quam de animæ suæ salute, quam pro huiusmodi delectatione periculo damnationis exponunt. Et quorum ut plurimum in his choreis accidunt peccata multa ideo, etsi choreæ non sint penitus damnandæ, sunt tamen homines bonis persuasionibus ab huiusmodi retrahendi nec laudo dicentem, quod imprudenter rustici arcentur nisi si arceantur taliter, ac si omnino chorizantes, peccaret mortaliter. Hoc enim malum esset. Sed si moneantur, ut caueant à tali consuetudine, tãquam à re periculosa, non video imprudenter aliquid factum, immò bonum esset, si hæc choreæ modernorum temporum possent annihilari.

Choreæ clericis prohibentur. Con. Tri. Sess. 22. c. 1. & 24. c. 12. ad si.

Choreas modernas annihilare bonum esset.

DE COEMETERIO.

- 1 Cæmeterium eadem immunitatem habet quam habet ecclesia.
- 2 Ecclesia polluta quando etiam cæmeterium censeatur pollutum.
- 3 Cæmeterio polluto non est polluta ecclesia.
- 4 Pollutio si fiat super porta per quam est accessus ad duo cæmeteria, quod intelligatur pollutum.
- 5 Pollutione extra portam ecclesie facta, an polluta sit Ecclesia.

Cœmeterium habet eadem immunitatem, quam habet Ecclesia, quod ad omnia capitula, exceptis duobus, videlicet qua nullus mortuus debet in Ecclesia sepeliri. c. Nullus 13. q. 2. licet non seruetur. Secundò, quia in choro laici esse non debent secundum Ray. & Host. licet de consuetudine non seruentur. Violatur, & reconciliatur ab eodem, & eodem modo, sicut Ecclesia, secundum Host. & Ber.

Cæmeterij immunitas & violatio.

2 ¶ Cœmeterium censetur pollutum quando Ecclesia sibi coniun

coniuncta, id est, contigua, est polluta effusione seminis, vel sanguinis iniuriosè facta, & non parua, vt infra Consecratio. §. 4. & antequàm sit reconciliatū, nemo debet ibi sepeliri. secus quando cœmeterium esset remotum. & c. vnico, de conse. eccl. & alta. lib. 6.

Cœmeterio polluto an sit polluta Ecclesia.

3 ¶ Polluto cœmeterio non est polluta Ecclesia, nec minus dignum videatur ad se trahere magis dignum, de conse. Eccl. lib. 6. c. Si Ecclesia.

4 ¶ Quando murus mediat inter duo cœmeteria contigua, & porta est in muro, per quam est accessus, ad vtrūq; non est vnum, sed duo cœmeteria: & vno polluto, alterum non polluitur, vt in eo ca. vnico. Quod si pollutio fiat in medio ostij, secundum Io. And. illud erit pollutum, cuius causa paries, & ostium facta sunt. Quod si nescitur, sed videtur quòd sint facta, vt faciant duo cœmeteria, vtrunque erit pollutum, pro ibi tex. innuit.

5 ¶ Si pollutio fiat in porta Ecclesię extra lineam, ad quam percutiunt valuę in liminibus, Ecclesia non est polluta: secus si intra, secundum Ge. Io. And. & immo. Quomodo autem reconcilietur, vide infra consecratio §. 4. & de conse. di. 1. c. Ecclesiam de sepul. c. Sacris Cœmeterium locus est in quo defunctorum corpora requiescūt, quod ante Ecclesiam esse solet.

D E C I R C V N S T A N T I A .

- 1 Circumstantia peccati quę sint, quę declarantur. nu. 8.
- 2 Circumstantiæ alię alienantes sunt, alię grauantes.
- 3 Circumstantia repugnans rationi mutat speciem peccati.
- 4 Circumstantia non dans speciem numquam infinite aggrauat.
- 5 Circumstantia grauans peccatum, & speciem non mutans, numquam aggrauat in infinitum.
- 6 Circumstantia infinite aggrauans quę sit.
- 7 Circumstantia mutans speciem non propriè aggrauat infinite.
- 8 Circumstantia de tempore non aggrauat in infinitum.
- 9 Circumstantia de numero an necessario sit confitenda.
- 10 Circumstantia necessaria ad confitendum: an debeat dici, quando vergit in alterius infamiam.
- 11 Circumstantia peccati, quando quis peccat cum ea persona quam audiuit in confessione de necessitate est confitenda.
- 12 Peccatum habens plures circumstantias etiam diuersarum specierum, est vnum tantum

Circumstan-

Circumstantia peccati est actus humani mali accidens quodam, quæ in hoc versu communiter continetur, *Circumstantia quid sit.*
Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

Ex S. Th. 1. 2. q. 7. ar. 1. & 2. Ray addit quotiens, quæ propriè non pertinet ad circumstantiam, sed ad substantiam actus.

2 ¶ Circumstantiarum alię sunt alleuiantes vt furari pro eleemosina faciendā, alię aggrauantes, quæ vel aggrauant in infinitum, vel non. Alleuiantes nullo modo quis tenetur confiteri: aggrauantes non infinite, de necessitate non sunt confitendæ sed de bene esse, secundum Th. 4. se. di. 15. q. 3. quia peccata venialia de necessitate non sunt confitenda, nisi vel propter instructionem, vel propter periculum, vel scandalum, vel huiusmodi. Quæ autem in infinitum aggrauant, necessario sunt confitenda, tanquam mortalia peccata, secundum Th. supra.

3 ¶ Circumstantia repugnans rationi, primò, & per se, & nõ Venialia peccata quę sunt cõfitenda.
ratione alterius, mutat speciem, non autem si rationi alterius adueniat, vt si ad hunc actum, qui est accipere rem, adueniat alienum, mutat speciem, non autem accipere alienum in parua, vel magna quantitate. Ex Tho. 4. sen. supra.

4 ¶ Circumstantia non dans speciem, numquam infinite aggrauat & tamè quę dat speciem, non aggrauat semper infinite: & quando ipsa de sui ratione est peccatum veniale, aliquando tamè in infinitum aggrauat: ex Th. 4. sen. supra.

5 ¶ Circumstantia quandoque grauans peccatum, & speciem non mutat, & tunc numquam aggrauat in infinitum. Si verò mutat speciem, & circumstantia adueniens sit mortalis circumstantia, puta contra charitatem, vt si verbo otioso adueniat intentio luxuriandi, tunc propriè dicitur grauare in infinitum, quia recedit simpliciter ab infinito bono. ex S. Tho. supra.

6 ¶ Circumstantia aggrauans infinite, est quæ habet oppositionem directè ad charitatem Dei, vel proximi, quod est quando fit contra aliquod præceptum, quia finis præcepti est charitas, & intelligitur præceptum in speciali, vt est illud, Non mœchaberis. non vt illud, Declina a malo, & c. secundum Sco. & Tho. 4. sen. disti. 22. Et debet intelligi literaliter, & nõ spiritualiter, nec metaphoricè. Vnde propter hoc circumstantia tēporis, nõ aggrauat infinite, secundū Th. ibi, neq; circumstantia psonę, nisi in rrib. casib. videlicet ratione voti vel pcepti, vel scādali. Vide Tho. in quęstionib. de malo. q. 7. ar. 7. & de veri. q. 23. ar. 7. & 3. sen. di. 37. q. 1. ar. 1. Quol. 2. ad 2.

7 ¶ Circum-

- 7 ¶ Circumstantia mutans speciem, non propriè aggrauat infinitè, nisi vt dictum est, sed speciem constituit, secundum Thom. in 4. sent. supra.
- Circumstantie declaratio.* 8 ¶ Circumstantiæ aggrauantes infinitè, ponuntur communiter in dicto versu, *Quis quid, vbi, &c.* Quis, quærit de persona, & eius conditione. Quid quærit de conditione peccati. Vbi quærit de loco, an in sacro, an in publico, &c. Per quos, quærit de auxilio. Quotiens, quærit de numero, & non de consuetudine. Cur, quærit de causa finali, quia mortalia trahunt speciem à fine. Quomodo, s. naturali, vel nō. Quando quærit de tempore, sacro vel non sacro.
- Tempus.* 9 ¶ Circumstantia de tempore non aggrauat in infinitum, secundum Tho. 3. sent. dist. 36. ar. 6. & dist. 37. ar. 5. Quod. 2. ad secundum: quia peccare in festo, nō est opus seruale, de quo immediatè intenditur in præcepto de sanctificatione sabbati, secundum literalem sensum, quia prohibetur immediatè opus manuale, ad quod serui deputantur. Ideo hæc circumstantia non est de necessitate confitenda, quamuis Ar. Flo. 3. par. tit. 13. §. 5. in fi. videatur oppositū dicere de mente S. Tho. cum Nic. de Lyra.
- Numerus.* 10 ¶ Circumstantia etiam de numero est necessaria ad confitendum, secundum Th. vbi sup. eo modo, quo quis potest, sicut de quolibet peccato, de quo recordatur, tenetur contēri, ita & confiteri. Nec sufficit dicere, multoties tale peccatum feci, sed numerus ad memoriam reducatur meliori modo, quàm sit possibile, vel saltem dicatur tempus in quo stetit in tali peccato, & sic confessor coniecturabitur aliquem numerum, si confitens dicit numerum implicite. Infrā, Confessor. §. 3.
- Persona.* 11 ¶ Circumstantia necessaria ad confitendū, an debeat dici quando vergit in alterius infamiam. Respon. secundum Th. 4. sent. dist. 16. q. 3. quol. vl. ad vltimum, quod homo debet omnia facere, quæ potest iuste, & omnem cautelam adhibere, ne alterius peccatum reuelet, vt etiam dicit Pet. de Pa. & Ar. Fr. Sed si aliter facere non potest, tunc vel talis circumstantia est utilis confitenti, vel ei, cum quo peccauit & debet confiteri, aliàs secus. Et quando nominatio personæ esset cum periculo alterius, secundum Pe. de Pa. vbi s. debet dimitti. Idem dicendum quando sacerdos non posset confiteri peccatum suum, nisi diceret aliquid, per quod alterius peccatum auditum in confessione manifestaretur, non tenerur de eo confiteri, etiam si sit mortale, sed sufficit contritio, donec possit

possit habere copiam alterius confessoris, cum quo possit confiteri sine tali reuelatione, hæc Pe. Pa. 4. dist. 21. Caiet. tamen in ver. Confessio, in tertia conditione dicit, quod nullo modo debet confiteri illam circumstantiam per quam venitur in cognitionem personæ, quia confessio non debet fieri cum iactura aliena, & in tali casu potest vel differre confessionem, vel de aliis confiteri. Et hæc opinio satis æquitati consonare videtur, debet tamen prius omnia facere quæ potest: secundum regulas, quas tibi dat Caiet. vt mutare habitum, vel extra terram suam ire, vel huiusmodi, quantum potest facere.

12 ¶ Circumstantia peccati, quando quis peccat cum ea persona, quam audiuit in confessione, est de necessitate confitenda secundum Thom. 2. 2. q. 154. art. 10. ad 2. Infrā sacrilegium. §. 1.

13 ¶ Peccatum habens plures deformitates, vel circumstantias diuersarum specierum, vt si quis furetur in Ecclesia, vt fornicetur, vel occidat hominem, & ipsum spoliet, secundum Thom. in quæstionibus de Ver. q. 23. art. 7. ad 2. de Ma. q. 2. art. 6. ad duodecimum. art. 7. in cor. est vnum tantum, sed hæc plures circumstantiæ sunt de necessitate confitendæ. Quidam tamen dicunt esse plura peccata. Quod verum est, quo ad differentiam formalem, non autem quo ad materialem, & numerum.

D E C I T A T I O N E.

- 1 Citatio ante iudicem quadrupliciter fit.
- 2 Citatio peremptoria non sufficit, vbi trina à iure requiritur.
- 3 Spatium temporis in citatione quomodo attendi debeat.
- 4 Peremptorium si non ponatur in citatione, citatus poterit secundam & tertiam expectare.
- 5 Citatio iudicis habet vim peremptorij.
- 6 Iudicij modernorum practica in citatione reali.
- 7 Citatus, & corporaliter impeditus, an teneatur per alium comparere.
- 8 Sententia lata contra non citatum, ipso iure est nulla.
- 9 In excessu notorio etiam non citatus potest excommunicari.
- 10 Ad sententiam quomodo quis sit citandus.
- 11 Prelati religionum possunt subditos suos etiam non citatos deponere, &c.
- 12 Citatio qualiter reddatur nulla.
- 13 Citatio in die feriata quando non valeat, & num. 14.

15 *Index ecclesiasticus non citatum nec vocatum, &c. non potest denunciare excommunicatum.*

16 *Appellari licet non possit à sententia iuris, à iudicis tamen sententia potest.*

17 *Ad sententiam audiendam quæ citatio requiritur.*

*Citatio
quot mo-
dis fiat.*

Citatio quæ est ante Iudicem iuridica vocatio, quatuor modis potest fieri. Primò per nuncium, vel literas citatorias. Secundò per præconem. Tertio per edictum, vt in cle. 1. de iud. Quarto ex dispositione iuris tribus edictis, vel vno peremptorio, quòd tantum temporis continere debeat, quantum tria edicta, nisi vrgeat necessitas. c. 1. de dila. in gl. vbi dicit Pan. quòd terminus diceretur breuis ad iudicis arbitrium, considerata causæ qualitate, & locorum distantia, & quando iudex abbreviaret, poterit appellari. Suprà, Appellatio. §. 13.

*In pena-
libus ver-
ba sunt
strictè in-
telligenda.*

2 ¶ Non sufficit vna citatio peremptoria, quando secundum iura trina requiritur, vbi agitur ad pœnam incurrendam, secundum Ioan. And. in c. ex tuæ. de cle. non refi. Quia non in pœnalibus verba debent strictè & propriè intelligi, de iure in. c. in nostra. Idem Pa. in c. si. de vi. & ho. cle.

3 ¶ Spatium temporis in citatione debet attendi, secundum consuetudinem, vel ad iudicis arbitrium, licet aliter lex habeat, quæ non feruatur, secundum Pa. in d. c. si. supra.

4 ¶ Quando in citatione non ponitur peremptorium, citatus potest secundum & tertiam expectare, secundum Pa. vbi supra: tamen non comparens, potest condemnari expensis factis.

5 ¶ Citatio à iudice habet vim peremptorij, secundum Fe. in c. Consuluit. de off. dele. col. 6. circa fi.

6 ¶ Iudices moderni secundum Fel. in c. Cùm non ab homine. de iud. post. Sal. inuenerunt bonam practicam, vt habita bona informatione per testes, incipiant à citatione reali, & hoc maximè quando timeretur de fuga, vide Fel. in d. c. consuluit. col. 5.

7 ¶ Citatus, & corporaliter impeditus, non tenetur per aliū comparere, secundum Pa. in c. in nomine Domini. de test. Et actus gestus eo absente, est ac si non fuisset citatus.

8 ¶ Sententia lata contra non citatum nullo modo, ipso iure est nulla. c. Inter quatuor de maio. & obe. Ideo non valet secundum Car. in cle. Pastoralis. Denique de iud. in facto tamen notorio, cùm certum sit absenti nullam comperere defensionem, secundum Pa. in c. Causam de rescri. & in cap.

cap. cum sit. de app. potest fieri contra absentem non citatum, excepta sent. excommunicationis. c. Sacro. de sent. exc. Et quando non citatur legitimè secundum Car. vbi supra, videtur quòd debeat haberi pro non facta. c. Bonæ. el. 2. de elect.

9 ¶ Si excessus sit notorius, etiam non citatus, potest denunciari excommunicatus, secundum Pan. in cap. peruenit. de app. aliàs non.

10 ¶ Si iudex ciret aliquem ad sententiam, dicendo sic, Ad audiendam voluntatem iudicis, vel intentionem, sequens sententia est nulla, tanquam si contra non citatum esset lata, secundum Fel. in cap. consuluit de off. deleg. col. 5. Secus quando diceret, Aliàs procedemus quantum de iure poterimus: vel, nisi veneris ad sententiam procedetur, &c. tunc habet vim peremptorij.

11 ¶ Prælati religionum possunt suos subditos etiam non citatos ab officiis deponere, suspendere, & huiusmodi si ira haber eorum consuetudo, & constitutiones. Not. in c. Cùm speciali. de app. vbi dicit Pa. quòd dispositio c. Sacro. de sent. excom. non necessariò seruanda est in religiosis, contra suas obseruantias speciales.

12 ¶ Citatio redditur nulla, secundum Gl. in c. si Episcopus. Citatio 3. q. 2. propter angusta tempora, & quando non exprimitur quando causa citationis, quando nimis maturat peremptorium, & nulla est. ratione temporis, ratione loci, ratione iudicis, & quia rescriptum Apostolicum non in ea inferitur. Vide infra, Legatus. §. 1. &c. Tutius tamen est citatum semper comparere, & iura vel priuilegia allegare, nisi ipsum non esse suum iudicem constet vt in c. veniens, de accu. in gloss.

13 ¶ Citatio in die feriata, pro die non feriata, de iure non valet secundum Pa. in c. de feri. & per l. dies festos. C. de feriatis. Vnde secundum eund. Pa. vbi supra, non valet, nec præceptum de citando, nec actus citationis, nec processus factus vigore talis citationis. Si ramen consuetudo sit in contrariū, secundum eund. Pa. ibi est seruanda.

14 ¶ Citatio facta die non feriata ad comparandum die feriata, non valet, sed noua citatio debet fieri, secundum Pan. vbi supra nisi Iudex esset priuilegiatus, vt de plano posset procedere, prout Inquisitor hæreticæ prauitatis, & vbi proceditur ad punitionem criminis. Fel. in cap. Meminimus. de accu. col. 2. circa fin. Et sententia facta in nocte non valet, secundum eundem Fel. in d. c. Consuluit. cap. 6. nisi necessitate,

*Iudicia
non debent
exerceri
in tene-
bris.*

cessitate, vel conuenientibus partibus, vel stante consuetudine contraria, & accensis luminaribus fieri debet, quia non exercentur iudicia in tenebris, secundum Fel. in d. cap. Consuluit.

15 ¶ Iudex ecclesiasticus non citatum, vel non vocatum, vel non prius denunciatum quod ceciderit in excommunicationem, non potest denunciare excommunicatum, secundum Pa. in c. Peruenit. de appe. nisi excessus sit notorius.

16 ¶ Licet quis non possit appellare à sententia iuris, ut in cap. Quia, de appel. potest tamen appellare à sententia iudicis declarantis quia illa declaratio est sententia hominis, non iuris.

17 ¶ Ad audiendam sententiam non sufficit vna citatio tantum, sed peremptorium, vel trina requiritur, secundum Fe. in d. c. Consuluit. col. 3. circa medium. Fallit tamen vbi summarie procedit, & de plano, quando citatus personaliter dixit se nolle comparere, vel præparauit se, irurus ad partes longinquas. Item in notoriis, & quando Iudex proprio ore citauit, quando citandus se occultat, vel si citatur tyrannus, vel persona terribilis, quando citatur quis in Romana, curia & in omnibus casibus, vbi parte non citata potest procedi, secundum eundem Fel. vbi supra. In citationibus religiosorum attendendæ sunt eorum constitutiones, & consuetudines.

DE CIVITATE.

1 Civitatis nomine quid veniat.

2 Civitas non dicitur aliquid facere nisi sit collegialiter deliberatum.

3 Civitate destructa auctoritate iudicis an omnia privilegia simul corruant.

*Civitatis
nomine
que intel-
ligantur.*

Civitatis nomine aliquando veniunt suburbia. ff. de ver. sig. l. 2. Aliquando mille passus à muro civitatis. ff. eo. l. mille pass. Pan. autem in c. Rodolphus. de rescrip. dicit quod nomine civitatis, in materia stricta & odiosa, non venit, nisi quod intra mœnia est. Vide Ioan. An. in c. Si civitas, de sent. exc. lib. 6. Secus in materia larga, vel indifferenti, ut est text. in l. vnic. §. Et urbem. ff. de off. præf. urb.

2 ¶ Civitas non dicitur aliquid facere, nisi illud sit collegialiter deliberatum: etiam si maior pars illud faciat, ut dicit gl. in l. Sicut. ff. quod cuiusque vniuer. no. Et communis opinio tenet secundum Pan. in c. 2. de post. præl. & Io. And. in

in c. Felicis. de pœn. lib. 6. quod vniuersitas tunc dicitur delinquere, quando prius aliquid fuit deliberatum in ipsa vniuersitate, pulsata campana, & aliis requisitis ad congregationem. Vnde si omnes alicuius vniuersitatis facerent aliquid delictum, non diceretur factum ab vniuersitate, sed per singulos vniuersitatis, etiam si facerent pulsare campanam, & leuaret vexillum, quia istud est factum singulorum. Facit quod no. Pa. in c. Dilectus, el secundo. de simo. infra, Excommunicatio. 3. not. 3.

3 ¶ Destructa ciuitate auctoritate superioris propter eius delictum, neque amplius remanet eius priuilegium neque ciues amplius appellandi sunt illius homines, secundum Inno. in c. 2. de no. ope. nun. & de conse. dist. 1. cap. Placuit. Idem dicit de aliis locis, siue sacris siue prophanis. Secus quando ab hostibus, vel à tyranno, vel ut reedificentur, destructa, quia tunc retinent omnia priuilegia. 7. q. 1. c. Pastoralis. Idem videtur quando auctoritate superioris, ad alium locum transferantur, vel alteri vniuntur: ut not. in c. 1. ne sede vac. de re. do. in c. Quia monasterium. Quæ sint delicta ob quæ etiam innocentes possint puniri cum ciuitate, vide Tab. ibi §. 2.

DE CLAVIBVS.

1 Clavis ecclesie que dicatur.

2 Clavis multiplex est.

3 Clavis in solis sacerdotibus esse potest.

4 Claves huiusmodi cui data.

5 Sacerdos non habens iurisdictionem super subditos quantum ad hoc non habet usum clauum.

6 Sacerdos quomodo clauibus uti debeat.

Clavis Ecclesie secundum Hiero. super Matth. 26. ut refert Magist. sen. in 4. dist. 18. est potestas ligandi, atque soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à regno cœlorum. Et dicitur ad similitudinem clavis materialis, quia clauditur, & aperitur, & qua data, videtur dari possessio omnium quæ sub illa sunt. c. ex literis. de consue.

2 ¶ Clavis quædam est ordinis, quædam iurisdictionis, secundum Pet. de Pal. 4. sen. dist. 19. Quæ clavis ordinis diuiditur in clauem scientiæ & potentiæ, de quibus nunc agitur. Clauem ordinis quilibet sacerdos habet, non autem iurisdictionis.

3 ¶ Clavis hæc, qua immediatè aperitur, & clauditur, quæ

m

proprie

Nota.

*Ciuitate
destructa
destruuntur
eius
priuilegia.*

*Clavis
Ecclesie
quid sit.*

*Clavis
Ecclesie
duplex.*

propriè dicitur clavis, non potest esse nisi in sacerdote, secundum Tho. & Pet. de Pal. vbi supra. Vfus tamen huius ali. quando propter delictum materiæ remanet impeditus, vt in suspensis, excommunicatis, &c.

De clauis 4 ¶ Claves huiusmodi fuerunt datæ B. Petro, quando sibi *potesta-* commissa fuit Ecclesia. c. Quicumque. 24. q. 1. & personæ ab- *te, Conc.* solutæ, & non qualificatæ, vt hæretici dicunt, secundum *Tri. Sess.* Caie. in opu. de potestate Papæ.

14. c. 1. & 5 ¶ Sacerdos non habens iurisdictionem super subditos *c. 3. & 10.* quantum ad hoc, non habet vsum clauium, secundum Th. *& 15.* supra, quia iurisdictione materiam ministrat.

6 ¶ Sacerdoti non licet vri his clauibus pro libito suæ voluntatis, secundum Thom. supra, quia cum operetur, vt instrumentum Dei, diuinam motionem sequi debet, aliter peccat. Et subdit Thom. 18. q. 1. ar. vlt. q. 1. vlt. hæc verba. Et quia pœnæ satisfactoriæ infligendæ, vt medicinæ sunt, sicut medicinæ in arte dererminatæ non competunt omnibus, sed varianda sunt medicantis arbitrio, sequentis scientiam medicinæ non propriam voluntatem: ita pœnæ satisfactoriæ determinatæ in canone, non competunt omnibus: sed variantur arbitrio sacerdotis, diuino instinctu regulato. Vnde non semper rotam pœnam vni peccato debitam iniungat, ne desperet infirmus, & à pœnitentia recedat, sicut nec semper prudens medicus dat ita efficacem medicinam, quæ ad morbi curationem sufficiat.

DE CLERICO.

- 1 Clericus quis dicatur.
- 2 Clericorum nomine in materia fauorabili & odiosa qui veniant.
- 3 Populi appellatione quando veniant & clerici.
- 4 Clericorum appellatione an veniant monachi.
- 5 Ad ordines accedens cum mortali, licet suscipiat illos, mortaliter tamen peccat.
- 6 Non baptizatus an recipiat characterem ordinis.
- 7 In Clerico ordinando quæ scientia requiratur.
- 8 Clericus quomodo debeat bona temporalia dispensare remisit.
- 9 Clericus praelatus debita propria de quibus bonis soluere debet.
- 10 Clerici ad multa tenentur de iure, & quæ sint, & an eorum transgressio sit mortale peccatum.
- 12 Clerici an teneantur ad castitatem.
- 13 Clerici concubinarij notorij quando sint suspensi, & vitandi.

14 Clerici simoniaci schismatici, & excommunicati vitandi sunt.

15 Clericus cum mulieribus habitando an peccet.

16 Clericus negociator an peccet.

17 Clericus in mortali exercens officium suum, an mortaliter peccet.

18 Clericus an possit habere de proprio, & an testari.

19 Prælati inducens aliquam sibi relinquere, quod reliquisset ecclesie, an teneatur restituere.

20 Clericus, qui sua industria meliorauit rem ecclesie, an de tali industria possit disponere.

21 Clerico habente administrationem, relictum præsumitur relictum intuitu ecclesie.

22 Clericus an de bonis ecclesie possit alere parentes, &c.

23 Clericus habens patrimonium potest illud seruare, & ipse viuere de bonis ecclesie.

24 Clericus omnia superflua tenetur erogare pauperibus.

25 Clericus conuertens bona ecclesie in vsus inhonestos, est raptor, & accipientes ab eis tenentur restituere. nu. 26.

27 Clericus dimittens officium sine causa rationabili, tenetur fructus perceptos restituere.

28 Clericus excommunicatus non petens absolutionem, priuatur fructibus beneficij, & quando.

29 Priuilegia clericorum quæ sint.

30 Clericus qui cum virgine contraxit, deserens habitum clericalem, quibus priuilegijs gaudeat.

Clericus nullus dicitur, nisi habeat aliquem ordinem, saltem primam tonsuram. c. Cum contingat, de æta. & qualita. or. Licet quamdiu est in minoribus, possit clericatum dimittere.

1 ¶ Clericorum nomine, in materia fauorabili, intelliguntur omnes in aliqua clericali dignitate positi: sed in materia odiosa, nomine clerici non veniunt Episcopi, canonici, nec alij in dignitate constituti, nec monachi, nec religiosi exempti. Facit c. Quam periculosum, de sen. ex. lib. 6. & Pa. in cap. Bonæ memoriæ, el. 1. de postulatione præl. Neque clerici coniugati veniunt appellatione laicorum, in materia odiosa, vt infert Ioan. in c. Ioannes, de cleric. coniu. Ideo si Episcopus excommunicat laicos, clerici coniugati non includuntur.

3 ¶ Appellatione populi in materia stricta, non veniunt clerici. Pa. in c. 1. de vi. & ho. cl. Secus in materia fauorabili, vt si populo cõceditur priuilegiũ, includuntur etiã clerici. Facit

Clerici
in mate-
ria fauo-
rabili qui
intelli-
gantur.

cap. Dilecti de for. compet. Et no. Bar. in l. i. ff. ad municio.
 4 ¶ Appellatione clericorum non veniunt monasteria nec appellatione Ecclesiarum veniunt monasteria in stricta significacione, secus in larga: Ar. in glo. c. 3. de sup. neg. prae. Si dispensat Papa cum illegitimo, vt possit effici clericus, non propter hoc poterit promoueri ad sacros ordines, quia est in materia odiosa, ideo solum ad minores promoueri poterit. Pa. in c. Si quisquam, de coha. cle. & mu.

5 ¶ Ad ordines accedens cum scientia peccati mortalis, licet recipiat ordinem, mortaliter tamen peccat, secundum Thom. 4. sen. dist. 24. q. 1. ar. vl. q. 2. Sufficit tamen contritio, Et promouens talem indignum, ratione mortalis peccati scienter, mortaliter peccat, secundum Tho. supra, q. 4.

6 ¶ Non baptizatus, non potest recipere characterem ordinis, licet bene is qui est sine confirmatione, sed confirmatio de congruitate requiritur, Tho. vbi supra.

Quilibet debet scire ea ad quae officium suum se extendit. Papa debet esse doctior omnibus.

7 ¶ In clerico ordinando tanta scientia requiritur, qua possit dirigi in actu illius ordinis, quem vult suscipere, & quilibet debet scire ea, ad quae officium suum se extendit, Tho. supra ar. 3. q. 1. 2. Maior tamen scientia requiritur in his, quibus cura animarum committitur, secundum eundem ibidem, & Pan. post Inno. in c. Cum cunctis. de elect. Vnde Papa maiorem ceteris scientiam debet habere. Episcopi debent habere notitiam noui & veteris testamenti, de quo est bonus tex. in c. Quia Episcopus, dist. 23. & 61. dist. c. 1. & 2. debent habere scientiam iuris canonici, quia secundum illud habent iudicare, praecipue in causis matrimonialibus. de confan. & af. c. 1. Et sic dicitur in aliis successiue, secundum eorum officia. Vnde patet, quod ignorantes non debent ordinari: in c. si. de tempo. or. Et quia secundum Th. 4. sen. di. 24. q. 1. ar. vl. qui promouet indignum, mortaliter peccat, & talis ignorans est indignus, per c. Non est putanda. l. q. 1. ergo talem promouens videtur peccare mortaliter, & religiosus ignorans non tenetur obedire praelato praecipienti, quod vadat ad ordines sacros, immo mortaliter peccaret eundo, & ille praecipiendo, maxime quando de ignorantia constat. Si vero est dubium, obedientiam subditum excusabit, non autem exponentem se, vel promouentem, Infra, Condefflor. §. 2.

Nota.

Clericus praelatus de quibus bonis debet solvere debita.

8 ¶ Clericus quomodo debeat bona temporalia dispensare, vide supra. ver. Beneficium. §. 68. ar. & 23. dist. per totum.

9 ¶ Clericus praelatus debita propria de bonis, quae habet

in

in sua potestate, potest soluere, non autem de fructibus, quos non habet in sua bailia; quia alteri successori praedictum fieret contra iustitiam.

10 ¶ Clerici ad multa tenentur ex iuribus, quae vix possunt explicari: tenentur non nutrire comam, vel barbam. c. Si quis, de vit. & ho. cle. & portare tonsuram. in d. c. Si quis. Eis duo colores interduntur videlicet rubeus, & vitidis, in c. Clerici. co. tit. Debent deferre habitum clericalem elatum defuper, non nimis breuem, vel longum, absque pallio distibulato. Caligae scacatae, vestis vergata, vel partita, manicae, fortulariaque consueticia epitogium, insula linea, fibulae, corrigiae aureae, vel argenteae, annuli, nisi quibus ex dignitate conuenit, frana, sellae, pectoralia. calcariaeque aureae, eis prohibentur in cle. 2. de vi. & ho. Quo ad officia, multa sunt eis prohibita, vt ars macellarij, tabernarij, histionis, goliardi, buffonij, chirturij. Prohibetur etiam ne sint prepositi ballistarijs, ne sint ministri sub domino temporali; notarij, aduocati, procuratores in placitis secularibus, nisi in quibusdam casibus: quod non porrent arma, non vadant ad tabernam, nisi itinerando: ad venationem, accipitres & canes pro venatione non habeant, non conducant agros a secularibus: ad aleas, vel taxillos non ludant, nec his ludis adsistant: mercantias non exercent, non habitent cum mulieribus, nisi cum matre, sorore, & amita. Mandatur vt mensam benedicant, & gratias referant in fine, lectione semper intermedia, & quod sibi vinum temperent. Infra. Ludis enim 4.

Conc. Trb. Sess. 14. c. 6. Sess. 22. c. 1.

11 ¶ An horum transgressio, quando non adest temeritas, contumacia, vel contemptus, sit peccatum mortale, quantum ex praepcepto iuris positum pender, secundum Caiet. in ver. Clericus non inducit peccatum mortale, quantum aliqua praecipiantur sub poena excommunicationis. Non enim videtur clericus magis obligatus ad habitum suum, quam religiosus ad habitum suae religionis: sed religiosus non arceatur, nisi ex temeritate dimittat habitum, ergo nec clericus. Et infert Caiet. quod praepcepta legis naturalis, diuinae, vel humanae, non obligant ad peccatum mortale, nisi ea quorum transgressio est contra charitatem etiam si opponantur poenae graues, grauiorae, & gratissimae nisi poena excommunicationis latae sententiae, si tales sunt vt sine peccato mortali incurrere possint, exigunt enim monitionem, vt non nisi in contumacem ferantur. Possunt tamen in huiusmodi multa interuenire peccata mortalia, vt si in horum trans-

Præcepta alicuius legis quae obligant ad mortale.

iii 3 gref

gressione admisceatur consumptio bonorum ecclesiasticorum superbia, auaritia, scandalum, & similia. Alij autem dicunt d.c. Clerici loqui tantum de consilio, ita quod horum transgressio non est mortalis, vt dicit In. Alij autem vt Petrus de Pal. & Pan. dicunt quod in aliquibus loquitur preceptiue in aliquibus vero non, vt accidit in regula religiosorum & dicit Pan. ibi, quod constitutio concilij generalis non semper ligat transgressorem ad mortale, sicut nec lex civilis semper ad mortem inducit transgressores. Videtur clericus mortaliter peccare circa habitum si non portat tonsuram, secundum Pan. in d.c. Si quis de vi & ho. Intellige si excessus sit notabilis ultra consuetum, & sit in sacris, vel beneficiatus. Ad hoc facit c. Ioannes de cle. coniu. Secundo si portet tabarum secundum Stephanum allegantem cap. Si quis omnem. l. q. 7. & 18. di. §. 1. Intellige si publice portat, & sine rationabili causa. Tertio vtredo virilibus vel rubeis vestibus secundum Pan. in d.c. Clerici officia contra Inno. Et idem videtur esse de veste lingulata, & quacunque alia notabiliter irreligiosa, vel scandalosa, vel pretiosa nimis nisi habeat ad conformandum se illis cum quibus viuit: Arc. in Co. Trid. c. Episcopi, di. 80. ne scilicet vilescat. Quarto in nutriendo barbam, nisi ex rationabili causa, secundum Gl. Si sit in sacris, vel beneficiatus, quia potest excommunicari, quia igitur sunt opiniones diuersae iudicare de mortali est penculosum.

12 ¶ Clerici omnes tenentur ad castitatem, quando sunt in sacris, ita quod non possunt contrahere matrimonium de voto. in 6. c. vnico. Si tamen sunt Graeci, possunt vti matrimonio prius cum virgine contracto. Ex quo elicitur, quod castitas in clericis est de iure positiuo. Peccant ergo mortaliter contrahendo, nisi sint in minoribus. Et praelati superantes clericos incontinentes, grauiter peccant, & eadem poena debet puniri, si propter lucrum, vel commodum temporale hoc faciant. Secus quando faciunt ad peiora euitanda secundum Pan. in c. Vt clericorum, de vi. & ho. cle. Et dicit Pan. ibi, quod antiquitus pro fornicatione clericus deponeretur in c. A multis de aeta. & quali. hodie vero suspenditur, vt in d.c. Vt clericorum & si sic suspensus celebrat, priuatur beneficijs, & perpetuo deponitur, secundum Pan. Sed propter adulterium debet deponi cap. Cum non ab homine de iudi. Idem dic de peccato contra naturam. ca. Clerici. de excess. prael. Et concubinarus potest priuari beneficio. c. Ex parte. de

Constitutio Concilij generalis non semper ligat ad mortale.

Indicare de mortali est periculosum
Co. Trid. Sess. 24. can. 9.

Castitas in clericis est iuris positiuo.

re. de testi. Similiter de incestu & stupro. Intellige hanc suspensionem quando facta est ab homine.

13 ¶ Clericus publicus concubinarus, & notorius, vel per sententiam vel per propriam confessionem factam in iudicio, sine dubio est suspensus, etiam quod ad alios, & efficitur irregularis, si celebrat, & non est licitum audire diuina a tali, & contra facientes veniunt contra praecipuum Ecclesiae. Si vero sit notorius notorietate facti, quia tenent concubinam in domo, & habet filios, & non potest aliquo modo se excusare, vt dicendo, quod est ancilla, & huiusmodi, non tantum est condemnatus, nec confessus in iudicio, an talis sit euitandus. Quidam dicunt, quod sic etiam non praemissa monitione, vt in c. Sicut de coha. mu. & cle. & in c. Si celebrat. de cle. ex mi. Hanc sequitur Host. & Io. An. in ca. Vestra de coha. cle. & mul. Alij autem dicunt, monitionem debere necessario praecedere, vt Vgo Ar. in c. Nullus. & c. Si quis di. 80. Io. de Lig. do. Ca. in d.c. Vestra. Itaque potest dici secundum istos, quod audientes diuina ab his ante monitionem non peccant. Pan. vero in d.c. Vestra. dicit, quod quando fornicatio est ita notoria, quod nullam dubitationem habet, non requiritur alia monitio, & hoc probat tex. c. Vestra. & Gl. ibi, vt supra. q. 1. ar. vlt. ql. si. Et dicit Pan. hanc esse iuris intentionem. Secus autem est quando potest aliqua tergiversatione celari. Credo tamen rusticos, qui ius positiuum ignorant, in hoc excusari audientes ab huiusmodi. Secus quando scirent ius. In alijs autem peccatis, etiam notorijs, non est sic, licet tales quod ad se, sint suspensi, quia grauiter peccant celebrando diuina in mortali, non autem alij audiendo, secundum Pan. in d. cap. Vestra. infra Concubinarus. §. vlt. irregularitas. §. 74.

14 ¶ Clerici simoniaci schismatici, & excommunicati, ex statuto Ecclesiae a dispensatione huius sacramenti sunt suspensi quia sunt extra unitatem Ecclesiae. Et ab istis suscipiens sacramenta, peccat, nec debet cum his quis communicare in diuinis quantumcunque sint occulti ab alijs peccatoribus praeter fornicarios praedictos, possunt sacramenta necessitatis recipi, non tamen indicendi sunt ad celebrandum, vel sacramenta ministranda, nisi in necessitatis articulo. Multa tamen sunt ordinata circa huiusmodi in Concilio Constan. Vide infra Interdictum. §. 36. Excommunicatio. §. 50. supra Absolutio. §. 30.

15 ¶ Non credo clericum mortaliter peccare, habitando cum mulierib. contra c.1. & 2. de coha. cle. & mul. Quia illi canones non sunt præceptiui, peccaret tamen mortaliter ratione scandali, & si ex hoc exponeret se scienter peccato mortali vel cōtūmacer, aut contemptibiliter hæc faceret. Quomodo clericus teneatur ad officium, infra Horæ per totum. Quomodo debeat residere vide supra Beneficium, numero 40. & infra, Residencia, numero secundo.

Clericus negotiator mortaliter peccat.

16 ¶ Clericus negotiator propriè, & religiosus, secundum Pe. de Pal. & c.2. ne cle. vel mo. mortaliter peccat, quia debet excommunicari; non autem secundum Caiet. vt supra dictum est. Si autem sint in minoribus, non peccant mortaliter negociando, secundum Pan. in c. fi. de vi & hoc cle. Et si faciant contra alia prohibita, secundum Caiet. non videntur mortaliter agere, vt diximus.

Nota.

17 ¶ Clericus in mortali exercens officium, exhibendo se ministrum Ecclesiæ, mortaliter peccat, secundum Thom. 4. sen. dist. 5. q. 1. ar. 2. & distin. 24. q. 1. 3. parte. q. 64. ar. 6. Secundum verò alios etiam tangendo res sacras, quasi fungens officio suo mortaliter agit. Secus si facit, vt laicus, vt cantando epistolam sine manipulo, Infra Suspendio numero 2.

Clericus potest testamentum facere.

18 ¶ Clericus potest habere de proprio, secundum Thom. secunda secundæ q. 185. ar. 6. quia non habet vorum paupertatis vt religiosi. Probatum etiam in ca. Episcopi. 12. q. 1. potest etiam testari, & donare bona laicalia, quæ sunt acquisita intuitu personæ vel per donationem, vel successionem, vel industriam: de test. c. Ad hoc, & c. Quia nos de rebus autem ecclesiasticis mobilibus, vel immobilibus non potest testari. Potest tamè de fructibus perceptis & mobilibus in egritudine constitutus dummodo sit mentis compos conferre pauperibus, & locis, religiosis, & sibi honestè seruiantibus, vt in c. Ad hæc. de test. c. Relatum, el. 2. Quod etiam dum est sanus facere potest, vt in c. Cæterum, de don. Et consanguineis indigentibus vel sibi honestè seruiantibus, in d. Relatum. in aliquibus locis clerici testantur de mobilibus, & de fructibus ecclesiæ acquisitis, sed de iurè est contrarium, vt in d. c. Et iuribus, non tamen de vasis sacris, vel aliis deputatis ad Dei cultum & dicuntur bona Ecclesiæ, omnia quæ intuitu Ecclesiæ, vel de facultatibus Ecclesiæ, acquisita sunt, vt in cap. 1. de test. Et glo. in cap. Præsentî de of. or. lib. 6. post Hol. tenet quòd clerici non habentes administrationem possunt disponere, & testari de fructibus perceptis vt que

Bona Ecclesiæ quæ dicuntur.

que ad diem mortis de cōsuetudine, & etiam de percipiendis anno sequenti, si consuetudo esset, vt refert Pan. in cap. Cum in officijs. de test. ipse tamen in d. c. Relatum tenet contrarium de canonicis, de his. s. quæ veniunt ratione beneficii & non ratione personæ. Vin. tamen in d. c. Ad hæc dicit, quòd consuetudo non excusat clericos, qui omnia bona mobilia acquisita intuitu Ecclesiæ dimittunt in morte suis consanguineis. Quæ autem acquirit clericus in cōfessionibus vel missis, vel parochianus est, ad Ecclesiam pertinent, nec de his potest disponere, secundum Pan. in d. c. Cum in officijs. & Inn. c. inter de ver. sig.

19 ¶ Prælati inducens simplici verbo & blando sermone testatorem ad relinquendum sibi quæ Ecclesiæ reliquisset, cessante dolo, non tenetur restituere, secundum Cy. art. in l. si. ff. si quis ali. re. & Pan. in c. 1. de pecu. cle. Et hoc tenet. Secus si dolosè fecisset.

20 ¶ Clericus qui rem Ecclesiæ industria sua meliorauit, de tali melioratione non potest disponere. Facit cap. Inquirendum. de pecu. cle. & ratio est, quia ad hoc tenebatur. Secus quando proprio patrimonio, vel de suo meliorasset.

21 ¶ Quando aliquod relinquitur clerico habenti administrationem, præsumitur quòd relinquatur intuitu Ecclesiæ, aliter non. Tamen recurrendum est ad coniecturas, vt in c. Requisti, de testam. Et quando clericus non habet heredes, qui de iure debeant succedere, ecclesia succedit ab intestato 12. q. 5. c. fi. Et si habet plures Ecclesias, fiet diuisio per illas. Vide Pa. in d. c. Relatum, qui dicit quòd acquisitum per canonicum intuitu Ecclesiæ seu præbendæ nõ cedit successor in præbenda, sed capitulo ipsius Ecclesiæ.

Clerico ab intestato quando succedit Ecclesia.

22 ¶ Quia bona superflua clericorum sunt pauperum, ideo clericus de bonis Ecclesiæ potest alere parentes, dotare sorores vel filias, secundum Pan. in cap. Peruenit de arb. Intellege tamen quando egeat.

23 ¶ Clericus habens patrimonium, potest illud seruare parentibus, & ipse viuere de bonis Ecclesiæ, cui seruit, dummodo honestè viuat. Et hæc communior via secundum Inn. in c. Episcopus de præben. & Pa. in d. c. & Ho. ibi. Nec obstat dictum. c. vlti. 16. q. 1. quia secundum Vueruan hoc intelligitur in extrema necessitate pauperum.

24 ¶ Clericus omnia superflua tenetur erogare pauperibus sub peccato mortali, nisi fabrica egeat, vel nisi velit cultum Dei in Ecclesia ampliare. Nulla etiam extrema necessi-

Nota.

- tate currente, Argu. eorum que not. in c. Dudunt el. secundo de elec. & in c. Cum secundum. de præben. Vide Thom. 2. quando te- 2. q. 185.
 retur re- 25 ¶ Clericus conuertens bona ecclesiæ in vsus inhonestos, stituere vt in histriones, meretrices, & inditando parentes non pau- bon. Ec- peres, secundum Vueruan. est raptor, & consequenter mor- clesia. taliter agit, & restituere tenetur Ecclesiæ, secundum Pan. in d. c. Cum secundum, si habet de patrimonio, vel aliunde. De altari enim viuere debet, & non luxuriari. Vide Archie. Fi. in 2. par. tit. 2. c. 1.
 Nota & 26 ¶ Accipientes ab huiusmodi clericis turpiter, vt mer- benè. trices, histriones, & alij, non causa eleemosynæ in summa necessitate. secundum Ray. & Ho. tenetur restituere 86. di. c. Palce. Similiter qui acceperunt per fraudes, & minas & c. Se- cus quando propter aliam honestam causam acceperunt. Et tenentur restituere ei qui turpiter non dedit, sed timore, vel huiusmodi. Sed si turpiter dedit, restituet Ecclesiæ cui abla- tum est, secundum Ho. vel dabitur pauperibus illius loci, si videbitur expedire, secundum Gl. Ray.
 27 ¶ Clericus dimittens officium sine causa rationabili, secundum Ioan. Cal. in c. 1. de cel. mis. tenetur restituere fru- ctus interim perceptos, quia iste effectualiter non residet, & non residens priuatur beneficio, & fructib. c. pede cl. non re. sed Pan. in d. c. 1. hanc opinionem nimis rigidam esse di- cit. Ideo opinio Pan. quod non tenetur restituere, est verior, & magis dictis S. Thom. conformis, qui in quo. 6. quod sub- diti tenentur decimas soluere etiam clerico diuiti, vt in c. Tua nobis, de deci. Ita tenent Inn. Ioan. An. But. in c. de ce- le. mi. Pet. de Pal. Arch. Zaba. Ioan. de Li. & multi alij hoc te- nent, vide supra Beneficium. §. 69.
 Beneficiū 28 ¶ Clericus excōmunicatus, quamdiu dormit in excō- non debet municatione & est in mora perendæ absolutionis, non de- habere bet habere fructus beneficij, sed sunt alteri assignandi, qui quonō s. a- pro eo celebret, vt dicit Ber. & in c. peruenit, de app. Neque erit serui- recuperabit sibi sublato si fuit iuste excōmunicatus. Sc- titū Priui- cus si iniuste, vt in c. super causas. 2. q. 5. Non enim debet ha- legia cle- bere beneficium, qui non facit seruitium, de app. c. pastora- ricorū re- lis. Si tamen talis non haberet vnde viueret, prouidendum nouantur cūct e bonis Ecclesiæ, quia etiam depositis prouidetur. di. in Cō. Tri. 50. c. Studeat. ne in oppropriū clericatus mēdicare cogatur. Sess. 25. c. 29 ¶ Priuilegia clericorū sunt hæc vt recitat Card. in cle. de vit. & ho. cle. Primum, non conueniunt coram Iudice 20. seculari

seculari, de fom. c. si diligenti. Secundum, quod verberans eos, est excommunicatus. c. Si quis. 17. q. 4. Tertium, quod non tenentur præstare onera personalia, vel realia de immu. Eccl. c. Non minus quartum, quod possunt vindicare rem concessam Ecclesiæ ante traditionem, c. Ex literis. de consue. Quintum, gaudent eodem priuilegio: sicut eorum familiæ. 11. q. 1. c. clericum. el. 1. Intellige quo ad forum, vt di- cit Gl. in c. eos 23. di. Sextum, quod facientes statuta contra eos, sunt excommunicati. c. eos qui de immu. Eccl. lib. 6. Se- ptimum quod soli clerici possunt obtinere beneficium eccle- siasticum. cap. Ex literis de transf. Supra beneficium. §. 18. Oc- tauum, quod per literas contra laicum impetratas cum ge- nerali clausula non potest conueniri vt Gl. in c. Sedes de re- scti. Nonum quod non tenentur dare sportulas. c. Cum ab omni, de vi. & hon. cler. Decimum quod acquisita etiam sub potestate patris, ad libitum disponunt. Auth. presbyteros. C. de Epi. & cle. Vndecimum quod pro rebus suis recuperan- dis agere possunt sine patris consensu, secundum Ar. in c. si. de iud. in 6. Duodecimum, quod pro necessitate nō possunt distrahi à patre. C. de pa. qui si. l. 2. Decimum tertium, quod seruus ordinatus à Domino sciente, & non contradicente, liberatur à dominica seruitute. c. si seruus, 54. di. Decimum- quartum, quod possunt facere collegium: Ar. in ca. fin. de re do. Decimum quintum, quod gaudent priuilegiis militum, quæ non sunt contra statutum clericale. Pan. in cap. si. Epis- copus de pa.
 30 ¶ Clericus qui cum virgine contraxit, deferens tonsu- ram & vestes clericales, gaudet tantum duobus primis priuilegiis. c. Vno. de cle. coniu. in 6. Potest etiam vti statu- tis, & consuetudinibus laicorum ad suum commodum, se- cundum Pan. in c. si. de vit. & hon. cle. quæ tamen eos non li- gant in eorum præiudicium.
 Si clericus propter bona ecclesiastica est obnoxius resti- tutioni, restituet de bonis laicalibus, si habet vel habere po- test, vel parcius consumendo ea ecclesiastica bona, quæ lici- re consumere poterat.

DE COACTIONE.

- 1 Coactio, & c. quomodo sint peccatum.
- 2 Metus cadens in constantem virum non causatur ex supplā- catione regis.
- 3 Metus perdendi bona temporalia an sit iustus.

4 Contractus

- 4 *Contractus factus ex iusto metu quando in eo requiritur libera voluntas, an teneat.*
 5 *Agens aliquid metu, postea tacens an presumatur consentire.*
 6 *Metus levis, vel tantum probabilis, an excuset, &c.*

*Peccatū
simplici-
ter volun-
tarium,
violentia
duplex.*

COactio, violentia, vis, metus, & timor secundum quod sunt in humanis, minuunt de voluntario, adeo ut coactio, & violentia absoluta, & simpliciter non possunt esse peccatum, quia inuoluntarium omnino causant, & peccatum semper voluntarium est, secundum Thom. 1. 2. q. 6. ar. 5. Unde mulier violenter corrupta, non peccat. Violentia autem non simpliciter, sed secundum quid quæ dicitur metus, quia non est sine voluntario, non excusat totaliter a peccato, in his quæ secundum se sunt peccata, & in sacris, de spon. Quid autem sit metus cadens in constantem virum, & quomodo impediatur matrimonium, infra. Impedimentum. nu. 14. Quomodo baptizati coacti, non sunt baptizari. Vide supra. Baptismus. 71. & eodem modo dic de ordinatis.

*Metus
constantis
viri, unde
causatur.*

- 1 *¶ Metus cadens in constantem virum, non causatur ex supplicatione regis, vel domini, secundum Pan. in c. si. qui ele. vel vo. Nisi sit solitus tyrannizare, & male tractare non obtemperantes suis precibus, ut dicit Io. And. in d. c. si. Nec sola meriti reuerentia, nisi minime precesserint causat talem metum, secundum Bal. in l. Ad iudicem. C. quod met. cau. & Inn. in c. Causam matrimonij de off. deleg.*
 2 *¶ Metus perdendi bona temporalia, vel gravem iacturam in eis ut maiorem partem, quando sine illis quis non potest sustentari, est iustus metus, secundum Pa. in c. Abbas. eodem titu.*
 3 *¶ Contractus factus ex iusto metu, quando in eo requiritur libera voluntas, non tenet secundum Pa. in ca. cum locum. de spon. & c. olim inter. eod. tit. In aliis autem ubi non requiritur liber consensus, non est ipso iure nullus, sed venit rescindendus actione quod metus causa, vel officio iudicis.*
 4 *¶ Agens certum quid metu, & sequenti tempore tacens ex taciturnitate non presumitur consentire secundum Glo. iuncto text. in c. Accidens. de conuer. coniti. nisi interueniat aliquis actus positius approbatiuus primi actus. Facit cap. ad id. de spon.*
 5 *¶ Metus levis, vel tantum probabilis non excusat, nec rescindit, vel annullat, ut not. Pan. in cap. veniens, de spon. el. 2.*

el. 2. tamen quo ad conscientiam considerandæ essent circumstantiæ rerum, & contractus. Seruiens Deo metu peccatorum tantum, non meretur beatitudinem, quia non adest charitas.

*Seruiens
Deo metu
peccatorum
tantum, non
laudatur.*

C O G I T A T I O.

- 1 *Cogitatio quando sit peccatum veniale, & quando mortale.*
 2 *Cogitatio morosa quid sit.*
 3 *Cogitatio ut sit mortale que requirantur.*
 4 *Cogitatio morosa in omnibus peccatis.*

Cogitatio aliquando est de veniali peccato, & tunc venialis est, si adsit consensus. Aliquando de mortali perpetrato, vel perpetrando, siue absolute, siue conditionaliter, cum consensu, & tunc est mortalis, etiam si factum vel fieri dum esset impossibile. Aliquando est de re licita absolute, sed non pro tali statu, vel tempore, ut cum quis cogitat, & dicit. Si non intrassem religionem, non intrarem, &c. tunc non est mortale, nisi esset male contentus de diuino beneficio; tunc enim credo ipsum mortaliter peccare. Item quando cogitat de re mortali, cum conditione, ut quando dicit, si non esset peccatum interficerem talem, acciperem concubinam, & huiusmodi, non est mortale peccatum, quia non consentit ex peccato. Hæc ex Caiet. in sent. in summ. ver. Cogitatio.

*Cogitatio
quando di-
citur pec-
catu mor-
tale.*

2 *¶ Cogitatio morosa est, quando, scilicet, quis cogitat de aliquo actu, non ut illum faciat, sed ut delectetur de ipso actu cogitato, secundum Thom. 1. 2. q. 74. 8. Et si talis actus sit venialis, talis cogitatio, vel delectatio erit venialis: si mortalis, erit & delectatio mortale peccatum, quia quod aliquis consentiat in talem delectationem, nihil aliud est, quam consentire in hoc, quod eius affectio inclinetur in fornicationem: quia nullus delectatur, nisi in eo, quod est conforme suo appetitui. Consentire ergo in delectationem rei cogitatz peccati mortalis ut v. g. fornicationis, est mortale peccatum & dicitur cogitatio, vel delectatio morosa, non propter moram temporalem, sed quia durat vsquequo ratio deliberet, in qua deliberatione est aliqua mora.*

*Cogitatio
morosa
que di-
citur.*

3 *¶ Ad hoc autem, quod sit mortale peccatum, exigitur primo quod actus, de quo est cogitatio, sit mortalis. Secundo, quod quis aduertat de quo cogitat. Tercio, quod consentiat in talem delectationem approbando, cum deliberata ratione, & plena. Nam si inceperit aduertere, & præualeat impetus*

impetris passionis non plenè aduertit. Quartò, quòd posituè consentiat in illa, quia si dissentit, non est mortale. Si verò non consentit posituè, neque dissentit, tamen voluntariè in illa delectatione perseuerat, conuincitur consentire, quia potest, & debet expellere. Si autem aduertit, & non expellit, credens se esse firmum, nec dubitans casurum, non peccat mortaliter. Item si moueatur ad talem cogitationem, nò ex nouitate, vel mirabilitate rei, sed vel ex opere malo, vel ex delectatione, mortaliter agit, secundum Caiet. ver. delectatio. Consensus verò in delectationem cogitationis vt obiecti, vt cum quis delectatur nò de re cogitata, sed de ipsa cogitatione, non est mortale peccatum, secundum Thom. vbi supra. Vide in quæstionibus de ver. q. 15. ar. 4.

Cogitatio morosa nò est tatum in peccato carnis.

4 ¶ Cogitatio morosa non solum est in peccato carnis, sed etiam intelligitur de omnibus aliis peccatis, ita quòd consentiens in delectationem cogitationis furti, vel homicidij mortaliter peccat eadem ratione, secundum Tho. 1.2. supra. ad quintum. & de veri. supra. Differentia tamen est inter delectationem sequentem, ad apprehensionem peccati carnis, & ad alia peccata, quia in apprehensione peccati carnis communiter sequitur subita delectatio, ita quòd est difficile cogitare de peccato hoc, & non sequatur motus delectationis, & non prorumpat in aliquem actum inordinatū, quod in aliis non est sic. Vide diffusius infra. Delectatio, num. 2. & per totum.

DE COLLUSIONE.

1 Collusio quid sit.

Collusio importat inter reum, & actorem latentem, & fraudulentam conuentionem: vt cum quis cum suo aduersario mediante pecunia, vel gratia paciscitur, vt pro se in causa, vel iudicio permittat sententiarum, de col. c. 1. & secundo. Est enim hoc manifestè peccatum in vtroque, secundum Caiet. ibi, & mortale, quia vterque fraudi consentit, & contra debitam iusticiam tendit. Sic enim interdum delicta impunita remanent, aut de nouo patrantur, secundum Host. in summa.

DE COLUMBARIO.

1 Columbaria an teneri possint.

Columbaria, vt vulgo dicitur, & columbi, secundum Arc. Fl. 2. par. tit. 2. cap. 1. post Pet. de Palu. cum bona con-

Columbaria quando licite teneri possunt.

conscientia non possunt teneri, nisi sufficienter pascantur, ne inferant damna seminibus, vel fructibus quando tenens non habet tantum territorium circumcirca, quòd in eo verisimiliter pascantur. Caiet. vbi dicit, quòd habere huiusmodi columbaria contra statuta municipalia disponentia, quòd qui vult tenere columbarium, habeat tantam terræ quantitatem, vel vbi statutum nullum est, contra quærelas eorum qui damnificantur, peccatum est: nisi ex consuetudine, vel præscriptione legitima ius hoc habeat. Et si notabile damnum inferant alteri non excusantur à mortali. Credo tamen licitum esse columbaria habere, vbi est consuetudo, & statuta non prohibentur, & vbi patronus habet magnum terræ circuitum, vbi pasci possunt, quia si non essent columbaria, essent columbi, etiam vagantes, sicut sunt nunc, & sunt alie aues, vt anseres, grues, & huiusmodi, quæ agros eodem modo vastant: sic & columbi facerent, sicut in aliquibus locis vbi non sunt columbaria, & tamen in magnis turmis volant columbi. Itaque non credo tales tenentes columbaria, etiam quòd non habeant tantam terræ quantitatem, de mortali esse damnandos, cum etiam ab ecclesia & principibus tollerentur. Nihilominus patroni, tempore quo possunt damnificare agros, beneficerent si pascere eos, & clauderent. Non tamen credo eos ad hoc teneri, quia non sunt animalia domestica, sicut gallinæ, cum possint capi, & interfici vbiunque reperiantur. Hæc sunt quæ iudicio meo, & rationabiliter videntur tenenda. Non est ergo præcipitanda sententia de mortali.

DE COMMENDA.

1 Commenda duplex est.

2 Commendatarius Ecclesia curata non est prelatus, sed curator.

3 Clerico licet subuenire de beneficio non curato, & qualiter.

Commenda est duplex. s. Ecclesie curatæ, & non curatæ, & duplici ex causa Ecclesia consuevit commendari rationabiliter. Primò, ad vtilitatem Ecclesie curatæ. Secundò, ad honestam subuentionem commendatarij, quia licet c. Nemo de elect. lib. 6. dicat, quòd non fiat, nisi ex euidenti necessitate ipsius Ecclesie, tamen loquitur de curatæ. Quomodo autem fienda sit commenda Ecclesie curatæ, vel parochialis, vide in d. c. Nemo. Vbi dicitur, quòd non commendetur nisi constituto in ætate legitima, &c.

2 ¶ Com-

Monasteria commendata ex decret. Con. Trid. sunt visitanda. def. 21. cap. 8.

Commendatarij abbatiarum quomodo peccant.

2 ¶ Commendatarius talis Ecclesiæ curatæ, non est prælatus, sed curator, secundum Ioan. And. Habet tamen legitimam administrationem. 22. q. 1. c. Relatio. quando debite fit, nec de iure facit fructus suos, secundum eundem Ioan. And. & Bart. quia custos est, & ius in Ecclesia non habet in fructibus, nisi ad colligendum, gubernandum, & providendum sibi, & ministris, residuum conuertendum in Ecclesiæ utilitatem, sicut de visitatore, vt in c. Obitum, dist. 16. Et hoc tenet Host. licet de facto contrarium fiat, quia Ecclesiæ commendatæ funditus ruunt.

3 ¶ De beneficio non curato licet subuenire clerico, si indiget ad necessitatem, aut decentiam. Vnde si Abbatia habet superflua, & aliquis Cardinalis, vel Episcopus, vel alius clericus indigeat, potest fieri hæc commenda, & maximè quando non possunt inueniri regulares monachi numero peccatis redditibus. Et eo casu secundum Pan. in c. De monachis, dist. præb. tenentur commendatarij Ecclesias in solito statu conseruare, & de superfluo possunt sibi providere ad necessitatem, & decentiam sui status. Contingit tamen circa hoc mortaliter peccare. Primò, si in veritate non indigent, sed solum ad pompam, vel ad suam concupiscentiam, vel auaritiam hoc faciunt, quia sanguinem pauperum si vsurpant. Secundò, si notabiliter cultum diuinum minuant, vt si ibi 20. consueuerant officiare, & propter hoc vix 10. officiant ex auaritia eorum, sic enim honorem Dei lædunt, & damnum defunctis iniuste inferunt. Tertiò, si ducti auaritia opponunt se reformationi dictarum abbatiarum eadem ratione. Quarto, fortè propter scandalum secularium, ob hoc blasphemantium, & tepescerunt in fide, prout in diebus nostris fieri videmus, ita vt quod ad necessitatem concessum erat, ad luxuriam, & in scandalum fiat. Talis namque commenda est ac si oues lupo quis commendet. Videant igitur, quomodo absolui queant.

D E C O M M I S S I O N E.

- 1 Commissio Papa qualiter & quid operetur,
- 2 Delegatus quando subdelegare possit,
- 3 Commissio siue rescriptum Papa quomodo debeat interpretari.

Commissio facta alicui per Papam, expressio dignitatis nomine, & facta mentione quòd residet in alio loco, operatur quod talis possit cognoscere in loco residentia, secundum

secundum Io. An. in c. Exhibita. de re. permutat. Si autem de residentia non fiat mentio, tunc commissio intelligitur facta in loco dignitatis expressè, nec ultra illam diocesim poterit cognoscere de illa. c. Statutum. §. In nullo. de rescrip. in 6. & quod ibi no.

2 ¶ Quando eligitur industria personæ, quod fit quando nominatur persona, tunc potest committere: secus quando eligitur industria, & nominatur dignitas, puta, dicendo priores, vel prælati. cap. si. de of. or. & c. Is cui. de of. del. in 6. Commissio siue rescriptum, debet interpretari secundum ius commune, & conformari æquitati secundum iustitiam, & saluo iure alterius, etiam si materia verborum non patiat, nisi expressè hoc exprimat, vt dicendo, non obstante, &c. vel ex certa scientia, vel similia, secundum Fed. in c. Causam. de res. §. Interpretatio. Et licet priuilegij verba debeant aliquid operari, intelligitur tamen, si ius hoc patiat, nec præsumitur derogare, nisi exprimat.

Commissio siue rescriptum, quomodo interpretandum.

D E C O M M O D A T O.

- 1 Commodatum quid sit.
- 2 Res mobiles & immobiles quæ vsu non consumuntur, locari num possunt.
- 3 Commodare potest quicumque potest contrahere.
- 4 Commodatarius si non fuerit vsus re commodata infra præfixum tempus, an post poterit illa vti.
- 5 Commodans scienter rem vitiosam, tenetur de damno.
- 6 Commodator licet rem extimari fecerit, an propter hoc tollatur quæ domino pereat.
- 7 Commodatarius in quibus casibus teneatur de casu fortuito.
- 8 Rem commodatam recipiens gratia sui tamen, si res deterioretur, an teneatur.
- 9 Commodatarius remittens rem commodatam per nuncium idoneum, an teneatur de casu fortuito.
- 10 Commodatarius vtens re commodata ad alium vsum quàm accepit: furtum committit.
- 11 Commodatarius quando preferre debeat res suas rebus commodatis.
- 12 Commodatarius allegans res perditas, an teneatur probare.

Commodari contractus est alicuius rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio, secundum Glo. in c. vnico, de commo. & Host. Nam si gratuitas non fieret, sed merces pecuniæ interueniret, vel rei alterius gratia fieret,

fieret, nō posset dici cōmodatū, sed locatio, vel aliquid aliud.
 2 ¶ Res mobiles, & immobiles, quæ vsu non consumuntur, locari possunt, & finito tempore. Et si ante tempus reuocantur, tenetur reuocans de damno. in d. c. vnico. ff. com. mo. l. in rebus. nisi commodans damnum simile erat passurus, & commodatarius non poterat sibi aliudē providere in conscientia non tenetur si reuocat. Secus si poterat à principio sibi aliter providere, quia tenetur.

Commodatū non debet retineri ratione compensationis.

3 ¶ Quicumque potest contrahere, potest commodare: in l. Iulianus. ff. de emp. ven. & ac. Et est de iure naturali, vt res commodata restituatur. c. Ius autem naturale, di. l. & dominium rei non transit in recipientem, secundum Glo. in d. c. vnico. nec commodatarius tenetur domino de re commodata, si perit sine eius culpa, vt in d. c. vnico. quia res si perit, perit illi cuius est. Nec etiam si deterioretur, vtendo ad illum vsu, ad quem accepit, & sine culpa. ff. com. l. Eum qui rem. Nec potest retineri ratione compensationis, prætextu alicuius debiti, etiam liquidum. l. vlt. ff. eo. quamuis Pan. contrarium teneat. c. Bona fides. de depo. & Gl. in d. l. si. vbi. l. debitum est liquidum. Et si commodatarius facit aliquam expensam notabilem necessariam, vt in medicinis, potest repetere à domino, nisi hoc sit ex eius culpa. Secus si expensā est modica. ff. eo. l. In rebus. §. Possent.

4 ¶ Si commodatarius non potuit vti re commodata infra præfixum tempus, etiam sine culpa sua, non poterit ultra illud tempus vti sine licentia commodantis, secundum Pan. in d. c. vnico.

5 ¶ Commodans alicui rem vitiosam scienter, & non dicens ei vitium, tenetur de damno sequuto propter hoc commodatario, secundum Gl. in d. c. Vnico. Non autem si dixit vitium, vel ignoranter fecit: in d. l. In rebus.

Pactum generale non obligat ad casus fortuitos.

6 ¶ Si commodator rem extimari facit, nil aliud dicens, non propter hoc tollitur quando si pereat, domino pereat, sed certificatur de precio, si ex culpa accipientis periret secundum Pan. & Ioan. An. in d. c. vnico. quia pactum generale non obligat ad casus fortuitos. Supra, Casus fortuitus, numero 4.

7 ¶ Commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi in trib. casib. Primò, si culpa sui accidit. Secundò, si interuenit pactum, quia commodans nō vult stare sub aliquo casu fortuito. Tertiò, si fuit mora restituēdi, vt in d. c. vnico. Adverte tamen, quòd in conscientia, si eodem modo apud dominum

erat

erat peritura res, nō tenetur nisi de interesse quod dominus passus est pp rei suæ absentiam. Supra, Casus fortuitus. au. 3.
 8 ¶ Recipiens rem commodatam, si recipit gratia sui tantum, vt communiter accidit, si res deterioretur, vel pereat, tenetur de dolo, & culpa lata leui, & leuissima. in d. c. Vnico, quia in talibus debuit adhibere talem curam, qualem & in rebus suis. Nec hoc sufficit, si res potuit diligentius custodiri. ff. de act. & oblig. lib. 1. De casu autē fortuito, quem etiam diligens & fidelis homo præuidere non potuit, non tenetur, vt est dictum supra num. 7. Si verò recipit gratia dantis tantum, vt si commodauit tibi vestes pulchras, vt ornatior ad me venires ad me honorandum, recipiens tenetur de dolo tantum. l. Si vt certo. ff. cod. Host. verò addit, quòd etiam tenetur de lata culpa: & hoc tenet, quia lata culpa æquiparatur dolo. l. Quod Nerua. ff. de pos. vbi dicitur, quòd lata culpa est, si minor cura alienis rebus adhibeatur quam propriis. Si verò recepit gratia vtriusque, tenetur de dolo, & de culpa lata & leui: sed non leuissima, secundum Gl. in d. l. Si vt certo. §. Interdum, & Hostien. Notat autem Pa. in d. c. Vnico, hoc non esse speciale in commodato, sed generale in omnibus contractibus. ff. de reg. iur. l. Contractus. Fallit tamen in præcario, vbi quis non tenetur, nisi de dolo, quia præcarium potest semper reuocari, non autem commodatum.

9 ¶ Si commodatarius rem commodatam per nuntium remisit idoneum, & casu fortuito res perit, non tenetur commodatarius: in l. Argentum. ff. com. & ibi glo. Bar. in l. Eum qui. ff. eo. Et idem de deposito, vt in cap. Significare, de dig. Secus quando nuntius non est idoneus, secundum Bart. supra & ex culpa nuntij perit. Si etiam fuit infidelis, & tamen reputabatur fidelis communiter, non tenebitur, quia non fuit in culpa: in d. l. Argentum.

10 ¶ Si commodatarius vtitur re commodata ad aliū vsu, quam acceperit, contra voluntatem domini, furtum committit, contractando rem alienam inuito domino, & si esset de re importanti mortaliter peccaret, vt si ex hoc multum dominus rei damnificaretur, & tenetur de damno, & si res pereat, vel damnificetur, tenetur, in d. l. vt si certo, & ff. de fur. l. Qui iumenta. Secus quando existimabat dominum fore contentum, & habebat veram causam hoc extimandi, quia non tenebitur, l. Qui re. ff. de fur. Supra, Casus fortuitus. numero 2.

11 ¶ Commodatarius qui nō potest saluare res proprias, &

n 2

accipi

accommodatas, potest præferre suas, etiam viliores, accommodatis preciosioribus, quâdo accommodatum fuit factum gratiâ accommodantis, in d.l. Si ut certo. ff. eod. Si res erant eiusdem preciositatis, & accommodatum fuit factum gratiâ recipientis, non potest præferre suas. l. In rebus. ff. eo. Si est factum gratiâ utriusque, potest cæteris paribus, suas præponere, quia plus sua quàm aliena diligere debet. Quando verò sit tantum gratiâ commodatarij, potest præponere res suas digniores, aliis minus dignis accommodatis, quia quilibet diligens, & diligentissimus hoc faceret, & ipse recipiens ad plus non tenetur, ut supra dictum est.

12 ¶ An commodatarius allegans res perditas teneatur probare, vide Pa. in c. Bona fides, de depo. & Bar. in l. Si quis ex argentariis. ff. de eden. Quomodo autem probabit? dic quòd si sunt casus aperti, ut incendium, bellum, tempestas, &c. aperte probabitur. Si verò casus sunt occulti, probabitur per coniecturas, habito respectu ad qualitatem personæ, & similibus. Si verò ex aduerso dolus, vel culpa allegetur, probabitur ex casu non facili sine culpa. Vide Syl. ibi, in fin.

DE COMPENSATIONE.

1 Compensatio quid sit, & in quibus rebus admittatur.

2 An quis æquivalens retinere possit, quando suum habere non potest.

Compensatio importat debiti & crediti inter se contributionem. l. i. ff. de compens. quæ admittitur in omnibus quæ in suo genere recipiunt functionem, id est, quando una res potest fungi vice alterius, sicut sunt ea quæ consistunt in numero, pondere, & mensura, secundum Pa. in cap. Bona fides, de depo. In aliis autem cessat compensatio. Et requiritur debitum esse liquidum, vel in proximo liquidandum, ut in l. fin. C. de compen.

2 ¶ An quis æquivalens retinere possit, si ad manus eius venit, vel accipere, quando suum habere non potest, vide infra, furtum. num. 5. Vide Inn. in c. Cum olim causam, de resti. spo. & in c. Dominus. 22. q. In deposito tamen non potest fieri compensatio, ut supra, Commodatum. §. 3.

DE COMPOSITIONE AMICABILI.

1 Compositio amicabile etiam in spiritualibus contractibus interuenire potest.

Compositio amicabile potest interuenire etiam in spiritualibus contractibus, ut dicit glo. in c. Statuimus, de transa.

transa. & c. Nuper, de deci. Ita tamen, quòd nullum temporale pro spirituali detur, quia symonacum esset. Si fiat compositio inter clericos super decimis in futurum soluendis non excedet vitam tranſigentium. c. Veniens. de transa. Et potest fieri etiam sine autoritate superioris.

DE COMPROMISSIONE.

1 Compromittere quas res quis possit.

Compromittere potest res quilibet quas potest alienare, seu liberè disponere: quas autem sine solennitate nõ potest disponere, etiam sine tali solennitate de illis non potest compromittere. Facit. c. Cum tempore, de arbi. & Pa. ibidem. Vide in ver. Arbitr. §. 13. 14. Vnde prælati possunt de fructibus beneficiorum compromittere, sicut liberè disponere, ut not. Host. in sum.

DE COMMUNIONE.

1 Communio sacramentalis ex parte sumentis quatuor requirit, de quibus nu. 2. 3. & 4.

5 Communicare tenetur quis in mortis articulo.

6 Qui non communicauit in Paschate, an teneatur ante aliud pascha communicare.

7 Sacerdos celebrans debet de præcepto sub vtraque specie se communicare.

8 Sacerdoti an liceat se extra missam communicare.

9 Communicans aliquem sub vtraque specie ubi non est consuetudo, peccat mortaliter.

10 Viaticum dare potest omnibus his quibus sacramentum penitentia dari potest.

11 Communicans eos qui irreuerentiam exhibent sacramento, peccat mortaliter.

12 Caro & sanguis si in hostia appareat, non debet sumi ab eo cui apparet.

13 Monachi tenentur omni mense communicare, sicut seculares omni anno.

14 Sacerdos quando celebrare teneatur.

15 Communicare non debet quis pluries in die.

16 Communicans in mortali sine contritione mortaliter peccat.

17 Immunditia corporalis quando impediatur communionem.

18 Infirmus semel pro viatico communicatus, si superuiuat, an possit iterum communicari.

19 Cap. Sacra. de confess. dist. 1. abrogatum est.

20 Post communionem an possit quis statim comedere.

21 Dispensatio sacramenti Eucharistia ad sacerdotem pertinet.

- 22 *Communio ab hæreticis, excommunicatis vel publicis concubinarijs sumi non debet.*
- 23 *Peccator occultus petens communionem à sacerdote illum peccati conscio, si est proprius sacerdos, an eis negare possit, & num. 23.*
- 24 *Amentib. an & quando hoc sacramentum dari debeat.*
- 25 *Hostia non consecrata pro consecrata numquam debet dari.*
- 26 *Peccatoribus omnibus verè pœnitentibus in mortis articulo dandum est hoc sacramentum.*
- 27 *Communicare volens & recordans de mortali, an & quando differre debeat.*

Eucharistia sumptio quot requirat.

1. Cor. 2.

Communicans debet esse ieiunus ieiunio naturæ.

Concordat Con. Tri. Sess. 13. c. 6. & Sess. 21. c. 4.

Consuetudo est legi iuris pres.

Communio, qua sacramentum Eucharistiæ sumitur ex parte sumentis, quatuor requirit. Primò ut præmissa diligenti examinatione, & contritione, credat se in mundum à peccato mortali. Et sine peccati mortalis cogniti contritione communicans mortaliter peccat, quia indignè sumit: & sic reus corporis, & sanguinis Christi, secundum Apost. efficitur. Sine confessione autem, si rationalis causa est non confitendi, excusatur communicans, quia præceptum de confessione præmittenda in communionem non est de iure divino, nec positivo, cum nullibi inveniatur, nisi semel in anno. Si ante commoditas confitendi adest, & habens conscientiam peccati mortalis, differre vult confessionem, & communicare cum aliis, vel celebrare, peccare videtur valde graviter, quia minus dignè voluntarius accedit, citra tamè mortale, propter rationem tactam, secundum Caie. ibi. Alij autè videntur tenere oppositum quasi omnes, & præcipue Tho. 4. sent. di. 17. q. 3. ar. 1. quol. 4. & hæc opinio est securior.

2 ¶ Secundò requiritur, quòd communicans sit ieiunus, ieiunio non Ecclesiæ tantum, sed naturæ, videlicet, à media nocte nihil sumpserit per modum cibi, vel potus, & ab omnibus quæ per os sumuntur, etiam medicinalib. ita quòd scienter, & advertenter non ieiunus hoc modo communicans (excepto mortis articulo) mortaliter peccat, ut communiter tenetur, secundum Caie. ib. & in c. Liquidò. de conse. di. 2.

3 ¶ Tertiò requiritur tempus. In paschate omnes tenentur communionem sumere, ut in c. Omnis. de pœ. & re. per octo dies antè, & per octo post, secundum determinationem Euge. 1. 1. 1. aliter mortaliter peccant, nisi rationaliter differatur de consilio sacerdotis. Requiritur & debita ætas in communicare, ut i. d. c. Omnis videlicet anni discretionis, quæ in discretio maior videtur debere esse in comunione confessione

fectione. Et quia consuetudo est optima legum interpretes, ideo cum sit consuetum, quòd pueri, vel puellæ non communicent nisi quòd parentes eorù ad hoc illos inducunt, vel confessores: ideo etiam quando ad annos discretionis pervenerint, & non communicent, quia eorum parentes tardant ob maiorem reverentiam comunionis, non peccant, & parentes etiam excusantur à violatione præcepti, secundum Caie.

4 ¶ In mortis etiam articulo tenetur homo communicare, quia sic hêt usus Ecclesiæ & dimittes peccat quidem. Non tamen dimittes ob negligentiã videtur mortaliter peccare, quia vitium istud non est sacramentum necessitatis, dñimodo comuniceverit quis in Paschate, secundum Caie. ibi, contempusque absit.

5 ¶ Quartò requiritur reverentia, & devotio, ita quòd pollutus in nocte, & qui rem habuit etiam matrimonialem, illo die communionem sumere non deberet, nisi ex rationali causa: tamen si est contritus & communicet, dummodo absit contemptus non peccat mortaliter, sed venialiter tantum, quia debitam reverentiam omnimodam non adhibet tanto sacramento. Tamen quando ex reverentia dimittit cessante scaldalo, bene facit, quia hoc sacramentum requirit actualem devotionem. Posset & tantã hère contritionem, & devotionem, quòd comuniceado mereretur, etiã sine necessitate, celebrãdo, quia nulla est Ecclesiæ prohibitio. Caie. infra Pollutio. §. 2.

6 ¶ Qui non communicavit in Paschate ex negligentia, vel quia noluit, licet mortaliter peccaverit, non tamen tenetur de præcepto communicare ante aliud Pascha, quamvis sit hortandus, quòd communicet. Qui verò distulit de consilio proprii sacerdotis, vel ex alia causa legitima, tenetur, quia talis adhuc potest implere præceptum, secundum Archi. Flo. 2. par. ti. 9. c. 9. §. 4.

7 ¶ Sacerdos celebrans debet sub præcepto sub vtraque specie se communicare: de conse. dist. 2. c. Prælatum. nisi in die Parasceves, quia tunc non consecrat, tamen quando ipse celebrat, & consecrat, debet in vtraque specie sumere. Thom. 1. sent. dist. 12. aliter esset sacrilegij reus: de conse. dist. 2. capit. Comperimus.

8 ¶ Non licet sacerdoti extra missam seipsum communicare regulariter, tamen Caie. dicit se credere, quòd in necessitatis articulo, ut cum peste laborat, si quis deferret sibi corpus Christi, posset seipsum communicare.

9 ¶ Communicans aliquem, ubi non est consuetudo sub vtraque specie, mortaliter peccat secundum Caie. ibi, propter

Sacramentum Euchar. requirit actualem devotionem.

Sacerdos quando potest communicare seipsum extra missam.

presumptione. Similiter si communicat indignos, ut pueros ante annos discretionis, natos amētes excommunicatos interdictos, publicos peccatores, & publicas meretrices, lenones, & huiusmodi, si scienter hoc facit, si dat cōmunionem in loco interdicto contra prohibitionem Ecclesie. Caic. ibi.

10 ¶ Quandounque, vbicunque, & quibuscunque potest dari sacramentum pœnitentiæ, potest etiam dari, si est in mortis articulo, viaticum, quia pro eodem computat ius, de pœ. & re. ca. Quod in te. Tamen prius debet provideri scandalo, ut scilicet publicetur peccatum remissum, & ab excommunicatione absolutū, & huiusmodi, secūdu Caic. ibi.

11 ¶ Communicare etiam eos qui irreuerentiam exhibent sacramento huic, ut sunt phrenetici (expuētes, & huiusmodi scienter, mortaliter peccatur, secundum Caic. ibi: Similiter peccato negligentie inuoluuntur ij, qui infirmis viaticum ministrare negligunt, secundum eundem.

12 ¶ Si in hostia appareat caro, vel sanguis, non debet sumi ab eo, cui sic apparet, secundum Tho. 3. parte. q. 82. ar. 4. Nec propter hoc sacerdos efficitur legis transgressor. Consulendum tamen esset sacerdoti, ut iteratō corpus, & sanguinem consecraret, & sumeret, secundum Tho. ibi ex quo apparet quod non tenetur ex pœcepto. Idem dic de sanguine & si perseverat in tali specie, ponendum est cum reliquijs, secundum Tho. 4. sen. dist. 10. ar. 4.

Monachi non sacer-
dotes quā-
do debent
communi-
care. Hoc
idem Cō.
Tri. tum
de Mona-
chis tum
monialib.
Sess. 23. c.
13.

13 ¶ Monachi tenentur omni mense sumere communionem sicut seculares omni anno. tex. in cle. 1. de statu mon. §. Sanē. Ibi etiam Gl. Videtur etiam hoc ad ceteros religiosos pertinere, quia Gl. dicit hoc satis honestum esse, ut dilaretur ad alios religiosos. Idem Pan. in d. c. Omnis. Credo tamen, quod sit religionis seruanda consuetudo cuiuscunque.

14 ¶ Sacerdos non legitimē impeditus, tenetur celebrare saltem in pœcipuis festis, in quibus fideles deuoti celebrare consueuerunt. Thom. in 3. parte, q. 82. ar. vlti. & 4. sen. dist. 13. q. 3. arg. 2. quol. 1. nisi ex instinctu spiritus sancti quis abstineret. Et Pet. de Pal. in 4. senten. di. eadem, hoc idem dicit, & in c. Dolētes. de cel. mis. reprehenduntur qui vix quattuor in anno celebrāt. An autē mortaliter peccēt nolo sententiā pœcipitare, tamē rationes S. Tho. vbi supra vidētur fortes.

15 ¶ Non debet quis pluries in die se communicare, secundum Thom. 4. sen. di. 2. q. 3. ar. 1. ql. vlt. Sacerdos tamen, qui non solum pro se, sed etiam pro alijs celebrat, necessitate cogente, potest in vno die pluries celebrare, c. concordat Pet. de Pal.

de Pal. 4. sen. de ea. q. 1. infra Missa. §. 25.

16 ¶ Communicans in peccato mortali sine contritione, mortaliter peccat, secundum Tho. 3. par. q. 80. ar. 4. & incurrit sacrilegium, tanquam violator sacramenti, Intellige si scienter cum conscientia mortalis peccati hoc facit. Similiter si habet mortale, & negligentia discutiendi conscientiam non recordatur de illo, peccat mortaliter, quia huiusmodi omisio videtur voluntaria, ex quo non fecit, quod debuit facere probando seipsum, ut dicit Apostolus. Veniale autē peccatū nō impedit, quia nō aufert caritatem.

17 ¶ Immunditia corporalis, siue sit perpetua, siue ad tempus de necessitate non impedit communionem, in lege noua, nisi propter aliquod periculum irreuerentiæ circa sacramentum, vel ob scandalum: in c. Tua nos, de cle. ægrotan. Prohibetur ne publicē celebret propter horrore, tamē in secreto potest celebrare propter deuotionem, nisi ad cō esset corruptus, quod ministeriū sine periculo explere nō posset. Leprosos tamē ad sacerdotiū promouere non decet, ex S. Th. 4. sen. dist. 9. q. 4. ql. vlt.

2. Cor. 11.

18 ¶ Infirmus semel pro viatico communicatur, si superviuat, potest iterum communicari pro viatico, etiam non ieiunus, imminente casu, ut credit Tab. & rationabiliter, quia potest contingere, quod hoc tempore intermedio mortaliter peccauerit, & velit iterum Christo incorporari per desiderium ad Eucharistiā & sumptionē, si potest. Ex deuotione etiā ieiunus pluries potest cōmunicare in eadē infirmitate.

Infirmus
potest cō-
municari
non ieu-
nius.

19 ¶ Capitulum Sacram. de confes. di. 1. in quo dicitur, quod communio possit sumi in die cœnæ post alios cibos, est abrogatum per contrariam consuetudinem, secundum Th. 4. sen. dist. 8. q. 2. ar. 4. quol. 1. ad quintum.

Comestio
potest fie-
ri post cō-
munionē.

20 ¶ Post communionem potest quis statim comedere, nec obstat c. Si manē, de conf. dist. 2. Quia est abrogatum & secundum Tho. loquitur de tempore, quando raro celebratur antiquitus.

21 ¶ Ad sacerdotem pertinet dispensatio huius sacramenti Th. 3. par. q. 82. ar. 3. Ideo diaconus non potest communionem dare, nisi in necessitatis articulo, & de licentia Episcopi, vel presbyteri, ut in dist. 93. c. Præsente. Illis autem absentibus, potest sine licentia, ut in c. Diaconus, eadem di. Aliter oportet esse sacerdotem. c. Peruenit. de conse. dist. 2. & curatum, vel de eius licentia, ut in cle. Religiosi de priui. Et cōmunicans alienū parochianum peccat violando ius, nisi hoc

n § faciat

faciat sub tati habitatione, secundum Caiet. ibi: & si esset religiosus, esset excommunicatus, infr. Exc. 49.

22 ¶ Cōmunio ab hereticis excommunicatis, publicis cōcubinariis, & hmōdi, sumi nō debet, Supra. Clericus n. 13. & 14.

23 ¶ Si peccator occultus petat communionem à sacerdote illius peccati cōfessio, & est proprius sacerdos, & in publico petat, nō potest ei negare, secundum Th. 3. par. q. 80. art. 6. potest tamē ipsum secretē mōnere, ne communicet, vel dicendo publicē in generali, Caueatis fratres, ne in mortali cōmunicetis vel similia. Secus quando peccatum est publicum, quia tunc debet denegare, secundum Th. supra.

24 ¶ Idem dicas de suspectis suspitione violenta, & fama publica, sicut de publicis peccatoribus, quando petunt communionem, secundum Th. in 4. sen. supra. Et illud c. Sæpe cōtingit. 2. q. 5. in quo dicitur q. detur ad experimentum, est abrogatum. Secus de suspectis leuiter, & vehementer.

Amentib. non est dāda cōmunio.
25 ¶ Amentibus, qui nunquam deuotionem ad hoc sacramentum habuerunt non debet dari. Qui verò habuerunt aliquando vsum rationis, & fidem ad hoc sacramentum, & superuenit amentia, si petunt, dari debet, nisi timeatur periculum de vomitu vel aliqua alia irreuerentia, vt in c. Is qui. in 26. q. 6. & Th. in 4. s. Et demoniacis. eodē modo debet dari, nisi constet eos ob mortale torqueri secundum Dio. & Th. vbi supra. Non baptizatis minimē dandum est.

Non baptizati, nō possūt nec debēt cōmunicari.
26 ¶ Nūquā debet dari hostia nō consecrata pro cōsecrata, etiā indigno, quia in sacramento veritatis nulla debet esse, fictio, secundum Th. supra. & c. De homine de celeb. missarū, & secundum Angel. quia daretur occasio idololatranti.

27 ¶ Omnibus peccatoribus verē pœnitentibus, & confidentibus peccata sua in mortis articulo, etiam suspendendis est danda cōmunio, si petunt, nec eis negatur sepultura, nisi in iure specificē negetur & missa pro eis est dicenda. c. 1. 26. q. 7. sicut hæretico relapso datur. c. Super de hære. lib. 6. Et etiam excommunicato pœnitenti, infr. Eucharistia, vide materiam huius sacramenti, per totum.

28 ¶ Volens cōmunicare dum iam est in missa, & recordatur de aliquo mortali nō cōfessio, & pro tunc non habet copiam confessoris, & non potest commodē, vel sine admiratione differre communionem, si est contritus, potest cōmunicare, & postmodum confiteri. Idem de sacerdote, qui non habet copiam confessoris, & oportet celebrare, vel quia tenetur, vel quia sic consuevit, vel quia non celebrādo esset admiratio,

admiratio, sufficit contritio. Immo secundum Arch. Fl. post Pe. de Pal. iam inminente cōmunionem Paschali si aliquis vult cōmunicare, & habet casum reseruatū superiori, ad quē non potest pro tunc accedere, potest cōmunicare contritus, vel ratione scandali, vel infamiae. Et addit Ric. vnum in 4. sent. dist. 9. q. si quis de propinquo aliquem sacerdotem expectaret, cum quo deuotius confiteretur, contritus posset communionē accipere. De hoc. §. i. supradictum est, sequēdo viam Caiet. Tales tamen si haberent aliquam sententiam excommunicationis, vel huiusmodi, etiam iniustam, debent abstinere. In huiusmodi enim contritio non sufficeret. Neq. pugnantibus in duello debet dari. in c. Monomachiam. 2. q. 5. in Gl. Reliqua vide in ver. Eucharistia. Sit igitur diligens sacerdos in ministrando communionem.

Communio care quis potest, non absolutus à casu reseruate.

Pugnantes in duello, nō debent cōmunionē cōsumere.

DE CONCESSIONE.

- 1 Concedere idem est quod donare.
- 2 In generali concessione quæ veniunt, & num. 7.
- 3 Concesso consequenti, an censeatur concessum antecedens.
- 4 Concessum de iure communi intelligitur quod non est prohibitum.
- 5 Concessum propter necessitatem, ultra necessitatem non extenditur.
- 6 Concessum ex gratia speciali ab alijs non debet trahi in exemplum.

Concedere simpliciter, idem est q. donare, secundum Pan. de excep. c. cum venerabilis. nisi ex circumstantiis contrarium appareat, vt cum quis dicit, Commoda mihi equum teum. & alius dicit, Concedo, vel alia sub sit coniectura, non transfertur dominium, sed v. 16. q. 1. c. Possessiones. Verba ergo præcedentia, & subsequētia, insinuant an transferatur dominium, necne. Si dicas, concedo causa mortis, restringitur, vt non sit de præsentis, secundum Pa. supra.

Concessio nis proprietates quæ sint.

- 2 ¶ In generali concessione veniunt accidentalia, vel solēnia consueta exprimi, secundum Fel. in c. M. Ferra. de const. & vno commisso, cēsentur omnia commissa, sine quibus illud expediri non potest v. llo modo, secundum eundē Fel.
- 3 ¶ Concesso consequenti, non conceditur antecedens, quando antecedens per se stare potest. Et concessio facta Ecclesie, censeatur realis. Fel. vbi supra.
- 4 ¶ Concessum de iure communi intelligitur, quod nō est prohibitū. c. qui spiritalia. 2. q. 4. Quomodo intelligatur, vide

vide gloss. in c. Inter corporalia, ver. non inuenitur.

5 ¶ Concessum propter necessitatem, ultra necessitatē non extenditur. Pa. in c. Deus qui, de vi. & ho. cle. causa enim limitata effectum limitatū producit. Arg. in d. c. Deus. in ver. Quantum ad hoc spectat.

6 ¶ Concessum ex gratia speciali, ab aliis non debet trahi in exemplum. de priuil. c. Sanē. An per Papam concessa ipso mortuo expirent. Infra, Gratia. num. 4.

7 ¶ In concessione generali non veniunt ea quæ quis non esset in spem verisimiliter concessurus. de re. iu. lib. 7. c. In generali. Vt si concedatur alicui omnes autoritas faciendi quicquid ipse posset, non tamen conceditur vt possit pro eo matrimonium contrahere, nisi exprimatur.

DE CONCILIO.

1 Concilium generale à quo congregari possit. & num. 7.

2 In Concilio quando sententia Papæ est præferenda.

3 Concilium in spectantibus ad fidem & mores errare an possit.

4 Concilium & Papa si discrepent de fide, quæ opinio prævaleret.

5 Controversia esse an possit inter Papam, & Concilium.

6 Papa quando iudicari possit à Concilio.

8 Appellari an possit à Papa ad Concilium.

Sedes prima à nemine potest iudicari.

Papa quo modo est supra Concilium.

Concilium generale autoritate solius Papæ congregari potest, aliter est synagoga Satanæ, vt dist. 17. per 10. & secundum Th. 2. 2. q. 1. ar. 10. Et eius statuta omnes astringunt. Et secundum Pan. in c. significasti, de elect. Concilium non potest statuendo præfigere legem Papæ, quia nemo potest primam sedem iudicare: in c. Nemo. 9. q. 3. & c. Aliorum. Et per hoc c. dicit Io. And. quod sententiæ Papæ standum est, quando contradicit sententiæ totius Concilij, & quod solus Papa potest interpretari statuta Concilij, tollere, & limitare, vt in c. Statutum. de rescr. lib. 6. Intellige tamen secundum Pa. in his quæ dependent à plena dispositione Papæ, vt in his quæ sunt iuris positiui, cum sit caput Ecclesiæ: sed in his quæ non dependent à plena potestate Papæ, non est simpliciter s. Concilium. Vnde in concernentibus fidem, concilium est super Papam, & in his non potest contra Concilium disponere. Vide c. Anastasius, cum Glo. dist. 16. Vnde Concilium Papam de hæresi potest condemnare. c. Si Papa. dist. 40. Et in hoc est eius Iudex, secundum Do. in c. In fidei fauorem,

fauorem, de hæ. lib. 6. In concernentibus etiam vniuersalem statum Ecclesiæ, non potest Papa disponere cōtra statutum generalis Concilij, si statuendo decoloraretur status ipsius Ecclesiæ. c. Et si illa. 1. q. 7. & Inn. in c. Quanto. de consue. Pe. autem de Anc. dicit, Papam posse tollere hoc, vel illud statutum iuris positiui, sed non omnia simul, quia hoc esset vniuersalem Ecclesiæ statutum destruere.

2 ¶ In Concilio, circa quæ sunt fidei, sententia Papæ, vel alterius melius sentientis cæteris est præferenda, secundum eundem Pan. quia concilium aliquando potest errare, sicut de facto errauit circa matrimonium inter raptum, & raptā. & sententia Hiero. præualuit 30. q. 2. c. Tua, & c. Placuit. Caiet. in 2. 2. q. 1. ar. 10. dicit, quod Papa vt singularis persona potest errare in fide, vt Papa tamen iudicando, & diffiniendo quod tenendum sit ab Ecclesia de fide, errare non potest, quia dicitur Matthæi ult. Ecce ego vobiscū sum vsque ad consummationem seculi. Et Papa iudicialiter determinante & diffiniuē aliquid esse hæreticum, & pro hæretico tenendum, omnes tenentur acceptare, & qui oppositum pertinaciter teneret, esset hæreticus.

3 ¶ Concilium in spectantibus ad fidem, & mores errare non potest perseueranter, sicut nec Ecclesia, secundum Tho. ql. 6. ar. 16. quia dicit idem Thom. 2. 2. q. 5. ar. 6. quod doctrine Ecclesiæ inhærere oportet, sicut infallibili regulæ, quæ doctrina non est alia, quàm Concilij. Vide Caiet. 2. 2. q. ar. 1. ad tertium dubium.

4 ¶ Si concilium, & Papa discrepent de fide, & Papa videretur habere meliores rationes, non propter meliores rationes standum est sententiæ Papæ, sed quia est caput Ecclesiæ, habens auctoritatem determinandi ea quæ sunt fidei: aliter oporteret esse aliquem iudicem determinantem, quæ essent meliores rationes, secundum Th. de po. q. 10. ar. 4. & Io. de Turre cremata.

5 ¶ Non potest esse controversia inter Papam, vt Papa & Concilium de fide, aut moribus perseueranter, secundum Thom. 2. 2. q. 1. ar. 10. quia neutra pars potest errare, si tamen erret in fide vt singularis persona, definit esse Papa, & caput Ecclesiæ, quò ad Deum, licet non quò ad Ecclesiam, quousque deponatur per iudicium. Similiter si errent in moribus perseueranter.

6 ¶ Sicut pro hæresi, non ita pro quolibet peccato notorio, etiam si esset incorrigibilis, & scandalizaret Ecclesiam, à

Concilio quando potest errare, & quando non.

Papa sententia quæ re sit standum.

Conci-

Concilio Papa iudicari potest, licet Pan. inducat Gl. in c. Si Papa dist. 30. dicentem, quod sic, & multum eam approbat. Sed Pe. de Pa. dicit dictam Gl. non esse veram, nec illam pertinaciam dicit esse hæresim, sed de crimine schismatis, quod secundum Arc. Flo. oritur post electionem, non veri & indubitati pastoris: sed cum probabiliter dubitatur, an electio fuerit canonica, an violenta, vel huiusmodi, sicut fuit electio Urbani 6. prout fuit statutum in concilio Constant. M. CCCCXVII.

Concilium generale de cuius mandato fieri debeat. Papa suspectus de hæresi quando debeat inquiri.

7 ¶ Concilium generale debet fieri de mandato Papæ ipso interueniente vel alio de eius mandato, dist. 17. c. 1. & 2. & Thom. de po. q. 4. ar. 3. ad 23. Nisi Papa esset hæreticus. Si autem esset diffamatus vehementer de hæresi apud graues, & nollet se corrigere, vel purgare, aut congregare Concilium, iam hoc ad Cardinales spectaret, ad inquirendum contra Papam auctoritate diuini iuris secundum Ioan. de tur. cre. vel ad alios prælatos Cardinalibus negligentibus. Idem dic, quando aliter graui scandalo Ecclesiæ prouideri non posset, & Papa nollet congregare Concilium, quia eo casu esset de hæresi suspectus: ex c. Error. dist. 83. Alij casus, sunt de quibus vide Syl. ibi. §. 4. circa fin.

Appellatio à Papa ad Concilium fieri non potest.

8 ¶ A Papa ad Concilium appellari non potest, quia Papa confirmat, & sententiat Concilium, & est eo maior, vt dictum est, & appellatio non fit nisi ad maiorem. Imò hoc asserere hæreticum esset, quia hoc esset auferre priuilegium traditum à Christo Ecclesiæ Romanæ, quod est hæreticum vt in c. Omnes dist. 22. vide Caiet. 2. 2. q. 1. ar. 1. Si vis videre Concilia facta, vide dist. 15. & Tab. ver. Concilium. §. 4. vsque ad 12. De conciliis prouincialibus, vide Syl. circa fi. ibi. Hæc non multum faciunt confessoribus Concilia quatuor generalia principalia sunt, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense 15. dist. c. Sicut quæ ecclesia veneratur. c. Post translationem. de renun. §. 1.

D E C O N C U B I N A.

1 Concubina quæ dicatur.

Vxor clādestina concubina est.

Concubina quādoque dicitur quæ coniugali, & mutuo affectu asciscitur à viro legalibus cessantibus instrumentis: sine quæ sine solennitate legis à viro deducta est, mutuo interueniente consensu coniugij: concubina nunquā nuncupatur præsumptione legis, etiam si vxor vera sit dist. 34. c. Omnibus c. Is qui. & c. Christiano. iuncta gl. ibidem.

D E

D E C O N C U B I N A T V.

- 1 Concubinat^{us} lege canonica prohibitus est.
- 2 Concubinarij quomodo absolui possint.
- 3 Concubinae efficiuntur de foro ecclesiastico.
- 4 Meretrices aduertes, ignorantes esse peccatum, an peccēt mortaliter.
- 5 Clericus concubinaris notorius exercendo actus cuiuscunque ordinis irregularis efficitur.

Concubinatus est prohibitus lege canonica, secundum Pan. de vit. & ho. cle. & Fely. in c. Cum sit de fo. comp. & iure diuino, cum dicitur, Non mœchaberis. Ideo nemo super hoc potest dispensare. Intellige tamen secundum quod concubinatus accipitur pro concubitu fornicario, vel illicito, & non licito, quia secundum mentem iuris, concubina non dicitur, nisi quæ tenetur per modum vxoris, vt in c. Si quis. dist. 23. vbi dicitur, qui habuit concubinam post vxorem ordinari non potest.

2 ¶ Concubinaris, vel cōcubina nolens abiicere alterum vel alteram, si est periculum residui, non debet absolui, quia non est verè contritus: quia vera pœnitentia non est sine re-motione causarum peccando. c. Satisfactio. de pœn. dist. 3. Si verò tale periculum ad arbitrium sacerdotis non est, tamen factum est notorium, vel violenta suspicio, propter scandalum, non potest absolui, nisi abiiciat, licet sit contritus peccato. De pœna clerici concubinarij §. Clericus. num. 13.

3 ¶ Concubinae efficiuntur de foro ecclesiastico, secundum Fel. in c. Si cōcubinae. de sen. exc. Ira quod Ecclesia potest eas excommunicare.

4 ¶ Adeuertes meretrices, ignorantes esse peccatū an mortaliter peccent: peccant quidem mortaliter, nec excusantur, quia iuris naturalis, & diuini in tali casu manifesto, neminem excusat. 1. q. 1. per to. Sine enim maxima negligentia, nullus potest hoc ignorare.

5 ¶ Quilibet clericus etiam constitutus in minoribus concubinaris publicus, prout supra, Clericus. num. 14. declaratum est secundum Arch. §. hæc de malis. 32. dist. exercendo actum cuiuscunque ordinis, fit irregularis, & solus Papa dispensat, de re iud. c. 1. lib. 6. Et idem de fornicario quocunque scilicet, notorio, secundū Ina. quod no. Ar. in §. ad hæc di. 32. Quomodo intelligatur notorietas, vide §. Clericus. num. 13. Infra Notorium. Concubinatus secundum leges ciuiles crimen non est, ff. de concubi. l. in concubinato.

D E

DE CONCVSSIONE.

1 *ConcuSSIONIS crimen quomodo committitur.*

Concubinat⁹ apud quas leges non est crimen.

ConcuSSIONIS crimen committitur, cum quis in officio constitutus extorquet aliquid à subditis per metum, aut cum non vult facere quod tenetur, nisi data pecunia, aut quando extorquet ultra constituta sibi stipendia, aut cum quis accusat, vel ab accusando desistit propter pecuniam, vel aliquid æquiuale, ut colligitur 1. q. 1. c. ConcuSSIONIS, & c. Iubemus. & est peccatum mortale in re notabili, quia contra iustitiam, secundum Thom. 2. 2. q. 59. ar. 4. Et accipiens restituere tenetur dati, nisi turpiter dederit. 14. q. 5. c. Nec sanè. Sed si turpiter dedit, restituant illi, in cuius iniuriam est datum, vel pauperi iuxta Ecclesiæ arbitrium, ut in d. c. Nec sanè. Hoc tamen in foro conscientie secundum Glo. Ray. magis est de consilio. Vide j. Restitutio. num. 17. Est etiam mortale peccatum in re notabili, quia contra iustitiam. Facit c. Militare. 23. q. 1. & Th. 2. 2. q. 59. ar. 4.

DE CONFessione.

- 1 *Confessio iudicialis quando præiudicat confitenti.*
- 2 *Confessio liberata reuocari an possit, & ea que dicatur.*
- 3 *Confessio facta in tormentis an valeat, & post eam quid requiratur. num. 4.*
- 5 *Officiales non præcedentibus iudicijs ponentes personas ad statutum, sunt homicidæ.*
- 6 *Confessio facta metu torquenti filium non nocet.*
- 7 *Confessus non appellat.*
- 8 *Reus an respondere teneatur iudice procedente per inquisitionem ex mero suo officio.*
- 9 *Confocius criminis regulariter non est testis idoneus contra socium.*
- 10 *Si petatur aliquid quod falsum est ratione qualitatis, potest negari, & similiter si est verum sub conditione.*
- 11 *Testes duo singulares, vel tres confitentes contra tertium, an possint coniungi ad faciendum iudicium sufficiens.*

Confessio iudicialis secundum Pan. in cap. Ex parte, de confes. præiudicat confitenti, si sit maior 25. annis, & fiat spontè, & ex certa scientia, & expressa causa, & coram suo Iudice, & præsentem parte, & non sit contra naturam, nec contra ius, & fiat de re litigiosa, & non sit contra libertatem, aliàs non præiudicat, secundum Pan. in d. c. Ex parte.

2 ¶ Con-

2 ¶ Confessio liberata reuocari non potest, secundum Fel. in c. Venerabilis, de excep. col. 2. circa prin. Confessio verò geminata non potest reuocari prætextu errorum: & geminata dicitur deliberata, c. Si quis reatus. 2. quæst. 3.

3 ¶ Confessio facta in tormentis non valet. l. 1. §. Diuus. ff. de quæstionibus, & ibi Bart. dicit, quòd leuis terrore non quamlibet facit confessionem videri factam formidine pœnæ, vel tormentorum, sed debet esse positus in tormentis, vel directus ad ea. Item si erat in carcere, in quo multum fame & frigore cruciabatur. Item si fiat calore iracundiæ non præiudicat, nisi perseueret. cap. Ex literis. de diuor. Multa alia dicit Pan. in d. c. Ex parte.

Confessio facta in tormentis, quomodo valet.

4 ¶ Post confessionem factam in tormentis, reducitur reus in locum publicum iudicij, & ibi coram personis publicis, & notario confitetur per text. in l. 2. C. de cust. reo. Non autem sic est de confessione facta extra tormenta.

5 ¶ Officiales, qui non præcedentibus iudicijs sufficientibus, personas ponunt ad torturam, secundum Ludo. de Ro. sunt homicidæ, & tenentur ad restitutionem omnium damnorum, cum propter confessionem factam vi tormentorum suspenduntur, & huiusmodi, & talis confessio sine iudicijs non valet, in l. 1. Etiam si iudicia post quæstionem habitam superueniant confessionem non confirmant, ut vult Gl. in l. Martin. ff. eo. ti. Ita tenet Bal. in c. Ad nostram. in fi. de pro.

6 ¶ Confessio facta metu torquenti filium non nocet, secundum Fel. in c. Afferte. de præsum. & Bal. vbi supra, in d. c. Ad nostram quòd licet reus perseueret negando, dummodo contra eum sit plenè probatum per testes, debet condènari.

7 ¶ Confessus non appellat. c. Romanus. §. Cum autem de app. in 6. & lata sententia statim punitur, de aliis conditionibus. Vide Tab. §. 6.

8 ¶ Si iudex procedit per inquisitionem ex mero officio suo, tenetur reus respondere veritatem sub peccato mortali, si factum est notorium, vel infamia flagrat, vel semiplenè probatum est, secundum Tho. 2. 2. q. 69. ar. 1. & Pa. in c. Cum super de Confes. vide Caic. 2. 2. supra & in verbo Accusatio. §. 28. Et hoc verum est, quando agitur ad pœnam spiritualem, de qua infra Pœna. nu. 2. non ad aliam. Si verò factum non est notorium, nec flagrat infamia, non tenetur respondere. de accu. c. Qualiter, & quòd el. 1. Etiam si diceret veritatem iurasset, secundum Hen. de Gan. ql. 1. q. 34. Nec in hoc prælato debet obediri, quia contra caritatem est, & occulta non sunt

Veritas occultari. publi

Petitio totius includit petitionem partis. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 4. 3.

publicanda sed Deo relinquenda. c. Si omnia 6. q. 1. non-
men mendacium debet dici, sed veritas occulta, &c.

9 ¶ Cōficius criminis nō est, testis idoneus regulariter con-
socium, vt no. Gl. in l. si filiū. C. de li. causa, potest tamen in-
terrogari, vt per dictum eius veritas inueniri possit ab alio.
Vide Pa. de confes. c. 1.

10 ¶ Si petatur aliquid, quod est falsum ratione qualitatē
vt si petatur an occideris Titium in Ecclesia, potest de ne-
gari: quia licet occideris, nō tamen in Ecclesia. Sed si est fal-
sum ratione quantitatis: vt si petitur centum, & non debes
nisi 50. debes confiteri 50. secundum Panor. in c. 1. de plus pe-
ti. quia qui petit totum, petit & partem.

11 ¶ Si peritur aliquid, quod est verum sub conditione, &
absolutē petitur, debet negari simpliciter, secundum Pa. in c.
1. de postu. praela. vt si quis interfecit hominem, defendendo
se, non debet confiteri se interfecisse hominem, quia non
posset probare hoc fecisse pro defensione.

12 ¶ Duo testes singulares, vel tres confitentes contra ter-
tium, non possunt coniungi ad faciendum sufficiens iudiciū,
nisi vnus eorum sit omni exceptione maior, qui solus face-
ret, & multo minus ad faciendam plenam probationem, pa-
ter per Anton. in cap. Licet. de testi. Vide infra, Testis. §. 8.

DE CONFessione SACRAMENTALI

1 Confessio sacramentalis quid sit, & eius conditiones quales
quae declarantur num. 2. 3. 4. 5. 6. 15. 16. 17. 21. 22. 23. 24.
26. 27. 28. 29.

7 Reconfiteri peccata quando quis debeat & nu. 8. 9. 10.

13 Casus multos reseruatos si quis habeat & vadit ad superio-
rem, & absoluitur de omnibus, si postea recordetur de alijs
reseruatis, an à sacerdote poterit absolui.

14 Recidiuantes an teneantur reiterare confessionem.

18 Si confessor sciat aliquem habere peccatum mortale, de quo
confitens non facit sibi conscientiam, an debeat eum absol-
uere.

19 Si confessor videat confitentem deficere in confessione, an te-
neatur interrogare, &c.

20 Confessor si audiat aliquem dicentem se peccasse cum alio,
an poterit alterum interrogare de eodē peccato in speciem.

24 Sacerdos vnus non debet plures simul audire, nec contra.

30 Confessor secundus an mutare possit pœnitentiam iniunctam
à primo.

31 Confessio sacramentalis, & vocalis quantum sit necessaria.

32 Confiteri laico nemo potest etiam in articulo mortis.

33 Confiteri quando quis alteri possit quam proprio sacerdoti.

34 Sacerdos proprius an subditum suum vbique audire possit.

35 Sacerdos proprius requisitus de licentia confitendi alteri, an
denegare debeat.

36 Sacerdos parochialis an teneatur credere petenti communi-
onem, si dicat se alteri confessum.

37 Dicens se habere licentiam alteri confitendi, ei credendum an
sit.

38 Subditus quando confiteri tenetur sacerdos tenetur audire.

39 Confessiones factae cum excommunicato occulto an valeant.

Confessio sacramentalis secundum Rayn. est legitima
coram sacerdote peccatorum declaratio: & est pars sa-
cramenti pœnitentiæ, cuius materia sunt actus pœnitentis,
& peccata, de quibus dolet mortalia, secundum Tho. 3. q. 84.
ar. 2. Et secundum ipsum Tho. & alios Theo. virtute clauium
ex attrito fit contritus: ideo in confessione attritio saltem
est necessaria, & secundum Tho. 4. sen. di. 17. q. 3. ql. vi. Debet
confessio 15. conditiones habere, ad hoc quod sit perfecta,
quæ in his versibus continentur.

*Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discretæ, libens, verecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

*Con. Tri.
Sess. 14. 6.
3.*

*Conditio-
nes veræ
confessio-
nis.*

Has conditiones declarat S. Tho. in 3. sen. supra, & Caiet. in
summa, ibi, ideo hos sequar.

1 ¶ Prima conditio est, quod sit simplex, id est sine admix-
tione historiarum, & aliorum impertinentium. Quando ta-
men isti idiotæ, & præcipuè mulieres confitentur aliqua
impertinentia, cum intentione melius declarandi peccatum,
non vitiant confessionem, secundum Archie. Flo. 3. par. tit.
14. c. 18. in 10. conditione: ideo prudens confessor huiusmodi
studeat resecare nugas.

Simplex.

2 ¶ Secunda, humilis, quod scilicet ad actum interiorem, re-
cognoscendo se peccatorem, & quo ad actum exteriorem,
cum verbis humilibus, non iactando se, &c. flexis genibus,
licet hoc non sit necessarium, tamen est congruum, si potest
fieri, nisi ob infirmitatem, & huiusmodi.

Humilis.

3 ¶ Tertia pura id est, cum bona intentione ad Deum facta
vt ecclesiæ obediat, & Deum placare possit: quoniam si quis
confiteretur propter infamiam populi fugiendam, vel vt de-
uotus tantum appareret, & hoc esset principaliter intentum

Pura.

mortaliter peccaret, quia ibi videretur finem ponere quando aliter hoc cessante, non confiteretur. Secus quando ad confessionem mouetur propter hoc, tamen principalis finis est propter Deum, & remissionem peccatorum suorum, & vt Dei gratiam assequatur.

Fidelis,

5 ¶ Quarta, fidelis, id est vera. Nam si quis confitendo peccata sua, ex industria vtatur tali eloquentia, vel talibus verbis, vt peccata sua non ponderentur a confessore, vel ei non displiceant, peccat. Mentiri etiam in confessione de pertinentibus, ad ipsam confessionem, est mortale; quia est mendacium in iudicio, non qualicumque, sed sacramentali. Et hoc dico mentiri non solum de mortalibus, sed etiam de venialibus, quando confitens assumit illa venialia, vt materiam confessionis; ideo tenetur facere illum confessionis actum veracem. Si autem non intendit de venialibus confiteri, vel de hoc veniali, non peccat mortaliter: ideo negans in confessione aliquid veniale propter verecundiam, non intendens tunc de eo confiteri, licet a principio hoc intenderet, non peccat mortaliter. Similiter de impertinentibus ad confessionem mentiens, non peccat mortaliter. Qui vero negat, vel tacet quod credit, vel dubitat mortale, mortaliter peccat. Ideo dubia pro dubiis, & certa pro certis dicenda sunt in confessione, ita vt neque quis propter humilitatem debet se accusare de eo quod non fecit, vt dicit Aug. 22. q. 1. c. Cum humilitatis causa.

Frequens,

6 ¶ Quinta frequens, de frequentia confessionis non inuenitur preceptum, nisi semel in anno, in c. Omnis, de pcc. & re. Neque de peccato semel rite confessio, quis tenetur amplius confiteri, etiam ex precepto Papæ, secundum Pe. de Pa. quia est quoddam sacramentale, diuino, & non humano subiactens imperio. Sunt tamen aliqui casus, in quibus reconfiteri oportet, de quibus infra dicemus, & aliqui in quibus oportet statim confiteri. Primus, quando quis vult communionem accipere, vel celebrare, secundum communem opi. supra communio, nu. 1. Secundus, quando quis est in mortis periculo notabili, in quo frequenter moriuntur homines, vt est grauis infirmitas, ingressus ad conflictum belli, procella maris, & huiusmodi, secundum Pe. de Pa. 4. sen. Tertius, quando conscientia hoc dictaret, quia omne quod est contra conscientiam edificat ad gehennam. 18. q. 2. §. Ex his. Quartus, quando credit, quod pro illo anno non poterit habere copiam confessoris, quia vbi periculum imminet, tollenda est mora

Periculi est in mora

c. Bap

c. Baptizati. di. 5. De hoc vide aliquid §. Absolutio. n. 11. & 13. 7 ¶ Reconfiteri totiens peccata per generales confessiones quandoque bonum est, vt facilius pena peccatorum remittatur: quandoque malum est, quando propter hoc conscientia efficiuntur scrupulosæ, & inquietæ. Ideo istis consulendum, vt quando semel, vel bis bene confessi sunt cum idoneo sacerdote, & non fuerint ficti, quod non amplius reitent, quoniam sic conscientia nimis timida sunt sunt tamen aliqui casus, in quibus necessario est confessio iteranda, de quibus secundum Tho. & Pe. de Pa. in 4. & Caie. in sum. dicendum est.

Casus in quibus confessio reiteranda est.

8 ¶ Primus casus reconfitendi ex parte confitentis est, quando non habuit contritionem, ac attritionem de peccatis, vt quia non displicuit peccatum præteritum, vel non proposuit de futuro abstinere. Quia hæc non est confessio, sed magis confessionis simulatio, & est per se contra formam sacramenti. Si autem dolet de præterito cum proposito cauendi a futuro, licet dolor sit imperfectus, ita vt neque esset, attritus, propter hoc non esset iteranda, quia si hoc esset nunquam posset sciri, an homo sit verè confessus, ita quod non indigeat reiterare confessionem, quia nemo scit, si fuit contritus, vel saltem attritus, secundum Caie. ibi.

9 ¶ Secundus est ex parte confessionis, quando non fuit integra, quia confitens omisit scienter, vel ex verecundia, vel aliter, aliquid mortale, vel quod credebatur mortale, vel circumstantiam necessariam, ex negligentia recordandi nimis crassa, quod nec etiam mulierculæ faciunt, vel quia noluit dicere, tunc enim dicitur fictus, & confessio est reiteranda, secundum Tho. supra & Caie. ibi. Si tamen eundem adiret, qui adhuc peccatorum suorum memoriam haberet, vel saltem penitentia impositæ, secundum Pe. de Pal. & Bona, sufficeret dicere in generali, Pater dico meam culpam de his, quæ vobis dixi, &c. postque explicare peccatum occultum, dicendo quomodo fuit fictus illud celando, &c. Et not. secundum Sco. quod homo tenetur exhibere tantam diligentiam in recordatione peccatorum suorum, quantum poneret in re ardua, quæ multum sibi esset cordi.

Reiteratio confessionis, quando est facienda.

10 ¶ Tertius casus est quando non impleuit penitentiam taxatam a confessore pro mortalibus ex contemptu, vel notabili negligentia, & illius est oblitus, tunc tenetur reiterare confessionem, secundum communem opinionem Doct. Caie. autem in summa, ibi dicit, Et satisfactionis defectu nullum scio

casum,

Roma. 2.

casum, quo ritè confessus, & absolutus, teneatur reiterare confessionem. Nam si in mortali satisfactionem imposuit fecit, non propterea tenetur reiterare, quoniam sine pœnitentia sunt dona Dei. Nam si non satisfacit Deo, satisfacit Ecclesiæ. Si sit oblitus pœnitentiæ, non etiam propter hoc tenetur reiterare, quia sine pœnitentia sunt dona Dei, tum quia potest commutari pœnitentia, existimando quod satisfactio oblita non excedat tria psalteria, vel mille aureos, tum quia omittens peccat quidem peccato omissionis, & in reatum temporalis pœnæ perseuerat. Ex nullo autem horum sequitur, quòd teneatur iterare confessionem, sed quòd debeat pœnitentiam delicti agere, & satisfacere soluendo illam pœnam, vel æquivalentem. Et hæc opinio verior videtur, alia autem securior.

11 ¶ Ex inhabilitate verò confitentis ad susceptionem sacramenti, propter censuras ecclesiasticas, quia scilicet tenetur maiori, vel minori excommunicatione, quarum utraque à participatione passiva sacramentorum separat, non aliter quòd sacramentum nullum sit: quoniam sicut cætera sacramenta ab excommunicatis suscepta sunt vera sacramenta ita & pœnitentiæ sacramentum, sed intelligitur, quòd excluditur à sacramentis, ad hunc sensum, quia si sumit, ad iudicium suum sumit, & sacrilegus efficitur, & quia excommunicatio non annullat sacramentum pœnitentiæ, secundum Caic. ibi, in summa. etiam quòd quis fuerit prius absolutus à peccatis, quàm ab excommunicatione, confessio non propter hoc est iteranda, sicut matrimonium, extrema unctio, ab excommunicatis suscepta. Alij autem communiter dicunt, quòd pœnitentia est nulla, ideo iteranda, supra Absolutio. num. 5.

12 ¶ Quartus casus est ex parte confessoris, vel quia non est sacerdos, vel quia non habet iurisdictionem ordinariam, nec delegata, vel quia non habet vsum propter excommunicationem maiorem vel suspensionem. Tunc quia nò potest absoluerè, confessio facta tali esset iteranda. Intelligit tamen de excommunicato denunciato, vt supra Absolutio. num. 30. Nota quòd si confessor non potuit absoluerè ab omnibus, licet absoluerit, quòd cõstiterit cõfessio, poterit alteri iterando confessionem tantum de illis, de quibus ille nò potuit absoluerè, reconferri, & absolui sicut quòd ad Episcopum mittitur. Ex defectu scientiæ, quòd sacerdos est ita ignorans, quòd de omnibus peccatis nescit dicere formam absolutionis: vel

Sacramē-
ta susce-
pta ab
excom-
municatis
sunt
sacra-
menta.

non intellexit quòd dixerit: & confitens nesciuit ipsum instruere, & scienter vadit ad illum, potes aliud idoneum adire, tenetur iterare confessionem. Quanta autem debeat esse eius scientia, dicemus infra. Ex parte etiam voluntatis, si fingit se absoluerè, & non absoluit, aut quia tunc nò erat metis compositus, aut noluit absoluerè, vel erat semidormiens, in his omnibus est iteranda cõfessio. Memeto de his, quæ supra diximus, quòd reconferri eidem, quòd sufficit cõfessio in generali, &c.

13 ¶ Si quis habet multos casus reseruatos, & vadit ad superiorem, & absoluitur ab omnibus, & postmodum recordatur de quibusdam aliis reseruatis, si vadit ad sacerdotem, poterit absolui, etiam de illis reseruatis, secundum Pet. de Pal. quando intentio Episcopi fuit absoluerè ab hominibus sibi reseruatis, & non tantum explicatis coram eo tunc.

Casus reseruatos
quando ab-
solui po-
test à simplici sacer-
dote.

14 ¶ Recidiuantes non tenentur reiterare confessionem, secundum Th. 4. sen. di. 22. q. 1. nisi forte per accidens, vt. i. confessor aliquod remedium, vel pœnitentiam confitenti adhibeat. Ingratitudo enim, vt est generalis circumstantia non est de necessitate confitenda.

Recidua-
tio non
obligat ad
reiteratio-
nem cõfessionis.

15 ¶ Sexta conditio debet esse nuda, vt non inuoluatur verborum obscuritate, sed sic loquatur confitens, vt sacerdos intelligat, quia in confessione latens morbus debet apparere, secundum Aug. & etiam dicat peccatorum circumstantias necessarias, de quibus supra Circūstantia per totum, vt eius conscientia bene munderetur.

Nuda.

16 ¶ Septima conditio debet esse discreta, id est prudenter facta, vt verbis honestis explicentur peccata, & circumstantiæ, & maximè in peccato carnis. Et quantum ad modum narrandi, ne confessorem tædio afficiat. Ideò prius in seipso meditetur peccata, & benè computet. Sit etiam discretus in eligendo bonum confessorem, & confessor in examinando, & præcipuè puellas, &c.

Discreta.

17 ¶ Octaua conditio, libens. i. voluntaria, non timore pœnæ, vel infamiæ, &c. Et accedens ad confessionem debet habere voluntatem dicendi omnia peccata sua etià quòd non interrogaretur, aliter mortaliter peccaretur. Et si cõfessor omnia interrogaret, & cõfiteretur de omnibus tamen nò fuisset confessus, nisi interrogasset, tenetur in fine confessionis cõfiteri suam fictionem, quia fictè accessit, & debet dicere, Pater, veni cū tali animo deliberato, non dicendi peccatum hoc, nisi interrogaret, &c. Nihilominus debet confessor interrogare, vt in ca. 1. de pœ. dist. 4. De his quæ ex seipso confitens

non dicit, & de his quæ perpendit illum velle occultare, discretè de eius ore eruere, & quando scit, vel probabiliter credit illum non recolere peccata, quædam debet ad memoriam reducere, vel conscientiam de eis illi facere, alioquin indignum scienter absolueret, secundum Pet. de Pal. Et ille qui ad interrogata tantum responderet, paratus tamen dicere peccata sua, si non interrogaretur, sed rogat interrogari, vt melius confiteatur satisfacit, quia non tenetur nisi vel ore proprio, vel signo affirmare vel negare. Et dicit Th. 4. sen. dist. 17. quod quis tenetur confiteri peccatum, etiam si est manifestum confessori, quia non est notum in forma iudicij.

18 ¶ Si confessor sciat aliquem habere peccatum mortale, de quo confitès non facit sibi conscientiam, & consequenter non confiterur. secundum Gof. debent ei facere conscientiam, nec eum absoluerè, sed reputare indignam. Quòd si res dubia est, & opi. Doct. sunt variè, an sit mortale tale peccatum, si confessor est ordinarius, ipsum admonitum prius, tamen in sua opinione persistentem, debet absoluerè. Si verò non est ordinarius, & tenet firmiter esse mortale, non debet absoluerè, quia ex mera voluntate dependet eius absolutio, sed ad alium remittat.

19 ¶ Si confessor scit, vel probabili coniectura videt confidentem deficere in sua confessione, adeo quod confessio nõ sit perfecta, sed diminuta, vel ficta, tenetur interrogare, vel instruere confidentem, secundum Pe. de Pal. supra, & Th. 4. sen. dist. 16. q. 2. ar. 2. quol. 1. vbi ponit rationem, quia ordo singulorum adinuicem, est vt vnusquisque alteri auxiliũ præbeat ad bonum suum consequendum, &c. Vnicuique enim Deus de proximo mandauit: sicque mortaliter videtur peccare, negligendo procurare salutem proximi scienter in necessarijs ad confessionem, inf. Interrogatio, §. 1.

20 ¶ Si confessor audiat aliquem dicentem peccasse cum altero, confessor non poterit alterum interrogare de hoc peccato in speciali, sed in generali tantum, secundum Arc. Fl. 3. par. ti. 14. c. 18. in conditione, §. 13.

Verecunda. Pudoꝝ est magna pars pœnitentiæ. integra.

21 ¶ Nona conditio, quod sit verecunda apud ipsum pœnitentem, quia vt dicit Philosophus. Peccatum omne est erubescibi le. Pudor enim magna pars est pœnitentiæ. ca. 1. de pœn. dist. 6.

22 ¶ Decima conditio, quod sit integra, quatum ad mortalia certa, & dubia, aliàs ritè non confessã, & eorum circumstantias

stantias necessarias, vt supra Circũstãtia, per totum aliàs est confessionis simulatio. Et est per se nõ integra, quãdo volũta, ritè diuiditur, & nõ valet, sed sacrilegij vitium committitur.

Si verò dimidiaretur tantum materialiter, vt propter obliuionem, vel propter casus reseruos, non restat quin sit integra formaliter. Si autem quis dicat peccata sua, vni tamen tacet aliquid, non est verecundia, sed quia timet aliquid graue malum, vel sibi, vel alteri, vt quia confessor, sollicitauit illam personam ad malum, vel huiusmodi, & non habet alium idoneum, non peccat mortaliter, nec dicitur diuidere confessionem ex intentione, sed rationabiliter ad hoc cogitur. Si autem diuidatur indirectè, non dicendo omnia, quia noluit cogitare, & paruificet discutere cõscientiam notabiliter, & propter hoc aliquod peccatum relinquit, quod non dicit, dicitur mortaliter peccare, & diuidere confessionem indirectè, quia non fecit id ad quod tenebatur. Qui autem habet aliqua reseruata, dicat omnia sacerdoti, qui absoluet à quibus poterit, postmodum adeat superiorem cui dicentantum reseruata, & ipse absoluet, quæ quidem absolutio est sacramentalis, & sic habet vsus Ecclesiæ.

Confessio quorũ peccatorum facienda Concil. Tri. Sess. 14. c. 5.

23 ¶ Vndecima conditio est, quod sit secreta. Propter hoc excluduntur interpretes, nuncijs, scriptura, quib. nemo tenetur confiteri de necessitate, secundum Caie. ibi. Quando tamen alius modus confitendi non est, potest homo, si vult hoc modo confiteri, quia plus ab homine non exigitur, quàm possit. Neque publicè debet confessio fieri, sed secreta, ne ab alijs audiatur, & pœnitentia secretè iniungenda est, & grauiter peccaret stans ad audiendum confessionem alterius. Et si casu audiuit, tenetur tenere secretum. Quomodo autem debet celari, infra Confessor, num. 5.

Secreta. Concil. Tri. Sess. 14. c. 5. can.

si de sententiã iam non potest sustineri, et tanqm illi, cõdam damnata est a 11.º Clem. VIII.

24 ¶ Vnus sacerdos nõ debet plures simul audire: nec plures sacerdotes vnũ simul, quia videtur esse cõtra c. Omnis. de pœn. & re. licet Ricar. dicat in casu necessitatis hoc licere. Sco. tamen 4. sen. dist. 16. contrarium tenet, dicens confessionẽ plurib. factam, nõ esse sacramentalem. Th. etiam in 4. sen. dist. 16. in expositione literæ, dicit, quod quãdo peccatũ est publicum, quis potest publicè confiteri: aliàs non licet, quia talis confessio præiudicat proximo, qui scandalizari posset. Nec debet dicere pœnitentiam iniunctam, quia ex hoc posset sequi infamia, maleuolentia, vel aliud malum sibi, vel confessori, secundum Ric. His autem cessantibus, potest confessus dicere pœnitentiam, secundum Pet. de Pal.

Pœnitentia iniuncta, nõ debet manifestari. Lachrymabili.

o § ¶ Duode-

25 ¶ Duodecima conditio est, quod sit lachrymabilis, hoc est cum displicentia omnium peccatorum mortalium commissorum supra omne odibile, & cum proposito vitandi omne mortale supra omne euitabile, saltem cum attritione, quia virtute clauium ex attrito fit contritus, ut dicunt Doct. Et sic dicitur lacrymabilis. An autem propter incontritionem sit iteranda, dictum est supra, in quinta conditione.

Accelerata. 26 ¶ Tertia decima conditio est quod accelerata sit. Non inuenitur autem preceptum de acceleratione, nisi tantum semel in anno, propter casus necessitatis, de quibus supra diximus in conditione quinta.

Fortis. 27 ¶ Decima quarta conditio, quod sit fortis. id est superans timorem mundanum & verecundiam, ne propter huiusmodi dimittat aliquod peccatum, vel circumstantiam de necessitate confitenda. Aliter non esset sufficiens.

Accusans. 28 ¶ Decima quinta conditio, accusans. id est sibi imputans, non caelo, vel alteri, quia voluntas hominis non potest cogi, licet possit persuaderi. Et non debet alterius crimen in confessione manifestare. An peccatum vel circumstantia, per quam venit in cognitionem peccati, alterius, sint confitenda, supra Circumstantia, num. 11.

Parere parata. 29 ¶ Decima sexta conditio, quod sit parere parata. Confitens debet esse paratus satisfacere pro peccatis suis, si non satisfecit ante confessionem. Si autem sit ita male dispositus, quod nullam velit acceptare poenitentiam in hoc mundo, neque saltem unum pater noster, sed vult in alia vita satisfacere, talis est etiam absoluendus, ne desperatus in infernum ruat, a quo parum distare videtur. Est tamen paratus, satisfacere per satisfactionem purgatorij, secundum Sco. & Caie. ibi in sum. Iste enim defectus non annullat hoc sacramentum, quod non erit omnino perfectum, secundum suam materiam partes integrales, quia sacramenta omnia ad presentem vitam spectant, in qua satisfactio valde manca esset: sed quia essentialia huius sacramenti saluantur, ideo non annullatur. Caie. supra. Si autem acceperit poenitentiam, tenetur adimplere, si est rationalis, & discreta. Quod si ex contemptu non perficit, mortaliter peccet, infra Satisfactio, §. 5. & secundum Caie. supra, nisi per alium confessorem fuisset mutata. Tenetur etiam adimplere ea, ad quae teneri confessor declarat, ut concubinam dimittere, & huiusmodi. Similiter si imponit ei aliquid ne relabatur in peccatum, ut quod non vadat ad talem locum, vel huiusmodi, tenetur obedire, quia hoc est occasio peccandi illi, quam vitare debet. Ex Caie. ib.

Non

Non est etiam melius, dare unum pater noster pro poenitentia & post unum psalterium, ut ad suum placitum dicat, ut quidam dicunt, sed melius est dare poenitentiam rationabilem, & honestam pro peccatis, quam ex obedientia confessoris expleat, quia ex vi sacramenti est magis meritoria. infra satisfactio. num. 4.

30 ¶ Secundus confessor, secundum Monal. mutare potest poenitentiam iniunctam a primo confessore dummodo casus pro quo fuit data non sit reseruat superior, & superior non sibi reseruat poenitentiae mutationem. Secus quando reseruat, vel crimen erat reseruat, quia tunc non potest nisi necessitate urgente, vel utilitas suadeat. In quibus casibus potest interpretari, quod superiori licentiam dederit, & requiritur confessio peccatorum, pro quibus talis poenitentia fuit rata secundum Ray. quia non debet fieri hoc, nisi extrinseca causa. Secus secundum Gare. ubi supra.

31 ¶ Confessio sacramentalis, & vocalis, cum sit de iure diuino, secundum Theologos, & precipue Th. 4. sen. di. 4. & di. 17. est ita necessaria, quod existens in mortali, non potest etiam a Papa dispensari, quin confiteatur, quia hoc pertinet ad Christum, qui est sacramentorum institutor. Posset tamen dispensare, ut ultra annum differret, quia hoc de iure positivo est, in c. Omnis.

32 ¶ Nullus tenetur etiam in articulo mortis confiteri laico, sed tantum sacerdoti, qui solus potest absolvere, non autem is qui non est sacerdos, licet possit audire, & cum proprio sacerdote fienda est confessio regulariter, in d. ca. Omnis. vel cum alio de eius licentia. Sed quia hodie sunt multi religiosi, qui habent auctoritatem audiendi, & absoluendi, ideo non me extendo vitra ad declarandum, quis sit proprius sacerdos. Vide supra Absolutio. num. 10. usque 22.

33 ¶ In multis casibus potest quis confiteri, & absolui alteri quam proprio sacerdoti, ut quando transfert quis domicilium usquequo inueniat, quando est vagabundus, quando deliquit in aliena parochia, pro quo delicto excommunicatus, absolutio spectat ad alium parochianum, etiam propter studium, ut scholares, & in casu necessitatis, quando non adest proprius sacerdos. Supra. Absolutio, num. 18. vide diffusus.

34 ¶ Proprius sacerdos subditum suum ubique siue in territorio suo, siue extra audire potest, secundum Host. quia poenitentia est de iurisdictione voluntaria, & de loco nihil exprimitur in d. ca. Omnis. sed Car. in cle. Dudum. de sepul.

Poenitentia vnica confessoris quando potest mutari ab alio.

Confessio sacramentalis est de iure diuino. Con. Tr. Sess. 14. c. 5. & c. 7.

Confessoris minister quid sint, ponitur in Conf. Tr. Sess. 14. c. 6.

Conf. c. 10. & Sess. 23. c. 15.

dicit

dicat esse veram de praelato ordinario, siue perpetuo, siue temporali, quia in his quæ sunt sine strepitu iudicij, nullius territorium læditur: An. de off. leg. c. vlt. Secus de confessore extraordinario, vt sunt mendicantes.

35 ¶ Proprius sacerdos requisitus de licentia confitendi cum altero, non debet esse difficilis in dando licentiam, secundum Thom. in 4. sent. 3. dummodo non sit in damnum petentis, vel aliorum. Potest etiam negare, si vult, quia hoc est ex honestate, & quandoque bonum est negare, ne detur peccandi occasio.

36 ¶ Sacerdos parochialis, secundum Thom. in ql. tenetur credere petenti communionem, si dicat se alteri confessum, quantum ad forum animæ, non autem quantum ad forum iudiciale, vt si erat excommunicatus, non debet communicare, nisi probet se absolutum, & hoc verum, quando iam delictum est deductum ad iudicium. Si autem sit secretum, credendum est ei, quia tunc non est in præiudicium tertij. Et sic intellige de excommunicatione, quæ peruenit ad forum iudiciale. Sicut intelligunt Io. An. Pan. & alij. in c. Sicut, super Glo. 1. de sent. excom.

37 ¶ Dicēs se habere licentiam confitendi alteri à suo praelato, ei est credendum, secundum Ric. nisi per signa probabilia constaret de opposito. Supra, Absolutio num. 20.

*Subditus
quando
potest cō-
fiteri cui
vult.*

38 ¶ Quando subditus tenetur confiteri, proprius sacerdos tenetur audire, secundum Rich. in 4. sent. Si autem audire noluerit tunc, vel quando voluerit pluries confiteri, & non direxerit subditum ad determinatum sacerdotē potest confiteri cui vult. Videtur enim tacitè licentiam dare pro illa vice, & ille sacerdos poterit eum absoluerè à quibus poterat proprius sacerdos quia vicarios non habet. Sed si habet vicarios, tamen à nou referuatis poterit absoluerè. Suprà, Absolutio. §. 27. Fratres prædicatores quod possunt circa confessionem, vide supra Absolutio, numer. 21. vsque 27. Casus. numero 7.

39 ¶ Confessiones factæ cum excommunicato occulto, & tolerato, valent, nec superueniente scientia sunt iterandæ, quia licet non haberet iurisdictionem veram, habebat tamē toleratam. Qui verò ignoranter cum intralis confitetur, vel huiusmodi, qui nunquam habuerunt institutionem à superiore, superueniente scientia, tenentur reconfiteri. Ex Pan. in c. Nihil. de ele. 3. Absolutio. num. 30. An licet confiteri cum suspenso,

suspenso, 3. Absolutio. num. 31. & multa alia habes ibi ad confessionem spectantia, ideò diligenter vide ibi.

DE CONFESSORE.

- 1 Confessor quas condiciones habere debeat.
- 2 Confessor quanta scientia esse debeat.
- 3 Confessor prudens esse debet.
- 4 Confessor bonus esse debet in conscientia.
- 5 Confessor secretus esse debet.
- 6 Ac. epta sub sigillo confessionis, non autem in confessione, an celari debeant.
- 7 Si quis sciat tantum in confessione aliquem excommunicatum, vel inimicum, an illum vitare debeat.
- 8 Laicus audiens confessionem in articulo necessitatis, debet eam celare.
- 9 Omnia quæ cadunt sub sacramentali confessione tam directè quàm indirectè, sunt celanda.
- 10 Confessionis reuelator non est ille qui dixerit talem sibi confessum fuisse peccata sua: ita nec dans pœnitentiam publicam de peccato audito in confessione, num. 11.
- 11 Si aliqui tractauerint occidete sacerdotem, & vnus illorum illi hoc confiteatur, an sacerdote se occultante dicatur reuelata confessio.
- 12 Sacerdotis confessionem reuelantis quæ sit pœna.
- 13 Confessor interrogatus de absolutione alicuius si dixerit illum non absoluisse, an propter hoc dicatur reuelasse confessionem.
- 14 Sacerdos repellens aliquem publicum peccatorem quem audiuit à communione, an dicatur propter hoc reuelasse confessionem.

Confessor debet habere 5. condiciones, scilicet potestatem, Potens. scientiam, prudentiam, bonitatem, & sigillum. Debet habere potestatem ordinis, quia non sacerdos non potest absoluerè à peccatis, etiam in mortis articulo. Secundò potestatem iurisdictionis ordinariam, vel delegatam. Tertio potestatem, quo ad vsum, quia excommunicatus, suspensus, & huiusmodi, & si habent potestatem, non tamen habent vsum talis potestatis. Ex defectu enim huius potestatis (sicut dictum est supra) confessio redditur inualida, & mortaliter peccat sacerdos audiens confessionem, sine huiusmodi potestate. Et tenetur, si commodè, & sine scandalo potest, confessum admonere, vel pro eo absoluendo licentiam

tiam impetrare, & cautè absoluere.

Sciens.

*Scientia
confessoris
quanta esse
debeat.*

*Defecerunt
liber
S. Anto.
commen-
datur.
Prudens.*

2 ¶ Secundò scientia confessoris tanta esse debet, secundum Thom. 4. di. 17. in litera, vt sciat distinguere inter peccatum, & non peccatum, inter mortale, & veniale. Et si in aliquo esset dubitatio, sciat dubitare, & ad peritos recursum habere. Debet etiam scire circumstantias peccatoris, vt si excommunicatus, si tenetur restitutione, si vult perseverare in peccato, si habet casus reseruat, si est ei subditus: & si hæc nescit, nescirem eum à mortali excusare, nisi pœnitens eius ignorantiam suppleret, secundum Alb. in 4. tenetur saltem scire in communi, quæ sunt peccata capitalia, & mortalia communia, & quæ venialia ex genere, & nesciens ista mortaliter peccat audiendo confessiones. Et similiter ille qui eum instruit scienter plus peccat, secundum Bona. debet scire ad quæ se extendit sua auctoritas. Et ratio omnium est, quia quilibet debet scire ea quæ ad suum officium spectant, aliter se offerens peccat peccato præsumptionis, & plus peccant qui se offerunt, quàm qui coguntur, secundum Caiet. ibi debet scire circumstantias peccatoris, & peccati siue Latine siue vulgariter, vt si est excommunicatus, & c. supra facit c. Qui vult. de pœ. dist. 6. Debet etiam scire, an ea quæ pœnitens exprimit sint licita, vel ne vt de bello, de vfuris, & contractibus de matrimonio, & in quibus casibus confessio est iteranda, & de excommunicationibus. Credo quòd qui vidit libellum qui dicitur Defecerunt, Arc. Flo. & illum habet in practicam, sit sufficiens ad audiendum confessiones.

3 ¶ Tertiò, debet esse prudens pœnitentem instruendo, interrogando, hortando, animando ad spem & c. sobriè inuestigando, ne seipsum in tentationem præcipitet & pœnitentem doceat peccata, quæ ignorat, præcipuè circa materiam venereorum. Vnde habita vltima specie peccati non ultra procedat. Verbis etiam honestis interroget, sufficit enim intelligat, quando de tot vicibus interrogat. Videat ne fastidium generet nimis subtiliter calculando, sed sufficit vt grosso modo secundum suam eximationem instruat de remediis contra peccata. Det etiam pœnitentiam discretam, magis breuiem, quàm longam, quam verisimiliter facit, instruendo eum, quod quam non fecerit in hoc mundo soluet in purgatorio, & c. & fit valde pronus ad misericordiam, iuxta cap. alligant. cap. Ponderet. 26. quæst. vlt.

4 ¶ Quat

4 ¶ Quarto, debet esse bonus in cōscientia, quia si in mortali audit confessiones, mortaliter peccat administrando sacramentum hoc: & quilibet debet quærere bonum medicum spiritualem, quia qui propriæ animæ curam non habet, multò minus alienæ.

5 ¶ Quintò, debet esse secretus, ita quòd quocunque præcepto ei factò, etiam à Papa, non debet manifestare quæ audiuit in confessione, secundum Tho. 4. sent. dist. 21. q. 2. ar. 1. quol. 1. ad 2. quia quantum ad hoc nulli nisi Deo subiicitur, & hoc est contra præceptum naturale, & diuinum, quia contra charitatem. Et si requiratur sub quacunque pœna, an tale quid sciat, potest dicere se nescire absolutè, quia nescit, vt homini subiectus, & hoc potest iurare, secundum Thom. ibi ad 3. Idem dic etiam quando fit confessio, & non sequitur absolutio, vel propter incontinentiam, vel propter aliam causam, secundum Thom. vbi supra, etiam si aliquod grauissimum malum non reuelando immineret, vt occisio Regis, vel Ciuitatis ruina, secundum Thom. supra. Debet tamen, si potest, sine reuelatione, remedium apponere, vt monendo contentem, monendo alios, vt caueant ab hereticis, admonendo prælatum, vt inuigilet super gregem, & huiusmodi, ita tamen vt nil dicat, quo verbo, vel motu, vel nutu contentem prodatur.

6 ¶ Accepta sub sigillo confessionis, non tamen in confessione sacramentali, non debent ita secreta teneri, quia possunt reuelari in casu, in quo superior possit præcipere, quia hoc secretum non potuit præiudicare superiori, secundum Pan. in c. Omnis de pœ. & re. Consultitur tamen omnibus vt secreta non accipiant sub sigillo confessionis, quia secundum Pe. videtur fieri iniuria sacramento, & propter periculum, quia reuelando in casu non licito, mortaliter peccaret, hoc enim secretum, non plus obligat quam iuramentum de tenendo secretum, quod si vergit in malum communitatis, potest manifestari, c. Inter cætera 22. q. 4.

7 ¶ Si quis scit aliquem tantum in confessione excommunicatum, vel inimicum, non debet propter hoc ipsum vitare, nec peiorem faciem, quàm antea ei ostendere, & breuiter nihil agere propter quod possit confitens retrahi, & taliter se debet habere confessor, ac si nil de eo vnquam audisset, nisi aliundè hoc sciat. Potest tamen ipsum secretè monere, vel ex alia causa corrente eum ab aliquo officio remouere, & huiusmodi, non propter ea quæ in confessione audiuit

Bonitas.

Secretum.

*Papa non
potest cogere
confessorem
ad reuelandum
confessionem.*

*Secreta
sub sigillo
confessionis
accipere, non
est bonum.*

ex S.

*Confessio
facta lai-
co in art.
necessita-
tis non est
sacramen-
talis.*

ex S. Thom. vbi supra. & Rich. in 4.

8 ¶ Si laicus audit aliquem in articulo necessitatis, licet illa confessio non sit sacramentalis, quia non potest absolueri, tamen eadem ratione tenetur celare quæ audiuit, sicut sacerdos.

9 ¶ Illa quæ cadunt sub sacramentali confessione directè pertinent ad sigillum confessionis: alia autem per quæ posset peccator, vel peccatum deprehendi, cadunt indirectè, & hæc etiam summo studio sunt celanda, secundum Tho. 4. vbi s. q. 1. 2. Conclude ergo, quòd illa, per quæ peccator potest manifestari per se, vel per accidens, directè, vel indirectè, & per quemcunque alium modum, in aliquam cognitionem, suspicionem, vel opinionem potest veniri de cōfesso, vel in quantum potest sibi provenire nocumentum, circa animam, corpus, bona temporalia, vel famam, aut huiusmodi, vel ex eo quòd confessio reddatur odiosa, vel minus pretiosa sunt à confessore celanda. Ideo caueat ne dicat se audisse sic, vel sic in confessione, quia per hoc cōfessio apud aliquos fit onerosa, & minus preciosa, & multoties contingit ex aliqua circumstantia ibi narrata, veniri in cognitionem peccati. An autem hoc vltimum sit mortale, non iudico, licet sit valde periculosum.

10 ¶ Si quis dicat, talis confessus est mihi peccata sua, non propter hoc est reuelator confessionis, nisi addat aliud, vt puta magna peccata, vel carnalia, & huiusmodi. Scitur enim, quòd omnis homo peccator est, sed ignoratur qualis sit. Alia autem quæ scit, etiam extra confessionem, si necessitas imminet, debet dicere, quando tenetur, nunquam tamen dicat se audisse in confessione, quia videtur reuelare, secundum quòd scit vt Deus. Thom. & Pet. vbi supra. de licentia tamen confitentis potest reuelare, secundum Thom. & Pet. supra. Debet tamen cauere, ne propter hoc alij scandalizentur.

*Confessio
potest re-
uelari de
licentia
pœnitētis.* 11 ¶ Dans pœnitentiam publicam pro peccato solùm in confessione audito cum assensu confitentis, non dicitur reuelare confessionem, licet præsumptionem faciat de magno peccato. 7. Pœnitentia. §. 2. Th. 4. sent. dist. 14. q. 1. art. 5. ad 1.

12 ¶ Si aliqui socij tractauerunt occidere sacerdotem in taberna & vnus eorum pœnitentia ductus confiteretur illi sacerdoti, reuelans talem tractatum, sacerdos ex hoc potest sumere occasionem recedendi de taberna, occasione aliunde sumpta, fingendo aliquam causam, nec dicitur reuelare confes-

confessionem, nisi faciat aliquid, quod ex natura sua prodat peccatum confessum, quod quidem talis reuelator non est, ex S. Thom. 4. sen. vbi supra. ar. 1. quol. 1. ad 3.

13 ¶ Reuelans confessionem peccat mortaliter, agens contra legem diuinam & humanam: & si est sacerdos, debet deponi. c. Sacerdos, de pœni. dist. 6. & aliis pœnis plectendus est in d. cap. Omnis. Secularis autem si conuincitur, pœna arbitraria puniatur.

14 ¶ Confessor interrogatus de absolutione alicuius si dicat non absolui eum, non propter hoc dicitur reuelator confessionis, secundum Caie. ibi, quia ista negatio nullum manifestat peccatum: potest enim ex pluribus hoc procedere, tamen non debet sic dicere, sed se fecisse quæ debuit.

15 ¶ Si curatus audiuit aliquem publicum peccatorem, vt usurarium, quem non absoluit propter eius obstinationem, & vadat hic ad comunicandum cum aliis, potest ipsum repellere, dicendo quòd publicè constat de peccato, sed non constat de pœnitentia, & quòd non communicabit quousq; constet de pœnitentia, nec propter hoc dicitur reuelare confessionem. Et si aliquando dicat, ego nō absolui, nec possum absolueri, quia non video pœnitentiam, publicam de tali peccato publico, non reuelat etiam confessionem, quia nō dicit, quòd scit per confessionem, sed q. tam ipse, quā alij vident, secundum Caie. ibi. non tamen debet dicere, iste est obstinatus, non vult pœnitere, &c. De confessore nihil vltra dicimus, quia per ea quæ hic dicta sunt patere potest, qualis esse debeat, quo ad scientiam, auctoritatem, & conscientiam.

DE C O N F I R M A T I O N E sacramentali.

1 Confirmationis sacramentum non est necessitatis, ordinandi prius sunt confirmandi, & quare.

2 Sacramenti confirmationis quæ sit materia, & forma.

3 Confirmationem an committere possit Papa soli sacerdoti.

Confirmationis sacramentum, quia non est necessitatis, ideo dimittens non ex contemptu, sed tantum ex negligentia, peccat quidem, sed non mortaliter, secundum Caie. ibi. Qui ordinandi sunt, prius debent confirmari, quia ordo præsupponit characterem confirmationis, non de necessitate, sed de congruentia, secundum Thom. 4. sen. dist. 24. q. 1. ar. 2. quol. 4. in qua confirmatione caueat maritus ne teneat uxorem, neque vxor virum, quia contraheretur hic spiritualis affinitas, de qua infra Matrimonium. §. 9.

*Revela-
tio cōfess-
ionis nul-
lo modo
ex se de-
bet fieri.*

*Peccata
publicanō
debet re-
uelari cū
sciatur
aliter
quàm per
confessio-
nem.*

*Chrisma
nō est sa-
cramentū
necessita-
tis, cuius
minister
est Epi-
scopus.
Canc. Tri.
Ses. 7. de
confir.
can. 1. &
3. Ses. 23.
c. 4 &
can. 7.*

2 ¶ Materia huius sacramenti est ex oleo & balsamo : forma verò est hæc , Conigno te signo crucis , & confirmo te chrismate salutis , vel sanctificationis (quod idem est) in nomine patris , &c. Tho. 3. q. 7. ar. 2. 3. & 4. Pet. Pal. & Alb. intellige sicut de forma baptismi , secundum Alb.

Initiandi ad primam tonsuram prius debent esse confirmati. Ses. 23. cap. 4. Chrisma imprimi characterem. Con. Tri. Ses. 7. de sacra. c. 9. inter quos spirituales cognationem contrahat. Ses. 24. c. 2.

3 ¶ Papa potest committere confirmationem soli sacerdoti , secundum T. Episcopus non consecratus , secundum Pet. de Pa. non potest confirmare , quia est actus ordinis , & secundum eundem , Episcopus non debet confirmare subditos aliorum Episcoporum , si tamen facit , tenet , nec incurrit suspensionem , sicut ordinando alienos. Non enim est legitimum. Hoc sacramentum cum imprimat characterem , iterari non potest sine mortali , gratiam confert , & per hoc contrahitur spiritualis affinitas matrimonium impediens , & omni tempore conferri potest. Thom. 3. parte. quæst. 72.

DE CONFIRMATIONE ELECTI.

1 Confirmatio electorum an petenda , & in quo locum habeat. num. 2.

3 Confirmatio quando petenda , remissive.

4 Confirmationis officium quod sit.

Confirmatio electorum est petenda de necessitate , ita quod electus ad regimen cuiuscunque Ecclesie , aut religionis , si administrationi dignitatis se ingerit ante confirmationem , ipso facto priuatur omni iure , quod per electionem in ipsa dignitate habebat , vt in c. Auaritiæ. de elect. in 6. Idem dicas de postulatione , imò magis , secundum Doct. ibi : quia de iure minus acquiritur. Fallit in Abbatisa. Vide c. Indemnitatib. de elect. in 6. Fallit etiam quando confirmatio est à Papa petenda , & electus est valde remotus. c. Nihil. de elect. Si tamen non sit in mora petendæ confirmationis. Vide Ho. & Io. An. in d. cap. Nihil. Secus quando extaret aliquod priuilegium in oppositum.

¶ Præfata habent locum in episcopo , secundum Gem. in d. c. Auaritiæ. quia secundum iura antiqua nomine dignitatis comprehendebatur Episcopalis , vt in c. Host. & c. Qualitatis. de ele. Non autem habet locum in Imperatore , secundum Vgo. & Io. in c. Legimus , 93. dist. quòd imperator potest omnem iurisdictionem exercere imperij , quamuis contrarium sentiat Pa. Gl. tamen in cle. de iureiu. magis approbatur.

¶ Quando debeat peti electio , vel infra quantum tempus , vide c. Quam sit. &c. Cupientes. de elect. in 6. A quo debeat peti. c. Abbatem. ibi.

4 ¶ Con

4 ¶ Confirmator debet diligenter examinare electionem , eligentes , & personam electi , maximè in scientia , honestate vite , & ætate , quia si indignum confirmat , vel illegitimè , moraliter peccat , & est priuatus ipso iure à potestate confirmandi. Vide c. Nihil. de ele. & c. si. eo. in 6. Et quia hæc materia parum pertinet ad confessores , ideo remitto legentem , ad summistas alios. Attamen examinandi sunt à confessore electores , quomodo elegerunt , si dignum , vel indignum & confirmatores , quomodo confirmauerunt , &c.

Cōfirmator alicuius officij, vel dignitatis debent diligenter examinare electionem.

DE CONFRATERNITATE.

1 Confraternitates an fieri possint.

2 Statutum quo cauetur ne aliquis recipiatur in confraternitatem nisi tantum soluat , an valeat.

Confraternitates si fiant ex causa licita , fieri possunt , secundum gl. in c. Si qui clericorum. ii. q. 1. Secus quando ad malum finem fierent , vt pro lucro , &c. Statutum quo cauetur ne aliquis recipiatur in confraternitatem nisi tantum soluat , si fiat propter honestam causam , vt pro alendis pauperibus , &c. valet , Arc. in c. Non ex eplo. 26. q. 2. Cōsuluit tamen Arch. in c. Si quis despicit , di. 2. quòd si fiat per verba affirmatiua , valeat. Si autem per negatiua , nõ valeat , vt dicendo , Nullus recipiatur , nisi soluat , &c. alle. c. Ad apostolicam. de sim. & addit Ludo. de Ro. quòd potestas inueniens societatem , in qua sit statutum inhonestum , potest eam cassare , secundum Bar. in l. sub prætextu. ff. de extraor. cri.

DE CONIVRATIONE.

1 Coniuratio & conspiratio quomodo sit peccatum mortale.

Coniuratio , & conspiratio , qua plures adinuicem fide præstita conueniunt ad malum aliquod patrandum , vel ad se tuendum contra potestatem publicam , vel ad non obediendum in aliquo licito , communiter mortale peccatum est , & scandalosum , quia contra bonum publicum , vel alicuius priuati , secundum Caie. ibi , & in d. c. Constitutionem. de verbo. sign. Et tales grauitur per leges puniuntur , Glo. in c. fin. de testib. cog. & C. de his , qui ad Eccle. confu. l. Denunciamus. De conspirantibus in Papam , vide infra. Excommunicatio. 70. Contra conspirantes multæ apponuntur per leges pœnæ. C. de seditiosis.

Coniuratio peccatum mortale est.

DE CONSCIENTIA.

1 Conscientia etiam erronea semper ligat.

2 Excommunicationem tolerare an debeat quis , potius quam agere contra conscientiam.

p 2

Con

Agens contra conscientiam semper peccat.
Conscientia etiam erronea, secundum Tho. 2. 2. sen. dist. 19. ar. vi. & 12. q. 19. ar. 5. taliter ligat, quod illa durante contra eam faciens semper peccat: & si dicat esse mortale, mortaliter peccat: si veniale, venialiter: quia secundum glo. Ro. 14. omne quod est contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Igitur quando conscientia alicui dicitaret aliquod faciendum, quod mortale est, tunc tenetur deponere conscientiam illam erroneam vel per se, si potest, vel ad consilium sapientis, aliter si sequitur illam, peccat secundum Th. & Pet. de Pal. supra. Agit enim contra ligamen interius, quod maius est quam exterius.

Conscientia est ligamen interius.
 2 ¶ Si Papa præcipiat alicui etiam sub pœna excommunicationis ut faciat aliquid contra illius conscientiam, distante conscientia, non debet obedire, quia fortius est ligamen interius conscientie, quam exterius, secundum Tho. supra. Tenetur tamen deponere conscientiam, quando est erronea. Si autem sit recta, & sit certus, potius tolleretur excommunicationem, quam facere contra conscientiam, quia melius est obedire præcepto Dei, quam hominum. Sic enim excommunicationis in foro Dei non ligaret, licet forte in exteriori.

Ligamen interius conscientie fortius est quam exterius.

DE CONSECRATIONE PRÆLATORVM.

- 1 Consecratio Episcoporum & aliorum quomodo fieri debeat.
- 2 Episcopus à quibus consecratur.
- 3 Papa à quo consecratur. Primates, & Metropolitanus à quibus.

Consecratio Episcoporum, & aliorum quomodo debeat fieri, vide in c. Episcopus. 23. dist.

2 ¶ Consecratur Episcopus à tribus Episcopis; Quod si pauciores essent, nihil ageretur, secundum Gl. in ca. episcopi, de tempore or. Tamen Pe. de Pal. in lib. de potestate Papæ, dicit, ternarium numerum non esse de substantia consecrationis. Vnde & Greg. in Anglia noniter conuersa, legitur in hoc dispensasse. Quomodo autem, ubi & quando fiat, vide sum. mistas. Parum enim prodest confessoribus.

3 ¶ Consecrat Papam ex consuetudine Episcopus Hostie, Primates, & Metropolitanos consecrant tres Episcopi eorum suffraganei, di. 66. c. Archiepiscopus, ca. Porro. Sed nunc iura antiqua non seruantur, sed à Papa quando omnes consecratur, vel ab aliis, de eius commissione, & die dominica, fit, & infra tres menses. Vide Sil. ver. Consecratio.

DE CONSECRATIONE ECCLESIE.

- 1 Consecratio Ecclesie, Altaris, vestium, & vasorum, cui reseruetur, quibusque diebus fiat.

2 Eccle

- 2 Ecclesia non consecrata potest reconciliari per simplicem sacerdotem, consecratioque quomodo probetur.
- 3 Ecclesia consecrata quando debeat reconsecrari.
- 4 Ecclesia quomodo polluatur. 5. 6. 7.
- 8 Ecclesia polluta non tantum missa, sed & omnium officiorum celebratio suspenditur.
- 9 Ecclesia polluta reconciliatio per Papam simplici sacerdoti committi potest.
- 10 Celebrans in ecclesia polluta est ab ecclesie ingressu suspensus.
- 11 Ecclesie, Oratoria, Monasteria, & Hospitalia, & c. non debent ad secularem seu profanum usum reuerti.
- 12 Vestes, paramenta, vasa, & huiusmodi an possit simplex sacerdos benedicere.

Consecratio Ecclesie, altaris, vestium, & vasorum, secundum Tho. 3. par. q. 72. arti. 1. ad tertium. reseruetur Episcopo tanquam principali ecclesiastici totius ordinis, & potest fieri tam diebus festiuis quam ferialibus. c. Tua. eo. ti. Modus consecrandi ponitur in pastoralis, à quo non est recedendum. c. Omnes basilicæ, de conse. distinct. 1. Neque sine missa debet consecrari, in d. cap. Omnes licet non sit de subst. secundum Bart. & Host. in c. Quod sicut. de ele.

1 ¶ Ecclesia non consecrata potest reconciliari per simplicem sacerdotem aqua exorcizata tantum, in li. eod. tit. quæ *Reconciliatio Ecclesie non consecrata, potest fieri à simplici sacerdote.* aqua potest exorcizari per simplicem sacerdotem. Ex quo patet, quod non requiritur licentia Episcopi, secundum Gl. in d. c. fin. Non autem hæc procedunt, quando Ecclesia est consecrata. Ecclesia reputatur consecrata, secundum Inn. 1. 2. 3. quando vnus testis affirmat de visu, vel auditu, vel si extant aliqua scripta in libris Ecclesie, vel aliqua signa in columnis, vel parietibus, quia hoc non est in præiudicium tertij in quo casu vnus testis sufficiens est. de conse. dist. 4. cap. par. uulos, & c. cum itaque.

3 ¶ Ecclesia consecrata debet reconsecrari, secundum Ita. in c. propositi li. eo. ti. quando hescitur, an fuerit consecrata, quia non apparent signa supradicta. Secundò, quando parietes sunt combusti, & decrustati in toto, vel pro maiori parte, quia linitio fit in ipsis parietibus. Secus si tantum retum comburatur, vel ruat. Tertio, quando ita corruit Ecclesia, quod parietes in totum, vel maiori parte simul oportet reficere etiam ex eisdem lapidibus, de conse. di. 1. c. Si fabrican. Secus, secundum Gl. ibi, si successiuè fuerint reparati, licet

P 3

Pa.

Pa.in d.c.propofuisti.non fequatur illam gl.Sed in hoc casu dicat esse reconsecrandā, tamen prima opinio melior, quia fundatur super dicto Tho.3.par.9.32.ad tertium. Alia etiam opinio potest teneri.

Effusio sanguinis qualis polluit Ecclesiam.

4 ¶ Ecclesia polluitur, ita quod indiget reconciliatione, secundum Pa.in d.c.propofuisti.ex effusione sanguinis magna, & iniuriosè facta in Ecclesia. Quod si vnū ex his trib. defit, non polluitur, quia si quis percussus extra Ecclesiam fugerit in Ecclesiam & ibi effunderetur sanguis, nō pollueretur, & si percussus in Ecclesia reciperet sanguinem in vase, non minus esset polluta, quā si in terram caderet. Ad quartum, videlicet, quòd factum sit publicum.

5 ¶ Secundus casus secundum Pan. vbi supra quando quis in Ecclesia occiditur, etiam sine sanguinis effusione, violenter, & iniuriosè. in c. Vnico. eo. tit. li. 6. Secus si casualiter, vel pro defensione cum moderamine fiat, vel quando quis ibi martyrizaretur pro fide, &c. Sed Gl. in d. c. Vnico. oppositum tenet, & benè, quia sceleratius est Sanctum occidere, quā prauum. 25. q. 5. Si nō liceat. Si quis percussus in Ecclesia extra moriatur, est polluta, non autem econtra, secundum Gl. in d. c. Vnico. Si quis supra Ecclesiam, vt in recto vel sub interficiatur, quia est extra, non erit polluta Ecclesia, secundum Vgo. Si quis etiam enormiter percutitur in Ecclesia, sine tamen sanguinis effusione, non erit Ecclesia polluta, secundum Pan. supra, licet aliquorum consuetudo non improbanda, Ecclesias in casu hoc reconciliet ad aliorum terrorem, vt innuit gl. in d. vnico.

Sceleratius est occidere sanctū quā prauum.

6 ¶ Tertius casus est per effusionem voluntariam seminis humani, siue sit criminosa, siue non, siue fiat in debitum vas, siue extra, siue cum propria vxore, siue non, & factum sit publicum. in c. significasti, de adul. &c. Ecclesijs. de conse. dist. 1. & in gl. in d. c. Vnico. Quartus, quando ibi sepelitur excommunicatus, vel infidelis. in c. Ecclesia. n. & c. Consultasti de conse. eccl. & alt. Vide Ioan. And. in d. c. Propofuisti.

7 ¶ Quintus casus est, si Ecclesia, vel altare, seu cœmeterium, ab Episcopo publicè excommunicato, consecratur, vel etiam benedicantur ante reconciliationem, neque enim celebrare, neque sepeliri ibi quis potest. in c. Propofuisti. supra & ibi Pan. post Host. reddit rationem.

8 ¶ Ante reconciliationem Ecclesie secundum Pan. in c. si. de conse. Eccl. vel alt. non solum missæ, sed & aliorum minorum officiorum suspenditur celebratio.

9 ¶ Reconciliatio

9 ¶ Reconciliatio Ecclesie pollute potest per Papam committi simplici sacerdoti, sicut & alia quæ sunt iuris episcopalis ex dispositione humana: quia in his Papa habet plenitudinem potestatis. in cap. Propofuit. de concef. præben. Quæ autem ex diuina dispositione certo ordini sunt commissa, non possunt committi non habenti illum ordinem, supra Abbas. §. 8.

Reconciliatio Ecclesie potest committi simplici sacerdoti à Pō. tifice.

10 ¶ Celebrans in Ecclesia polluta secundum Lapum, est suspensus ab ingressu Ecclesie. c. Episcoporum. de priui. lib. 6. Et si cum tali suspensione in ecclesia celebret suum agens officium, erit irregularis. c. Is cui. de sen. exc. li. 6. & si celebras in Ecclesia polluta grauius peccat, non tamen efficitur irregularis, secundum Gem. in d. c. Vnico. licet Host. dicat quod est irregularis, qui tamen non tenetur in hoc nisi celebret postquam suspensus est.

11 ¶ Ecclesie oratoria monasteria, hospitalia, ad secularē vsum vel prophanum non debent reuerti. c. Quæ semel. 19. q. 3. & in c. Ligna de consecr. dist. 1. dicitur quod cum ligna Ecclesie fuerint vetustate consumpta, non ponantur in loco indecenti, possunt tamen in loco honesto, vt in claustro, vel refectorio, &c. poni: ad secularē vsum minimè dari, secundum gl. in d. c. Quæ semel.

Res quæ ad sacros vsus erāt dedicatæ non decet redigere ad profanos.

12 ¶ Consecrare, seu benedicere vestes, paramēta, & huiusmodi non potest simplex sacerdos, nisi ex commissione Papæ. Sixtus tamen quartus, secundum Rosel. in versic. Consecratio. §. . indulget sacerdotibus simplicibus ordinis minorum, vt possint benedicere quæcunque ornamenta Ecclesie, vel altaris, & vestes sacerdotales, & alia corporali excepto. Item in priuilegijs heremitarum sic dicitur, Tibi generali, tuoque Vicario pro tempore, potestatem sacrandi benedicendi que corporalia, vestes, & ea quæ sacris vsum necessaria sunt concedimus. Et quia fratres Prædicatores, per eundem Sixtum quartum, habent priuilegia & gratias aliorum medicantium ideo & ipsi supradicta facere possunt. De pollutione cœmeterij, vide s. Cœmeterium & quomodo reconciliat. In priuilegio minorum, quo gaudent fratres prædicatores, per breue Leonis X. q. incipit, cū inter ceteros, sic dicit, Quodque generalis illius, nec non prouinciales, ac eorū Vicarij eiusdem ordinis minorū corporalia, & alia ornāmēta ecclesiastica suorum locorū, ac domorum, præter calices, & patenas, benedicere valeat, concedimus statuimus, & ordinamus. Itē quod prædicti possint quando Episcopi nolūt, vel negligūt,

R 4

ecclesias,

ecclesias, cœmeteria capitula, oratoria sua, vbi que solemniter benedictione benedicere & eas pollutas, vel ea polluta quomodocumque aqua prius per aliquem catholicum Episcopum (vt moris est) benedicta reconciliare.

DE CONSENSU.

- 1 *Consentire quid sit.*
- 2 *Consentire an semper dicatur tacens.*
- 3 *Tacens quando habeatur pro consentiente.*
- 4 *Actus si debeat expediri per consensum in communi praestitum, si singuli non collegialiter consentiant, an valeat.*

Consentire est actum voluntatis ad aliquid applicare, ex S. Tho. 1. 2. q. 15. & secundum quod Theologi accipiunt consensum.

Tacens non semper dicitur consentire.

2 ¶ Consentire non semper dicitur tacens, probat regulam Is qui tacet non fatetur: sed nec vti que negare videtur, de re. iu. lib. 6. ita quod tenet medium. nam aliquando pro consentire accipitur, quandoque pro dissentire. Sed quomodo poterit sciri, quando sit idem quod consentire, vel non: Respondet Pa. in c. Nonne de praesum. quod iudex ex coniecturis arbitrabitur, ad quam partem magis trahatur. Et in ca. olim inter de resti. spo. post Inn. facit regulam aliam, quod in actu negatio abstinens, & tacens non habetur pro consentiente. Idem in d. c. Nonne. facit aliam regulam, quod quando proponuntur duo, vel plura, & negatur vni, videtur alterum affirmari. Et Fel. in c. Cum in iure, de off. dele. col. 4. in fi. dicit. Paria esse in actibus iudicialibus partem expressè consentire, & praesens esse, & non contradicere.

Nota regulam.

3 ¶ Tacens in capitulo, vel concilio quando aliquod malum tractatur, secundum Pan. in c. 1. De his quae fi. a ma. par. ca. post Inno. si non expressè contradicit, peccat, eo modo, ac si consentiret, & in malè gestis tacens in vniuersitate, habetur pro consentiente, cum ex officio suo teneatur consuleri. ex his collige, religiosos in capitulo existentes, & propter humanum respectum voci suae renunciantes, quod est tacere, quando vident, quod autoritas prouidendi propter hoc remanet apud eos, qui carent zelo, grauiter peccare, secundum grauitatem negotij.

4 ¶ Quando aliquis actus debet expediri per consensum in communi praestitum, si singuli non collegialiter consentiant, non valet, secundum Pan. in c. Cum Ecclesia. de causa pos. & proprie. nec est speciale in electione, quamuis gl. in c. 1. de reb. Eccl. non alic. lib. 6. contrarium habeat, cuius dictum

non

non tenetur. Ioan. etiam And. ibidem in nouella non valere tenuit, quem sequitur Cal. in c. Cum omnes. de consti.

DE CONSERVATORE.

- 1 *Conservator quis dicatur.*
- 2 *Conservatores qui esse possint.*
- 3 *Conservator in his quae sunt extra rescriptum suum an se intromittere possit.*
- 4 *Conservator quantum duret.*

Conservatores proprie, secundum Ar. in c. 1. de off. dele. dicuntur hi qui dantur contra infringentes priuilegia laici, & qui dantur vt defendat ab iniurijs & offensis. Et de his intelliguntur iura loquentia de cōseruationibus. Aliquando dantur generalius secundum priuilegia, quae sunt inspicienda. Vnde in priuilegio Sixti III. quod incipit, Regimini. datur autoritas fratribus praedicatoribus, & minoribus eligendi quemlibet canonicum, vel habentem dignitatem, quod possit defendere ab omnibus iniurijs, secundum Arc. ab omnibus quae sunt contra ius, & quod ministret iustitiae complementum, sine strepitu, &c. Multa alia possunt, quae non possent conservatores secundum iura allegata.

De conservatore vniuersitatis in c. 1. de off. dele. Tr. Sef. 14. c. 5.

2 ¶ Vicarius Episcopi quia est in dignitate quasi episcopali, Abbates, Priores mendicantium, & Guardini, qui superiores in domo non habent, & possunt esse conservatores: Gem. in c. nullus. de elect. lib. 6.

3 ¶ Si conservator secundum iura alleg. vbi aliter non exprimitur in rescripto, se intromittit de alijs à manifestis iniurijs, & violentijs, vel de his quae requirunt iudicalem indaginem, est per vnum annum suspensus ab officio, & cōsequenter à beneficio, secundum Ar. & pars, quae hoc fieri procurauit excommunicationis sententiam incurrit ipso facto, de qua infra Excom. 85. & tenetur de expensis legitime factis, & propter hanc causam c. In primis. 2. q. 1. q. si alius, cuius non est conservator, hoc fieri procurauerit, secundum Gem. non est excommunicatus.

Cōseruatoria quibus praesunt. ibid.

4 ¶ Conservator durat vsque ad obitum concedentis, tantum, quo ad negotia non incepta. c. fi. de off. deleg. lib. 6. Nec potest alteri vices suas committere, nisi citationes, & sententiarum denunciations, in d. c. fi. Nisi ex litteris aliter constet. Conservator secundum Arch. in d. c. 1. est delegatus, quia materia eius ponitur in tit. delegat. licet in multis differat. Tab. ibi. §. 5.

Conservator est delegatus.

DE CONSILIO.

- 1 *Consilium quid est, & an homo teneatur illud sequi.*
- 2 *Quando quis tenetur facere aliquid de consilio alicuius, consilium pro assensu accipitur.*
- 3 *Consilium alicuius quando necesse sit sequi.*
- 4 *Sine consilio in aliquibus casibus procedi potest. & nu. 5.*
- 5 *Consilium malum an quis sequi teneatur.*

*Christus
cur ordi-
navit cō-
silia.*

Consilium, quod est idem quod persuasio non habens vim coactivam, tenetur homo non contemnere, non autem adimplere, & ordinantur consilia Christi ad hoc, ut firmiter & tutius eius præcepta serventur. ex Th. de ver. q. 17. ar. 3. ad 2. De consulente, & consilio, vide infra. Restitutio, quando quis tenetur. nu. 58.

2 ¶ Qui tenetur facere aliquid de consilio aliquorum, si talis qui petit, non est sani vel integri sensus, ut cum pupillus tenetur cum consilio duorum agnatorum facere aliquid, ibi consilium accipitur pro assensu. Si verò sit integri iudicij, tamen tenetur petere consilium ab his qui sunt participes illius officij, & tunc consilium pro assensu etiam capitur, in c. venerabili. iuncta gl. de offi. deleg. Alias qui tenetur facere cum consilio, licet teneatur petere consilium, non tamen tenetur sequi: Pan. in c. Cum in veteri: de elec. in gl. Secus quando teneretur facere de consilio, & assensu. Nec differt dicere de consilio, vel cum consilio, licet Cy. contrarium tenuerit in l. id quod pauperibus; de Epif. & cle. Primum tamen tene, quia melius.

3 ¶ Quando verò tenetur facere cum consensu alicuius distinguunt Doc. aut iste, de cuius consensu agitur, potest esse particeps huius officij, aut non: si secundum, non est necesse sequi eius assensum, nec per aliam viam eidem permittatur, quod alia via negatur, per regulam, cum quid vna via, de re. iu. lib. 6. Si verò potest esse particeps tunc aut necessitas petendi consilium iniungitur ab homine ei qui habet potestatem à lege, & tunc consensus non necessitat, quia homo non potuit auferre potestatem datam à lege. c. Tua, de test. aut iniungitur à lege, vel ab homine habente potestatem ab homine, & tunc debet assequi assensum illorum, per glo. in cap. Vnico. in 6. ne se va. Credo tamen quod committentis intentio esset attendenda, quando committens habet autoritatem, in dubio procedit, ut supra dictum est.

4 ¶ Quando ille, de cuius consilio aliquid est agendum, est

est mortuus, vel ita absens, quod non potest adiri, vel non vult consulere, secundum Pan. in c. Ex parte. de cons. & in d. c. cum in veteri. Si periculum ex dilatione imminet, semper sine consilio potest procedi. Hoc etiam sentit Bar. in l. 1. §. Si plures. ff. de exer. act. quia de mente iuri est, ut si consilium non potest haberi, procedatur ad consummationem actus, ut in d. c. Vnico. Si verò non imminet periculum, aut ille est mortuus, & tunc si nomine proprio expresso potestas consulendi fuit sibi attributa, expirat mandatum, & secunda intentio debet expectari: Ar. in c. Cum dilecta. de rescri. Si verò fuit expressum nomen dignitatis, debet expectari successor, Ar. c. Quoniam Abbas de off. dele. Idem si est ita absens, quod eius consilium non possit requiri. Si verò est præsens, & non vult consulere, vel absens, & non vult venire, nec consilium præstare, tunc potest mandatarius sine consilio procedere. tex. in d. c. Cum in veteri. vel secundum Pan. in eo. c. poterit appellare.

5 ¶ Si quis ex forma mandati debeat requirere consilium, & non petito consilio procedit ad actum, secundum Pan. in c. ex parte, non valet, quando lex à principio potestatem ei tradidit cum tali modificatione. Si verò prius habebat potestatem, & superior mandavit fieri cum consilio Titij, teneat actus sine tali consilio, licet transgrediens veniet puniendus: Ar. in c. dilectus, el. 2. de præben. Aliter quando requiritur assensus hæc procedunt de consilio, & c.

6 ¶ Qui tenetur petere consilium, & malè ei consulitur, si sequitur tale consilium aduertenter, non excusatur, quia licet teneatur petere, non tamen sequi, secundum Pan. in d. c. Cum in veteri. Ideo iudex, qui tenetur pronunciare cum consilio sapientis, non excusatur si malum consilium sequitur, secundum Bar. in d. §. si plures. Nec frustra dicitur esse petentio consilij, etiam quod non teneatur petens sequi, quia petendo posset consulentes in suam trahere sententiam, & quia salus ibi, vbi multa consilia. c. Pro verbis 24. dist.

DE CONSTITVIONE.

- 1 *Constitutio quid dicatur.*
- 2 *Praelatus quando aliquid ordinat sine collegio, quantum daret.*
- 3 *Constitutio an liget, vel afficiat ignorantes.*
- 4 *Constitutio iudicis secularis contra ecclesiam an valeat.*
- 5 *Constitutio principis contra ea, quae sunt de iure gentium, an teneat.*

¶ Con-

*Consilia
multa sa-
lutem affe-
runt.*

6 *Constitutio Papæ quæ à principio non recipitur, an obliget ad peccatum.*

7 *Constitutio, in qua mandatur aliquid sub pœna, an obliget ad pœnam & ad culpam.*

8 *Princeps si mandet festum aliquod celebrari propter victoriã, an transgressores mortaliter peccent.*

Constitutio propriè dicitur quam princeps statuit. cap. Constitutio. dist. 2. Et largè pro omni iure accipitur, vt in c. Cùm omnes. de consti. Et fit constitutio propriè à principe cum suis consiliarijs, secundum Pan. in rubr. eod. tit. Quandoque à collegio, & de eius natura est, vt sit perpetua, nisi reuocetur. Non autem sic ordinationes quæ à collegijs fiunt, quia non sunt perpetuæ. Vnde Arch. Flo. dicit 3. par. tit. 24. c. 2. §. 4. q. ordinationes, quæ fiunt in capitulis generalibus vel prouincialibus obligant vsq; ad sequens capitulum, postquam promulgatæ fuerint, sed postquam non practicantur in obseruando, vel non publicantur, vel à fortiori quando non sunt in memoria, non obligant.

2 ¶ Quando prælatus aliquid ordinat sine collegio, durat tantum eius prælatione durante, nisi autoritate Papæ fieret, secundum Arc. Fl. ibi. Tunc enim durat donec reuocetur.

Constitutio 3 ¶ Constitutio nulla ligat, vel afficit ignorantes verè, se-
Põtificia, cundum Pan. in c. 2. de const. post gloss. & si est synodalis, vel
cuius va- prouincialis, & non est positus terminus, sed fit simpliciter,
loris sit. immediatè ligat omnes scientes, ignorantes verò ad arbitrium boni hominis. Papales post duos menses ligat, scientes tamen immediatè ligantur, nisi sit terminus appositus, secundum Pan. supra.

4 ¶ Constitutio iudicis secularis, quæ specificè disponit super rebus Ecclesiæ, secundum Pan. in c. Ecclesia S. Mariæ. de const. non debet seruari, quia fit à non superiore, etiam si generalitèr loquatur, cum non possit sine peccato seruari, non valet. Sed quando est generalis, & non contraria canonum, rationabilis, & Ecclesiæ fauorabilis est seruanda.

Nata. 5 ¶ Constitutio principis contra ea quæ sunt de iure gentium vel naturali, facta ex rationabili causa, secundum Doct. & præcipuè Pan. in c. Quæ in Ecclesiarum. de const. tener, de præscriptione, & confiscatione bonorum. Si autem non subest causa, & certum est, principem non posse statuere, vt in cle. pastoralis, de re iud. vbi dicitur, quòd Imperator non potest tollere rem alterius sine causa, nisi in re parua non tenet. Non enim Imperator nec Papa, sine causa auferre bo-

na iustè possidentium possunt, quia contra ius naturæ est.

6 ¶ Constitutio Papæ, quæ à principio non recipitur ipso sciente & tolerante, secundum Pa. in c. Quia circa de aff. & const. non obligat ad peccatum. Si verò à principio à maiori parte recipitur, obligat, quamuis minor pars non seruet, multa enim tolerantur propter patientiam, quæ si fuerint in iudicio deducta exigente iustitia tolerari non debent. Non omnes constitutiones emanatæ post compilationem decretalium, habent vim, sed ille de quibus fit mentio. in 6. Et nisi sint factæ post dictum lib. 6. vt patet in prol. 6. Et quæ factæ sunt inter sextum & cle. tenent.

7 ¶ Constitutio, vel lex, seu statutum in quo mādatur sic, videlicet, Prohibemus ne fiat tale quid, & qui fecerit illud, talem pœnam luat, ita quòd ibi sunt duo præcepta, obligat ad culpam, & ad pœnam, vt dicit Aug. ver. Obedientia. nu. 1. Secus secundum Hen. de Gan. quando est vnum tantum præceptum, vt cum dicitur, Qui fecerit sic, soluat talem pœnã, quia tunc ex forma statuti obligat tantum ad pœnam. Intellige post condemnationem iudicis notam, secundum Gl. in c. Fraternitatis, in fin. 12. q. 2. Similiter semper obligat ad mortale quando imponitur pœna mutilationis, mortis, vel alterius grauis pœnæ, quia exponere se periculo grauis mali, vel infamiæ verisimiliter, nescio à mortali excusare, cum sit contra caritatem sui ipsius. Posset etiam esse mortale, quando transgredereetur lex tantum pœnalis ratione materie, quia videlicet continet aliquod necessarium ad salutem, vel propter contemptum. Vide infra. Lex, num. 4. & 11.

8 ¶ Quando princeps mandat fieri festum aliquod propter victoriam habitam, vel aliquid huiusmodi sub certa pœna, licet pœna possit exigì, transgressores tamen non peccant mortaliter. An autem constitutio obligat ad mortale, & quādo, & quomodo, vide infra, in verbo, lex, §. 4.

D E C O N S V E T V D I N E .

1 *Consuetudo quid sit.*

2 *Consuetudo habet vim legis, legem abolet, eiusq; est interpretatrix.*

3 *Consuetudo legem diuinam nec humanam mutare potest.*

4 *Consuetudo semel reprobata à lege non potest amplius introduci.*

5 *Consuetudo vt habeat vim legis quid requiratur.*

6 *Consuetudo quomodo obliget ad mortale.*

7 *Con-*

- 7 *Consuetudo nondum completa tollitur per unum actum contrarium.*
- 8 *Arbiter qui tenetur pronuntiare secundum iura, an secundum consuetudinem pronuntiare poterit.*
- 9 *Consuetudo prava quando excuset à pœna huius mundi.*
- 10 *Consuetudo interpretatur privilegia, & indulgentias, & statuta sicut legem.*
- 11 *Consuetudo si aliquid exigatur pro spirituali, an possit introduci, & introducta servari, & num. 13.*
- 12 *Consuetudinem introducens an voluerit se obligare quomodo cognoscatur.*

Consuetudo est quoddam ius non scriptum assiduis actibus constitutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. in c. Consuetudo, di. 1.

2 ¶ Consuetudo habet vim legis, & legem abolet, & interpretatrix legis est: quia quod multoties fit, videtur ex deliberato iudicio rationis provenire, secundum Th. 1. 2. q. 96. ar. 3. Et secundum Pan. in c. fi. de consue. Etiam consuetudo assumit vires ex auctoritate Papæ permittentis induci consuetudinem contra canones. Sit enim tolerando videretur approbare, secundum Thom. supra.

3 ¶ Consuetudo non potest mutare legem diuinam, nec naturalem secundum Thom. vbi supra, & per doc. in d. c. fin. Potest tamen limitare, distinguere, & declarare, augere, & huiusmodi, sicut potest ius positivum. Lex diuina dicit, in ore duorum vel trium stet omne verbum, &c. Sed lex limitauit, quod aliquando plures requiruntur. Et illud, non occides, limitauit lex, quod in aliquibus casibus licet occidere. Non manente ratione, propter quam lex erat consuetudo vincit legem. Si verò eadem ratio maneat, & non sit inutile seruare legem propter impossibilitatem, & consuetudinem patriæ, quæ est vna de conditionibus legis, tunc lex vincit consuetudinem, secundum Thom. prima secundæ, vbi supra ad 2.

Consuetudo aliquando vincit legem.

4 ¶ Consuetudo semel reprobata à lege, non potest amplius introduci, nisi subsit ratio noua, vt concluditur ex l. fi. C. si contra ius, vel vtili. & Gl. in cle. Statutum, de electio.

5 ¶ Ad hoc quod consuetudo habeat vim legis, requiritur, primò, quod sit rationalis. Et ad cognoscendum quomodo est rationalis, vide Pa. in d. c. fin. & Thom. 5. Secundò quod sit obtenta per cursum temporis requisiti ad præscriptionem, per Gl. in d. c. fi. & si de iure civili, secundum Pan.

ibi,

ibi requiritur tempus decem annorum, vt communiter tenent Doct. etiam si consuetudo sit contra ius. De iure canonico si consuetudo est præter ius, requiritur tempus decem annorum. Gl. no. in c. fi. de consue. lib. 6. vel est contra ius canonicum, & tunc requiritur tempus 40. annorum, & in hoc casu requiritur quod consuetudo sit præscripta, vt in d. c. fin. Si tamen consuetudo venit contra reseruata principi, in signum spiritualis priuilegij, tunc viroq; iure requiritur tempus, de cuius principio non est memoria. in c. Super quibusdam, de verb. sig. Si tamen Papa scit consuetudinem, & tolerat, secundum Ant. in d. c. fi. Sufficit tempus decem annorū. Tertio, quod sit inducta per certam scientiam, & non per errorem potentis legem condere, secundum Thom. supra, cui quidem error tantus sit, quod auferat consensum populi vel potentis legem condere, secundum Thom. supra. Quarto quod tale quid possit præscribi, ideo Pa. in d. c. fi. no. quod sicut ex præscriptione laicus non potest acquirere ius spirituale, ita ex consuetudine, etiam si talis sit de cuius principio non sit memoria, contra Ioan. And. c. 2. ne præ. lib. 6. In his tamen in quibus Papa potest dispensare & scit, & tolerat, & non contradicit, videretur consuetudinem posse introduci. Secundum Panorm. supra. Quintò, quod homines sint vti consuetudine variis vicibus, animo introducendi consuetudinem, & secundum communem opinionem Doct. tor requiruntur actus, & ita notorij, vt verisimiliter transierint in notitiam populi, vel illius, à quo habet virtutem. Non enim actus, sed tacitus populi consensus, vel principis, consuetudinem inducit, nec vnus actus potest consuetudinem facere, vt placet Pan. in gl. d. c. fin. nisi actus ille haberet causam successiuam, & continuationem per tempus in quo introducitur consuetudo. cap. Cùm de beneficio, de præben. lib. 6. Sextò, requiritur vt maior pars populi vtatur illa consuetudine, & intelligit Pan. de parte populi habente consensumabilem ad introducendam consuetudinem, quia mulieres infantes, furiosi, & similes, non computantur in numero, quia non possunt legem condere, lib. 1. ff. de lègi. Idem intelligit Panorm. in d. gl. de consuetudine totum populum tangente.

Com. opi.

Actus vnicus consuetudinē non facit. Mulieres infantes, furiosi, & similes nō possunt legem condere.

6 ¶ Quando maior pars populi, vel ille cuius auctoritate consuetudo introducitur, intēdit se obligare ad mortale peccatum, cuius signum potest accipi, quando credunt contra faciēdo se peccare mortaliter, tunc obligat consuetudo ad mortale.

mortale, aliàs non, sicut nec omnis lex ad mortale astringit. Hæc supra dicta faciliter possunt deduci ex S. Thom. ubi supra. Ad consuetudinem alicuius collegij, duas partes sufficit seruare. ff. quod cuiusque vni. l. Nulli.

7 ¶ Consuetudo nondū completa interruptitur per vnum actum contrarium, ita vt sit necesse de nouo reincipere, secundum Panor. in d. c. si. Secus quando erat completa, quia tunc tollitur eo tempore, & modo, quibus fuit introducta, quia iam lex est, ideo instar legis tolli debet, secundum Pan. in d. c. si.

Consuetudo est ius non scriptum.

8 ¶ Arbitrarius, quia secundum compromissum tenetur pronunciare secundum iura, potest pronunciare secundum consuetudinem etiam iuri contrariam, & statuta loci, secundum Pan. in rub. de consuet. quia consuetudo est quoddam ius non scriptum & quia iura mandant iudicari secundum statuta, & consuetudines locorum, vt in c. 3. de eo qui mit. in posses.

9 ¶ Consuetudo praua excusat à pœna huius mundi, quādo eius prauitas per ius non est declarata secundum Gloss. dist. 4. cap. Denique, non autem quo ad Deum, quādo ignorantia esset crassa, vt quando esset contra ius naturale. 32. q. 7. cap. Flagitia. Secus vbi probabile esset dubium super prauitate.

10 ¶ Consuetudo interpretatur priuilegia, indulgentias, & statuta, sicut & legem. c. Cum dilectus, de consue. & habet locum vbi viguit, vt not. Pa. de consue. c. Cum olim.

11 ¶ Consuetudo vt aliquid exigatur pro spirituali, potest introduci, & introducta debet seruari, imo possunt laici ad seruandam dictam consuetudinem compelli, vt in cap. Ad Apostolicam, de simo. Et Pan. in c. Suam nobis, de simo. dicit se semper tenuisse, vt talis consuetudo possit introduci quando non præcessit exactio, sed ex mera liberalitate, & deuotione populi est introducta: tunc enim non habet fundamentum vitiosum, sed laudabile, quia non est magnum, neque mirum, si ab eo merentur temporalia, qui seminat spiritualia, vt in c. Si Episcopus de of. or. lib. 6. Secus quando præcedens exactio consuetudini principium dedit, tempus quoque decennij sufficit ad introducendum hanc consuetudinem, quia est præter ius, secundum Fed. in cons. 155. & Fel. post Io. de Ana. in d. c. Ad apostolicam, dicit quod laici ad hoc possunt constringi, quando cōsuetudo principium coactum non habuit.

12 ¶ Quando

12 ¶ Quando non apparet an introducens consuetudinem voluerit se obligare, recurrendum est ad præsumptionem secundum Doct. Quod si non præsumitur, vel non apparet nisi mera liberalitas, non insurgit aliqua obligatio, secundum Io. An. in c. Ioannes, de cle. coniu. Et quia quando offertur aliquid ratione sacramenti, vel propter rem spiritualem exhibitam, videtur populus hoc longo tempore obseruando, se ad hoc velle obligare, in recompensationem spiritualium, recognoscendo Deum in suis muneribus. Ideo ad hoc videntur obligari, non autem sic, vt clerici debent clericis, ex consuetudine, vt dicit Pan. in c. Iacobus de simo. Non enim est eadem præsumptio, sacramenta tamen semper, & liberè prius sunt danda, & sic ante nulla exactio est facienda. d. c. Cum Ecclesie.

13 ¶ Compellere populum ad hoc non pertinet ad rectorē Ecclesie, sed ad Episcopum. Sic enim habet iurisdictionem in laicum, secundum Fel. in c. Cum sit, de fo. compe. col. 1. post Inn. Ratio quam quidam afferunt, dicentes se non petere pro sacramentis, sed pro labore, non valet, secundum Pa. in d. c. Suam nobis. quia videtur exactum pro spiritualibus, cum vnum sine alio non procedat. 1. q. 3. c. Si quis obiecerit. Differentiam inter consuetudinem, & præscriptionē, vide Sil. ver. Consuetudo. §. vl. An laici possint præscribere, vt parochianus det candelas in die purificationis, videtur, quod sic, secundum Fed. cons. 155.

Petitio pro labore, & non pro sacramentis, nõ valet.

DE CONTEMPTU.

- 1 Contemptus quando sit mortale peccatum.
- 2 Contemnens subiecti cui oportet subiecti, an mortaliter peccet.
- 3 Peccans venialiter ex contemptu an mortaliter peccet.
- 4 Contemnere regulam vel monitionem, & contemnere mandatum, differunt.

Contemptus quo despicitur proximus, cum illi inferat notabile malum actu, vel voluntate, secundum Caic. ibi, est mortale peccatum, formaliter loquendo, quando scilicet spernit vt spernat. Si autem contemnat tantum materialiter, non peccat mortaliter nisi ex hoc proximus notabiliter lædatur.

Proxi- mus du- pliciter contem- nitur.

2 ¶ Contemnens subiecti, cui oportet subiecti, formaliter ex suo genere peccatum mortale est, quia & contra rationem, & contra dilectionē Dei, vel proximi, & propter hoc peccare ex contemptu formaliter loquendo, vt dicere verbū otiosum, non seruare consilia Christi, &c. est mortale peccatum:

¶ hoc

Indignatio nō sumitur pro contemptu.
 Hoc enim nihil aliud est, quam nolle subici consiliis Christi, quod tamen necessarium est, quamvis seruire sit de bene esse. Hæc enim peccata rarò accidunt nisi pessimè disposita. Notandū est quòd si quis facit aliquid, vel nō facit ex indignatione, non dicitur fieri hoc ex contemptu, vt si prælatus dicat alicui vt cantet, & ipse nolit cantare, vt prælatus hanc consolationem non habeat, non dicitur facere ex contemptu. Caie. ibi, conformiter S. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 9. ad 3.

3 ¶ Non omnis peccans venialiter ex contemptu, mortaliter peccat, nisi esset paratus etiam hoc facere, si esset mortale, secundū Tab. ex S. Th. Dicit tamen, quòd religiosus peccans ex contemptu, in his quæ pertinent ad perfectionem, quæ etiā de se nō sunt mortaliter peccat, quia contēnit id in quod tenetur tendere. Caie. verò dicit, verum esse, quòd peccans quomodocunque ex contemptu simpliciter, mortaliter peccat; sed qui cōtemnit aliquod ex eo quòd minimum est, non contemnit simpliciter, sed secundum quid: ideo non peccat mortaliter, modificat enim illum contemptum cum illo minimo sicut qui accipit minimum, non dicitur: furari simpliciter, & in hoc sensu intellige Tab. dictam.

Contemptus Dei est peccatum mortale.
 4 ¶ Item aliud est contemnere regulam, seu monitionem superioris, aliud est contemnere id quod mandatur. Ideo frangens silentium ex contemptu constitutionis, secundum prius dicta, mortaliter peccat: frangens autem, & contemnes silentium tanquam rem minimam, & peccatum veniale, venialiter peccat, quia non simpliciter contemnit, sed secundum quid solum. Vnde Th. in quæstionibus de veri. q. 15. ar. 5. ad 2. dicit, quòd non quilibet contemptus facit mortale peccatum, sed contemptus Dei solum, per hoc enim solum homo aueritur à Deo.

DE CONTENTIONE.

1 Contendere quid sit.

2 Cap. de graui culpa, in constitutionibus prædicatorum quomodo intelligatur.

Contendere secundum Tho. 2. 2. q. 38. ar. 1. est contra aliquem verbis tendere, quæ quidem contentio potest attendi, & quantum ad intentionē contendētis. & quātum ad modum. Quantum ad intentionem, si quis impugnat veritatem modo indebito, scienter vel quando est in iudicio, vel in disputatione, non gratia disputationis, sed veritatis impugnandæ, sic est peccatū mortale, quia est mendaciū perniciosum contra honorem Dei, & utilitatem proximi. Quo
 autem

autem admodum, si modus est scandalosus, vel propter inordinatos clamores, vel propter opprobria, quæ ibi vt plurimum dicuntur, est etiam mortale. Scriptum est enim, Vt illi per quem scandalum venit. Bonus ergo confessor considerabit qualitatem modi. Secus quando impugnat veritatem credens dicere verum, vel dicens rationes suas audenter cum aliqua turbatione, tunc potest esse sine peccato omnino, vel tantum veniale.

2 ¶ Constitutiones fratrum prædicatorum, quæ dicunt in Contēde- c. De Graui culpa, Si quis cum prælato suo contenderit, non intendunt de illa quæ est secundum se mortalis, quæ diuino iure prohibetur, sed de ea quæ est communiter venialis, quia tales contendentes, etiam veritatem clamose defendentes, aut despectiue, aut derisoriè, debitam prælatis reuerentiam, & subiectionem non seruant. Propterea merito grauius puniuntur, quia grauius quam alij seculares peccant.

DE CONTRITIONE.

1 Contritio quid sit.

2 Contritionis dolor quantus esse debeat.

3 Peccator quando conteri debeat de peccato.

Contritio, secundum Magistrum in 4. sen. distin. 17. est dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cum intentione cōfiteudi, & satisfaciendi, qui quidem dolor si sit perfectus, dicitur contritio: si imperfectus, vocatur attritio, quæ attritio nunquam, secundum T. in 4. supra potest fieri contritio, & debet esse de quolibet peccato, de quo habetur memoria de aliis oblitis, sufficit generalis contritio, secundum T. ibi, & Pe. de Pal.

2 ¶ Contritionis dolor tantus debet esse, vt peccatum nobis displiceat supra omne odibile, cum proposito vitandi supra omne vitabile, secundum Caie. ibi, ita quòd maximus esse debet, neque nimius esse potest: & debet peccator ita esse dispositus, vt paratus sit potius quodcunque malum pati velle, quam mortaliter peccare. Non tamen debet ad penas particulares descendere, quia hoc esset parare sibi labi perniciem. Et qui sic se habet, est certus de sua contritione humana, non autem formata gratia diuina, secundum Caie. ibi.

3 ¶ Quamprimùm occurrit memoriæ peccatum proprium mortale cōmissum practicè sub ratione detestabilis, vel detestabilis, tenetur homo de eo dolere, secundū Pe. de Pal. in 4. Caie. autè dicit, quòd semper tenetur peccator ad hoc, vt

nunquam placeat sibi peccatum, quia præceptum negativum obligat ad semper, sed quod actu conteratur, non obligat, nisi in casu & periculo mortis, in susceptione, vel administratione sacramentorum, & in quolibet actu, qui requirit hominem sine peccato, & semel in anno ex præcepto Ecclesiæ, non autem quodocunque occurrit memoriæ teneri contereri, sicut nec confiteri, nisi in proposito, nec die festo, si non conteritur, peccat mortaliter contra præceptum de sanctificatione festi. Nec hoc est contra id quod dictum est, si occurrat practicè, ex Caiet. ibi, in summa.

- 1 *Contumax contra iudicis obedientiam mortaliter peccat.*
- 2 *Contumacia triplex est.*
- 3 *Excommunicans propter contumaciam an & quando debeat absolui.*

Contumax, qui contra Iudicis obedientiam tendit, mortaliter peccat, cuius signum, quia propter contumaciam potest excommunicari, secundum Caiet. ibi.

- 2 ¶ Contumacia triplex est, prima, non veniendo ad iudicium, c. Ex literis. de dol. & con. Et hæc tribus modis committitur. Primò quando peremptoriè citatus venire contemnit. Secundo, quando malitiosè se occultat. Tertio, quando latitat, vel impedit ne citatio ad eum perveniat, ut in c. Quoniam frequenter. ut lit. non conte. Secunda, est quando citatus ad iudicium venit quidem, sed non vult iuri parere, vel ante finitam causæ examinationem contumaciter recedit. c. Certum. ii. q. 3. Tertia, quando, manifesta offensa existente, ad iussionem Iudicis, non vult se emendare. cap. Ex parte. de verb. sign. Multis etiam aliis modis committitur contumacia vera, vel præsumpta, de quibus vide Ta. ibi. in principio.
- 3 ¶ Excommunicatus ob contumaciam non debet absolui antequam satisfaciat de expensis, & caueat de sistendo in iudicio, Secus quando non est verè contumax, sed præsumptivè, & petit absolui, in c. venerabilis. de sen. exc. præsens, & respondere nolens dicitur contumax, secundum Fel. in cap. Consultationibus. de offi. delect. col. 2.

DE CONTUMELIA.

- 1 *Contumelia quid sit & quid à conuitio differat.*
- 2 *Contumelia, & conuitium sunt peccata mortalia.*
- 3 *Contumelia quomodo purgari debeat.*
- 4 *Contumeliam sustinere quando teneamur.*

Contumelia, secundum Tho. 2. 2. q. 72. ar. 1. Videtur importare dehonorationem alicuius, siue per verba, siue per

per facta, siue per quicquid habet vim significandi. Differt autem à conuitio, quia per conuitium representatur per verba contumeliosa defectus pœnæ, siue culpæ generaliter, sed per contumeliam, tantum defectus culpæ, ut cum dicitur alicui, leno, vel meretrix, & huiusmodi. Cum verò representatur defectus minorationis, vel indigentia, quod etiam deroget eius honori, dicitur improprium, ut dicendo, ego te de fame eripui, &c. Et possunt hæc fieri in facie eius personaliter audientis, vel videntis, & literis, seu libello, ut ad ipsum deveniant, possunt etiam fieri in absentia, verbis, vel signis, ut ad notitiam deveniant, sicut esset deturpare ostium, pingere cornua, & huiusmodi, ut illius honorem minuant.

- 2 ¶ Contumelia, & conuitium, sumpta formaliter, sunt peccata mortalia, quia quantum in se est, lædunt bonum honoris proximi. Et hoc est, quando ex intentione dehonorandi fiunt, nisi ex imperfectione actus, vel in primo motu, vel pro re minima, quia sic veniale peccatum esset. Si verò non adsit intentio dehonorandi, tunc non est mortale, quia non est formaliter contumelia, sed materialiter, nisi quando ex hoc notabilis dehonoriatio proximi sequeretur. Debit enim proferens contumeliam, quid posset ex hoc provenire advertere. Caiet. ibi.

3 ¶ Qui fecit contumeliam, vel conuitium alteri, secundum Nico. de Ly. tenetur, per se, vel interpositam personam dicere iniurato culpam suam, vel saltem æquipollentia signa ostendere, nisi constet iniuriatum remisisse ei, nisi sit prælatus, vel paterfamilias, qui in corrigendo excefferint modum, ut dicit Aug. in regula, si tamè hoc fecerint correctionis gratia, & non liuore vindictæ. Et secundum Amb. debet citò satisfieri, sicut in restitutione. Hoc tamen intellige quia contumelia est publica. Secus quàm esset secreta, quo ad iniuriatum.

4 ¶ Sustinere contumelias, quo ad præparationem animi semper bonum est, & ad hoc tenemur, secundum Tho. supra, non tamen quando cedunt in malum animæ irrogantis, quia ob hoc fit audacior, vel quando ex sufferentia, profectus aliorum impeditur, secundum Greg. homil. 9. super Exec. 5. Vndicatio, per totum. Corrigenes, inducendo contumelia debet esse discreti, quia ex indiscretionem possent mortaliter peccare.

DE CORRECTIONE.

- 1 *Correctio si omittatur loco, & tempore peccatum mortale est.*
- 2 *Correctionis præceptum non ad semper obligat.*
- 3 *Correctio fraterna si dimittatur, peccatum mortale est.*

4 Correctio facienda est secundum preceptum evangelicum
num. 5. & faciens contra peccat. 6.

7 Prælati si præcipiat aliquid sibi reuelandum, quomodo
telligi debeat, & num. 8. & 9.

10 Existens in mortali, & aliquem puniēs, an mortaliter peccat.

11 Correctio in quibus casibus dissimulari possit.

Correctio qua subditi à suis superiorib. debent corrigi
siue per punitionem in facto, siue per correctionem in
verbo, si omittatur ab ipsis superiorib. siue prælati ecclesia-
sticis, quando, sicut, & ubi oportet proculdubio morta-
le peccatum est, nisi propter imperfectionem actus, quia præ-
ceptum de hac correctione, est de actu iustitiæ necessaria
ad bonum præcipue publicum. In casibus autem singularib.
non facile potest regula assignare, quia quandoque propter
aliquod bonum Reip. prætermittitur, & propter aliquam
aliam causam rationabilem incidet. Ideo in administrā-
re huiusmodi iustitiam, & correctionem, necessaria est
magna prudentia, & bona conscientia quam Spiritus san-
ctus dirigit.

2 ¶ Correctionis fraternæ præceptum cum sit affirmatiuū,
non ad semper obligat, sed quando est articulus necessita-
ris, sicut dare elemosinam, ideo quādo aliquis est in mor-
tali, & credis te ei posse prodesse probabiliter ipsum corri-
gendo, & non vis corrigere, mortaliter peccas, sicut si ma-
riente fame, potens non pascis. Si autem ex sola negligē-
tia, vel quia non speras correctionem, vel quia times ne pe-
ior fiat hoc omittis, non peccas mortaliter, nisi tanta esse
negligētia, & proximi necessitas quod ratione notabilis de-
ni proximalis, & magna negligentia, esset mortale, ac si ex
intentione fecisses. Contra enim proximi caritatem esset.

3 ¶ Si quis dimittat correctionem fraternam de peccato
mortali, quā tēet facere vel pp timorem damni tpalis, vel
infamiae, vel pœnæ corporalis peccat mortaliter, quia salu-
tem animæ postponit his, quod est contra caritatem, secun-
dum Th. ubi supra & Ric. in 4. senten. dist. 19. Si autem dif-
fert correctionem, quia expectat tempus magis congruū,
prudenter facit, quia omnia tempus habent. Si autem præ-
termittit correctionem de veniali propter humanum res-
pectum non peccat mortaliter, nisi illud esset periculosum
valde ad mortale. Item quando timore retrahitur à corre-
ctione de mortali, non tamen est tantus timor, quod si om-
nino crederet peccatorem à peccato retrahere, quod propter tale ti-
morem

morem cessaret à correctione, tūc tū venialiter peccat. In-
tellige et prædicta quando occurrunt nobis corrigēdi. Nō
enim debemus querere corrigēdos, ex S. Th. in 4. sen. 5. &
2. q. 33. ar. 2. & ex Ric. & Pe. de Pal. in 4. Et hoc præceptum
enim extenditur ad inferiores respectu superiorum, quos
tenentur corrigere cum reuerentia tamen, & humilitate,
secundum Th. ibi. Et semper intellige teneri, quando spera-
tur correctio, aliās non. Et omnes ad hanc tenentur, quia
unicuique Deus mandauit de proximo suo.

4 ¶ Tenentur etiam seruare ordinem datum à Christo,
Mat. 18. secundum Th. 2. 2. supra. ar. 8. Dicit enim Christus, si
peccauerit, sive præterito. Igitur de peccato futuro non de-
bet fieri secreta monitio, sed statim pot denūciari, vt impe-
diatur quā aliter nō potest obuiari. (In te, id est contra, & te
solo sciente. Aliās quando est publicum, potest denūciari:
quia non solum læsit conscientiam tuam, sed etiam alio-
rum. Et hoc etiam si speraretur emendatio delinquentis,
quia oportet satisfacere scandalo. Si tamen æquē, & benē
posset satisfieri non denūciando, non esset denūciandus.
Item quando peccatum vergit in malum corporis, vel ani-
mæ aliorum, non requiritur secreta monitio, quia non
tantum est in te, sed in alios, vt esset crimen hæresis, &c.
aliā, secreta monitio debet præcedere denūciationem pu-
blicam.

5 ¶ Secundo, quando secreta monitio non prodest, & spe-
ratur correctio, dicatur prælato, vt singulari personæ, secun-
dum Arc. Flo. & secundum Aug. in regula, quod si hoc non
prodest inducantur testes, si speratur correctio. Tertio; si
nō audit eos, dicatur Ecclesiæ, accusetur prælato, si sunt te-
stes. Et semper seruanda est hæc regula, quod quando potes
seruare conscientiam, & famam proximi, teneri: si non vtrū-
que relicta serua conscientia, ex Th. supra. & q. de veri.

6 ¶ Faciens contra prædictum ordinem, vt denūciando
prælato ante correctionem fraternam vt frater confunda-
tur, vel malitiosē, vt deprimatur, &c. mortaliter peccant,
quia cōtra caritatem, & præceptū. Secus quādo hoc ex sim-
plicitate faceret, credens melius sic posse corrigi similiter si
ex cautela dicat dum modo infamia non sequatur, ex S. Th.
supra que summopere cauenda est, ne pro posse lædatur.

7 ¶ Si prælatus præcipiat aliquod huiusmodi sibi reuelan-
dum, debet intelligi secundum ordinem fraternæ corre-
ctionis, contra quem si præcipiat, non est ei obediendum,
secundum

Non enim
debemus
querere
corrigē-
dos.

Ecc. 17.

Mat. 18.

Regula
seruanda
in frater-
na corre-
ctione.

secundum Th. 2. 2. supra nisi præcesserit infamia, vel semiplena probatio, ut quia est vnus testis, tunc tenetur qui libet subditus deponere quicquid scit, licet non præcesserit monitio, vel non possit probare, quia tunc venit, non ut denūtiat, sed ut testificetur. Facit c. 1. de test. cog. cū ibi notari.

8 ¶ Si factum sit publicum, & peccator occultus, ut quando homo mortuus reperitur, iubente prælato ante correctionem fraternalem de reuelatione, nõ est ei obediendum, quia secundum Pet. de Pal. in 4. sen. dist. 19. q. 4. peccatum dicitur publicum quando publicum est quis illum commiserit, non autem si effectus sit publicus, sed bene prælatus potest percipere super veritate dicenda, & ad inquisitionem procedere, saluo tamen semper dicto ordine, & in generali præcipere, supra Accusatio. §. 24.

9 ¶ Episcopo præcipiente reuelationem alicuius & sub pena excommunicationis, supra Accusatio. §. 29. an & quomodo sit ei obtemperandum quando probatio deficit.

ro ¶ Existens in peccato mortali, siue sit Iudex ecclesiasticus, siue secularis secundū quod determinat S. Th. 2. 2. q. 60. ar. 3. & Caie. ibi. 2. 2. & Tab. ver. Correctio. §. 4. vtens officio suo in his quæ non sunt ordinis, sed iurisdictionis, quamuis sit in mortali etiam publico, non peccat mortaliter per se loquendo dum punit, & corrigit delinquentem, sed per accidens ratione scandali, potest peccare mortaliter. Ideo cū humilitate potest arguere, corrigere & punire, nec sequendus est S. Thom. in 4. sen. Sed in 2. 2. supra. Qui verò est in mortali, prius debet se corrigere, & inde alios & dum sistit in mortali, debet corrigere potius rogando, quam increpando, & maximè quando peccatum suum est publicum. Sic enim non nascitur scandalum. Nihil ergo facit in hac materia peccatum mortale, sed scandalū, quod semper quantum possibile est debet vitari, nec ob malum exemplum alij infirmi in præceptis trahantur.

11 ¶ Multi sunt casus in quibus correctio potest dissimulari, & etiam punitio, ut quando mali à bonis non possunt discerni, quādo propter talem punitionem timeretur schisma, vel scandalum, quando speratur emendatio sine alia correctione, & breuiter, quando esset aliquis bonus respectus, ex quo maius bonum probabiliter speraretur, tunc cessatio à correctione non esset contra caritatem, & consequenter non esset mortalis. Facit c. Commestrationes, dist. 24. & c. Ipsa pietas. 24. q. 4. ca. Cum quis, ibi. Et quando mali profunt

Eccle

Peccatū
publicū
quando
dicatur.

Ecclesiæ bonos excitando, & correctio non speratur dimitti potest.

DE CORPORIBVS SANCTORVM.

1 Corporum sanctorum translatio quando fieri possit.

Corpora sanctorū nõ possunt trāsferri de loco ad locū, postquam tradita sunt sepulturæ perpetuæ sine licentia Episcopi, in c. Corpora, de cõse. di. 1. Vide j Reliquiæ. §. 5.

DE CORPORALIBVS.

1 Corporalia de qua materia esse debeant.

2 Corporalia lauare ad quem spectet.

3 Corporalia à quo consecrentur.

4 Corporalia post lotionem an iterum consecranda.

5 Corporalia qualiter custodienda.

1 Corporalia debent esse de puro panno, lineo, albo, & benedicto ab eo qui potest benedicere, non de panno tincto, vel serico. c. Inconsulto, de consti. dist. 1. quæ non debent tangi, neque abluui per fœminas. c. Sacratas. 23. dist. & c. Nemo, de con. dist. 1. cl. 2.

2 ¶ Diaconi debent corporalia lauare pro quib. debent puluim nouam habere, & primam lotionem in sacratio proiicere, in d. c. Nemo post primam abluitionem possunt lauare per moniales, & repetari, secundum Pet. de Pal. qui excusat moniales in hoc: quod tamen verū puto, vbi est cõsuetudo. quam opinionem sequitur Caie. in ver. Mulier in lumina.

3 ¶ Corporalia possunt consecrari per Abbatem, supra Abbas. §. 8. & generalem, ac Prouincialem mendicantium ex priuilegio, supra Consecratio. §. 12.

4 ¶ Corporalia post abluitionem nõ indigent reconsecratione, licet amittus recesserit, nisi si aliquo modo repetentur. non enim perdunt formam, etiam q̄ alius amittus ponatur.

5 ¶ Corporalia debent teneri munda, ut præcipitur. de custod. eucha. capit. Relinqui, & ca. Statuimus, & negligentes in hoc puniri debent, & peccant mortaliter, quando ita relinquunt immunda, ut res rusticorum videantur, ut etiam dicit Sil. in ver. Vasa. De purificatorijs. eadem videtur ratio, quamuis subdiaconi ea tangant, & abluant: in ip̄is enim aliquando imbibuntur stillæ sanguinis Christi.

DE CORPORE VITIATO.

1 Corpore vitiato quis dicatur.

2 Corpore vitiato non sunt promouendi ad ordines sacros duplici causa.

3 Corpore vitiato quando repellatur. Et no. 4.

q 5 Amittens

Mulieres
nõ possunt
tangere,
nec abluere
corpora-
ralia.

- 5. *Amittens ungulam pollicis celebrare non potest sine dispensatione.*
- 6. *Membra habens superflua an repellatur.*
- 7. *Claudus à natiuitate an repellatur.*
- 8. *Cæcus à natiuitate vno tantum oculo an repellatur.*

Corpore vitiatus in ordine ad ordines sacros respectu noui testamēti, s̄m Astē. & canonistas est mutilatus, i. qui caret membro & habens membrum debile, vt oculus cæcum, vel manum aridam, vel aliud membrum inefficax, si eo careat, mutilatus dicitur.

2 ¶ Corpore vitiati supradicti, non sunt promouendi ad ordines sacros duplici ex causâ secundum Canones. Primò propter inhabilitatem ad officium exequendum. Secundò propter deformitatem, ad scandalum tollendum: vnde generaliter tenendum est, quod vitium corporis quomodo-cumque prouenerit, si reddit inhabilem ad frangendum, vel contractandum hostiam, vel calicem impedit promouendum, & promotum ministrare prohibet. Similiter omne vitium notabile in quocunque membro, scandalum generas, impedit, vt dicemus.

3 ¶ Item tene, quod vitiatus corpore ex sua culpa repellitur, non autem sine culpa, secundum Ray. nisi ex deformitate scandalum vel inhabilitas proueniant, & in dubio Episcopus indicabit, secundum Inn. in c. de cor. vitia. cū Archidiaconi consilio, Ar. ibi, c. 2. Iuncta gl. eo, in religiosis exemptis eorum prælatus ordinarius.

4 ¶ Quando tale vitium non reddit inhabilem, nec multum deformem, est tūc distinguendum, quia vel venit sponte, & sine causâ iusta, & tunc in quocunque membro fiat, repellitur, & promotus deicitur, in c. Pœnitentes. di. 55. Host. ramen dicit in apparatu, quod si tale membrum est occultum Episcopus p̄t disp̄sare, nisi in castrato. Et cum religio- s̄o p̄t dispensari, vt pede ligneo celebret. Si vero vitium apparet, nō nisi Papa disp̄sat, q̄a vitiatus fuit in culpa, c. 1. de corp. vitia. Vel nō euenit vitium sponte, sed casu, & nō generat nimiam deformitatem, & tūc p̄t promoueri, vt in c. Presbyterū, de cle. xgro. Si tñ qñ fuit vitiatus à casu, dabat operam rei illicitę, sic nō p̄t promoueri. Secus si rei licitę, & vitium est in mēbris minimis, siue occultis, tūc nō repellitur, in c. Qui par te, di. 55. Nō aut si in magnis, vel manifestis, vt in oculo, vel manu. c. Si euāgelica, di. 55. Similiter si modicum tantum generat scādālū, vt in d. c. Presbyterum. Si aut sponte: sed ex iusta causâ,

causâ, vt propter sanitatem sit priuatus aliquo membro, siue occulto, siue manifesto, si propter hoc redditur inhabilis, vel multum deformis, repellitur, vt supra. Si verò nō sit propter hoc inhabilis, nec multum deformis, non repellitur, nec promotus reicitur, nec est necesse, quòd membrum abscissum secum portet, vt quidam absque ratione dicunt.

5 ¶ Amittens ungulam pollicis dando operam rei illicitę, sine dispensatione celebrare non potest, quod trahitur per contrarium sentium, ex. c. si. iuncta gl. de corp. vit.

6 ¶ Habens membra superflua, etiam si ea absciderit, non propterea repellitur, nisi ex hoc proueniret inhabilitas, vel nimia deformitas, vt supra secundum Glo. in c. Partem, di. 55. & Host. quia talis non est propriè mutilatus, vel colobon.

7 ¶ Claudum à natiuitate, vel sine culpa sua, quia ad altare sine baculo accedere potest, consuetudo non repellit saluis predictis, Ar. in c. Nullus, de const. dist. 1.

8 ¶ Cæcus à natiuitate, etiam vno tantum oculo, repellitur, secundum Arch. quod probat per d. c. Si Euangelica. De habente maculam in oculis, & de gibboso, leproso, iudica secundum regulam generalem superius datam. Furiosus au-

Furiosi, lunatici, caduci & demoniaci, non debent promoueri, etiam post liberationem.

tem, lunaticus, caducus, & demoniacus, non debent promoueri etiam postquam fuerint liberati, secundum Gl. in cap. Communiter, dist. 33. & cap. Maritum. pro mori verò, si sunt omnino liberi, expectato tempore ad arbitrium boni viri, poterunt exequi. Si autem non sint omnino liberi, iudica secundum regulam superius datam, quæ ad quamplures casus valet. Hermaphrodita quomodocumque non admittitur, & ordinatus repellitur, licet magis ad masculinum vergat, & characterem habeat, secundum Gu. Quomodo autem in his dispensatur supradictis casibus, infra, ver. Dispensatio. §.

22. Vide etiam Thom. 4 sent. dist. 9. art. 4. quol. 3. ad 3. Tales promoueri à beneficio non repelluntur, ne addatur afflictio afflictio. 7. q. 1. c. Percussio, sed dabitur adiutor, si per se non potest. De eo qui nullo modo potest bibere vinum dicitur q̄ ordinari non debet, neque ordinatus celebrare, quia non posset perficere sacramentum, sumendo sanguinem. Neque femina promoueri potest, quia ordinis huius capax nō est, secundum Gu.

Qui nullo modo potest bibere vinum, nō debet ordinari.

DE CREDULITATE.

- 1. *Credere in Deum quantum sit necessarium.*
- 2. *Credere articulos fidei omnes tenentur. num. 3.*
- 4. *Excusari nemo potest si iam credit, credere q̄ quid sit.*

Hebr. 2.

Credere

*Omne-
nētur cre-
dere arti-
culos fidei
explicitē.* **C**redere in Deum ita est necessarium omnibus habenti-
bus vsum liberi arbitrii, quod qui nō credit, est in mor-
tali, quia sine fide est impossibile placere Deo.

¶ Credere articulos fidei explicitē, maximē illos qui so-
lennizantur in ecclesia, omnes Christiani sub præcepto te-
nentur, vt mysterium Trinitatis, Incarnationis, Passionis, &
huiusmodi, alia autem implicitē, sed magis, & minus, secun-
dum personarum qualitatem, secundum Th. 2. 2. q. 2. ar. 7.

3 **¶** Quilibet habens officium docendi fidem, vt prælati,
Prophetæ, sacerdotes, doctores, prædicatores, tenentur cre-
dere explicitē totalem distinctionem articulorum, secun-
dum substantiam, non autem alij, secundum Thom. veri. q.
14. art. 11.

Nota.

4 **¶** Nullus potest excusari si non credit, infra Fides. §. 2. 4.
Credere autem est cum assensu cogitare, secundum quod
voluntate determinatur ad vnum, ex Tho. vbi supra.

C R A P V L A, in ver. Gula.

C H R I S M A, super Confirmatio.

D E C R V D E L I T A T E.

1 *Crudelitas mortale peccatum est, & clementia opponitur.*

Crudelitas, qua quis modum puniendi excedit notabi-
liter, mortale peccatum est, quia contra bonum proxi-
mi, contra ordinem iustitiæ, quæ modum in delictorum pu-
nitione statuit, & secundum Tho. 2. 2. q. 159. art. 1. opponitur
directē virtuti clementiæ.

D E C V R I O S I T A T E.

1 *Curiositas quid sit, & quomodo sit mortale, & num. 2.*

*Exponere
se morta-
li proba-
biliter est
mortale.*

Curiositas cum importet inordinatum appetitum co-
gnoscendi, siue per intellectum, siue per sensum pecca-
tum est, quia plusquam ratio dicit, appetitum protrahit.
Non est autem peccatum mortale ex se, sed ex adiuncto, se-
cundum Caiet. ibi, & hoc multis modis. Primò, si ordinetur
ad finem qui sit mortale peccatum, vt qui vult scire quomo-
do fiant vlturæ palliata, vt eas faciat. Secundò, quando vult
scire à quibus non licet, vt à dæmonibus, à quibus prohibe-
tur scire. 26. q. 1. cap. Illud. Tertiò, quando vult scire quæ non
licet, vt dicta in confessione, vel alia secreta, &c. & ea quæ
prohibentur addisci, & doceri, vt artes magicæ, & huiusmo-
di, quia eadem culpa est addiscere, quæ & docere, in l. Cul-
pa. C. de male. & ma. nisi aliquis bonus finis excuset, vt ad
impu-

impugnandum. Facit. c. Nec mirum. 26. q. 5. Quartò, velle vi-
dere ea, vel cognoscere, quorum cognitio est alicui pericu-
losa cadendi in mortale, vt videre coeuntes bestias, vel ho-
mines, vel scire modos secretos agendi turpia, vel huiusmo-
di, tunc curiositas in tali esset peccatum mortale. Secus quā-
do non esset tale periculum. Ideo quod vni potest esse mor-
tale, alteri potest esse veniale, vel nullum. Quintò, si propter
curiositatem omittat ea, ad quæ tenetur sub præcepto, vt
missam, confessionem, vel studere ea quæ tenetur, &c. sicut
multi clerici propter curiositates poëtarum, &c. non vacant
scripturis, & canonibus, quæ tenentur scire. Facit c. Nōne,
dist. 37. Sextò quando facit prohibita, vel patitur, vt experia-
tur aliquid, sicut mulier vt experietur delectationem cum
viro, vel ex curiositate facit incantationes, &c. Septimò, pro-
pter scandalum, vt quando quis vult scire quid dixit talis de
eo & est curiosus valde in hoc peccat, quia exponit se scan-
dalo sequuturo, quia dum sciet talem maledixisse de eo,
mouebitur ad odium, vel persecutionem contra eum. Ex his
regulis poterit quis facere videre, quādo est curiositas mor-
talis, vel venialis.

*Curiosi-
tas ali-
quando est
mortalis,
aliquando
venialis.*

1 **¶** Velle videre aliquid, quod ex se mortale est, quando
non placet sibi illud, nec est periculum probabile, quod quis
ruat in peccatum propter hoc nec est actus ille, quantum ad
deformitatem, placeat sibi, sed ex nouitate rei cupit videre,
vt quando aliquis irruit super aliquem vt interficiat illum,
talis curiositas non est mortalis; nisi quando esset prohibi-
tum talia videre, quia non vult hoc malum fieri vt videat,
sed dum fit vult quis videre, tantum ex curiositate. Concor.
Archid. Flor. par. tit. 3. c. 7. §. 11. Secus quando ex tali inspectio-
ne daretur animus malefactori, vel quasi approbaretur fa-
ctum, vel graue malum immineret corporis, vel animæ. Et
2. 2. q. 167. art. 2. ad 2. consentit. Curiositas non videtur addere
peccato differentiam talem, quæ sit necessaria ad confiten-
dum, sed sufficit peccatum mortale exprimere.

D E C V S T O D E.

1 *Custos multiplex est, & quando teneatur. 2.*

3 *Custode negare dolo vel negligentia sua perijisse rem, qui
probat.*

4 *Si quis conduxit equum, & patronus mittit famulum ad eum
custodiendum, an conductor teneatur pro custodia.*

Custos

Custos in triplici differentia inuenitur. Quidam sine mercede sed gratis custodit. Quidam accipit mercedem, sed non specialiter pro custodia. Quidam accipit mercedem specialiter pro custodia rei. Primus tenetur de dolo, & lata culpa tantum, quia gratia alterius custodit. Secundus tenetur de dolo, lata culpa, & leui. Tertius tenebitur etiam de leuissima, secundum gloss. in l. Qui mercedem. ff. loca. Aduerte quod quando sumus in contractu, in quo quia tenetur solum de dolo & lata culpa, vt in deposito, acceptio mercedis pro custodia, facit vt teneatur de leui, & sic intelligitur cap. Bona fides, de depofi. Si verò sumus in contractu in quo tenetur de leui culpa, sicut in locato, quando res non requirit diligentissimam curam, si acceptio mercedis pro custodia facit vt teneatur pro leuissima, & sic intelligitur d. l. Qui mercedem, & tenetur etiam de culpa eorum, quorum opera vtitur, si ipse diligentiam non adhibuit. l. Si merces. ff. loca. §. Qui columnam.

2 ¶ Qui locat operas suas in re, quæ curam diligentissimam requirit, vt in gemma polienda, vel veste preciosa incidenda, & huiusmodi tenetur etiam de leuissima, in d. §. Qui columnam: aliàs de leui tantum, vt in dicta Gloss.

3 ¶ Custode negante, suo dolo vel negligentia amisisse rem in foro iudiciali, & contentioso, ipse custos probabit secundum Gloss. in d. l. Qui mercedem. Secus in conscientia. Idem dic de custode carceris, & in deposito. ff. de cust. & exhiben. re. l. vlt. In aliis autem casibus regulariter, qui dolum allegat, probare debet, in l. Quotiens. ff. de proba.

4 ¶ Si quis conducit equum, & patronus equi mittit famulum pro custodia illius, & constat hoc fecisse à principio, conductor non tenebitur pro custodia. Si autem locauit equum, & famulum, & negligentia famuli non excusat dolum conductoris, antequam restituat equum famulo, secundum Gl. §. Si de me. l. Si vt verò. ff. commo. Si autem post restitutionem equi, famulo equus pereat, non tenebitur conductor, in l. Si mei causa. ff. commo. De hoc infra Locatio. §. 22. Depositum. §. 2. Violentia per testes probari debet, secundum Pan. in c. Super eo, de his qui vi. me. Res verò amissæ, & earum valor iuramento.

DE DAMNO.

- 1 *Damnum quid dicatur.*
- 2 *Damni causa qui sint.*

Damnum



Annun est ex hoc, quod aliquis minus habet quam debeat habere, secundum Thom. 2. 2. q. 62. ar. 4. & dare damnum, vel occasionem damni, & periculi, est semper peccatum, vel mortale, vel veniale secundum voluntatem dantis, vel quantitatem damni. Qui enim parum damnificat, volens tamen damnificare multum, si posset, mortaliter peccat: & qui multum damnificat, mortaliter peccat, quia proximum multum offendit, quod est contra caritatem, & iustitiam, & tenetur ad restitutionem, vt infra Restitutio. §. 21.

2 ¶ Omnes qui sunt causa damni continentur in his versis.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,

Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

De quibus dicitur infra, quomodo tenetur restituere. in ver. Restitutio. §. 3. & ibi vide Caiet. quomodo bene declarat. Damna refarciri debent. C. ad l. Iul. de vi. pub. l. Si quis à se fundum. si tamen dolose, vel ex culpa sunt data.

DE DEBITO CONIUGALI.

- 1 *Debitus coniugalis exactus reddere tenetur.*
- 2 *Causæ excusantes à debiti redditione. 3. 4. 5. 6. 7.*
- 3 *Tactus impudicus quando sint mortale, & quando non.*
- 4 *Detrahere se an liceat ante complementum coitus.*
- 5 *Debiti redditio nullo tempore impeditur.*
- 6 *Debitum coniugale quocunque modo petatur reddi debet.*
- 7 *Debitum reddere ante benedictionem an sit mortale.*
- 8 *Votum simplex castitatis si quis habeat & contrahat, an teneat matrimonium.*
- 9 *Qui vovit religionem ingredi, si post ducat uxorem, an possit petere debitum.*
- 10 *Affinitas superveniens contracto matrimonio an impediatur debiti petitionem.*
- 11 *Debitum reddere vel exigere altero coniugum existente in matrimonio mortale est.*
- 12 *Adulterans licet non possit exigere, reddere tamen tenetur.*
- 13 *Coniuges an post redditionem debiti possint communicare.*
- 14 *Vxor post votum mariti simplex non tenetur amplius ei reddere debitum.*
- 15 *Vxore clandestinè accepta si quis in facie ecclesie nubat, cui tenebitur debitum.*

Debitum

Dare damnum vel occasione damni est semper peccatum.

Debitum coniugale, id est, copulam inter cōiuges, exactus reddere tenetur sub praecepto, secundum Doct. & Thom. & Apostolum. 1. Cor. 7. nisi rationabilis causa excuset, de quibus causis loquitur Pet. de Pa. 4. sent. 22.

*Impossibile
nulum
est obligatio.*

2 ¶ Prima causa excusans à redditione debiti est impotentia, siue per coitum præcedentem, siue per ieiunium moderatum, siue propter aliam causam licitam, quia impossibilitatis nulla est obligatio. ff. de re. iu. l. impossibile. Et secundum Rich. mortaliter peccat, qui modo indebito reddit se impotentem ad hoc, & scienter secundum etiam Arch. Flo. quia facit contra iustitiam. Immo non est consulenda vxori talis poenitentia, per quam viro reddatur deformior, aut præiudicet proli, secundum eundem Arch. Flo.

3 ¶ Secunda causa est, quando reddenti periculum mortis vel infirmitatis notabilis imminet. Redditio enim debiti intelligitur non solum salua consistentia personæ, sed sanitatis, secundum Caiet. in ver. Matrimonium. Vnde quando iudicarent medici de infectionis periculo, siue in casu lepræ, siue in alio, non tenetur tunc debitum reddere. Et per hanc regulam multos poteris soluere casus, vt in laborantibus morbo gallico, vel alio. infra, Matrimonium. §. 69.

4 ¶ Tertia causa est adulterium, quia adulterans perdit ius petendi debitum, & continens potest quo ad thorum adulterantem dimittere, de quo j. ver. Matrimonium. §. 69. & 7. & Adulterium. §. 4. Et si accusata vxore pendeat lis de adulterio, secundum Ric. si notorium est, id est sibi notum illam esse adulteram, vir nec exigere, nec reddere debet: alioquin peccaret mortaliter, nisi fortè abstinere ab adulterio vellet, & agere poenitentiam, quo casu potest iam sibi reconciliare, vt in c. 1. 32. q. Et si Ecclesia præcipiat redditionem debiti, non tenetur, si infra paucos dies potest probare, Arch. c. Solet, de sent. excom. in 6. Secus quando probare non potest. Arc. 11. q. 3. c. 1. j. Diuortium. §. 7.

5 ¶ Quarta causa est, quando alter coniugum vult religionem intrare, quia reddere non tenetur statim, sed debet statui tempus, infra quod ingrediatur. in c. Ex publico. de conuer. coniug. id est, infra duos menses, & secundum Tho. vbi dicit Pan. post Glo. illud tempus Iudicis arbitrio fore taxandum. Quod si non vult intrare religionem, habet debitum tempus ad parandas debitas solennitates. Vnde ante benedictionem non tenetur reddere.

6 ¶ Quinta causa est locus sacer, in quo non licet exigere,
nec

nec reddere debitum, etiam tempore obsidionis, quia locus pollueretur, & esset peccatum sacrilegij. Nec etiam in loco publico debet reddi, quia honestas humanæ societatis hoc non permittit, quæ seruari debet.

7 ¶ Sexta causa est, quando modo indebito exigitur, vt viro succubo, & vxore incuba, vel alio modo periculoso de non generando, aut inhonesto, aut indebito tempore, vt tempore menstruorum, de quo dicunt quidam quod si menstrua sunt perpetua, non est peccatum reddere, nec exigere scilicet mortale. Si verò sunt naturalia, tunc est mortale in exigente scienter, nisi fortè timeret labi in fornicationem, & propter hoc petendo non peccaret mortaliter: reddere tamen deliberate exigenti tenetur, quamuis aliquando impotentiam simulare possit, dum non timetur maius malum, suam tamen immunditiam viro non tenetur indicare. Caiet. tamen vbi supra, dicit quod tempore menstruorum, neque reddendo, neque exigendo est mortale, quia nulli facit iniuriam, qui vititur iure suo, cui consentit Pet. de Pal. supra Syl. tamen in ver. Debitum. §. 6. contrarium concludit, dicens quod in muliere exigente tempore menstruum naturalium, semper est mortale, quia illo tempore non ita imminet periculum corruptionis, sicut viro. Opinio tamen Caiet. magis videtur rationalis, infra. Matrimonium. §. 68.

8 ¶ De tactibus impudicis inter coniuges, multi multa dicunt, ex quibus quæ mihi magis vera videntur excerpti. Vel enim ordinantur huiusmodi tactus ad coitum, & sic non sunt mortales, sicut nec ipse coitus, vel non ordinantur, & tunc vel sunt tantum ex amore coniugali, vt oscula, amplexus, &c. & sic non sunt mortales, quia non libidinosi: vel sunt ex libidine, & tunc aut non cogitant de coitu, & sunt in loco apto, vt in lecto, & sic non est mortale: vel cogitant de non consumando coitum, vel non sunt in loco apto ad consumandum illum actum, sed solum propter veneream delectationem hoc faciunt, & tunc est mortale, quia omnis actus venereus, qui non est coitus, vel ad illum ordinatus actus, vel habitu, inter coniuges est mortale. Caiet. enim supra dicit quod tactus huiusmodi quando sunt ratione vsus matrimonij sunt liciti: quando verò in huiusmodi tactibus nil aliud intenditur nisi delectatio, & periculum de pollutione in altero coniugum non est, non sunt mortales, sed superflua delectatio. Si verò cum periculo pollutionis in altero ipsorum fiant, dicendum est sicut de mulieribus bibentibus

vinum cum periculo ebrietatis, & peius hic. Ideo si persona est experta ex similibus tactibus se fuisse pollutionem saepe passam, & aduertit periculum, & non obuiat, etiam si non sequatur pollutio, nescio eam à mortali excusare, hæc videtur bona resolutio, mihi que placet.

9 ¶ Qui recepit actum coitus, & sentit se corrumpi, si retrahit se à consummatione actus, etiam altero cōiuge consentiente, peccat mortaliter, si ex hoc sequitur, vel sit periculum sequi pollutionem extra vas, quia est contra naturam: secus quando non esset tale periculum pollutionis neque in viro, neque in muliere, & in hoc sensu intelligo. Pe. de Pa. s. dicentem, quod non est mortale se retrahere ante complemētū actus, ne seminet, propter prolis multiplicationē.

10 ¶ Nullus tempus sacrum impedit debiri redditionem, secundum Pet. supra, vel petitionem de necessitate, licet sit bonum his diebus ab exactiōe abstinere, secundum Caie. supra vt ad contemplationem sit maior aptitudo.

11 ¶ Quia debitum aliquando petitur verbis expressis, aliquando interpretatiuis, aliquando nutibus, aliquando aliter: ideo quando alter coniugum aduertit socium petere aliquo istorum modorum, tenetur reddere.

12 ¶ Reddere debitum ante benedictionem nō est mortale, nisi fiat in contemptum, vel ratione scandali, secundum Caie. supra & S. Th. in 4. supra. Inn. & Ant. in c. 1. de spō. quia licet consuetudo habeat vim legis, non tamen semper lex obligat ad mortale, nisi sit preceptiua, in c. Generali, de elec. in 6. licet aliqui teneant contrarium, vt Arch. Flo. Gul. &c.

13 ¶ Habens votum castitatis simplex, si contrahit, tenet matrimonium, tamen post consummationem matrimonij, exactus expressè, vel interpretatiuè, tenetur reddere: petere aliquo modo non potest sine mortali, quia quantum in se est, tenetur viuere castè, & dispensatio in hoc ad Papam spectat, quia est votum continentie, tamen quando adiri non posset, Episcopus posset, vt Gul. dicit. hæc secundum Caie. supra, & ratio peccati in petendo est, quia votum est de negatiuo, quod obligat ad semper.

14 ¶ Qui vouit religionem ingredi, & perseuerare, si post ducat vxorem, & consummet, licet mortaliter peccauerit, tamen potest postmodum petere debitum sine mortali, quamuis habeat votum simplex, quia votū istius est affirmatiuū de religionis ingressu, & non de seruanda castitate, nisi cum fuerit religiosus, Caie. 2. 2. q. 89. art. 3. Votum autē illius est

*Ex non
semper
obligat
ad mor-
tale.*

Nota.

est de non exercendo actu venereo, secundum Caie. supra licet non hoc placeat canonistis.

15 ¶ Affinitas superueniens contracto matrimonio impedit petitionem debiti in eo, ex cuius causa venit, vt si Titius cognoscat vxorem fratris sui, illa non poterit petere debitum, vel consanguineam vxoris suæ, & tunc ipse non poterit amplius debitum exigere, licet matrimonium non soluat, Episcopus tamen in hoc potest dispensare, secundum Pe. de Pal. supra, licet Arch. Flo. dubitet. Intelligo quādo non adest possibilitas adeundi Papam.

16 ¶ Reddere debitum, vel exigere, altero coniugum manente in adulterio, est mortale, secundum Ric. etiam si sit occultum, secundum aliquos, dummodò sit notum sibi, quia est contra statutum Ecclesiæ. c. Si quis vxorem. 3. q. 2. tamen fallit hæc regula in multis casibus. Primò, secundum Tho. in 4. sent. supra, quando innocens exigit timore suæ inconuenientie, non enim tenetur quis cum suo periculo socium corripere. Secundò, vt dicit Hugo. quando ex hoc in peius proficeret, vel nihil, vel scandala suscitarentur, quia ordinatio Ecclesiæ non est facta propter malum, sed propter bonum. Tertiò, secundum Pe. de Pa. supra quando adulterium est occultum, & continentia non proficit ad correctionem, quæ fuit causa huius constitutionis. Quartò, quando est spes de correctione statim fienda. Quintò, quando vir potest incorrigibilem vxorem includere, ne quis intraret ad eam, secundum Pe. de Pa. Sextò, quando propter hoc vir timeret ne vxor se prostitueret. Prius tamen negocium exponi deberet his qui sciunt hanc esse fornicariam, nec ex hoc scandalizarentur. De muliere autem erga virum non sic est dicendum, secundum Pe. de Pa. quia illa non facta, sed verbo, tenetur virum corrigere: & verisimile est, quòd quantò magis ad illam accedit, tantò minus ad meretricem vadit: ideo non tenetur virum dimittere, nisi quando vellet eam modo non naturali cognoscere, aut quando ex cohabitatione, eius peruersio timeretur, quo casu debet eum etiam quo ad domum deferere, ne peruersionis periculum interueniat.

17 ¶ Adulterans, licet exigere non debeat in foro animæ, nisi purgata sua culpa, secundum Rayn. quia ius petendi debitum perdidit, exactus tamen reddere tenetur. Non enim eius culpa alteri præiudiciū inferre debet. Multi tamen sunt casus, in quibus alter coniugum adulterantem non potest

*Correctio
nō est fa-
cienda cū
sui peri-
culo.*

*Mulier
non tene-
tur corri-
gere virū
facto, sed
verbo.*

dimittere, neque negare debitum, de quibus infra Diuor-
tium.num.4.

18 ¶ Coniuges post redditionem debiti possunt sumere
communione, secundum Th.4.sen.di.32.art.1.ad 2.licet
esset bonum differre vsque ad diem alteram propter maio-
rem deuotionem, nisi propter necessitatem, vel scandalum.

19 ¶ Vxor post votum simplex mariti, non tenetur ei red-
dere debitum, licet non possit alteri nubere, secundum Th.
4.sen.di.27.neque alter coniugum potest vouere de nō red-
dendo debitum sine consensu alterius, quia esset cōtra prae-

*Votum de
nō reddē-
do debito
inter con-
iugatos,
nullū est.
S. syno-
dus Tri-
dentina
nuper de-
creuit ut
clād. stina
matrimo-
nia sint
irrita.*

ceptum Dei, & iustitiam: neque de non petendo, quia fieret
onerofus alteri, si semper alter petere deberet secundum Th.
4.sen. dist. 32. q. 4. Et alter coniugum non consentiens voto
alterius de continentia, non peccat ne prauidicet sibi Tho.
ibi, ad secundum. Imō vota coniugum occulta de castitate
seruanda, non sunt approbanda, quia periculosa, quod in ig-
dicio ecclesiae non possunt probari. Tho. supra.

20 ¶ Si quis accipit Bertam clandestinē, & secundam in fa-
cie Ecclesiae, reddat debitum non secundae, etiam si excom-
municetur, quia non eius vxor, sed primae, si sine scandalo
potest. Si autem scandalum imminet, non reddet, neque pri-
mae, neque secundae, licet possit cogi per Ecclesiam ad coha-
bitandum cum secunda, non tamen ad reddendum debitū,
sed potius debet excommunicationem sustinere, vide in-
fra. Matrimonium, vide aliqua.

D E D E C I M I S.

*Vide Sess.
8. Cong.
Trid. Sess.
35. c. 12.*

- 1 Decimas consuetas non soluendo an mortale peccatum sit.
- 2 Decima quo tempore solui debeant, & in quo loco.
- 3 Decima an sacerdoti diuiti soluenda sint.
- 4 Decimas soluere qui teneantur, & de quibus.
- 5 Decima de male acquisitis non soluitur.

Decimae solui debent vbi consuetum est, aliter pecca-
tum mortale sacrilegij incurritur, ex suo genere, ex
imperfectione actus, in re minima, est veniale. vbi autem
non est consuetum, secus est: salua tamen cura sui pastoris,
si aliunde non habet vnde viuat, quia tunc subditi tenentur,
quilibet pro rata sua prouidere vt habeat vnde honeste, se-
cundum sui status decentiam, possit viuere, etiam nulla con-
suetudine ibi existente, secundum Caietan.

¶ Quo tempore debeant solui decimae, standum est con-
suetudini, & etiam in quo loco, secundum quod est appro-
bata, & praescripta, & hoc communiter tenetur, & securius.

Et

Et si pereunt, pereunt illi, qui est in mora, & si non appareat
de consuetudine vbi soluantur, debent portari ad domum
recipientis quia secundū Th. 2. 2. q. 33. art. 2. ad 4. debitor ad-
ueniente termino, debet quætere creditore, aliàs esset in mo-
ra, cum terminus ipse interpellat. Nec debet deduci expensae,
etiam factae in colligendis fructibus. in c. Cum homines, de dec.
ci. & c. Tria. Neque semen deducendum est, secundum Host.
De personalibus, quae insurgunt ex rebus indecimatis dedu-
cuntur expensae, aliter non, in c. Pastoralis, eo. tit.

3 ¶ Sacerdoti etiam diuiti, vbi est consuetudo, debent sol-
ui decimae, secundum Th. ql. 6. q. 5. art. 4. Vbi autem non est
consuetudo, & ecclesia petit, debet solui, quia talis obliga-
tio non potest quacunque consuetudine praescribi, vt si pe-
tuntur, non soluantur, quia de iure diuino est, vt ministris
ecclesiae prouideatur: & in hoc conuenit Tho. ql. 6. supra 2. Nota
2. q. 87. Host. in c. a nobis. eo. tit. Inn. nota vnum dictum Gul.
dicentis, quod ecclesiae acceperunt semel totam decimam,
cum receperunt possessiones sufficientes ad earum necessi-
tatem, & sic posset dici, quod continuè recipiunt decimas,
id est, redditus ratione decimae: quod si est verum, tota qua-
estio est soluta, quia non amplius possunt petere, & credo sic
esse, cum videamus omnes ecclesias, Episcopos & Praelatos
diuites de possessionibus.

4 ¶ Omnes tenentur ad decimas, nisi sint exempti, etiam
clerici de propriis praediis, secundum Th. 2. 2. q. 87. ar. 4. & c.
a nobis de dec. Et quando res non decimata venditur, tam à
venditore, quam ab emptore potest exigi. Arg. in c. Monte-
mus. 12. q. 2. & Tho. 2. 2. supra etiam de furatis per negligenti-
am possessoris, decimae solui debent, secundum Tho. supra.
Quod si sacerdos sit diues, & non indigeat decimis, non ta-
men videtur quod possit relaxare decimas homini diuiti,
vbi tenetur soluere, sed debet recipere pro pauperum susten-
tatione: aliter est infidelis dispensator, relaxando diuiti, quod
tenetur dare pauperi. Infra, Restitutio, vide aliquid. Sed quia
in solutione decimarum attenditur consuetudo, ideo satis
dictum sit, relictis aliis iuribus, ad quae te remitto, si plura
scire volueris. Quomodo retrahentes à solutione decima-
rum excommunicantur, vide infra. Excommunicatio.

5 ¶ De rebus male acquisitis quae obnoxia sunt restitutio-
ni, non debetur decima, secus de agro, ex vsura empto.

DE

*Nota
Decima
rei nō de-
cimata
vendita,
potest
exigi ab
emptore
& ven-
ditore.*

D E . D E F E N S I O N E .

- 1 Defensio manualis est dupliciter illicita.
- 2 Defensio quomodo facienda.
- 3 Inuasus an teneatur fugere vel percutere.
- 4 Auferens rem à clerico sibi incontinenti ablatam non incidit in canonem.
- 5 Clericum furem fugientem si dominus rei ablata eum sagitta occidat, an incidat in canonem.
- 7 Interficere an liceat alium pro defensione rerum suarum.

Actio exterior accensa non omnimodè subiacet mensura.

Defensio manualis dupliciter est illicita. Primò, si fiat ex intentione, & animo lædendi offensorem, quia fieri debet vt defendat, & si aliter non potest fieri defensio, nisi lædatur inuasor, debet illum lædere, ita quòd læsio sequatur ex necessaria defensione, & peccant mortaliter, qui non curant seruare illæsos inuasores, cum possunt aliter defensionem exercere. Secundò, cum vim vi repellunt, sed non cum moderamine inculpatæ tutelæ ex proposito, quia si quis putat se defendere cum moderamine, & non aduertendo, aliquantulum excedit, aut non peccat, aut leuiter, quia actio exterior accensa, nõ omnimodè subiacet mensuræ. Hæc Cai. ibi.

2 ¶ Quomodo autem fiat, vel quæ sit hæc moderatio, vide glo. in l. si ex plagis. ff. ad l. Aquil. Primò oportet quòd aggressus sine armis, sed cum pugno, vel paruo baculo, non resistat armis. Secundò, quòd hoc fiat incontinenti, & non ex interuallo. Tertiò, vt fiat causa defensionis, & non vindicta. Sed quo ad primum, non potest dari certa regula, quia aliquando plus potest aggressor pugno, quàm aggressus ense. Quo ad secundum distingue, quia si vis infertur personæ, potest quis incontinenti percutere antequàm percutiatur, ad euadendum percussorem, vel iniuriam, quia hoc est iniuriam repellere plusquam inferre, quòd tamen Bar. limitat, si verinilia præcedunt indicia, & actus manifesti, quòd ille volebat percutere, vel offendere, & iste aliter alio modo non poterat se defendere. Facta autem iniuria personæ, non est licitum percutere etiam incontinenti, quia non esset defensio, sed vindicta, nisi secundum Inno. geminata percussio timeretur. Et si percussus percussorem iam nolentem percutere inlequitur, & vulnerat, non punitur vt dolosus: sed vt culpabilis, vt in l. i. ff. ad turp. Si autem vis infertur rebus, secundum Iac. de Are. vel res via iudicij recuperari possunt, & tunc non licet percutere, etiam si res aliter salua esse non possent. Si autem via iudicij reparari nõ possunt, dicitur

Secun

secundum aliquos quòd licet: & hoc verum puto, scilicet quòd etiam liceat pro defensione occidere incontinenti. ff. ad l. Cor. de fical. furem, quia non est vindicta, sed defensio. Hoc etiam tenet Sir. excommunicatio. 6. §. 4. casu 6. Idem tenet Inn. in c. Olim de rest. spo. tam pro propriis reb. quàm alienis quando iniuriosè rapiuntur, quia secundum eum licitum est propter hoc mouere bellum. Intellige tamen incontinenti antequàm ad alia diuertat, & iam exporta-uerit.

3 ¶ Percutere et licet inuasor quàm fuga esset sibi iniuriosa defendendo, & nõ tenetur fugere, secundum Pa. in d. c. Olim. Secº quòd nõ esset iniuriosa notabiliter, secundum eundem, sed Bar. indistinctè tenet, quòd non tenetur fugere, in l. Item apud Labonem. ff. de iniur. & consequenter potest percutere repellendo. Et hoc omnib. est licitum tam laicis, quàm clericis, quia de iure naturali est, secundum Io. de Lig. & in omni loco est licita etiam in Ecclesia, quæ nõ pollueretur fortè, quia effusio sanguinis non esset iniuriosa, quòd requiritur ad pollutionem. c. Vno. de conse. Eccle. in 6. §. Consecratio, §. 5. Licita est etiam omni occupato in quoque officio etiam celebranti. 7. q. 1. c. Illud, excepto officio baptizandi, quando dimittendo pro defensione certum esset ipsum baptizandum sine baptismo mori debere, quia bonum animæ præponitur bono corporis, & maximè si esset proprius sacerdos baptizans, secundum Io. de Lig.

4 ¶ Talis defensio contra quemcunque inuadentem iniuste, est licita, quia naturalis siue fiat contra seueriorè, siue iudicem limites legis excedentem. Secus quando secundum legem agunt, quia tunc nõ licet eis resistere. c. Qui resistit. 2. q. 3. Et non solum pro seipso talis defensio licet, sed etiam pro amicis, coniunctis, & pro quolibet, de populo, secundum Bar. in l. vt vim. sed no. quo ad pœnam, secundum Io. de Lig. quòd occidens, vel mutilans defendendo se, vitat irregularitatem, non autem si alterum etiam patrem & huiusmodi, vt no. gl. c. Furiosus. de hom. cle. Et defendendo se & patrem, & matrem, uxorem, filium vel filiam, vitat excommunicationem, si clericum percutiat, secundum In. Nõ autem defendendo extraneum. Sed hoc videtur valde durum, quòd quis non peccando mortaliter nec dando operam rei illicitæ, incurrat excommunicationem: & quia dictum est esse licitum quemcunque defendere cum debito moderamine, ideo non videtur incurere excommunicationem etiã percutiend

Nota.

Si proprius sacerdos baptizans inuadentem, & dubitatur de morte baptizandi, potius debet sustinere mortem, quàm se defendere.

clericum hoc modo, quia non fit diabolo suadente. 27. q. 3. c. Si quis. Potest enim is sibi facere conscientiam mortaliter non peccasse, ergo nec excommunicationem incurrisse.

5 ¶ Ex his inferri potest, quod si quis aufert vi, & incontinenti rem ablatam sibi à clerico, non incidit in cationem, quia non facit suadente diabolo, sed secundum ius naturale, nisi res esset volentis rapere, & nō tenentis, & nolētis restituere secundum Io. de Lig. qui alleg. Inn. in c. 2. de rest. spo. & non solum licet percutere, sed etiam occidere cum moderamine tamen si insurgat contra defensorem raptor. Arc. in c. Si perfodiens de hom. ver. Defenderit.

Clericus an possit occidi absque excommunicatione.

6 ¶ Quid si clericus rapuit equum meum, & fugit cum illo, & aliter non possum habere, nisi illum sagitta, vel aliquo alio instrumento occidam? dicunt quidam quod licet occidere, etiam sine excommunicatione. sicut videmus pro temporalibus quotidie bella moueri, quod fieri non posset in conscientia, si esset contra legem Dei, & Sil. in ver. Excommunicatione. 6. casu. 4. §. 9. Inn. etiam extendit hoc ad expulsionem de domo, de qua clericus nolens recedere potest percuti, & c. 7. An pro defensione rerum suarum liceat alium interficere, vide Caie. 2. 2. quæst. 64. arg. 7. quia concludit licere, quia quis plus curam habere rerum suarum, quæ sunt adminicula vitæ propriæ, viuitutis, & felicitatis quã vitæ alienæ tenetur, & ibi soluit rationem in oppositum.

DE DEGRADATIONE.

1 Degradatio actualis quomodo faciēda, & quomodo verbalis.

2 Degradatio actualis priuat clericū incōtinenti omni privilegio clericali.

3 Degradatus an consecrare possit.

Degradatio actualis quomodo faciēda sit, pariter.

Degradatio actualis potest fieri sine numero episcoporum secundum Ge. in c. Degradatio. de pœ. lib. 6. non autem verbalis, quam oportet fieri à primò Episcopo, cum debito numero Episcoporum, vt in tex. & gl. d. c. Degradatio. De forma, & modo degradandi, vide in d. c. Degradatio. & in c. Pastoralis. de numero episcoporum, quæ ad confessionem paràm pertinent.

13. c. 4

2 ¶ Per actualem degradationem clericus incōtinenti perdit privilegium clericale, & efficitur de foro seculari, secundum Pan. in c. Nouimus. de ver. sig. & qui eum verberat, non fit excommunicatus, secundum Gl. in d. c. Degradatio. Secus si degradatio tantum verbaliter fiat, vide Pan. in c. Ad abolendam, de hæc.

3 ¶ Degra-

¶ Degradatus si vult, potest consecrare corpus Christi, quia nō amisit characterem sacerdotij, secundum Th. 3. par. q. 83. ar. 8. Peccaret tamen si hoc faceret, & teneretur dicere officium, si erat in sacris. c. Dolentes. de cel. miss. Et similiter si non erat in sacris, & retinet beneficium, secundum Gul. sine tamen Dominus vobiscum, vel alia solemnitate. Et solus Papa tales restituit. infrà. Dispensatio. §. 22. Degradatus traditur brachio seculari pro trib. peccatis, quæ ponit Tab. ibi.

DE DELECTATIONE MOROSA.

1 Delectatio morosa quomodo sit mortale vel veniale, & quando dicatur morosa. nu. 2. & nu. 4.

3 Vidua quæ delectatur de actibus præscriptis coniugij an peccet mortaliter.

3 Delectatio de visione viri vel mulieris pulchra an sit mortalis.

Delectatio morosa, hoc est voluntaria, quando. s. homo delectatur de actu malo cogitato, sine voluntate tamen perficiendi talem actum malum, potest considerari ex parte actus, de quo est delectatio, cuius est etiam obiectū, & ex parte consensus. Ex parte actus, si sit mortalis, & delectatio morosa de eo, erit mortalis, vt de furto, adulterio, & huiusmodi. Si erit venialis, similiter, & delectatio venialis. Ex parte autem cogitantis iuxta veritatem deliberati consensus iudicanda est. Nam si cogitando de actu quantumcunque malo, persona delectetur non aduertendo ad id de quo delectatur quod si aduerteret, non approbare, etiam si per vnum diem sic cogitando delectaretur, non est peccatū mortale, quia rationalis consensus ibi non est. Si verò plene aduertens consentit in illam, vt supra declaratum est in ver. Cogitatio. §. 3. mortaliter peccat. Vide ibi quid est plene aduertere, ex Caie. ibi. Multi enim aduertunt, sed nō plene.

2 ¶ Discutere etiam oportet causam quare talis cogitatio delectabilis continuatur, quia si ex complacentia illius delectationis provenit, quod negligit expellere illam continuationem, delectatio sit voluntaria, & morosa. Si autem non ex complacentia, sed ex negligentia non extimata cogitationis, vel delectationis, propter quam nō timet ruere, confidens in cōstanti voluntate sua, tunc peccat, sed venialiter, negligens extirpare bella, & pericula, non tamen mortaliter, quia in veritate non consentit, nec putat se illam delectationem continuare, sed magis pati. Ex parte autem rei, de qua est delectatio, sciendum est quod delectatio potest esse

Delectatio morosa quando non est in peccatū.

r s

esse

esse vel de opere cogitato, vt de homicidio, vulneribus, & huiusmodi, & hi sunt qui valde affecti sunt talibus facinoribus. Potest etiam esse de ipsa cogitatione. Nam anima naturaliter delectatur in conferendo, & præcipue noua, & mira: dum occurrit aliquis nouus modus peccandi, hæc cogitatio tanquam mira, aut noua inhæret animæ; & parit delectationem, & hoc accidit præcipue curiosis, & affectis ad subtiles inuentiones. Potest esse etiam de vtroque. Si primo modo delectatur, iam est cogitatio morosa, & consequenter mortalis. Si secundo modo non, quia non est de opere malo. Hoc peccatum communiter non accidit in bene dispositis, sed tantum in malè habituatibus; qui sine infamia, aut mundano respectu possent peccare, iam parati essent. Nam opus malum eis placet, nec timor Dei castus tenet. Si autem quis de huiusmodi cogitat, vt studeat, componat, vel huiusmodi, non est cogitatio morosa, quia de malo actu non delectatur. ex Caie. ibi conformiter dictis S. Tho. secunda secundæ. q. 74. arg. 8. De Ver. q. 15. ar. 8.

Nota.

3 ¶ Vidua, quæ delectatur de actibus præteritis coniugij, non peccat mortaliter, secundum Caie. ibi, & Ric. quia delectatur de operibus sibi licitis pro tunc. Si tamen ex hoc immineret periculum pollutionis, & aduerteret, peccaret mortaliter exponendo se periculo. Si autem ex hoc insurgunt motus sensuales imaginando præsentem virum in tali actu turpi, & huiusmodi delectatur, tunc secundum Sil. ibi. §. 3. peccat, quia hoc non licet, nisi in ordine ad consummandum actum matrimonij. Eodem modo dic de cogitatione tactuum, osculorum, & huiusmodi, quando hæc sunt mortalia peccata.

Delectatio Religiosi de concupiscentia carnali quomodo est peccatum.

4 ¶ Quamuis qui licite cupiat delectari cum aliqua, cum hac conditione si esset eius vxor: tamen delectatio voluntaria, quam iste in presenti accipit de tali opere cogitato cum illa, est morosa, quia præsens delectatio non fertur cum conditione: sed de facto habetur sine conditione. Vnde religiosus, etsi non peccet mortaliter concupiscendo delectari cum tali, si esset eius vxor legitima, peccat tamen mortaliter voluntarie delectando de actu carnali cogitato, quia conditio excusat desiderium futuri, sed non presentem delectationem, secundum Caie. ibi. Non autem sic in viro coniugato, vel vxore, delectatio talis est morosa et absente altero coniuge, quia actus ille pro tunc est sibi licitus, secundum Caie. supra. Secus quando ex hoc aduertenter pollutioni se exponeret.

5 ¶ Delectatio

5 ¶ Delectatio de visione mulieris, vel viri pulchri quando talis visio non est libidinosa, etiam consequenter non est mortalis, neque etiam ipsa delectatio, & sic hoc pro regula habeatur, quod si opus cogitatum non est mortale, neque & cogitatio formaliter loquendo. Hoc dico, quia aliunde peccatum oriri posset, vel ratione periculi, vel aliter. Supra Cogitatio, per totum. Cautè tamen puella de huiusmodi morosis cogitationibus interrogandæ sunt.

DE DELEGATIONE.

- 1 Delegare quid sit, quid item delegatus.
- 2 Ordinarius quilibet potest delegare.
- 3 Delegatus an possit committere causam appellatione remota vel summarie &c.
- 4 Causa si est pluribus commissa an quilibet possit delegari.
- 5 Delegatus inferioris an ita possit punire testem falsum sicut delegatus principis.
- 6 Causa delegata à Papa quando possit subdelegare.
- 7 Delegati iurisdictio et contra impendentes extenditur.
- 8 Delegatus Papa quis esse debeat.
- 9 Delegatus fines mandati excedere non potest.
- 10 Delegatus potest invocare brachium seculare, eiusque iurisdictio quando expiret.

Delegare est alteri vices suas committere, & delegatus secundum Gof. est is, cui à Papa vel alio ordinario, seu principis delegato, causa dicenda, vel cognoscenda committitur. Vide Pan. in ru. eo. tit. Princeps quilibet delegare potest, nec in hoc dubitatur. Legatus de latere, est vniuersitatis causarum, & ordinariam iurisditionem habet. de off. fil. li. 6. c. 2. & secundum Pa. in c. Bertholdus. de re. iu. eius delegatus potest subdelegare ad instar proconsulis, quia talis legatus participat de conditione principis. Ordinariè tamen delegatus legati non potest subdelegare, secundum Pan. in c. Berthold.

2 ¶ Item omnis ordinarius potest delegare, & vicarius Episcopi generalis, habet ordinariam auctoritatem. Glo. in c. 2. de off. vic. lib. 6. quia facit vnum tribunal cum Episcopo, c. fieri de. 2. de consue. lib. 6. Secus de vicario foraneo. Vide tamen Fel. beat. vide in c. Super quæstionem. de off. deleg. §. Si verò.

3 ¶ Delegatus non potest committere causam appellatione remota, vel summarie, Glo. in cle. Saepè, ver. Mandamus.

4 ¶ Si causa pluribus est commissa, quilibet potest delegare.

Legatus de latere quis.
Delegatus non potest subdelegare.
Delegatio quibus fieri debeat, vide in Con. Trid. Sess. 25. can. 10.

gare. c. Quamuis. de offi. dele. Nec tamen vnus à pluribus delegatus ferret. nisi vnā sententiam.

5 ¶ Delegatus principis potest punire testem falsum deponentem, non autem delegatus inferiorum, nisi per illam falsitatem eius processus impediretur, secundum Feli. in c. De causis. de offi. deleg. col. penul.

6 ¶ Quando Papa delegat causam, dicens, Præcipimus, vel mandamus per vos, &c. tunc non potest subdelegare. cap. Si pro debilitate. cod. tit. Similiter quando aliquod magnum ministerium committitur, in quo industria personæ eligitur, vel vt negotium personaliter exequatur, nisi de consensu partium. c. Quantum. §. Is autem, de offi. dele.

7 ¶ Delegatus exercet iurisdictionem etiam in quoscunque impediētes. c. i. de offi. del. Quando committitur aliud alicui subdelegato, cum autoritate subdelegandi, tūc potest subdelegare, aliās non. Pa. in d. c. Bertholdus.

8 ¶ Nullus potest esse delegatus Papæ in foro ecclesiast. nisi sit in dignitate constitutus, vel habens personatum vel canonicus cathedralis Ecclesiæ. c. Statutum. de rescr. lib. 6. & sit saltem 20. annorum, nisi ex certa scientia Papa causam committeret. c. Cum vigesimum. de off. dele. Cautē spirituales laicis delegari non possunt. c. Decernimus de iud. Multa alia vide de off. de. in iure.

*Causa spiri-
rituales,
laicis de-
legari non
possunt.*

9 ¶ Cum potestas delegata sit stricti iuris, secundum glo. in c. Solet. de sen. exc. ideo id solum potest delegatus, quod sibi est commissum, & sine quo causa expediri non potest. de off. del. c. i. Non autem id propter quod facilius potest expediri, nisi expressè committatur.

10 ¶ Delegatus potest innocare brachium seculare, secundum Pau. de Cast. in quodam consilio, & Arch. in c. Administratores. 23. q. 5. nisi sit data forma in rescripto. Multa de hac materia habentur in iure, sed quia non multum ad forum pœnitentiale attinent, iudicibus reliquantur. Vide infra Legatus. Delegati iurisdictione, re integra, per delegantis mortem expirat cum innotescit. de off. dele. cap. Gratum. Tab. ibi. §. 7.

DE D A M O N I A C O.

1. *Dæmoniacus an possit ad ordines promoueri &c. remissiuè.*

DAEMONIACUS, quomodo non potest promoueri ad ordines, supra, Corpore vitiat. §. 8. Quomodo potest deprehendi, quod sit dæmoniacus. in c. 2. 7. q. 2. in text. & in

in gloss. Si nullam senserit lesionem, constabit non esse dæmoniacum.

DE DENUNCIATIONE.

1. *Denunciatio quotupliciter fiat.*

2. *Denunciatio in facienda sit ad mandatum prelati, & de quibus.*

3. *Denunciare si quis iurauit omne crimen de aliquo, quomodo intelligi debeat.*

DENUNCIATIO vt est vnus de tribus modis, quibus in criminibus proceditur, vt in c. Qualiter, & quando, el. 2. de accu. debet fieri. Primò, tali ordine, vt sit conueniens emendationi fratris. Secundò, non de necessitate fit per inscriptionem, sicut accusatio, quia denunciāns non obligat se ad probandum, supra, Accusatio. §. 2. & 3.

2 ¶ Si prelati mandat sub pœna excommunicationis denunciationem alicuius peccati, non seruata forma euangelica, non est obediendum ei, nisi quando peccatum est publicum, quando periculum imminet sibi vel proximo, quando non speratur emenda, quando peccatum est leue, non infamatorium, & hoc in publica denunciatione. In secreta autē ultra hoc, secundum Ang. tenetur, siue præcesserit monitio, siue non, siue secuta fuerit correctio, siue non: quia valet ad præcauendum reciduum, & non est in præiudicium famæ, si talis est prelati, qualis esse debet: quia quilibet tenetur obedire suo prelati in pertinentibus ad officium eius, quæ non sunt contra Deum, secundum Thom. in quol. Quod tamen fallit, quando per signa valde probabilia, & præsumptiones quasi violentas crederet, quòd prelati vellet ex hoc subditum infamare, sed hoc non. D. Thom. ita indistinctè. Ideo nota, quòd si id quod denunciatur ad præceptum prelati non possit denunciari sine peccato, absque præcepto, cum præcepto non debet denunciari, & hoc tene pro regula, quia prius obediendum est Deo, quàm homini. Item si est correctus, & non est periculum de reciduo, non debet denunciari prelati, quia apud illum notaretur de peccati macula, quod est contra caritatem proximi, infra. Inquisitio. num. 8. Excommunicatio. num. 31.

*Denunciās
non se
obligat
ad pro-
bandum.*

*Prius ob-
diendum
Deo quàm
homini.*

Act. 5.

3 ¶ Qui iurauit denunciare omne crimen, quod scit de aliquo, debet intelligi eo modo, quo licet: ideo quando denunciatio est illicita, iuramentum non tenet. Facit cap. Ex parte tua. de cl. non res. Et si intendebat iurare, etiam in

*Denun-
cians, Ze-
lo iustitiæ
moueri
debet.*

in casu non licito, peccauit, infra. Iuramentum. §. 9. sicut qui iurat facere aliquod peccatum. Et si iurauit non denunciare, intelligitur in casu in quo non tenetur sub præcepto, supra. Correctio. §. Quicumque alterius crimen denunciat, non ex odio, sed zelo iustitiæ moueri debet, aliter peccat.

DE DEPOSITO.

- 1 Depositum quod dicatur.
- 2 Depositum amittens sine culpa an restituere teneatur.
- 3 Depositarius non debet esse minus diligens in deposito quam in re propria.
- 4 Depositum quando reuocari possit.
- 5 Depositum si deterioratur culpa depositarij, an tenebitur de damno.
- 6 Depositarius non valens seruare res suas & alienas simul, si suas tantum saluat, an teneatur, num. 8.
- 7 Depositario mortuo si hæres distrahat depositum, an teneatur.
- 8 Si deponatur quid in nauis vel taberna & perdat, an nauta & tabernarius teneatur.
- 9 Depositarius re deposita utens an teneatur.
- 10 Depositarius in quibus casibus non teneatur reddere depositum deponenti.
- 11 Depositum causa compensationis an retineri possit.
- 12 Deponens non potest furtiuè rem depositam accipere.

Depositum dicitur quod alicui ad custodiendum traditur. l. i. in prin. ff. depo. Quod quidem in rebus mobilibus locum habet, secundum Glo. in c. Bona fides, eod. tit. Nisi forte ubi à pluribus res, quæ est in controuersia pro sequestro deponitur. c. Examinata. de iud. Nec in eo transfertur dominium, ut in l. licet. ff. depositi.

2 ¶ Depositum amittens sine culpa non tenetur restituere, secundum Th. 2. 2. q. 63. ar. 6. tenetur tamen de dolo, & lata culpa, quæ est dolus præsumptus, si res deposita pereat, vel deterioretur, ut in d. c. Bona fides. ubi lata culpa pro latiori accipitur, quia communiter fit gratia deponentis. Commodatum. §. 9. Quando verò depositarius accipit mercedem, tenetur de leui culpa, & quando fit pactum: quia pacto modificatur contractus, nisi sit contra naturam contractus. Quando depositarius exponit se, tenetur de leuissima, qua videtur factum gratia depositarij. Si tamen exclusit diligenti-

tiam,

tiam, de casu fortuito non tenetur, nisi quando fuit in mora restituendi, vel in culpa, vel ex pacto si conuenerant, secundum Pan. in d. c. Bona fides.

3 ¶ Depositarius non debet esse minus diligens in deposito, quam in re propria. Et si sit negligens in re sua, in deposito tamen debet esse diligens, aliter est in culpa.

4 ¶ Depositum reuocari potest ad placitum deponentis, in d. c. Bona fides, nec Ecclesia tenetur de deposito facto apud prælatum, vel alium officialem, nisi fieret per capitulum cum solennitate. c. i. de depo. Nisi sit verum in utilitatem Ecclesiæ. Vide Syl. §. 2. ibi.

5 ¶ Si depositum deterioretur ex culpa depositarij iuxta ea quæ dicta sunt, tenebitur pro damno estimato depositarius. Et si totum perit, totum, reddet, in dicta l. i. §. Si res deposita.

6 ¶ Si depositarius non valens res suas, & alienas seruare simul, saluat suas tantum, in conscientia non tenetur, iuxta dicta supra. Commodatum. §. 21. Si verò tenebatur æquè seruare utrasque, & saluis suis vilioribus, preciosiores alterius perire permisit, ad iudicium boni viri tenebitur. Pan. in d. c. Bona fides.

7 ¶ Si mortuo depositario hæres distrahat depositum mortui dolosè, tenebitur. Si autem bona fide ignorans rem esse depositam, non tenebitur: nisi de eo, quod ad eum peruenit. Et eodem modo in commodato. l. i. §. vlt. ff. depo. Sed si vendidit ignorantia, & pretium non accepit, dabit actionem exigendi deponenti tantum. l. 2. ff. eod. tit.

8 ¶ Qui rebus suis maiorem curam, quam communis usus hominum requirit, adhibuit, depositio verò non tantà, sed quantum naturæ usus requirit, secundum Bart. in l. Quod Nerua. ff. depos. tenebitur, si tenebatur deposito tantam diligentiam exhibere, sicut suis: præsumitur enim dolus, & non bona fides. Idem tenet gl. ibi.

9 ¶ Si quis deponatur in taberna, vel nauis, & perdat, pro eo non tenebitur tabernarius, vel nauta, nisi res fuerit ei consignata, not. à Car. potest Spec. in cle. Ne in agr. de statu monach. Et si consignetur in bursa, vel taliter, quod non videatur, non creditur deponenti aliqua perisse, nisi probet, secundum Matth. in eadem Cle. §. sanè. Nec stabitur eius iuramento, de iur. iur. cap. fin. Quia iuramentum non datur, nisi quando semiplena probatio præcedit, ut in cap. fin. quod met. cau. Secus quando ad oculum rem ostendisset ut

pecu-

*Depositi
restitutio,
quomodo
facienda.*

pecuniam, &c. Idem dicas erga bedellum de libro relicto in scholis, & aliis.

Iuramentum non datur, nisi quando semiplena probando procedit. 10 ¶ Depositarius re deposita vtens sine licentia Domini habita, vel credita dari, si petisset, furtum committit. l. Qui datur, nisi furtum. ff. de cond. fur. & consequenter peccatum mortale ex genere suo. Fallit in his, quæ pondere, numero, & mensura deponuntur, nisi pecunia daretur in sacculo signata, vel deponens diceret: Nolo hoc frumentum, vel huiusmodi distrahi. ff. de posi. l. Si sacculum. in hoc casu non debet distrahere.

Depositum quando non debet reddi depositario. 11 ¶ Depositarius non tenetur reddere depositum petente deponente in quatuor casibus. Primò, quando deponens effectus furiosus gladium depositum reperit, etiam si iurasset ad eius petitionem semper reddere. c. Ne quis 22. q. 2. Secundò, si post depositionem bona eius fuerunt publicata, quia publico deposito damnum est. l. Bona fides. ff. de posi. Tertiò, quando fur deposuit aliquid, & fur, & Dominus rei simul concurrunt, & in repetitione præponitur dominus rei, vt in d. l. Bona fides. Quartò, quando fur deponit apud dominum cui subripuit, vel apud proprietarium rei, in d. l. Bona fides.

12 ¶ Depositum causa compensationis (de qua supra Cõpensatio) retineri non potest, neque in totum, neque in partem, vt in d. c. Bona fides, quamuis in aliis admittatur, si debitum est liquidum, vt supra dictum est. Limita tamen de compensatione directè, quia in foro animæ cõpensatio indirecta in hominibus admittitur, secundum Pa. in d. c. Bona fides. Vide infra Furtum. nu. 5. Quomodo fiat compensatio.

13 ¶ Deponens non potest furtiuè rem depositam accipere, secundum Th. 2. 2. q. 66. ar. 5. quia grauat depositarium ad restituendum, vel ad ostendendum se immunem. Ideo tenetur eum reuelare. Neque alius, qui rem suam habet apud depositarium depositam, hoc potest facere eadem ratione, nisi quando depositarius sciuit rem depositam iniuste possessam à deponente, vel quando vero Domino cū vsurpante simul repente denegasset, tunc quia depositarius rem iniuste detinet, ab eo furtiuè auferri potest, eo modo quo alia iniuste detenta. An. in l. Ancille. C. de fur. Cætera vide in verb. Commodatum. An existimatio in deposito aliquid operetur, vide supra, Commodatum. §. 6.

D E D E R I S I O N E .

1 Derisio quomodo sit peccatum mortale.

Derisio,

Derisio, qua aliquis alterius malum, vel defectum, in ludum vel risum ponit, vt erubescat. secundum Th. 2. q. 75. ar. 1. siue fiat verbo, vel cachinno, naso, vel facto, est peccatum mortale, secundum Th. ibi. ar. 2. quãdo deridens omninò parupendit aliquem, & ita vilem existimat, vt de eius malo curandum non sit, sed sit pro ludo habendum. Et tantò grauius, quantò persona contrà quem fit irrisio, est digna ab eo reuereri. Deridere autem de malo proximi, quòd est leue, vel parum, & sine notabili vilificatione proximi, vel perturbatione, erit veniale. Et hoc communiter est, quando fit derisio materialiter, non vt proximus erubescat, vel turbetur, sed ex ioco. Quando autem formaliter fit, mortale est ex genere suo, quæ irrisio si in Deum fiat, non tantum irrisio, sed & blasphemia dicitur. Deinde irrisio sanctorum, de hinc parentum, post prælatorum, vltimò iustorum. Propter hanc enim multi à bono retrahuntur opere.

D E D E S P E R A T I O N E .

1 Desperatio quando sit peccatum mortale.

Desperatio, qua homo non sperat consequi beatitudinem ex gratia Dei, & suis operib. peccatum mortale est, quia est omissio actus necessarij ad salutem æternã. Cùm ergo quis existimat se damnatum, vel quòd Deus non parcat sibi, vel existimat se non posse conuerti, etiam cum auxilio diuino, & huiusmodi, peccat mortaliter, & hoc peccatum communiter ex accidia prouenit, ex S. Th. 2. 2. q. 20. ar. 1. 2. 3. 4. & est grauissimum peccatum, & periculosius, quia spe relicta, homo in vitia facilè prolabitur, & à bono opere retrahitur.

D E D E T R A C T I O N E .

1 Detractio quid sit, & quid à contumelia differat.

2 Detractio formaliter sumpta est peccatum mortale, nu. 3. 4.

5 Detrahere sibipfi, mortale peccatum est.

Detractio, secundum Tho. 2. 2. q. 73. ar. 1. & alios Theologos, est denigratio famæ alterius per occulta verba, in eius absentia: & eo ignorante, & differt à contumelia, quia contumeliosus per manifesta verba nititur remouere honorem, detractor autem per verba occulta remouet famam: & hoc multipliciter, vel quia detrahens falsum alicui imponit, vel auget peccatum, vel reuelat occultum, verbis, vel signis, aut cãtilenis, vel scriptis, vel asserit bona, sed mala intentione, vel negat bonum alterius, verbis, vel malitiosè tacet, vel diminutiuè fatetur. Ex S. Tho.

Irrisio facta deo est blasphemia. Irrisio retrahit plurimos à bono opere.

Desperatio, à bono opere retrahit.

Detractor & contumeliosus in quo differant.

2 ¶ Detractio formaliter sumpta, hoc est ex intentione laedendi famam, notabiliter, est peccatum mortale, & maius quam furtum, cum fama diuitijs sit preciosior, siue fiat dicendo verum, seu falsum, seu asserendo, seu referendo, seu addendo, vel minuendo, vel interpretando, vel tacendo, & quouis alio modo fiat, quia est contra caritatem proximi. Si autem non ex intentione mala, sed ex loquacitate, vel alio respectu quis detrahat, non est mortale peccatum, sed vel nullum, vel veniale, nisi adeo notabiliter proximi fama laedatur, quod actus rediret in naturam suae formae, dum non curauit à tanta proximi laesione, quod tamen debuerat facere. Similiter est veniale, quando intendit laedere famam proximi detrahendo, sed in modico, quia minimum pro nullo accipitur, secundum Caie. ibi. Detractio.

*Detra-
ctio quã-
do non est
mortale.*

*Minimè
pro nullo
accipitur.*

3 ¶ Confessor igitur habet aduertere, primò ad intentionem detrahentis, quia si intendebat multum diffamare, etiam quod dixerit quid minimum, mortaliter peccauit. Secundo ad id quod dicitur, an ex natura sua sit infamatorium. Tertio, ad personam, de qua dicitur, quia dicere malum de persona malae famae, vt meretricis, non est diffamare, quod tamen virum probum diffamaret. Quarto, ad detrahentem, an sit persona magni, vel minimi crediti. Quinto, an dixerit recitando audita, quia talia dicta ex auditu dicendo audiui sic, &c. secundum Scot. non sunt sufficientia ad infamandum, nisi adiungatur aliquid aliud, vel modus ad faciendum, vt talia credantur. Facile enim sic poterit iudicare, quando detractio materialiter sumpta sit mortalis, vel venialis, & quando teneatur ad restitutionem famae, quae si verè ablata est formaliter, vel materialiter restitui debet.

*Fama
proximi
est seruã-
da.*

4 ¶ Audiens alterius detractionem ex complacentia infamiae, mortaliter peccat. Secundo, etiam quod non malo animo audiat, tamen non corrigit detrahentem, neque obuiat detractioni cum possit, & ex officio suo debeat. Tertio, quando potest, & tenetur obuiare, tamen non obuiat detrahenti, ex timore humano, vel verecundia. Debemus. n. famam proximi seruire in quantum possumus. Quarto, si aduenerit ex tali detractione, malum magnū venturum, & non obuiat arguendo, vel non praebendo aures, vel modo alio cum possit. In alijs autem casibus. comuniter audire detractionem est veniale. Ex S. Th. vbi supra & Caie. ibi. supra. Vnde quandoque audientes detrahentibus plus delinquant.

5 ¶ De

5 ¶ Detrahere sibi ipsi id est seipsum infamare, ex genere suo peccatum mortale est, grauius quam detrahere proximo, quia seipsum quilibet magis tenetur diligere, quam proximum: nec excusatur quis à peccato mortali ob tormenta. Et si in iudicio hoc fiat, duplicatur iniquitas, quia non solum peccat infamando seipsum, sed etiam mentiendo in iudicio, & quod est mendacium perniciosum, & mortale secundum Caie. supra. Alij autem videntur dicere oppositum, quod quando infamat seipsum, vt fugiat cruciatus, non peccat mortaliter, quia non intendit seipsum infamare, sed cruciatus vitare, sicut qui occidit hominem inuasorem, vt se defendat, & hanc opi. sequuntur Tab. & Sil. ibi. Sed opinio Cai. in sum. videtur rationabilior. Nam semper minus bona debemus exponere pro magis bonis, sicut bona temporalia pro vita corporali. Cum ergo fama melior sit vita, & sanitate corporali, quia inter immortalia bona computatur, ideo praeponenda est vitae corporali. Nec est verum quod liceat se infamare, sicut inuasorem occidere, nec est simile. Nam ille qui inuasorem interficit, proponit vitam propriam, vitae proximi, quod est secundum ordinem caritatis. Qui autem infamat se, praeponeit vitam corporalem famae, quod non est secundum ordinem caritatis, & propter hoc prima opi. mihi magis placet. Et quamuis sit licitum infamiam pati, quando in aliorum detrimentum non redundat, non tamen licitum est infamare. Aliud enim est pati, aliud inferre. Si verò se infamauit mendaciter, tenetur retractare, quia sicut tenetur alijs quando commodè potest, ita & sibi. Quomodo restituatur fama, infra. Restitutio. nu. 41. Magnam cautelam confessores adhibere tenentur vt debito modo fama restituatur.

*Bona mi-
noris or-
dinis sunt
exponenda
pro bonis
maioris
ordinis.*

*Infamare
seipsum
non licet.*

Nota.

DE DIACONO.

- 1 Diaconus non sacramenti alicuius, sed sacramentalium est minister, & nu. 2.
- 2 Diaconus, & subdiaconus sunt ministri sacerdotis, & nu. 5.
- 3 Subdiaconatus ordo est primus in sacris.
- 4 Diaconus indutus vestibus sacris ad cantandum Euangelium etiam in choro potest cantare.

*Diaconi
officium.
De dia-
conis vi-
de in Cõ.*

Diaconus non est minister alicuius sacramenti, sed aliorum sacramentalium, sicut exorcismi, & expulsio- nis immundorum à diuinis Tho. 4. sen. di. 4. ar. 1. quol. 2. Ad ipsum pertinet Euangelium praedicare, & legere in Ecclesia. Th. 2. par. 9. 67. ar. 1.

*Tr. Sess.
23. c. 2.
12. 13. &*

17.
2 ¶ Ad

2 ¶ Ad Diaconum non pertinet quasi ex officio proprio tradere sacramentum baptismi, sed in collatione huius, & aliorum assistere, & ministrare maioribus. Tho. 3. par. q. 67. an. & in c. Perfectis. §. Ad diaconum. 25. di.

3 ¶ Diaconus, & subdiaconus sunt ministri sacerdotis, sed ordinatè vnus sub alio, & subdiacono indicitur continentia, ex statuto Gregorij, sic vt eis vti non liceat matrimonio antea contracto, sicut nec diaconis, neque sacerdotibus ecclesie occidentalis. in c. Ante triennium, dist. 30. Diaconus quoque Græcè, minister Latinè dicitur, quia sacerdotis minister immediatus est.

4 ¶ Ordo subdiaconatus est primus ex sacris, qui nuda manu potest tangere sacra vasa, secundum Petr. de Palu. & nullus eo inferior.

5 ¶ Diaconus ministrat sacerdoti in sacramentis prædicat, id est, legit Euangelium in ecclesia. Declarare autem, & hortari ad sacerdotem pertinet, & nõ sine licentia Episcopi potest prædicare: in c. Adiciamus. 16. q. 1. Et est proprius dispensator sanguinis Christi in calice, secundum Arch. Flo. & dicit S. T. 4. sen. dist. 13. q. 1. ar. vlt. q. 2. quòd adhuc hodie in quibusdam ecclesijs, sanguis, per Diaconum ministris altaris dispensatur, non autem corpus, quòd etiam tangere ei non licet, quia non habet manus consecratas, nisi in necessitate, & de iussu Episcopi, vel presbyteri. Imò in extrema necessitate, secundum Vuer. quando. s. presbyter est fessus, vel impotens, potest populo dispensare. c. Diaconi. 93. dist. & c. Ita se, imò S. Tho. videtur velle, quòd hoc possit præsentè Episcopo, vel presbytero, & iubente, etiam sine necessitate. Peccarent tamen, iubendo sine necessitate.

6 ¶ Diaconus indutus vestibus sacris ad cantandum euangelium, potest cantare in choro, non obstante. cap. In sancta Romana. 92. dist. Quia ad hoc, quòd quis incidat in illà censuram requiritur quòd sit Cardinalis. Secundò, quòd sit in Ecclesia Romana, secundum Gl. ibi. Tertiò, quòd ex iactantia, vel aliàs in honesta causa faciat: aliàs non est locus penarum. Aliqui tamen dicunt quòd intelligitur generaliter de quolibet Diacono, per d. c. In sancta Romana, quia loquitur generaliter, & in omni ecclesia, sed ex tex. patet, quòd tantum intelligitur in Romana ecclesia incursum censuræ, in aliis autem consuetudini starem.

DE DIGNITATE.

1 Dignitas ecclesiastica quæ dicatur.

2 Vita

2 Vicarius Episcopalis an sit dignitas.

3 Dignitates an appetere vel quærere liceat.

Dignitas ecclesiastica dicitur administrationem rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, etiã in modicis causis, secundum Pet. de Anch. in cle. si dignitatem. de præb. Intellige in foro contentioso. Vnde quilibet rector, seu prior ecclesie collegiatæ, dicitur habere dignitatem, vt no. Pan. in cle. 1. de ele. & Domini de Rota. deci. 166. Et talis strictè, & propriè dicitur prælatus. c. Cum ab ecclesiarum, de off. ord. Et ad hoc quòd aliqua sit dignitas quæ includatur in constitutione. c. Multa. de præben. requiritur quòd sit perpetua, vel possit esse perpetua, sicut prior in religione. tex. in c. 1. de consue. lib. 6.

2 ¶ Quamuis Vicarius episcopi non sit in dignitate de qua intelligit. d. c. Multa tamen est in tali dignitate, vt possit esse conseruator, & delegatus Papæ, supra. Conseruator. §. 2. Sed quid de prioribus, qui secundum bullam Iulij secundi nõ possunt durare nisi per biennium, nunquid possunt esse conseruatores, cum non possint esse perpetui? Tab. dicit q. sic, sicut de Vicario Episcopi, Gerni. in c. Nullus, de elec. in 6. idem dicit.

3 ¶ An dignitates appetere, vel quærere liceat? Not. Omnes dignitates videntur ad tria genera reduci. Nam cum omnis dignitas habeat annexum honorè, vel habeat honorè præcisè sine administratione, & iurisdictione, vt militia in exercitu, & stallus in clero. Et hæc potest appeti sine peccato, si timoratè, & propter aliquem bonum finem appetatur, secundum Th. 2. q. 131. Aut honorem habet, & administrationem præcisè, vt thesaurarius Regis, & ecclesie syndicus. Et hanc licet appetere ab eo, qui idoneus est ad talem dignitatem, & bono fine, vt ad sustentationem suam, vel aliorum vtilitatem. Aut habet honorem, iurisdictionem, & administrationem sicut Rex, Iudex & Prælatus. Et si hæc sit secularis, licet appeti modo debito, vt propter vtilitatem Reip. si scit se habere hæc tria, videlicet amorem Reip. potètiã & virtutem, & iustitiam. Si verò sit ecclesiastica cum iurisdictione, & animarum cura, ad quam nullus est dignus, nisi ex Dei gratia, quam nullus scit se habere, non licet quærere, nec etiã appetere, etiam ad bonum finem: quia tamen aliqui tenent, q. non tantum licet appetere hoc, sed etiam procurare, vide supra amplè, Beneficiũ. nu. 37. 38. 39. Vbi citatur opinio Caiet. Item supra Cathedra. nu. 1. & 2. An huiusmodi officia vendi possunt, j. Officiũ. nu. 1. Dominus. §. 10. An liceat mutuare

Con. Tri-
den. Sef.
24. c. 12.

Dignitas
omnes
sunt tria
generum.

Dignita-
tem secu-
larè ha-
benti tria
requiruntur.

Sacerdos
non potest
prædicare
nisi de li-
cètia Epi-
scopi.

3 3 domi

dominis pro huiusmodi officijs, vide Tho. in opuic. ad Decretum Brabantie & Sil. ibi. §. 7.

DE DILAPIDATORE.

1 Dilapidator quis dicatur, & quomodo puniatur.

Dilapidator appellatur prælatus res ecclesiasticas alienans, & malè expendens, qui debet deponi, ut in c. A. postolicas. 12. q. 2. Ideo de lapidatore inspecto, dari debet coadiutor, in c. Venerabili. de offi. dele. Hi grauius peccant, pauperum bona infideliter tractantes.

DE DISCORDIA.

1 Discordia an mortale peccatum sit.

Discordia quæ importat voluntatem segregationem, & caritati contrariatur, ex suo genere peccatum mortale est secundum Th. 2. 2. q. 7. quando scienter ex intentione quis à bono diuino, vel proximali in quo consentire tenetur, dissentit. In re autem modica, vel quando vnus existimat hoc esse bonum, & alius contrarium credit, non est mortale, nisi procedat ex ignorantia eorum, quæ quis scire tenetur, vel adiungatur pertinacia, quæ sit mortalis, secundum Caie. ibi.

Discordia in his que sunt de consilio, non tenetur sub precepto non est mortale, quia non excludit caritatem. Est etiam quandoque mortale peccatum, quando ex discordia infertur notabile damnum proximo in bonis corporalibus vel spiritualibus, quia hoc est contra proximi dilectionem. Vnde sæpè consiliarij mali, ex superbia, vel malo animo mortaliter peccant, nolentes concordari cum alijs in bono Reip. vel porius quærentes bonum proprium quam commune. Cõstat hoc esse maximum peccatũ, cum talium oblationem ecclesie repellat. 90. dist. c. Oblatione.

DE DISPUTATIONE.

Disputare de fide quando sit mortale peccatum.

Disputatio ubi imminet periculum est peccatum.

Disputare de fide dubitando, mortale peccatum est, quando dubius in fide, infidelis est, secundum Tho. 2. 2. q. 13. ar. 7. Si autem fiat disputatio ad confutandos errores, vel ad exercitium, sine tamen periculo audientium, ut quando fit inter doctos, est laudabilis. Si autem immineat periculum, ut quando fit inter simplices, non est laudabilis, sed peccatum, & tanto maius, quanto periculum grauius. Et propterea prohiberetur est cuiunque laico disputare de fide, & contra faciendos debet excommunicari. in c. Quicquid de here. §. Inhibem. li. 6. Et eadẽ ratioe prohibet seculari predicare.

Sicut in vno corpore, de her. & C. de sum. tri. & sic. catho. l. Nemo prohibetur nedum laicis, sed & clericis, turbis coadunatis publicè disputare de fide. Ideo laicus sciens sub tali pena hoc sibi prohibitum, si disputat, mortaliter agit. Caie. ibi, substinentes opi. Philosophorum, ut Auerrois de vnit. re intellectus, & de infinitate temporis mortaliter peccant, quia sunt directè contra fidem, & est prohibitum in octaua Sess. Con. Lateran. Episcopi, & inquisitores potentes obviare huiusmodi enervationib. fidei, & non facientes, mortaliter peccant, cum teneantur, & tamen quandoque contenti de sola reuerentia, hæc negligunt, secundum Sil. ver. Disputatio in fi. quia ista est notabilis, & perniciofa negligentia.

DE DISPENSATIONE.

1 Dispensatio quid sit.

2 Dispensare in omnibus an possit Papa. & num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

3 Precepta decalogi sunt omnino dispensabilia.

12 Dispensare an possit Papa in voto solenni castitatis.

13 Dispensare in lege vel voto sine causa rationabili peccatũ est.

14 Dispensandi iustæ causæ quæ sint.

15 Dispensare, & interpretari potest quilibet in legibus, casibus subita necessitatis occurrente.

16 Votum terre sanctæ solus Papa dispensat.

17 Votum castitatis simplex Papa potest dispensare.

18 Votum tempore castitatis episcopus an dispensare possit.

19 Dispensare an possit episcopus in gradibus prohibitis in matrimonio. num. 24.

20 Vota facta de dando aliquid determinata personæ, vel loco, an possit dispensari, & quando.

21 Casus in quibus solus Papa est petendus, qui sint.

22 Episcopus ab omni peccato potest absolueri.

23 Episcopus in quibus criminibus dispensare possit.

24 Parochiani & fratres mendicantes in quibus possint absolueri remissiuè.

Dispensatio secundum Canonistas est iuris relaxatio, & dicitur vulnus, quia ius commune vulneratur, c. Ipse la pietas. 23. q. 4.

4 ¶ Dispensare potest Papa in omnibus inquantum dispensatio declarationem dicit, quando oritur dubium aliquod circa articulos fidei, sacramenta, ius naturale, & diuini secundum Th. 2. 2. q. 100. ad 4. & Ar. Fl. 2. part. tit. 11. c. 21. Et hoc modo sumitur largè dispensatio, sed propriè dispensare, est

*Commu-
datio
quid.*

facere, quod oppositum legis bene possit fieri. Commutatio
verò est, quando vnum pro alio fit, vel elemosina pro ieiunio,
vel huiusmodi.

3 Præcepta decalogi sunt omnino indispenfabilia, quia continent
intentionem legislatoris. Nam præcepta primæ tabulæ ordinant ad ipsum Deum, secundæ verò tabulæ continent
ordinem iustitiæ inter homines seruandæ, secundum Th. 3. & 1. sen. dist. 47. ar. vlt. vt unicuique suum reddatur, alterum iniuste non lædamus.

4 ¶ Papa non potest dispensare in præceptis primæ vel secundæ
tabulæ, quia non est institutor diuinæ legis sicut Deus. Neque potest dispensare, quò ad articulos fidei vel sacramenta gratiæ, vel præcepta moralia, quæ sunt de lege naturæ, secundum Tho. q. 1. ar. 13. quia hoc non esset posse pro veritate, sed contra veritatem, & Pan. in c. Ex publico. de conuer. coniu. in gl. fi. circa fi.

5 ¶ Papa, etsi non possit noua sacramenta instituere, vel instituta remouere, potest tamen circa illa aliquam legem
facere, vt patet in matrimonio circa personas contrahentes. Capreolus 4. sen. dist. 7. q. 1. ad 7.

6 ¶ Papa potest dispensare in omnib. quæ sunt de iure diuino, præterquam in articulis fidei, sacramentis gratiæ, & præceptis iuris naturalis, vt supra dictum est, sicut dispensat cū bigamo. quod est cōtra præceptum Apostoli. titulo 1.

7 ¶ Papa potest dispensare in omnib. quæ sunt iuris humani, vel positiui, quia in his Ecclesia habet plenitudinem potestatis, secundum Th. in d. q. 1. & in c. Significasti. de ele. Nisi in his quæ determinata sunt ad fidem pertinere, vel ex diuino iure deducta, vt dicit gl. in c. sunt quidam 25. q. 1. Quia hoc non est merè de iure positiuo.

8 ¶ Papa, secundum vnã opinionem, non potest dispensare matrimonio, etiam non consummato, vt quis aliam accipiat, quia hoc est dispensare in iure diuino, in sacramentis, quod Papa non potest, vt dictum est supra. Hanc viam videtur sequi S. Thom. 4. sen. dist. 33. q. 2. ar. 2. quol. 1. ad 3. Pe. de Pal. 4. sen. di. 27. q. 1. ar. 2. Pan. in c. Ex publico, de conuer. coniu. circa fi. Oppositum tenent Vincen. Host. & quedam Gl. in d. c. Ex publico, quam sequitur Ang. & Ros. Prima tamen opinio videtur verior, & conformior sacre scripturæ. Et si Papa aliquando dispensauit, quod nescitur, dicendum est hoc fecisse, vel ex speciali instinctu Spiritus sancti, vel errasse, vt homo. Caiet. ramen in quol. tomo 2. q. 25. oppositum

*Papa in
quibus
potest dis-
pensare,
& in quibus
non.*

tum tenet, dicens, Papam ex causa rationabili posse dispensare in matrimonio non consummato, quia non significat matrimonium vnionem Christi & Ecclesiæ, ni post cōsummationem, & tunc indissolubile remanet. Ante autem potest dissolui, quod probat ex dictis S. Thom. in 4. sen. di. 27. q. 1. ar. 3. quol. 1. vbi in responsione ad primam dicit, quòd quia matrimonium contractum significat coniunctionem spiritualiū Christi & animæ, & est hæc solubilis: iò religionis ingressus aufert sacramentum. In responsione ad tertiū dicit, quòd quia matrimonium contractum tantum, non est perfectum, ideò non habet omnimodam indiuisibilitatem. Ex quibus patet, quòd autoritate Papæ potest dissolui. Et hæc opinio subtilis est, & magis consonat rationi, quam & ego amplector: cū & Ecclesia in hoc dispensauerit, vt patet de Martino 5. & Eugenio 4. quorum bullas se vidisse Arch. Flor. attestatur.

9 ¶ Papa non potest dispensare in gradibus cōsanguinitatis, vel affinitatis diuina lege prohibitis, vt tenet Gl. in c. literas, de rest. spo. vbi postquam exposuit tex. Nō potest nec consuevit. i. non vult, vel non expedit, in fine determinat, tenes quod nō potest, & quod tex. ibi stat propriè, quæ sequitur Pan. ibi. Et ratio est quia quasi omnes tales casus sunt naturali etiam lege prohibiti, quia ad omnes illas personas cohabitantes est naturalis amicitia, sine alio scedere. Et particulariter non potest dispensare in primo gradu ascendentium, & descendendum secundum Th. 4. sen. dist. 40. q. 1. ar. 3. & Arch. Flo. 3. parte, tit. 1. c. de offi. Quia est contra ius diuinum, & naturale cum vxoribus parentum exhibeamus reuerentiam, sicut & parentibus nostris, vel contra ius diuinum fundatum in iure naturali, & sacramento gratiæ. Quædam namque personæ prohibentur secundum Tho. supra iure diuino, naturali, & humano vt pater, & mater. Quædam iure diuino fundato in iure naturali secundario, & humano, quæ sunt 12. personæ, videlicet mater, nouerca, soror, nepos, i. filia fratris, amita. i. soror patris, matertera. i. soror matris, vxor patru. i. fratris patris, vxor fratris, filia priuigni vel priuignæ, soror vxoris, nurus. i. vxor filij priuigna. i. vxor patris, Hæ personæ numerantur in d. Glo. d. ca. Literas. Hæc etiam, secundum Pet. de Pal. in 4. clarius.

Hi sunt casus diuino iure prohibiti, & inter has personas matrimonium esse prohibetur. Primò, inter filium, & matrem. Secundò, inter filiam, & patrem. Terriò, inter fra-

*Papa an
possit dis-
pensare
in matrimo-
nio.*

*Personæ
quæ prohi-
bentur in
matrimo-
nio, inter
quas po-
test cōtra-
hi matrimo-
nium.*

trem & sororem, siue sint legitimi, siue non. Quarto inter auum & neprem. Quinto inter fratrem, & sororem ex parte patris, & non matris, sed filia, nouerca. Sexto, inter filium, & sororem patris idest amitam. Septimo, inter filium, & sororem matris idest materteram. Octauo, inter filium & uxorem fratris idest compatruam. Nono, inter patrem, & nulum, id est uxorem filij. Decimo inter Socratem & uxorem fratris eius regulariter. Undecimo, inter virum, & filiam aliquis ab eo cognita, siue affectu maritali, siue fornicarie. Duodecimo, inter priuignum & nouercam. Vltimo, vir cum duabus sororibus uiuentibus contrahere prohibetur. Ex Caie. super Leuit. c. 18. Opinio autem Caie. in 2.2. q. 154. ar. 9. est quod Papa dispensare non potest cum omnibus personis coniunctis, nisi cum matre, & patre, ut matrimonium contrahant, quia illa precepta diuina de inhabilitatione tot personarum, sunt iudicialia, & non moralia simpliciter, sed secundum quid. Ideo hodie non ligant, nisi quatenus ab Ecclesia sunt assumpta. Vnde per Papam dispensabilia: & huic opinioni suffragatur Aug. de ciui. Dei. lib. 15. vbi dicit, Commixtio fororum, & fratrum, non natura sed religione prohibente facta est damnabilis, ita etiam dicit super Mat. 9. & Leui. 18. Et ideo non audeo dicere Papam non posse hoc facere quia rationes Caie. quas in 2.2. q. vt supra facit, sunt fortes, & authoritas Papae, & Ecclesiae magna est.

10 ¶ Papa dispensare non potest in linea transfuersali in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis, ut quis cum germana contrahat, vel cum uxore germana, secundum communem opinionem. Quia diuino iure prohibetur, & aliquo modo contra ius naturae, nec in lege Moisaica permittebatur, nisi causa suscitandae prolis. Neque potest dispensare in secundo gradu transfuersali superioris, ut cum amita, & matertera, eadem ratione, secundum, Pet. de Pal. & Io. An. in c. Per venerabilem qui si. sint legi. & Pan. ibi, vbi etiam dicit, quod inspiciendus est rex. scripturae sacrae. Post factum tamen dicit Arch. Flo. Martinum V. dispensasse cum quodam, cui cum sua germana contraxerat, & consummauerat, habito tamen prius peritorum consilio, propter scandala, & alia mala vitanda. Consulendum est igitur omnibus ante factum, licentiam non esse petendam, cum sit dubium ipsi posse. Caie. tamen 2.2. q. 154. ar. 9. dicit Papam in omnibus gradibus consanguinitatis, & affinitatis, nisi cum patre, & filia, & matre, & filio vt in superiori num. diximus, posse

se dispensare, & hoc verius videtur. Et quando facit, credendum est talem dispensationem esse validam plur. Deus ipse nouit.

11 ¶ Papa non potest dispensare, ut quis duas uxores habeat, & minus, quod vna habeat duos viros, quod est contra ius diuinum fundatum in naturali. De hoc est tex. in c. Gaudemus. de diuor. & ibi Pan. & Thom. 4. sent. dist. 33. q. 1. Neque potest dispensare, quod quis contrahat ad tempus, quia perpetuitas est de essentia matrimonij vt est sacramentum fidei & gratiae, secundum Pano. qui mouet hanc q. in c. Ex publico. de conuer. coniug. tenendo partem negatiuam.

12 ¶ Non potest Papa, secundum vnam opinionem, qua credo veram dispensare in voto solenni castitatis, quia continentia est essentialiter annexa statui religionis. Et sicut calix consecratus ipso manente, non potest fieri quin sit consecratus, licet possit prohiberi ne in eo consecretur: sic in homine per votum solenne religionis approbata, sit quaedam actualis consecratio, & benedictio totius corporis sui, quae inseparabilis est ipso viuentem. Vnde non potest per quemcunque dispensari, secundum Thom. 2.2. q. 83. ar. 11. Et hoc etiam probat. c. Cum ad monasterium. de statu mon. dicens castitatem annexam esse regulae monachali. Non est autem simile de voto annexo sacro ordini ex statuto Ecclesiae: in c. vnico. de voto. lib. 6. Cum ex S. Thom. venit Abb. Alij autem, vt Panor. in d. c. Cum ad monasterium. Pet. de Pal. 4. sen. dist. 39. q. 4. conclu. 11. Ric. ibi. & alij Caie. quoque 2.2. q. 87. supra, tenet cum canonistis dicens, quod Papa potest separare statum monachalem ab hoc homine, faciendo de monacho non monachum, allegat Celestinum tertium, qui dispensauit in hoc.

13 ¶ Dispensare in lege vel voto, vel similibus sine rationabili causa, peccatum est, quia actus humanus est non consonans rationi secundum Caie. ibi. Et tales praelati sic dispensantes sunt dissipatores. Et quando impetratur dispensatio ex falsa causa, vel tacita veritate, dispensatio nulla est. c. 2. de fil. presb. in 6. & in re notabili est peccatum mortale, secundum Caie. ibi, ut sit absque rationabili causa quis dispensetur, ut habeat plura beneficia, ex quo credetur, quod animae priuabuntur debita cura, vel quod ex hoc quis excessiuos habeat redditus, & alij esuriant, & huiusmodi. Peccant enim mortaliter tales dispensantes, nec qui dispensatur hoc modo sine rationabili causa, Et quod Papa dicat motu proprio

Perpetuitas est de essentia matrimonij.

Papa Celestinus fecit de non monacho monachum.

Nota his bene.

Papa non habet potestatem in destructionem Ecclesie.
 proprio, & certa scientia, & de plenitudine potestatis, & de quo ad Deum est tutus in conscientia, quia Papa non habet potestatem in destructionem, sed in ædificationem Ecclesie. Idem dic de dispensatione iuramenti, & aliorum quæ sunt de iure diuino, secundum Caiet.

14 ¶ *Dispensationis causæ iustæ, quæ sint.*
 Causæ dispensandi iustæ sunt hæc, videlicet tempus. c. Tempus. i. q. 7. Secunda vtilitas. 22. q. 4. c. ipsa pietas. Tertia, qualitas personæ, meriti & scientiæ. c. tali. i. q. 7. Quarta, necessitas. in d. c. tali. Quinta, pietas. Sexta, rei euentus. Septima, scandalum multitudinis. dist. 50. c. vt constitueretur. Et quia casus varij, ideo non potest dari generalis regula, sed arbitrio boni viri iudicantis, & an causa sit iusta, standum est. c. Domino sancto. dist. 50. Et quando causa est iusta, prælati peccat non dispensando. Arc. cap. Quanto. 2. q. 5. nec requiritur quod princeps cognoscat causam, sed sufficit eius voluntas, secundum Panorm. in c. Diuersis. de cle. conu. in his, scilicet quæ sunt iuris positiui tantum, secundum Inn. in d. c. Cum ad monasterium. Secus in inferiore, vt not. Gl. in §. Nisi rigore. c. Multorum. i. q. 7. In conscientia tamen quando adest causa, ille qui dispensatur erit tutus, licet dispensans sine cognitione causæ malefaciat, & debeat puniri, quia contra legem egit. Facit Gl. in c. 2. de schism.

15 ¶ Dispensare, & interpretari potest quilibet, in legibus casu subito occurrente necessitatis, maximè cum ad superiorem recursus non possit haberi: in c. Si ergo. i. q. 1. quia in obseruatione legis, vel præcepti legislatoris, intentio maximè obseruanda est, aliàs autem ad prælatos pertinet.

16 ¶ Solus Papa dispensat votum terræ sanctæ. c. Magn. de voto. Ex consuetudine autem votum S. Iacobi ad limina Apostolorum. Pan. no. in c. Ex multa, de vo. quod legatus non potest dispensare in voto vltimario. Item not. quod quando votum siue vltimarium, siue S. Iacobi, vel alterius peregrinationis factum est solum causa deuotionis, & non in subsidium illius loci, vt quia vouit offerre, portare, vel aliquid facere, tunc Episcopus potest dispensare, secundum Glo. in d. c. Ex multa, quamuis cõmunis consuetudo teneat contrarium.

17 ¶ In voto simplici castitatis, & perpetuo Papa potest dispensare, secundum Panorm. in c. veniens. qui cle. vel vo. Ex magna tamen causa, ita vt qui ea dispensatione vtatur peccatum euitet. Si autem votum hoc fuit à principio meticulousum, licet metus non fuerit iustus, & immineat periculum forni-

fornicationis, putat Pa. ibi, quod potest episcopus dispensare, ex quo casu est concessus ab Ecclesia, & non prohibetur Episcopo dispensatio. Extra verò hunc casum quia casus talis est arduus, debet Papæ referuari, vt in c. Maiores. de bap. in prin. secundum Pan. supra.

18 ¶ Episcopus potest dispensare in voto temporali castitatis, vt per annum, vel huiusmodi, quia nõ est casus arduus. Et in eo, qui vouit non contrahere, quia est minus quàm votum simplex castitatis, & de petendo debitum quando non potest ratione voti, vel affinitatis superuenientis. c. 2. de eo qui cogna. consan. Ant. de Bur. in c. Rursus, qui cle. vel vo. Et potest Episcopus, vel Episcopalem auctoritatem habes in omnibus aliis dispensare, secundum Thom. 4. sen. dist. 38. quæst. Nota quod vota perpetua quæ Papæ referuatur, sunt votum continentiæ, & religionis. Alia autem vota nõ adiecto tempore, non sunt perpetua. Si autem adiungatur tempus, vt semper ieiunare in sabbato, et si sint perpetua, non tamen Papæ referuantur.

19 ¶ Episcopus potest dispensare in gradibus prohibitis in matrimonio, quando impedimentum est occultum, & ad Papam non potest haberi recursus, & separatio sine magno scandalo fieri non potest, vt sæpe euenit in mulieribus cognitis à consanguineis viri, antequam matrimonium contrahatur, secundum Sil. ver. Dispensatio. §. 9. Et idem putat in eo, qui post votum simplex matrimonium consummauit, quia non est verisimile, quod Papa velit animas in huiusmodi laqueis manere, cum non possint Romam ire, vel mittere pro tali negotio.

20 ¶ Quando aliquis facit votum determinatæ personæ, vel collegio, aut ecclesiæ tali, dare decem, vel facere calicem, vel huiusmodi, si tali personæ, vel ecclesiæ sit acquisitum ius, vel per instrumentum, vel testamētum, vel donationem, vel promissionem factam coram testibus, & ipse cui acquiritur ius, scit, & acceptat, & habet actionem contra promittentem per votum, vel aliter, non potest dispensari in hoc, nisi consentiente eo cui ius est acquisitum: quia nemo potest alienum donare. Si tamen dispensans esset superior illi Ecclesiæ, vel collegio, aut personæ, qui posset de eorū bonis disponere, & tollere vni dādo alteri, posset dispensare, secundum Arc. Flo. 2. parte ti. ii. c. i. Pif. in ver. Votum. §. 6. Secus verò, si non est acquisitum ius modo prædicto, licet promissio sit facta, vel votum ad specialem locum, vel personam, de re speciali.

*Vota quæ
 Papæ re-
 seruantur
 quæ sint.*

*Casus pro
quos ad
Pontificē
tantum
est recur-
rendum.*

21 ¶ Casus 47. In quibus solus Papa est petendus, & alijs prohibitum est ne se intromittant. c. Huic sedi. dist. 17. Videlicet de quæstione fidei. De translatione Episcopi. De depositione Episcoporum. De acceptione renunciationis Episcoporum. De exemptione Episcoporum. De restitutione depositorum ab ordine. De interpretatione privilegiorum suorum. De mutatione sedis episcopalis. De constitutione sedis episcopalis, de nouo. De submissione vnius episcopatus alteri. De commutatione votorum Ierusalem, S. Iacobi, &c. voti continentia, vt supra. Quod quis veniat contra iuramentum licitum. De dispensatione irregularitatum multarum. De bigamia. De clerico non ordinato ministrante. De clerico vitiato tali vitio, quod impediatur ordinis executionem. De homicidio vel inuisione membri. De excommunicato maiori, recipiente ordines. De excommunicato, suspenso, &c. ministrante in ordine sacro. De illegitimè natis, quo ad susceptionem ordinum, &c. De pluralitate beneficiorum cum cura. De ætate episcopi. De ætate ordinandorum. De celebratione Concilij generalis. De priuatione personæ ecclesiasticæ. De excommunicato à se nominari, & à suo legato. De causis appellatione remota. De eo quem Papa ordinauit in subdiaconu. De vsu pallij semper, & vbique. De dispensatione cum eo qui non est in sacris. De confirmatione electi Imperatoris. De absolutione sententiarum, quas sibi reseruat. De pronuntiatione electionis nondum factæ. De canonizatione sanctorum. De facere valere quod non est. De abstractione monachi de monasterio. De eius sententia, quæ facit ius, eadem die ordinat quo consecrat. De dispensatione in gradibus prohibitis. De ablatione legis quo ad vtrunque forum. De concessione indulgentiarum plenariarum. De legitimatione quaruncumque personarum quo ad spiritualia vbique. De solutione obligationis, qua homo homini tenetur. Solus Papa de nullo crimine potest accusari, nisi de hæresi; solus potest committere simplici sacerdoti, vt confirmet, conferat ordines minores, consecret ecclesias, & virgines. De dispensatione contra Concilium generale, hos casus vide diffusè in Tab. Dispensatio. §. 13. cum suis iuribus alleg quæ breuitatis gratia prætermisi. Vide aliquid infra, Papa, quasi per totum.

*Papa solus
non potest
accusari,
hæresi
si excepta.*

22 ¶ Episcopus ab omni peccato potest absolueri, secundum Panor. in cap. Deus qui. de pœ. & re. & Arc. Flo. 3. par. tit. 17. c. 3. Et etiam ab omni excommunicatione iuris, quæ non refer-

reteruatur Papæ expressè. cap. Nuper. de sent. exc.

23 ¶ Potest etiam Episcopus dispensare in omnibus his criminibus infra scriptis, videlicet in clerico venatore, vel ludente ad aleas, vel ebrioso, vel faciente strepitum in synodo, in adulterio, furto, sacrilegio, periuurio, fraude cum dolo, incestu, vitio sodomitico, quæ vocantur peccata graua, & grauiora, maximè vltima. c. clerici. de exce. præl. & similia maiora adulterio. Fornicatio etiam simplex vbi admonitus nollet se corrigere, & talia, quando sunt notoria, impediunt promouendum, & promotum deiciunt. Secus quando sunt occulta. In his potest Episcopus dispensare, nisi expressè à iure prohibeatur. de pœn. dist. 6. c. 1. in fi. Et hæc opinio est communior. Quomodo autem possit dispensare contra canonem, vide Pa. in c. At sit clerici. §. De adulteriis. de iud. Alia verò enormia, de quibus. §. Papæ reseruantur.

24 ¶ Episcopus etiam potest dispensare in gradibus prohibitis in matrimonio, vt supra dictum est. §. 19. & hoc rationabiliter, vt supra. Dispensat etiam in proprio statuto nisi iurasset seruare, secundum Io. And. Quomodo autem dispensat in matrimonio, vide infra, Impedimentum. nu. 55. & supra. num. 17. 18. 19.

*Episcopus
quomodo
potest di-
spensare
contra ca-
nonem.*

25 ¶ In quibus parochiani, & fratres mendicantes possint absolueri, vide supra ver. Absolutio. §. 24. 25. 26. Et de casibus reseruat Episcopo, supra Casus. §. 5. vsque ad 11. Princeps sciens impedimentum alicuius, & cum ad aliquod officium assumens, eo ipso dispensare intelligitur. Pa. in c. In cunctis de elect.

Nota.

DE DIVINATIONE.

I. *Diuinitio quid sit.*

Diuinitio prout importat futurorum, vel præteritorum, vel pœnitentiam cognitionem est mortalis ex suo genere, pro quanto dæmonis auxilio innititur, tacite, vel expressè. Quod conuinci potest, quando quis ad hoc innititur aliqua re vel verbo, quasi habentibus virtutem ad talem effectum, ad quem constat, nec naturalem, nec diuinam habere virtutem. Ratione autem actus imperfecti, erit veniale, vt quando non est inuocatio dæmonis tacita, nec expressè, vel si est, nescit, nec credit, neque dubitat faciens, quod si crederet non faceret. Tunc enim est quadam vanitas, vt qui in libro fortunæ, vel rota Pythagoræ, volunt scire aliqua, vel in apertione librorum, & huiusmodi. tum.

*Diuina-
tio quid
est venia-
le pecca-
tum.*

Idem

Idem iudica de sortibus secundum Caie. ibi, infra, Superstio. num. 3. Sors. num. 2. Incantatio, per totum.

DE DIVORTIO.

- 1 *Divortium quid est.*
- 2 *Matrimonium firmatum per verba de presenti non secuta copula, quomodo solvatur.*
- 3 *Matrimonium firmatum quibus causis dirimi potest.*
- 4 *Fornicationis causa quibus vir uxorem potest dimittere, quae sint.*
- 5 *Vinculum coniugale ante professionem non solvitur.*
- 6 *Sponsa violenter cognita ante duos menses si ingrediatur religionem, solvit matrimonium.*
- 7 *Adulterium si manifestum est, innocens reo non cohabitare poterit auctoritate propria.*
- 8 *Spiritualis fornicatio causa est separationis.*
- 9 *Fornicatio spiritualis an compensare possit cum carnali.*
- 10 *Castitatem qui vouerit ante consummationem matrimonij, an teneatur ingredi religionem, vel reddere debitum.*
- 11 *In omni casu, quo post consummatum matrimonium licet religionem intrare, licet etiam ad ordines accedere.*
- 12 *Ordinatus consentiente uxore fragili, & ad eam reuocatus, ipsa mortua tenetur clericaliter viuere.*
- 13 *Ordinatus contradicente uxore vel ignorante potest reuocari.*
- 14 *De diuortio ex impedimento fragilitatis, remissiuè.*
- 15 *Si in diuortio ecclesia fuit decreta, poterit vir uxorem reuocare, & e contra.*
- 16 *Diuortium falsa causa non vitiatur.*

Diuortium non debet fieri sine lege.

Diuortium est legitima viri ab uxore, vel e contra separatio. Et dicitur legitima, ut non fiat sine lege, vel ratione, aliter non debet fieri, quia quos Deus coniunxit, homo non separet. 31. q. 1. c. Si qua. §. Obiicitur. Et aliquando in totum, secundum Ray. ita ut vterque coniugum possit contrahere, sicut in maleficiatis. Aliquando vero alter tantum, ut in frigidis. Interdum dirimitur in parte, quantum ad mutuam seruitutem debiti coniugalis, & cohabitationis, ita tamen quod eorum neuter contrahere possit, ut quando separantur propter adulterium, vel causa religionis post copulam carnalem. In his, vir & uxor ad paria iudicantur, quia sicut licet viro uxorem dimittere, ita & e contra. c. Si quis uxorem. 31. q. 1.

2 ¶ *Matrimo-*

2 ¶ *Matrimonium firmatum per verba de presenti, ante carnalem copulam solvitur, vel morte naturali, vel civili, id est, professione tacita, vel expressa religionis approbatae, ita quod remanens in seculo liberè potest contrahere, nisi aliunde impediatur, ut ex voto. Si autem sit consummatum, non potest villo modo solui, ut in c. Gaudemus. de diuor. Nisi esset inter infideles, ut dicemus infra, Matrimonium. num. 38. Vide c. Ex publico. de conuer. coniu. Quia neque etiam auctoritate Papae potest solui. Sed Caiet. exponens illud, Quos Deus coniunxit, &c. &, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, &c. dixit hæc verba: Intellego ex hac Domini nostri Iesu Christi lege, licitum esse Christiano dimittere uxorem ob fornicationem carnalem ipsius uxoris, & aliam uxorem posse ducere, salva semper Ecclesiae diffinitione, quæ hactenus non apparet. Nam decretales pontificie de hac materia, non sunt diffinitivæ fidei, sed iudiciales facti, in quibus iudiciis matrimonialibus errasse Rom. pontifices profitentur, c. Quato. de diuor. & c. Licet de spon. duo. non tamen ex hoc intelligas eodem modo, uxorem virum posse dimittere, quia nec etiam in vet. lege, uxor virum poterat repudiare, sicut vir uxorem. Adiungitque quod d. Ambrosius, 1. Cor. 7. dicit hoc. Tamen ibi Caiet. dicit quod non audet se opponere contra torrentem tot doctorum, & iudiciorum Ecclesiae. Oppositum autem tenet S. Tho. exponens illud, uxorem à viro non discedere, quæ si discesserit, manere inuuptam, & vir uxorem non dimittat, &c. dicit. Si uxor discesserit scilicet propter causam fornicationis præcipio, inquam, manere inuuptam, viuente marito, quia si solvitur matrimonium quo ad thorum, non tamè quo ad vinculum. Et similiter vir uxorem non dimittat, nisi ob causam fornicationis. Similis forma in viro, & in muliere seruatur. Ideo supplendum est, quod de uxore præmisit, scilicet quod si dimiserit, non ducat aliam. Ad dictum Ambr. quod allegat Caiet. dicit Magist. sen. quod à falsariis fuit appositum: ideo nullo modo tenendum. Licet ergo opinio Caiet. sit subtilis, & videatur quadrare literæ, tamen debet exponi non de totali dimissione, sed quo ad thorum, ut infra. Matrimonium. num. 71. §. Adulterium, num. 3. Eodem modo videtur Theophylactus exponere. & 32. q. 7. per to.*

3 ¶ *Ex quatuor causis potest matrimonium firmatum, & consummatum dirimi, quo ad conuersationem coniugalem. Primo, propter adulterium. 23. q. 1. c. Dixit dominus.*

Matr. 59. Deut. 24.

Matrimo- nium cõ- summatum quibus causis potest dirimi.

Secun-

Secundo, propter periculum, dum alter alterum ad peccatum mortale trahere nititur, secundum Inn. in c. Maritus, de adul. Intelligi quando aliter compesci non potest. Tertio, propter hæresim, ut infra. nu. 7. Quarto, propter religionis ingressum, vel votum, quia ambo de communi consensu possunt vouere. c. Carissimus, de conuer. coniu. Quod autem periculum animæ liceat consortem thori relinquere, probat Pet. de Pal. in 4. sent. dist. 39. quia si corporis periculum imminet, non tenetur cohabitare cum coniuge, à fortiori propter periculum animæ. Ideo falsa est glo. de diuor. cap. 2. dicens uxorem non esse dimittendam si vitæ viri fuerit infidiata.

4 ¶ Casus sunt 7. secundum Th. 1. Cor. 7. in quibus ob causam fornicationis uxorem vir non potest dimittere, vide infra. Matrimonium. nu. 73. latius.

5 ¶ Si alter coniugum ingreditur religionem, alter remans in seculo, tenetur expectare professionem, quia ante non soluitur vinculum, in c. Virum, de conuer. coniu. Intelligi religione approbata, quia si fieret mantellatus, non solueretur matrimonium, secundum Pan. in cap. Ex parte. el secundo. de conuer. coniu. Professionis ante tempus non potest breuiari, secundum Th. 4. sen. di. 27. q. 1. art. 3. q. 2. Expectabit ergo per annum.

6 ¶ Si sponsus sponsam ante duos menses cognoscat carnaliter & violenter absolute, & ipsa ingrediatur religionem, & profiteatur, soluitur matrimonium, quia non videtur adhuc corpus suum illi communicasse, cum violenter fuerit cognita, secundum Pa. in d. c. Verum: & Monal. Secus si non fuit absolute violenta, vel post duos menses.

Nota.

7 ¶ Quando adulterium ita est manifestum, quod iustificationi non est locus, potest innocens reo non cohabitare propria autoritate. cap. Significasti. de diuor. Et multo fortius negare debitum. Intelligi quando moratur cum adultero, vel adultera, non tenetur tunc cohabitare, secundum limitationem Inno. Si verò delictum non est notorium, separatio fieri non potest quo ad cohabitationem, sine autoritate, & iudicio Ecclesiæ, secundum Host. Quod verum est, secundum Ric. quando matrimonium est publicum in facie Ecclesiæ, vel coram testibus. Si verò clandestinum est, potest propria autoritate. Quo autem ad thorum, quando constat alteri coniugum de adulterio alterius, non tenetur reddere debitum propria autoritate. supra. Debitum coniu

coniu. n. 4. Aliter autoritate Ecclesiæ fida est separatio. 8 ¶ Propter spirituales fornicationem id est hæresim potest fieri separatio, secundum Pa. in c. Quæsiuit. de diuo. Et sit notoria, maritus potest intrare religionem inuita vxore, & contra, secundum Pan. in c. si. de conuer. coniu. Et hoc introductum est in fauorem fidei. Intelligi quod potest intrare, scilicet ille, qui est innocens, nocens verò non, ante latam sententiam diuortij, neque post latam sententiam sine licentia innocentis, secundum veniorem opinionem. cap. Ex literis de diuor. Cum licentia verò potest, vel quando innocens intravit, & est professus, vel quando mulier detruditur ad faciendam perpetuam penitentiam pro adulterio, &c. vide Panor. in d. c. Gaudemus, & in d. c. si. de conuer. coniu.

9 ¶ Si ille qui spiritualiter fornicatus est, velit ad fidem redire, fiet recompensatio cum altero, qui corporaliter fornicatus est, secundum Pa. in c. si. de conuer. coniu. Non autem quando nolit redire, sed contra eum procedetur, & ipse contra alterum non audietur, cum hereticus accusare non possit coniugem de aliquo delicto. Facit c. à nobis, de exee.

10 ¶ Alter coniugum vouens castitatem ante consummationem, tenetur ingredi religionem, vel reddere debitum: quod si reddit, prima vice mortaliter peccat, secundum Pet. de Pa. Potuit enim inuenire remedium. scilicet religionem intrando. Potest etiam post copulam vouere, sed non in præiudicium alterius, quia tenebitur reddere postulatus, non autem petere, nisi ex non petendo vxori fieret onerosus, tunc enim petendo non peccaret mortaliter, nisi de licentia alterius vouisset, Facit cap. Quidam intravit, de conuer. coniu. Si verò vir consentiat vxori, ut voueat, nihilominus debitum petere poterit, secundum Pa. c. i. de conuer. coniu. Non autem vouens, licet reddere teneatur. Idem dic de vxore consentiente viro.

11 ¶ In omni casu, quo post consummatum matrimonium licet religionem intrare, licet etiam ad ordines accedere, secundum Pet. de Pa. Si verò non licet religionem ingredi, multominus ordines recipere, quia talis ab ordinis executione esset suspensus. Si verò quis vult episcopari, oportet uxorem suam prius in religione esse professam, secundum Pa. in cap. i. de conuer. coniu. Secus quando vult ad ordines promoueri, sufficit vxoris consensus cum promissione continentia: ex c. Significauit, de conuer. coniu. nisi dans licentiam esset de incontinentia suspecta. in c. Cum sis, eod. tit. Tunc enim requiritur religionis ingressus.

Votū post copulam coniu. gale tenet, & quomodo.

12 ¶ Ordinatus consentiente vxore fragili, & ad eam uocatus, ipsa mortua tenetur clericaliter viuere, vel si cur professus, ad monasterium reuerti, quia, ex quo vxor cōsolerat, uere est religiosus. Facit. c. Ex parte, de conuer. coniu.

13 ¶ Ordinatus contradicente vxore, vel ignorante, potest reuocari, in d. cap. Quidam, & tenetur reddere debitum, sed exigere non potest, nisi propter hoc onerosus fieret vxori, ut dictum est supra. Quando autem vxor sciuit, nec contradixit, nec licentiam dedit, sed dissimulauit, etiam idem dicas per not. in c. Cōsuluit, de conuer. coniu. Idem si iusto timore consensit, ut in c. Accedens, eo, tit. vel per dolum consensit, c. Veniens, eo, tit.

14 ¶ De diuortio ex impedimento frigiditytis, & aliis, infra Matrimonium, §. 47, 49. & c.

15 ¶ Si in diuortio ecclesia fuit decepta per falsos testes, uel aliter, poterit uir vxorem reuocare, & e contra, nō obstante ordine, uel professione alterius, secundum Ray. qñ continentia eis non potest persuaderi, & tenebitur reddere debitum, non autem exigere, propter ordinem, uel professionem.

Falsa causa nō impedit monachatum.

16 ¶ Si fiat diuortium, & uterque coniugum credens iusto factum diuortium ingrediatur religionē, & post amborum professionē reperiat qd causa diuortij fuit falsa, secundum ueriores opinionem, alter coniugum alterum reuocare nō poterit, secundum Vueru, quia falsa causa non impedit uerum monachatus, Ar. in c. Magnæ, de uoto, in hoc conuenit Pil. licet contra arguat Pan. sed assumit unum falsum, scilicet quod ingressus ex falsa causa, non teneat. Reliqua uide infra. Matrimonium, num. 72. usque in finem.

D E D O C T O R E.

1. Doctorem fieri, uel facere insufficientē, peccatum mortale est.

2. Doctores in concilio decisio non debent facere allegationes.

3. Doctor in Theologia præcedit canonistam, & canonista civilem, & civilis Artistam.

DOctorem fieri, uel facere insufficientem, quando ex hoc alij notabiliter lædantur, peccatum mortale est, ut in doctoratu medicinae, & theologiae, quia ex hoc imminet sine dubio periculum corporis, & animæ, & constituentes mendacium, perniciosum committunt. In aliis autē doctoribus, tale periculum non est: ideo non sic uniuersaliter peccant mortaliter. Tamen non videntur excusari à mortali instituentes huiusmodi doctores in iure indoctos, quia etiam ex hoc periculum graue clientulis imminet, ex Caie. ibi.

4. ¶ Doctores

1. ¶ Doctores in concilio decisio non debent facere allegationes, secundum Pa. in c. uestra, de cōha. ele. & mu. Sicut nec in sententia, ut in c. Sicut nobis, in gl. de sen. & re. iu. Secus in concilio postulato à parte, quia in primo est approbata fides consultoris, non autem in secundo.

2. ¶ Doctor in theologia debet præcedere canonistam, & canonista civilem, & civilis artistam, secundum Pa. in cap. Clerici, de iud. An debeat appeti, supra. Cathedra, ibi. Vide aliquid uer. Magister, id est, quomodo peccant. Quæ requirantur in doctorando ne reprobentur, & quis, & quomodo possit doctorari, Sil. ibi. §. §. & 6.

D E D O L O.

1. Dolus quando ueniale, quandoque mortale peccatum est.

2. Ignorantia iuris an à dolo exeat, & an causa instituta. n. 3.

4. Pena corporalis, infamia, status, & sine dolo inferri nō potest.

5. Pactum de dolo non ualeat.

7. Dolus an annullat spirituales contractum.

Dolus, siue ineluctatio in facto, siue in uerbo, ad decipiendum ordinata, peccatum est prudentiæ uirtuti opposita, & iuxta subiectam materiam potest esse mortale & ueniale. Quando intentio decipiendi est pernitiosa notabiliter, erit mortalis: si iocosa, uel officiosa, uel de re modica, erit uenialis, secundum Caie. ibi, quia paruum, uel nullum affert nocuumentum.

1. Ignorantia iuris nō excusat à lata culpa, excusat tamen à dolo, & cōsequenter à pœna, quam dolus requirit, secundum Cy. in regula, Ignorantia, lib. 6. Ex quo inferitur, qd ubi ius, uel statutum requirit dolum uerum, ignorantis quantumcumq; sit culpabilis, non incurrit pœnā ipsius. Secus ubi non requiritur dolus uerus, sed præsumptus, quia ignorantis crasse, & supine, non excusatur, ut patet in censuris ecclesiasticis, quæ cum requirant dolum præsumptum, taliter ignoras non euitat: in c. Ut animarum, de const. lib. 6.

2. ¶ Causa etiam instituta excusat à dolo, ut no. Bal. in d. c. Ut animarum, ut si turbans aliquem in possessione, credens sibi licere, cum tamen causam iustam non habeat, excusatur à pœna statuti requirentis dolum, ex no. per Io. And. tit. de arb. in addi. ad Spee.

3. ¶ Pœna corporalis, infamiae, status, sine dolo inferri non debet, secundum Bar. in l. In Actionib. ff. de in litem iurati. & in his lata culpa dolo non æquiparatur.

4. ¶ Non potest quis facere pactum, ut non teneatur de do-

Ignorans crasse, & supine, nō excusatur.

lo. ff. depo. l. 1. §. Conueniat, quia est contra bonam fidem, & bonos mores.

¶ Dolus non annullat contractum spiritualem, vt cum quis dolo inductus est ad religionem, secundum Pan. inc. Cum dilecti, de emp. & ven. Ideo tenet contractus: sed contractum temporalem, qui est bonæ fidei, annullat, vt quando quis dolo inductus est ad vendendum aliquid, quod tamen non erat venditurus, secundum Pan. in d. c. Cum dilecti. In contractib. autem stricti iuris tenet, sed agens ex eo eliditur ope exceptionis. ff. de ver. ob. l. Si quis cum aliter, vbi de tamen Tab. ibi Dolus. §. 7.

DE DOMICILIO.

Domicilium vbi esse dicatur.

1 Prelati & religiosi vbi habitant domicilium, & vbi citari debeant.

Domicilium alicuius ibi est, vbi fortunæ suæ maiorem partem constituit, vel bonorum suorum partem magnam vel si ibi familiam habet. l. Si ciues. C. de inco. & cens. Et si ibi nihil haberet, assidue tamen ibi conuersaretur. l. 2. C. vbi sena. Sola domus non constituit domicilium, ff. ad muni. l. libertus. Vide Innan. c. Ex parte, de for. com. Vbi etiam dicit, qd quis pluribus locis domicilium habere potest. Habet etiam quis domicilium, vbi sibi eligit, & clericus habet vbi est eius beneficium requirens residentiam. tex. in c. Nullus, de tempo. ordi. in 6.

2 Prelati & religiosi habent domicilium vbi sunt assignati, & ibi debent citari. Vide Pan. in ca. Nullus de paro. Quomodo aliqui plura domicilia habeant, quia vno tempore habitant in vno loco, alio tempore in alio, vide Arch. Flo. in sua parua summa. c. 3.

DE DOMINICA.

1 Dominica dies qualis & qua in ea operanda sunt, & num. 1.

Dominica dies inter præcipuas festiuitates continetur, propter honorem dñicæ resurrectionis. c. Sabbato de consecr. dist. 4. in qua die vacandum est tantum canticis spiritualib. c. Ieiunia, de cons. dist. 4. Solo in hoc die cōsecrari potest episcopus c. Quod de die dominico. d. 75. & S. Th. 2. 2. q. 112. ar. 4. succedit loco sabbati ex cōstitutione Ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani, non ex præcepto legis. Et in sabbato præcipue laborandum est, ne populus videatur iudaizare sicut prohibetur cessatio ab opere illo die, in c. Peruenit. de conse. dist. 3.

Sabbato Christiani cur laborare debent.

2 Die

¶ Die dominico debet quisque se & sua referre in Deum actualiter, saltem semel, quia hoc est principale sacrificium, quod de iure naturæ Deo offerendum est. Ex hoc sequitur, quod existens in peccato mortali, tenetur in die festo saltem semel conteri in genere, si occurrat ei peccasse mortaliter, quia alter non posset se & sua in Deum referre sicut debet. Hoc tamen, (vt dicit Sil. vel dominica) nõ est ex vi præcepti de obseruatione festi, sed ex vi præcepti, sub quo cadit contritio, quod obligat omni statu, in quo peccatum memoriz occurrit practice sub ratione dolendi, vt supradictum est contritio. num. 3. infra Festum. num 12. Nam secundum Caieta. in ver. contritio, die festo non tenetur quis sub præcepto conteri de mortali, semper tamen tenetur, vt non placeat peccatum sibi.

Dominicus dies quomodo Christianus habendus. Nota.

DE DOMINIO.

- 1 Dominium quid sit.
- 2 Dominium quotupliciter accipiatur.
- 3 Dominium quomodo iuste acquiratur.
- 4 Civitas dominium sibi eligere an possit.
- 5 Dominus sine aliquo vel iusto titulo an obediendum sit.
- 6 Dominus quando teneatur pro facto familia. & num. 7.
- 8 Domini in exigendo collectas indebitas peccant, & an ultra consuetum possint aliquid exigere. num. 9.
- 10 Index quando pœnam iuris minuere, vel relaxare possit.
- 11 Depradato quando villa teneatur.
- 12 Domini an possint aliquid accipere mutuo, vt dent officium.
- 13 Domini si gratis officium exhibere teneantur, an aliquid possint recipere.

Dominium, à quo dominus dicitur, nominat ius habendi, possidendi, fruendi, vtendi, ac disponendi de aliqua re pro libito voluntatis, vel secundum aliquem determinatum modum, secundum quod communiter definiunt canonistæ.

¶ Dominium quatuor modis acquiritur. Primo auctoritate legis naturalis, vt cum ea quæ nullius sunt, sunt occupantis: Insti. de re. diuis. §. Singulorum. Secundo principis auctoritate, vel habentium potestatem à principe, qui potest iniusta causa rem alicuius ab eo auferre, & alteri dare, vt not. communiter doc. in ca. Quæ in ecclesiarum. de consti. Tertio per cōsensum illius cuius est, vt per donationem, permutationem, veditiōem, &c. Quarto iure ciuili. s. vsucapione, prescriptione, adoptione, de portatione, cessatiōe, & huiusmodi.

4

ff. de

*Beñam in
stom est
causa de
manij ali-
cuius rei.*

3 *f* de acq. re domi. l. i. in gl. Differentia tamen est inter spi-
ritualia, & corporalia: quia in spiritualibus, ex solo titulo, si-
ne traditione, dominium transit in alium: tex. est in c. Si i-
bi absenti, præben. lib. 6.

3 *f* Dominium iuste acquiritur. Primò legitima successio-
ne. Secundò electione, vel consensu populi habentis facul-
tatem eligendi dominium. Tertio superioris institutione,
ad hoc habētis potestatem. Quarto emptione, permutatio-
ne, donatione, præscriptione, vel aliquo alio iusto titulo.
Quintò ex acquisitione belli iusti, & qui non his modis in-
trat, non est verus Dominus, sed fur est. & latro, teneturque
resignare, si potest, sine notabili periculo animarum, cor-
porum, vel rerum, & ad restitutionem omnium reddituum
habitorum ex tali dominio, & de damnis, maleficijs, & hu-
iusmodi. 33. q. 5. cap. si non licet. Nec potest absolui, si non di-
sponat se ad huiusmodi. ar. de pœn. d. c. 5. falsas. Idem dicas
de horum dominorum officialibus, qui neque salarium pos-
sunt recipere, nisi quando eorum officium est. Reipub. ne-
cessarium, de quo in cap. literis, de restitu. spolia.

*Cōuetu-
do dat in-
iurisdic-
tionem.*

4 *f* Civitas nulla potest sibi eligere dominum, quia esset
in præiudicium superioris, nisi haberet ex consuetudine,
vel privilegio ius eligendi, quia consuetudo dat iurisdic-
tionem. cap. Dilecti. de arbit. Intellige de subiectis alicui domi-
no. Neque dominus potest componere super iure superio-
rum, & subditorum, ipsis non consentientibus, secundum
Pam. in c. si. de maio. & obe.

5 *f* Dominis nullum titulum, vel iniustura habentibus,
subditi non tenentur obedire, secundum Tho. 2. 2. quæstio.
194. art. vlt. ad vlt. Nisi fortè per accidēs ratione scandali vi-
tandi. Secus quādo habet iustū titulum, & præcipiunt iusta

6 *f* Quando familia alicuius domini deliquit in aliquo offi-
cio, vel ministerio, in quo dominus eius opera utebatur, te-
netur tunc pro facto familiae. Et multò magis si res rapta
venit ad ipsum, vel mandavit, vel ratum habuit, secundum
Pam. in c. de restitu. spolia. & c. Cum ad sedem. Nam impu-
tetur ei si non præposuit honestam familiam, ut in l. ff. de
pub. §. familiae. Idem dic de præpositis alicui territorio, vel
super vectigalibus, & huiusmodi. Dicit tamen Bar. in d. §. fa-
milie quòd exhibendo malefactores, liberantur. Idem quan-
do domini locorum vel præpositi sciunt maleficia, & pos-
sunt prohibere, & non prohibent, tenentur. C. de fal. mo. l. i.
Secus quando nesciunt, vel non possunt.

7 *f* Tenentur

7 *f* Tenentur etiam secundum Thom. in epistola ad Duc-
braban. de gravamine, si dederunt officia, gabellas & huius-
modi personis, de quibus præsumebatur quòd non essent
viles, vel iustæ si hoc fecerunt scienter, vel ex negligentia. Si
etiam vendidit tanto pretio, quòd emptores recuperare
nò possint sine gravamine subditorum, quia in vtroque ca-
su tenentur de damno sequuto. Aliàs vendere huiusmodi
officia licet, non tamen expedit, nec habet speciem boni,
sed potius deberet eligi officiales huiusmodi, ut dicit Tho-
mas, ibi, quia sic res melius succederent.

8 *f* Peccant etiam in exigendo collectas indebitas, vel cò-
tra pacta constituta secum, vel cum antecessoribus bona fi-
de, & sine coactione inita. Vel quando nimis gravant ad ar-
bitrium boni viri, rerum, ac temporum còditiōne inspecta,
etiam quòd quantitas non sit pacto determinata: vel si no-
na exigunt, iusta causa non apparente: vel si exigunt aliqua
instituta propter aliquid fiendum, quòd tamen non fit, ut
pro securitate viarum: & huiusmodi, & non tenentur secu-
rè. Si ad solutionem prædictorum cogunt subditos per se,
vel per alios, directè, vel indirectè, peccant tanquā prædo-
nes, & tenentur restituere. Spontè tamen oblata sine omni
fraude, possunt recipere. cap. Placuit. 1. q. 2. Similiter peccat,
& tenentur, secundum Gul. spoliantes subditos, volentes ad a-
lium locum, vel domum transferre se, nisi hoc esset ibi con-
suetum vel esset certum, quòd tale onus à principio in con-
cessione terræ expressè fuisset impositum, vel si usurpant si-
bi ea, quæ sunt communitatis, quia resignare tenentur, &
fructus restituere. c. Si re. 14. q. 6. Vel si non sinunt disponere
in morte peregrinos, vel non habentes consanguineos,
& huiusmodi, sed eis mortuis, testatis, vel intestatis, bona
eorum usurpant, quia tenentur restituere, vel pauperibus
erogare. Si à vasallis, vel aliis subditis servitia personarum,
iumentorum indebita exigunt sine mercedis solutione: vel
si cogunt ad vendendum, quando pretium est vile, & emē-
dum quando est carum: vel quando non cogunt ad satisfa-
ciendum eos, qui sunt de sua familia: vel concedunt dari ad
usuram, quando non expedit, secundum Ioan. de Neapol.
quol. 10. Vel si taliant Indæos, nihil præter usuras habentes
secundum Pet. de Palma. tenentur restituere eis à quibus Iu-
dæi extorserunt. Et dicit Zab. in cap. Post miserabilem de
usu. quòd possunt cogere Indæos ad restituendum usura-
ras, & si sint negligentes, Iudex ecclesiasticus procedet.

*Principes
peccat per-
mittentes
Indæos
usurarios
sine neces-
sitate.*

Etiam

Etiā dicit Vuenam, quòd si non compellunt vsutarios, vel Iudeos ad restituendum vsuras cū possunt, tenetur ipsi restituere, etiā si ad eos nihil peruenit. Intelligit tamen, quando non est bonum eos tolerare.

9 ¶ Domini aliquando possunt vltra consuetā aliquid exigere, secundum Ray. Host. & Thom. supra. Primò, pro defensione suæ terræ, si aliter facere non possunt, quia ad hoc tenentur subditi, non solum de rebus, sed corporaliter laborare, vt sic saluent, c. Fortitudo. 23. q. 3. Secundò, quando iubente Principe vel Ecclesia, vult ire contra hæreticos, vel infideles, nec propriæ expensæ suppetunt, potest à subditis moderatum subsidium petere. Tertiò si in bello ex parte sua iusto captus, vult se redimere, & non potest absque graui damno. Quartò, si vult adire principem, pro sui, & suorum vtilitate, & commodè expensas facere non potest, & pro alia simili causa iusta potest moderatum grauiamen imponere. capit. Vnio. Io. q. 3. & capit. Cùm Apostolus, de cen. Si autem absque causa iusta extorquet, vt pro ludo, pompis, & huiusmodi, restituere tenetur. De his confessores eos interrogat, nec absque satisfactione absoluant.

10 ¶ Si iudex habeat plenariam potestatem, & parti non fiat iniuria, neque communitati noceatur: quia ex hoc nulum malum oritur, potest pœnam iuris minuere, vel totaliter relaxare, faciendo misericordiam merenti, pœnam pro dilecto: non autem quando non est habens plenariam auctoritatem, vel quando pars offensa petit ius, vel quando hoc cederet in malum. Recip. quia alij non verebuntur talia facere, secundum Thom. 2. 2. q. 67. articu. 4. & Panor. in capitulo 2. de emptione & venditione. Et tamen dicit, quod iudex potest ex causa mitigare pœnam, etiā statuti. Intelligit modo prædicto. An domini temporales possint officia vendere, vide infra officium, numero 1. supra Dominus. nu. 7.

11 ¶ Si statuto cauetur, vt villa teneatur deprædato ibi, si deprædatus probauerit violentiam sibi factam, stabitur eius iuramento de reb. amissis. secundum Pan. in c. Super eo. de his quæ vi me. Non autem si non potest probare violentiam, saltem per violenta indicia.

12 ¶ Domini non possunt accipere mutuò ab aliquo, cum pacto, quòd accipiens officium aliquod: quia vsurarium est pro mutuo accipere officij potestatem. Propterea ei dant occasionem

Casu quādo princeps potest aliquid exigere in consuetum.

occasionem peccandi, & ipsi officio taliter acquisito tenentur resignare. Si autem gratis mutuarēt, postmodum officia darentur, vel prius darentur officia, & post mutuant, vt de officio possent accipere, esset licitum, secundum Th. ad Ductillam, supra.

13 ¶ Domini, & officiales non possunt aliquid recipere, quando tenentur gratis officium exhibere, quia prohibetur eis accipere. l. fin. C. ad l. Iul. de amb. infra, Iudex. §. 6. Domini iustitiam facere, & oppressos defendere, publica peccata, præcipue blasphemias, de suo dominio abradere, pro posse tenentur.

Vsurarium est pro mutuo accipere officij ali-quod.

DE DONATIONE.

- 1 Donatio quid sit, & quotuplex.
- 2 Donatio causa mortis quadrupliciter dicitur.
- 3 Donare quis possit, & quis prohibeatur.
- 4 Donatio an fieri possit absentis.
- 5 Donatio tenetur de euctione donatario.
- 6 Donatarius quando restituere teneatur.
- 7 Donatum Ambasiatori cui acquiratur.
- 8 Donatarius an teneatur restituere si res donata pluri valoris fuerit quàm specificatum fuerit in donatione.
- 9 In donatione temporalium an veniant spiritualia.
- 10 Donatio mera ex pœnitentia donantis non reuocatur. Aliàs tamen pluribus de causis reuocatur. num. 11.
- 12 Donatio facta sub modo non reuocatur.
- 13 Donatio si fiat Ecclesie sub certo modo, & episcopus nō seruat modum, an reuocari possit.
- 14 Pactum in donatione positum quando operetur.
- 15 Prohibitus donare vno modo an etiā alio prohibeatur.
- 16 Donatio Constantini an vna fuerit remissiuè.
- 17 Donatio causa mortis in quibus à legato differat, & quomodo reuocatur. num. 18.
- 18 Donatio causa mortis quomodo reuocatur.
- 19 Donare potest qui testamentum condere potest.
- 20 Donatio causa mortis in quibus personis non teneat.
- 21 Donatio inter virum, & uxorem an valeat, & in quibus casibus. num. 23.
- 22 Donatio facta uxori mandante viro non tenet.
- 24 Donatio inter coniuges inualida an firmari possit.
- 25 Donatio de futuro inter sponsas an valeat.
- 26 Donatio inter coniuges multis modis reuocatur.

- 27 Donatio propter nuptias soluto matri. ad quem reuocatur.
 28 Donatio propter nuptias ad quid valeat.
 29 Matrimonium si solvatur aliter quam per mortem, an vir lucrabitur dotem.
 30 Statuto cauente vt premoriente altero coniugum alter premoriatur, de qua morte intelligatur.

Donatio
inter vi-
uos, &
causa mor-
tis, qua
fit.

Donatio, secundum Thomam sententiarum dist. 18. art. 2. est datio liberalis, siue irredimibilis, re compensationem non intendens, quae secundum Azonem in summa, est duplex, scilicet, donatio inter viuos, & causa mortis. Donare inter viuos, est, quando rem quam dono, potius habere volo aliam, quam me: sed causa mortis est, quando volo me potius habere, quam alium cui dono, quem magis volo habere, quam heredem meum, secundum eundem Azonem. Et quando alia causa in donatione est, quam liberalitas; potius dicitur re compensatio, quam donatio, secundum Panor. in rub. eo. tit.

1 ¶ Donationum inter viuos prima dicitur absoluta, secunda conditionalis, tertia modalis, quarta remuneratiua. ff. de donatio. l. 1. C. de donatione sub mo. l. 1. & 2. quae non reuocatur causa ingratitude, cum mera donatio non fit.

Donatio
quibus
prohibe-
tur.

3 ¶ Omnis qui habet rei dominium, vel proprietatem, & iure non prohibetur, potest donare, (& non loquor nunc de donatione remuneratiua,) sed 22. generibus personarum prohibetur huiusmodi donatio. Et primo illis qui non sunt mentis compotes, vt furiosis, & huiusmodi in electis. Si furiosus, de homici. Secundo, prodigis, in l. 1. ff. de cur. furio. Tertio, minori viginti quinque annis. C. si maior. fa. ra. ha. l. vltima. Quarto filius familias. ff. de donatio. l. Filius familias. Fallit in aliquibus casibus, vt si est in dignitate, vel filius senatoris. Vel si pater dedit liberam administrationem, vel peculium Castrense, vel quasi, &c. Vide Innoc. in c. Grandi. de sup. ne. pre. lib. 6. & d. l. filius familias. Quinto, his qui non habent proprium, vt seruis, religiosis, & huiusmodi c. Non dicatis. 12. q. 1. nisi de licentia superioris, vel habeant legitimam administrationem, vt ex iusta causa donent: in d. l. Filius familias, & 12. quaest. 1. quia cap. Tua, de his scilicet quae seruando seruari non possunt, supra, Alienatio. §. 3. Sexto, abbatibus, & aliis prelatibus, nisi habeant administrationem, vt de filio familias dictum est, & generaliter nulla persona ecclesiastica potest donare bona immobilia, vel mobilia preciosa, supra, Alienatio. §. 3. Septimo, uxori nil ultra dotem habenti,

habenti, potest tamen facere elemosynam, vt dicitur infra. Elemosyna. §. 6. Octauo, qui crimen laesae maiestatis commisit, le. si. C. ad l. Iul. maiest. Nono, haereticis, quorum bona ipso iure sunt confiscata. c. Secundum leges, de haere. libr. 6. Decimo, contrahentibus in caestas, scilicet inter ascendentes, vel descendentes, aut nefarias, scilicet inter collaterales, vel iniuriles alias prohibitas nuptias, quia de iure bonorum suorum dominium perdunt, in d. c. Secundum leges. Undecimo, illi qui in aliqua re cadit in commissum, quia quod commissum est, statim definit esse illius, qui crimen contraxit. Duodecimo, illi qui capitale crimen commisit, propter quod eius bona veniunt publicanda, post condemnationem donare non potest, licet ante possit. l. Post contractum. ff. de do. supra Alienatio. num. 20. Decimotertio, militi, qui concubinae, vel meretrici donare non potest. l. 2. C. de don. inter vir. & vxor. Idem dicitur de clerico, doctore, & aduocato, qui dicuntur milites, per not. in l. Miles. ff. de sent. & re iud. Vide tamen Cy. in d. l. 2. quomodo intelligitur, milite, non opere, luxu, vel dignitate. Decimoquarto, viro erga uxorem, etiam est e contra, vt infra dicitur. Decimoquinto, patri, qui filio ac filiae donare non potest, quia censentur vna persona. Fallit tamen in casibus nonnullis. Vide Gloss. in l. Pater. C. de inoffi. dona. Decimosexto, qui dominium in re non habent, donare non possunt, fures. Nemo enim plus iuris in alium transferre potest quam ipse in re habeat, in l. Nemo. ff. de re iud. Decimosextimo, prohibetur donatio pro quacunque causa illicita, quae a lege punitur, siue pro adulterio, siue pro alio crimine, & sic intelligitur l. Affectionis. ff. de dona. Decimo octauo, quilibet donare prohibetur ultra 50. solidos. l. pe. C. de dona. Quod tamen intellige sine insinuatione praecedente. Fallit nihilominus in septem casibus. Vide Tab. ibi, §. 1. casu 14. Decimonono qui sunt ex donatione impotentes ad soluendum debita, non possunt donare. Vigesimo, qui donant Iudicibus, praesidi, seu aliis officialibus, quibus constitutum est proprium salarium, pro aliquo beneficio tempore suae administrationis praestito, puniuntur. l. si. C. ad l. Iul. Si tamen occulte donant, secundum Gloss. exceptis esculentis, & poculentis, quae in paucis diebus possunt consumi. infra. Iudex. num. 6. Vigesimo primo, qui visitatoribus, vel eorum famulis aliquid donare volunt, vide infra. Visitatio. num. 3. Vigesimo secundo, illi quibus per statu-

Nulla pec-
sona ec-
clesiastica
potest do-
nare bona
immobilia
vel mobi-
lia pre-
tiosa.

ta municipalia est prohibitum, nisi cum certo modo donare.

4 ¶ Donatio fieri potest absenti, siue mittendo per nuntium rem donatam, siue iubendo, ut rem quam habet de tuo penes se teneat pro sua, non ante ignorati. l. Absenti. ff. de dona. Fallit tamen quando donans mittit per seruum donatarij, ea mente, ut statim fiant sua. in d. l. Absenti.

5 ¶ Donans tenetur de euictione donatario, secundum Azo. si de ea fuit promissum, secundum Gl. Inst. de do. §. Alia, vel cum donatio coepit a pactione, vel promissione, tunc potest agi. in l. Aristo. ff. de dona.

6 ¶ Quando donans donare non potuit, donatarius tenetur restituere, ut ex supradictis constat.

Donatio in intuitu personae quomodo est intelligenda.

7 ¶ Donatum ambasiatori ratione personae, illi acquiritur. Facit l. Socium. ff. pro socio. §. 1. Si vero donatur ratione officij, acquiritur domino. ff. de Cast. pet. l. Si forte. In dubio autem, secundum Pa. in c. postulastis. de concess. praeb. debemus attendere qualitatem doni, quae si conueniat ambasiatoris personae, ut est vestis, & huiusmodi, iudicabitur pro ambasiatore. Si autem conueniat domino, ut esset donatio leonis, vel huiusmodi, erit domini. Si vero ambasiator prius erat notus, videbitur donatum esse intuitu non officij, sed personae.

8 ¶ Quando donans, vel legans, dicit, dono, vel lego Titio talem terram, in tali loco, quae est perticae C. Vel lego uxori meae talia iocalia, quae valent mille aureos, & tamen terra inuenitur 200. perticarum, & iocalia duo mille, secundum Pa. in c. per tuas. de don. donatarius non tenetur illud plus restituere. Neque quando minus valerent, quam fuerint aestimatae, potest residuum petere, quando res donata, est specificata. l. Demonstratio. ff. de cond. & demonst.

9 ¶ Si donans dicat: Do tibi villam meam, & omnia iura mea, quae in illa habeo, propter hoc non donat iura spiritualia, ut ius patronatus, & decimarum, secundum Pan. in c. Sedes. de refer. secundum Inn. c. Ex litteris. de iure patr. Quia hoc signum omnis, non se extendit ad ea quae sunt alterius iuris, & naturae. Secus quando aliquis habens simul temporalia, & spiritualia iura, cum omnibus pertinentiis suis, sicut est praebenda, quae simul habet possessionem, & decimas, quia tunc omnia simul transeunt, concor. Host. in d. c. ex litteris.

10 ¶ Donatio mera ex poenitentia donantis non reuocatur.

an.

an. in c. Verum. de cond. ap. Et dicit Bar. in pr. ff. de pac. quod per poenitentiam donatio non reuocatur.

11 ¶ Donatio mera potest reuocari propter multas causas, ut colligitur ex c. si. de do. Et primo propter defectum causae, ob quam fuit facta donatio. cap. Quod a te. de cl. coniu. Secundo propter conditionem adiectam. d. c. Verum. Tertio propter dari enormitatem, ut cum parer tantum donat, quod euacuatur haereditas filiorum. c. Si quis irascitur. 13. q. 2. Quarto, quando donatarius manum violentam iniecit in donatorem, vel si atrocem iniuriam fecit, scilicet verberando, fugando, vel carceri mancipando, vel huiusmodi: vel graue damnum rebus intulit donatoris, etiam citra maiorem partem substantiae: vel inferre tentauit vitae periculum, licet effectus non sit securus: vel si non seruauit conventiones factas in donatione. Haec supradicta habentur, in l. si. C. de reuo. dona. Adiunge alium casum, secundum Glo. ibi, si donatarius neglexit alere donatorem inopem quando donatio fuit in magna rerum quantitate, secundum Cy. in d. l. si. In praedictis casibus reuocatur donatio per donatorem, non per haeredes: in c. si. de don. quando ingratitude commissa fuit in donatorem, & non in haeredes, secundum Pa. in d. c. si. Quinto quando praesumitur de voluntate donatoris, ut quando post donationem nascuntur filij. Sed quia circa hoc sunt variae opin. vide decisionem Pa. & Io. An. in d. c. fin. & Bart. in l. Titia. de lega. 2. §. Imperator. Sexto quando est contra voluntatem donatoris ratione inofficiositatis, de qua vide Bar. in l. si ut allegatis. C. de inofficio. donat. Intellige praedicta etiam si donatio sit iuramento firmata, & in ea sit apposta conditio, quod non possit reuocari, etiam propter ingratitude, quia hoc est contra naturalem aequitatem. l. Ex eo. C. de inut. stipula.

12 ¶ Donatio facta sub modo non reuocatur, etiam si modus talis non interueniat, quando. s. talis modus non est principalis causa, vel finalis, sed magis impulsiva. Facit l. Mauiam. ff. de manu. test. Nisi sit expressum, quod reuocetur, vel alteri detur, tali modo non existente. Secus si modus fuit principalis, vel finalis causa ipsius contractus.

13 ¶ Si donatio sit facta Ecclesiae sub certo modo, & solus praelatus non seruauit modum, secundum Vin. in d. c. Verum. non potest reuocari, quia delictum praelati, non nocet Ecclesiae, in regula delictum. lib. 6. Secus si praelatus cum capitulo. Secus etiam quando esset sub conditione, quia si solus praelatus

Donatio quando reuocari possit.

prælatus non feruat, donatio non tenet, quia in acquirendis solus prælatus potest nocere, non autem in acquisitis. vt no. Inn. in c. Fratèrnatem. de dona. Et no. quod quando dicitur quòd possit reuocari, quòd requiritur sentètia, secundù Inn. in d. c. Verum. & Host. quamuis alij dicant contrarium, sed primum verius, nisi diceretur, quòd propria autoritate possit reuocari, nisi esset effecta sacra. l. Si quis curialis, C. de epif. & cler.

14 ¶ Si quid donatum sit Ecclesiæ, vel altari cum pacto alienari non possit, secundum An. de But. in d. c. Verum, si pactum positum est post contractum donationis, vel ante contractum, id est, ante traditionem, & post obligationem, nihil operatur tale pactum. Si verò opponitur tempore contrahendæ obligationis, & tunc si reseruat sibi aliquod ius in re, vel alteri, non valet alienatio. Si verò nec sibi, nec alteri reseruat, tunc si sequatur alienatio valet, sed ager qui pactum apposuit ad æstimationem. l. Ea lege. C. de cond. ob causam. Quòd si apponitur pactum de re non alienanda, non valet tale pactum, nisi paciscentis intersit de non alienando, quia tunc ager ad interesse. l. pen. C. de cond. ob cau. Et hoc verum in priuato, in ecclesia si alienet, semper videtur interesse dantis, cum tali pacto de non alienanda, quasi sit fauorabile animæ dantis, nisi alienaret pro necessitate, quia aliter prouideri non potest, vel alienaret ob causam magis piam, secundum Ant. de But. supra. Quamuis aliqui contrarium teneant. Primum tamen melius, quia sic secundum rectam rationem debuit voluisse donator.

Remuneratio non est proprie donatio.

15 ¶ Prohibiti donare donatione mera, vel conditionali, vel modali, non prohibentur donare donatione remuneratiua, quia non proprie donatio est, vt not. in cap. Si quos. 12. q. 2. Nisi prohibeantur donare, eo quòd non habent administrationem, de quibus supra dictum est, vel quia non potest donare, nisi in damnum aliorum, & talis donatio remuneratiua non potest reuocari, sicut aliæ, secundum Pan. in d. c. si. quia iura scripta de donatione, non habent locum de remuneratiua.

16 ¶ De donatione Constantini erga ecclesiam, an fuerit, quia non est multum ad propositum, vide si placet Arch. Fl. 3. par. tit. 13. c. 5. & Pan. in cap. Per venerabilem. Qui fil. sine legi. col. 2.

17 ¶ Donatio causa mortis, est quasi instar legatorum. Differt tamen in aliquibus, differt etiam à simplici donatione, quia

quia hæc pœnitentia reuocatur, illa non, l. Qui mortis causa. ff. eo. tit. Hæc quinque testes requirit, illa duos tantum. l. si. C. eod. tit.

18 ¶ Donatio causa mortis reuocatur, secundum Gl. l. Non Reuocatio donatio donator. ff. si cer. pe. Primò, si prius moriatur donatarius quam donator. Secundò, si illum pœnitet donasse. Tertiò, si cesset conditio, sub qua est facta donatio. Si verò iurauit non reuocare, adhuc potest. Primò, ex noua causa. Secundò, si donauit omnia bona præsentia, & futura, quia iuramentum est repetit. ff. de verb. obl. Petet tamen prius absolutionem iuramento. Secus quando donauit omnia bona, non facta mentione de futuris. l. si. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. obl.

19 ¶ Quicumque testamentum condere potest etiam potest donare causa mortis, tamen filius familias, etsi nõ possit facere testamentum, etiam patre iubente, donare tamen potest causa mortis patre permitrente, l. Tam is, ff. eo. ti. Et quicumque prohibetur donatio inter viuos, prohibetur etiam causa mortis, quia à quo remouetur genus remouetur & species; in d. l. filius familias, §. Pari ratione. Sicut à superiori ad inferiorius negatiuè, secundum logicum consequentia tenet. *A quo remouetur genus, remouetur & species.*

20 ¶ Donatio facta causa mortis non tenet in eo, qui commisit crimen capitale, siue antè, siue post fiat, cum testamentum rumpatur, & omnia publicentur. l. si aliquis, ff. eod. tit. Tenet tamen in re donata vxori ante reatum commissum, & non postea. l. Cum hic status, ff. de do. inter vir. & vxor. §. si maritus. Est etiam text. cum glo. in l. Res vxoris, C. de don. inter vir. & vxor.

21 ¶ Donatio simplex, de qua dictum est, non valet inter virum, & vxorem constante matrimonio, quia lege prohibetur, ne mutuò inuicem spolientur reb. ob mutuum amorem. Ideo non tenet, etiam si per interpositam personam fiat, l. si sponsus, ff. eod. tit. Nec valet remissio debiti, vel assignatio debitoris, quia habent rationem donationis. Secus in donatione remuneratiua, quia non prohibetur, l. Quod autem, ff. eo. tit.

22 ¶ Si volenti mihi donare centum causa mortis, mando vt donet vxori meæ, non tenet donatio, quia videtur ac si ego vxori meæ donarem. Idemq; ff. eo. tit. Secus si mando vt leget, quia legatum non facit donationem, cum non transferatur dominium, sicut in donatione etiam causa mortis, licet possit reuocari, l. 2. ff. eo. tit. *Legatum non facit donationem.*

23 ¶ Quamuis donatio inter virū & vxorem non sit communiter licita, tamen in quibusdam casib. licet. Primò, si imperator donat coniugi, vel econtra, l. pe. C. eo. ti. Secundò, si dans, dat pecuniam propter refectionem ædium combullarum, l. q. si vir, ff. eo. tit. Tertiò, quando donans ex hoc non fit pauperior, licet aliter fiat ditior. l. Sed & si constante. ff. eo. ti. Quartò, quando recipiens non fit ditior, licet dans fiat pauperior. d. l. Quod autem. Quintò si donatur in tempore finiri matrimonij, vt s. res fiat alterius morte sequuta. l. Sed iurerim. ff. eo. ti. Sextò, quando donatur causa mortis cuiuscunque speciei sit. d. l. Sed interim, nisi fiat q. nullo modo reuocetur, quia non valeret, secundum Gl. in d. l. Interim. Septimò, quando donat vxori causa honoris, vel dignitatis adipiscendæ. l. Quod adipiscendæ. ff. eo. tit. Octauò, si maritus constante matrimonio remittat vxori promissam dotem in totum, vel in partem, secundum Bart. in l. Si constante. C. de do. ante nup. Adde secundum Host. si ad sustentationem sui, vel suorum vir donet vxori annuum, vel mensuum, vsque ad fructus dotis.

24 ¶ Donatio inter coniuges inualida potest firmari. Primò, per iuramentum, secundum Pa. in c. Donatio. eod. tit. Qui dicit quòd hæc est communis opinio, nec tale iuramentum est contra bonos mores naturales. Vide ipsum in c. Cum contingit, de iureiur. vbi dicit, quòd non est contra bonum publicum, neque continet aliquam turpitudinem ex parte iurantis. Secundò firmatur morte donantis, & non reuocantis, tacitè, vel expressè. in d. c. Donatio. Si tamen non sit vltra quingentos solidos, siue aureos, quia si esset vltra, & sine insinuatione, non confirmatur, nisi in morte approbauerit, quo casu valebit, vt legatum, quod insinuatione non indiget, secundum Glo. in d. c. Donatio. Tertiò, si fuit facta simplici promissione; nisi traditio in vita donantis interueniat. l. Quòd scio. C. de do. cau. non mi.

25 ¶ Donatio inter sponfos de futuro. secundum Gl. in d. Donatio, valet, etiam si matrimonium postea eodem die contrahatur. l. Inter eos. ff. eo. tit.

26 ¶ Donatio inter virum & vxorem, multis modis reuocatur. Primò quando donantè pœnitet. l. Cum hic status. ff. eo. ti. Secundò, per alienationè rei donatæ. C. eo. tit. l. Si maritus. Tertiò, quando donas rem donatã pignorat, & nil aliud exprimit. d. l. Cum hic status. Quartò, si præmoriatur donatarius. d. cap. Donatio. Similiter si ambo simul moriantur, secundum

condam Glo. ibi. Idem si simul capiantur ab hostib. & nullus redeat, quia videntur simul interiisse, secundum AZO. Quintò, quando fit diuortium ex displicentia, nisi aliter appareat voluisse donationè valere. l. Si interim. ff. eo. ti. Quædam alia vide in d. l. Cum hic status, & d. c. Donatio. De præsumptione donationis vestium, & c. Infra, Peculium. §. 17.

27 ¶ Donatio propter nuptias, soluto matrimonio reuertitur ad virum. l. fi. C. de do. ante nup. vel propter nup. sicut dos ad mulierem reuertitur. l. Vnica. C. de re. vxo. act. nisi pactum aliter habeat, tamen consuetudo locorum est seruanda, vt not. in d. c. Donatio.

27 ¶ Donatio propter nuptias ad hoc tantum valet, nisi aliter paciscatur, vt vxor sit de dote securior, secundum Glo. in d. l. fi. Nam vir res suas alienat cõsentiente vxore, sed mulier non potest renuntiare obligationi pro iure suo, quod in donatione propter nuptias habet, nec eius cõsensùs valet. C. ad Velle. auth. Siue auia, nisi interueniat iuramentum in c. Licet, de iureiur. lib. 6. Aut q. vxor post biennium cõsentiat secunda vice, & q. tãtum sit in facultatib. viri, vt indemnitatibus viri possit cõsuli pro tempore toto, quo vxor agere potest, vt no. in d. Authen. Siue auia. Vel per tres annos tacuerit, licet in secundo non cõfesserit, vt no. Pa. in c. Peruenit, de ven. & emp.

29 ¶ Si soluatur matrimonium aliter quàm per mortem, pactum vel consuetudo facere non poterit, quòd vir lucretur dotem, secundum Host. vt not. in d. c. Donatio.

30 ¶ Si statuto cauetur, vt moriente altero coniugum alter superueniens lucretur dotem, vel donationem propter nuptias, intelligitur de morte naturali tantum, non autem de spiritali, quæ fit per religionis ingressum, immò nec posset statuere, q. mulierè intrãte religionem, vir partem dotis lucraretur, quia esset in grauamen libertatis religionis dotis diminutio, quod no. l. i. ff. Quam re. ac. non da. Secus si pacto fiat, vt altero moriente, alter lucretur, quia tunc per ingressum religionis pactum manet validum. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Non præsumitur donatio, sed mutuum vel depositum, si dixerò Titio, Tolle hanc pecuniam, quia nemo præsumitur suum iactare, de renun. c. Super hoc.

D E D O T E.

- 1 Dos quid sit.
- 2 Iuramentum factum à filia de non repetenda amplius dote à patre, an teneat.
- 3 Dotis

- 3 Dotis dominium penes virum est durante matrimonio.
- 4 Dos aduentitia, & profectitia qua sit.
- 5 Dotis lucrum cuius sit, itemq; damnum, & fructus.
- 6 Dotare filiam an teneatur pater, & quando.
- 7 Frater tenetur dotare sororem ex eodem patre natam.
- 8 Vir ante contractum matrimonium potest uxorem dotare.
- 9 Vir potest uxorem sine dote accipere, & sic acceptam an alere teneatur.
- 10 Feudum an possit dari à vassallo in dotem.
- 11 Maritus potest uxorem repellere non soluta dote sibi promissa.
- 12 Dotem donare non potest mulier constante matrimonio.
- 13 Mulier si iuravit nō alienare, & postea alienat cum iuramento de non contraveniendo, cui iuramento stetur.
- 14 Mulier à viro per iudicem ecclesiasticum propter adulterium separata, an perdat dotem.
- 15 Mulier si committat dotem propter adulterium, & postea probatur matrimonium nullum, an recuperabit dotem.
- 16 Mulier ingrediens balneum cum alio viro, & vir cum alia muliere, vnus perdit dotem, & alter donationem.
- 17 Vidua petens dotem à fratre mariti, quomodo repellatur.
- 18 Pater si non est stipulatus dotem restitui propter adulterium, perdit illam.
- 19 Maritus expellens uxorem propria autoritate adulterio non stante notorio, soluet mutuum quod accepit pro alimentis ante sententiam.
- 20 Maritus uxorem in adulterio inuentam interficiens, perdit dotem quam propter adulterium debebat lucrari.
- 21 Extraneus constituens dotem mulieri si non stipuletur dotem sibi reddi soluto matrimonio, an ad ipsum reuertatur.
- 22 Pater an teneatur iterum dotare filiam, si ipsa perdat dotem sine culpa.
- 23 Fructus pignoris ratione dotis non computantur.
- 24 Uxor stante matrimonio in quibus casibus possit dotē repetere.
- 25 Dos consistens in reb. immobilib. statim soluto matrimonio solui debet, si in mobilibus, infra annum.
- 26 Priuilegia dotis qua sint remissiuē.
- 27 Ecclesia an se introuertere possit de dote viduarum, vel mariti petentis dotem sibi promissam.
- 28 Confessio dotis sine numeratione non valet.

DOs, vt colligitur à canonistis, in c. Raynutus, de test. est quod datur viro ab uxore, vel ab aliquo eius nomi-

ne, pro oneribus matrimonij subeūdis. Et est dos proprium mulieris patrimonium, tandiu durans, quandiu matrimonium, quo soluto soluitur, quia sine eo esse non potest. ff. de iur. dot. l. 3. oportetq; matrimonium contractum esse de iure, & de facto, vt dos dicatur. d. l. 3.

1 ¶ Pactum factum à filia dum nuptui traditur, quòd de dote contenta nullum regressum habebit ad bona paterna, licet lex ciuilis improbet, tamen si firmatur iuramento facto non vi, neque dolo, seruari debet. c. Quamuis, extra, de pact. lib. 6.

2 ¶ Quandiu matrimonium durat, dominium dotis est penes virum, secundum Glo. in l. denique, ff. de mino. Vnde ex ea vxor eleemosynam facere non potest, sed eo soluto redit ad uxorem, vel eius haeredes. C. de pac. conuen. l. pe.

3 ¶ Dos profectitia est, quæ à patre, vel à superiore aliquo de linea patris, tanquam à patre proficiscitur. ff. de bonis eius, vel ab alio nomine patris, ipso ratum habente. Neque refert an filia sit in potestate patris, vel emancipata, quia prima potestas facit dotem profectitiam, sed nomen patris, quia si pater daret, vel alius, nomine alterius quam patris, non diceretur profectitia, sed aduentitia, quæ est alia species dotis, quæ aduenit nomine alterius quam patris. ff. de iur. dot. l. Profectitia.

4 ¶ Si dos datur aestimata, damnum, lucrum, & fructus sunt mariti: si verò inæstimata, damnum, & lucrum sunt vxoris, fructus verò mariti. ff. de iur. dot. l. plerunque. si tamen sustinet onus matrimonij. Ideo foetus animalium sunt mariti, nō autem ancillarum dotalium, qui nomine fructuum non censentur in d. l. Plerunq; & alia quæ non computantur inter fructus, nec lapifodinæ, vbi lapis non renascitur.

5 ¶ Pater tenetur dotare filiam suo consensu nubentem, & cōtra eum potest implorari communiter Iudicis auxiliū, vt filiam doret. l. si. C. de do. promiss. quia non est minus favorabilis dos, quam alimenta. Si verò nupsit sine cōsensu patris, secundū Pa. in c. 1. de despō. impub. distinguitur, quia vel nupsit indigno turpi indignitate, & non indignitate imparis cōditionis, & tunc nō tenetur dotare, secundū Ant. de But. in c. Accedens, de procur. Si verò sit indignus, quia nō est paris cōditionis, minorem dotem poterit dare ex cōditione personæ. ff. de iur. dot. l. Cum post diuortiu. §. Gener. Aut elegit dignū, & tunc vel promissit dotē, vel nō, si secundò, non potest pater cogi ad dotem, nam pater cogitur, vt filia possit

maritum repetere. l. fin. C. de do. promif. & maritus tenetur eam alere in tali casu, secundum Inno. in cap. Per vestras, d. do. inter vir. & vxor. Sic ergo intelligendæ sunt gl. quæ dicunt patrem teneri. si filia promisit. Si autem promisit, vel nupsit post annos 25. & sic pater non potest filia aliquam culpam imponere, ex quo tanto tempore tardauit eam collocare.

Causa dotis fauorabilior est causa alimentorum.

Authen. vt cum de ap. cog. §. Si alicui. Aut contraxit ante 25. annum, & tunc secundum Pa. §. pater non potest sibi negare alimenta ex contractu talis matrimonij, cum in istis spiritualibus non sit in potestate patris. c. Si annuum, de iud. lib. 6. Fortius ergo tenetur dotare, quia causa dotis fauorabilior est causa alimentorum, vt no. Cy. in l. Non omni. C. de adm. tuto. De hoc habet Gl. 32. q. 1. c. fi.

Clericus potest dotare consanguineam inopem de bonis Ecclesie.

7 ¶ Frater tenetur dotare sororem ex eodem patre natam, secundum Pa. in c. peruenit, de arbi. quia sicut tenetur alimentare, à fortiori dotare, vt supra dictum est. Idem dicit à fortiori de clerico qui magis tenetur ad caritatem, cap. i. de empt. & vend. Et si non habet alia bona, de bonis ecclesie poterit eam dotare, & aliam consanguineam inopem, in c. 1. de cohabit. cle. & mu. Sicut potest eas alere, per c. Omni. no. confitemur, 31. dist. Intellige pro necessitate suæ conditionis.

8 ¶ Vir ante contractum matrim. potest vxorem dotare, l. C. de do. ante nup. Post verò non, secundum Pa. in c. Si necesse, de dona. inter vir. & vxor. Nisi plebeius reciperet nobilem in vxorem, quia tunc videtur donasse causa recompensandi in nobilitatem, secundum Gl. in d. c. si necesse, & Bar. in l. Diuortio, ff. sol. ma.

9 ¶ Aliquis potest vxorem sine dote accipere. Et si sic accipit, tenetur eam alere, secundum Inno. in d. c. Per vestras. Et si præmorientur relictis filiis, tenetur sibi quartam partem suorum bonorum relinquere, Arc. in gl. in auth. Quibus mo. na. effi. le. §. pe. Secus si non reliquit filios.

Vxor sine dote accepta quomodo alenda est.

10 ¶ Feudum potest dari à vasallo in dotem secundum Pa. in c. Nuper à nobis, de don. inter vi. & vxor. Intellige in quo filia succedit, non autem quando non succedit, secundum Ioan. An. in d. c. Nuper à nobis, infra Emphyteusis. num. ac. Rem autem emphyteuticam dare potest pater in dotem, sine consensu domini, secundum Spe. ti. de loc. §. Nunc aliqua non tamen plus iuris transfertur, quam ipse habeat. in d. c. Nuper, nec soluet laudemium, quia est necessaria alienatio, secundum Gul. & Bar. in l. Et ideo, ff. de cod. fur. Et dari potest etiam

etiam extraneæ. Et si inextimata detur, soluet laudemium, sed estimata tantum filia dari potest.

11 ¶ Maritus potest vxorem repellere non soluta dote sibi promissa, secundum Host. in d. c. per vestras, quia dos propter onera matrimonij sustinenda datur, in d. c. Per vestras. Ex quo concluditur quod non tenetur eam ducere, nisi soluat dos. si tamen eam sine dote ducat, tenetur eam alere secundum conditionem personæ vxoris, vt dicit Inn. qui suam personam tradidit, non tamen potest repellere quo ad redditionem debiti conjugalis.

22 ¶ Mulier constante matrimonio, dotem donare non potest. rex. in l. Astante. C. de don. secundum Gl. neque dos, vel donatio propter nuptias possunt alienari, etiam consentiente vxore, nisi interueniat iuramentum sine vi, & sine dolo sponte præstitum. c. Cum contingat, de iureiuran. libr. 6. Circa verò rem immobilem, si est extimata, vir eam alienare potest, quia est emptitia, nisi fieret extimatio, ad sciendum quantum esset deterior res soluto matrimonio. l. si inter. C. de iure do. Et in dubio præsumitur primo modo, vt Gl. ibi. Si verò non fuit extimata, non potest alienari, nisi in casu primo, dicto, scilicet vxore consentiente, & c. vel ex prouocatione socij ad diuisionem fundi dotalis, qui communem cum eo habet fundum. C. de fun. dota. l. fin. vel quando alienat simul cum vniuersitate, vel pro necessitate alienat, aut si in utilitatem vxoris conuertat, vel vxor consentiat post biennium, secundo. Hæc ibi. in d. l. fi. & l. 1. & d. c. Cum contingat. in gl. dummodo sint viro alia res, ex quibus ei consulere possit. C. ad Velle. authen. Siue à me.

13 ¶ Si mulier iurauit non alienare dotem, neque donationem propter nuptias, sine causa rationabili, & iudicis auctoritate, nec consentire alienationi, & postmodum consentiat cum iuramento de non contraueniendo, sine auctoritate iudicis, stabit primo iuramento, secundum Host. in d. c. Cum contingat. Et debet intelligi, quod non contraueniet propria auctoritate, secundum Host.

Dos quando amittitur ab vxore, & acquiritur viro.

14 ¶ Mulier propter adulterium, à viro per iudicem ecclesiasticum separata, perdit dotem. Si verò propria voluntate, vel maritus propria auctoritate adulterio existente notorio eam expellit, ipse lucratur dotem, non autem quando per iudicem secularem separatur, quia non est iudex eoperas. Ioan. An. in c. si. de fo. cõp. eodè modo dicit de viro adulterante, quia perdit donationem propter nuptias. Similiter vxor perdit donationem

donationem, quam debebat lucrari ex pacto facto soluto matrimonio. & parapherna. quamuis quantum ad hoc vltimum quidam teneat contrarium, quia sumus in pœnalibus, & appellatione dotis non veniunt parapherna. Hæc omnia intellige si tamen fuerunt reconciliati vel tantum alter peccavit, secus si ambo, etiam secretè. in d.c. Plerunque. Neque quando vir & vxor sciterunt, & tacuerunt, eorum hæredes possunt hoc allegare, quia finguntur reconciliari.

Mulier non debet violare neque matrimonium neque speciem matrimonij.

15 ¶ Si vxor amisit dotem propter adulterium, & post probatur quòd matrimonium nullum erat propter impedimentum, non recuperabit dotem. Non enim debuit violare neque matrimonium neque speciem matrimonij. Et hæc omnia eliciuntur ex d.c. Plerunque. tam ex tex. quàm Glo. vide ibi Panor.

16 ¶ Mulier ingrediens balneum cum alio viro, & vir cum alia muliere, perdit mulier dotem, & vir donationem. c. Nō oportet. di. 81. in Glo. Nisi vxor habeat filios, quia tunc filij habebunt dotem, quò ad proprietatem, & alia bona matris, secundum Io. And. in d.c. plerunque.

17 ¶ Vidua perens dotem à fratre mariti, repellitur per exceptionem de fornicatione. secundum Ioan. An. in d. c. Plerunque, fecit enim iniuriam defuncto.

18 ¶ Pater si nō est stipularus dotem restitui propter adulterium filia, perdit: non autem si est stipularus: quia tunc post mortem viri habebit dotem & non antè, quia nemo debet puniri neque lucrari ex alterius peccato, secundum Ioan. And. supra.

19 ¶ Maritus expellens propria auctoritate vxorem adulterio non existente notorio soluet mutuuum quod accepit vxor ante sententiam pro alimentis. Non notorium enim non priuat ipso iure, sed requiritur sententia. l. Post contractum. ff. de dona.

20 ¶ Maritus vxorem in adulterio repertam interficiens, perdit dotem, quam debebat lucrari propter adulterium secundum Bar. in gl. leg. Si ab hostibus. ff. sol. mat. nisi ex statuto, vel consuetudine liceat interficere. l. Quid ergo. ff. de le. 1. §. Si heres. Similiter si fuit in dolo, vel in causa suæ mortis. Idem dic de vxore aduersus virum, secundum Bar. supra. Nec obstat l. si quis in graui, quia ignoscitur ad minorem pœnam, non vt in totum reueletur.

21 ¶ Quando extraneus à muliere, id est qui eam nō habet in sua potestate, constituit dotem mulieri, & est stipularus dotem

dotem sibi reddi soluto matrimonio, ad ipsum dos reuertitur: sed si non fuit stipularus, dabitur mulieri, quia videtur ei donasse, vt est tex. no. in §. Accedit. l. vni. C. de rei vxo. act. Quòd si mulier ipsa de suo proprio constituit dotem, tunc ad eam dos reuertetur. Fingitur enim stipulasse. in d. l. vni. Si verò pater pro filia dotem cōstituit, & est stipularus, redibit ad ipsum, si non est stipularus sibi reddi, sed simpliciter constituit, si filiam emancipauit, erit filia dos. Si autem filia præmoriatur, actio competet patri. d. l. vni etiam liberis existentibus ex ipsa filia, secundum Vin. & per l. Dos à patre. C. solu. ma. No. quòd mortua muliere intestata deficientibus liberis, & propinquis, vir succedit vxori, dotemque lucratur, & econuerso. l. i. C. vnde vir & vxor. In aliis autem casibus dos ad mulierem, & donatio propter nuptias ad virum redit, nisi consuetudo approbata obstat, in d. c. Donatio. quæ consuetudo in omnibus casibus prædictis seruari debet.

Mulier moriēs intestata deficientibus liberis, & propinquis cui est hæres.

22 ¶ Si filia perdit dotem sine culpa, & dolo eius pater tenetur eam iterum dotare, aliàs secus, secundum Bar. in l. Si cum dotem. ff. sol. ma. §. Si post Assimili, si filius ex culpa sua legitimam consumpsit, pater ei non tenetur amplius, vt d. Bar. C. de colla. Auth. Quòd locum.

23 ¶ Fructus pignoris ratione dotis non computantur. c. Salubriter de vsu. Vide Pan. in d. c. Vestras. multa enim tangit ad hunc propositum.

24 ¶ Vxor stante matrimonio, in quibusdam casibus potest dotem repetere, vt si maritus in insulam deportetur, secundum Pet. de Pal. 4. sen. dist. 32. vel si banniatu de regno. l. vbi. C. de iure dot. Vel si bona sua omnia, vel pars publicatur. l. si marito. ff. sol. mat. Si vir etiam sine culpa sua ad inopiam vergat modò ipsa non sit dotem consumptura, secundum communem opi. vt in d. c. Per vestras. Si substantia mariti non sufficit ad satisfaciendum doti, & creditorib. l. si cōstante. ff. sol. mat. Si maritus ita se habeat, quòd ad inopiam vergat. in d. l. Vbi. vel si maritus incipiat malè vti substantia sua, etiam si esset ditissimus, Bar. in d. l. Cōstante. Et non solum mulier in prædictis casibus potest agere pro dote, sed etiam pro donatione propter nuptias, vt est tex. in d. l. vbi. Si tamen mulier à principio nupsit pauperi, vel vergenti ad inopiam, vel malè vtenti suis rebus, repetere non poterit, quia semel mores eius approbavit. Bar. tamè in d. l. Cōstante. contrarium tenuit, quia vxor per tacitum pactum non

Dos quando repeti possit ab vxore.

Potuit sibi præiudicare, quia dotē integram mulieribus manere, publicæ utilitatis est.

Dos integra debet manere.

25 ¶ Dos consistens in rebus immobilibus soluto matrimonio statim solui debet: si verò in reb. mobilib. infra annū, secundum Pan. in c. 3. de don. inter vir. & vxor. Et si vxor ista interim non habet unde viuat, ab herede mariti debet alimentari, in d. l. Vnica.

26 ¶ De priuilegijs dotis, vide Sil. lib. §. 12. & Tab. §. 18. Nō licet marito ad paupertatem vergente etiam iubete iudice, dare pecuniam mercatori cum salute capitalis, vt inde vir & vxor recipiant lucrum, quia contractus est vsurarius, nec hoc habetur in d. c. Per vestras, sed potius oppositum, iuncta Glo. quamuis Io. An. & Car. in d. c. teneant quòd est contractus licitus, sed c. dicit lucrum honestū, infra, Vsur. n. 17. 1. 2.

27 ¶ Ecclesia potest se intromittere de dote non solum in fauorem viduarum, vt in c. Nuper, de don. inter vir. & vxor. sed etiā mariti perentis dotem sibi promissam. d. c. Per vestras. Alij tenent quòd tantum accessorie habet cognoscere, de do. inter vi. & vxor. c. 1. 2. & 3.

28 ¶ Confessio, qua vir constante matrimonio se recepisse dotem fatetur, non valet, nisi appareat de numeratione, quia videtur donare, secundum Bal. l. 1. C. de do. prom. Si tamen maritus faciendo testamentum legaret vxori dotem expressa certa quantitate, vxor eam omnino habebit etiam si probetur quòd numquam fuit soluta, vt no. Ang. Are. Inst. de le. §. Sed si vxori. quòd videt verū, nisi vir esset nō soluen. do suis creditoribus. Pro dote omnia viri bona hypothecata sunt, de pig. c. Ex literis. & propter viri, aut patris maleficium non perditur, vt not. Gl. in d. c. Ex litteris, etiam si sit crimen læsæ maiest. C. ad liu. male.

Dos non perditur propter viri maleficium.

DE DUBITATIONE.

- 1 Dubitatio vnde proueniat.
- 2 In dubijs tutior pars eligenda.
- 3 In dubijs vbi agitur in foro animæ, vel quasi pœnitentiali, quomodo fiat interpretatio.
- 4 Dubia verba quomodo accipienda.
- 5 Dubia fidei quomodo differenda.
- 6 In dubijs matrimonij qualiter procedendum.

Dubitatio prouenit quòd ex eo quis ad vtranque partem rationes habet: ideo non determinat se ad vnam partem, secundum Thom. 3. sen. di. 17. ar. vi. Dubia tamen semper in meliorem partem interpretanda sunt, secundum

dum Thom. 2. 2. q. 60. ar. 4. quia habere malam opin. de aliquo sine rationabili causa est contemnere & ei iniuriari. Et si esset cum determinato iudicio de re mortali, esset peccatum mortale, infra Iudicium. §. 8.

2 ¶ In dubijs, vbi versatur periculum animæ tutior pars est eligenda, secundum Pan. in c. iuuenis. de spon. Et quòd est certius in ipsis tenendum.

3 ¶ In dubijs vt in irregularitate, excommunicatione, & huiusmodi, vbi agitur in foro animæ, vel in foro quasi pœnitentiali, & non ad pœnam propriè, sed vt à ministerio ablineatur, secundum Pan. in c. Cum tu fili. de test. debemus potius interpretari, quòd sit irregularis. Et sic de alijs pœnis. In foro autē cōtentioso debemus interpretari quòd nō maximè vbi agitur de pœna, quia in pœnis mitior interpretatio est fienda. c. Odis. de re. iu. lib. 6. Et sic intellige Inno. in c. ad Audientiam. & iura per eundem alleg.

4 ¶ Dubia verba, secundum proferentis intentionem sunt accipienda. c. In ambiguis de re. iur. & vt res potius valeat quam pereat. c. Abbate, de ver. sig.

5 ¶ In re dubia fidei autoritas Ro. Ecclesiæ requirenda est. c. Palam dist. 11. & in re dubia, in persona, vel in facto, vel in iure, nullo modo sententia est ferenda: c. Iudicante. 30. q. 5.

6 ¶ Dubio existente in iure matrimonij tutius est contra statuta hominum dimittere copulatos, quam disrumpere cōiunctos contra statuta Dei. c. Licet de testib. In rebus quoque ambiguis, absolutum nō debet esse iudicium. c. Habuisse. 33. di.

Dubia semper in meliorem partem interpretanda.

In pœnis mitior interpretatio est fienda.

Nota.

Iudicium in rebus ambiguis non debet esse absolutum.

DE DVELLO.

- 1 Duellum quomodo peccatum est, & quomodo licitum.
- 2 Principes concedentes duella, mortaliter peccant.
- 3 Duellum prohibetur.
- 4 Clerici pugnantis in duello quæ sit pœna.
- 5 Duellum inuitus iniens, an mortaliter peccet.
- 6 Moriētes in duello quando in loco sacro sepeliri debeāt, & similiter in ferro cādenti, & aqua bulliēti moriētes, n. 7.

Dvellum. i. duorum bellum indicens, & acceptas, siue pro veritatis manifestatione, siue ad viriū ostērationem, siue spectaculi gratia, siue ad propulsandam ignominiam, siue ad terminandam litem ciuilem, vel criminalem, peccatum mortale est, quia eligitur percussio proximi, & expositio propriæ, & alienæ vitæ mortis periculo, absque sufficienti causa. Eodem modo dico, quando decem contra decem

decem pugnant propter eandem causam. Si tamen quis iniuste inuaditur, potest bellando se tueri. Similiter licitum est bellum iustum duello definire, quando habens iustum bellum, videt se succumbere. Vtitur enim viribus suis prout melius potest. Hæc Caiet. ibi, sed diffusius in 2.2. quæst. 99. circa fin.

2 ¶ Principes concedentes duella, mortaliter peccant, si tamen ex rationabili causa permittant, sicut permittunt meretrices, secus esset.

Duello fauentes mortaliter peccant.

3 ¶ Duellum prohibetur. c. Monamachia. 2. q. 3. & Matt. 4. vbi dicitur, Non tentabis dominum Deum tuum. Et mortaliter peccant omnes dantes auxilium, consilium, & fauorem, & valentes prohibere ex officio, & non prohibentes, nisi (vt dictum est) ex rationabili causa non prohibeant. Et omnes aspicientes, & de tali actu delectantes, mortaliter peccant. Secus quando displicet.

4 ¶ Clericus duellans debet deponi, estque irregularis, & si mors, vel mutilatio non interuenerit, episcopus potest dispensare. c. 1. de cle. pug. in duel. etiam si alium pro se pugnare faciat, est irregularis. in cap. 2. eod. tit. Et mandans, consulens, vel defendens, si sequitur homicidium, vel mutilatio, est irregularis, in d. c. 2. Dispensat tamen episcopus cum clerico in beneficio habito vel de nouo habendo, solum pro sustentatione, sine tamen animarum cura. in d. c. 2.

5 ¶ Si quis cogatur inire duellum, aliter vt suspectus de aliquo crimine occidatur, hoc dicit Arch. Flo. 4. tit. 4. circa fin. de mente Ray. citatis multorum opinionibus, non esse licitum, & talem mortaliter peccare, licet inuitè intret duellum, & solum, vt vitam conseruet, & idem videtur sentire Thom. supra minus peccat nihilominus, quam si spontè intret.

Morientes in duello an sint sepeliendi in sacro.

6 ¶ Morientes in duello, si appareant signa contritionis, debent sepeliri in sacro, quia non prohibetur nisi morientibus in torneamentis. Et quia pœnæ non sunt extendendæ, ideo non debet extendi ad morientes in duello, nec etiam in hastiludio. Hanc viam sequitur Pan. in c. 2. de torneam. & communiter alij Summistæ.

7 ¶ Idem dic de iudicio ferri candentis, & aquæ bulliētis, quia eodem modo prohibentur, de purg. vulg. ibi vide: & secundum Thom. vbi supra.

¶ DVLIA, & hyperdulia, 3. Adoratio. §. 8.

DE

DE EBRIETATE.

1 *Ebrietas quando est mortale.*

2 *Ebrietas non plena, an graue peccatum sit.*

3 *Voluntariè se inebrians an mortaliter peccet.*

4 *Dans operam vt alter inebrietur, an mortaliter peccet.*

5 *Inebrians ob sanitatem consequendam an peccet.*

6 *Clerici ebriosi pœna.*

7 *Clericus qualiter bibere debeat.*

8 *Ebrius cuius ebrietas non fuit peccatum si occidat aliquem vel mutilet, an peccet.*

Gesta per ebrium quando non teneant.



EBRIETAS voluntaria, & præcognita, ob delectationem in potu immoderato vini, vel eius quod inebriare potest, secundum doc. communiter est mortale peccatum: quia homo imponit sibi necessitatem vinculi tollentis rationis vsum. Si autem non sit intenta, vel præcognita, non est mortalis culpa. Si militer si sit non propter delectationem, sed ratione medicinæ, excusatur, & non est mortalis, & excusatur à peccatis ex tali ebrietate prouenientibus, nisi talia sint præuisa, & non prouisa. Nam talis sciens suam conditionem, debet prouidere, ne possit talia committere quando erit ebrius. Quando autem ebrietas est culpabilis, non excusatur à peccatis sequentibus, licet ea aliquantulum alleuiet. Dat enim operam rei illicitæ, ideo sibi imputantur mala sequentia.

Ad Gal.

5.

Ebrietas

quando

non est

mortale

peccatum.

2 ¶ Ebrietas non plena, vt cum quis est bene confortatus & sibi videtur quod domus giret, quando est voluntaria nõ est mortalis, licet sit graue peccatum, citra tamen mortale, quia ratio non obumbratur. Hæc secundum mentem Tho. 2.2. q. 150. art. 1. & 5. & Caiet. ibi.

3 ¶ Qui semel voluntariè inebriatur, mortaliter peccat, sicut qui frequenter: ideo non prima, neque secunda, vel tertia vice est mortale, sed tantum quando sciens & volens incurrit, licet Doc. dicant quod qui frequenter inebriatur peccat mortaliter. Præsumitur enim quod qui frequenter inebriatur, percipiant virtutem vini, & sic præsumptiuè loquuntur, & non vt verè est.

4 ¶ Dans operam vt aliquis inebrietur, siue propter solarium, siue propter aliud, nisi fieret ratione medicinæ cum debitis remediis, ne ex hoc exponatur alicui peccato mortali, secundum Arch. Flo. 2. par. tit. 6. c. 3. §. 2. mortaliter peccat.

cat.

cat. c. Culpa, de iniu. & dam. da. peccato enim consentire videtur mortali.

5 ¶ Inebrians ob sanitatem consequendam, & medicus hoc consulens, cum debitis remediis (vt dictum est) non peccat mortaliter, secundum Caiet. quando aliter procurari non potest sanitas. Etiam hoc elicitur ex Thom. 2. 2. supra, licet Arch. Flo. supra, & quidam alij, videantur oppositum tenere.

Ebrietas in clericis est culpa-balis. 6 ¶ Clerici ebriosi deponuntur si sunt in sacris, & moniti non desistant. Si sunt in minoribus priuantur communione, de vi. & hon. cle. cap. A. crapula, & c. Clerici. Et miles propter ebrietatem remouetur à militia. l. Omne delictum, ff. de re milit.

7 ¶ Clericus non debet bibere vinum sine aqua, & in vno prandio tantum trina portione debet contentari, sicut mandatur in d. c. A. crapula, & c. Quando. 43. dist. vbi Pan. mouet dubium, an contra faciens mortaliter peccet, & concluditur quod tantum mandatur temperare se à vino, ne inebrietur: ideo non peccat mortaliter contra faciēs, nisi propter ebrietatem vel contemptum, vel si se periculo ebrietatis verisimiliter exponit.

8 ¶ Ebrius, cuius ebrietas peccatum non fuit, occidens, vel mutilans, non efficitur irregularis (licet aliqui dicant oppositum) sed quia in cle. vnica. de homi. excipiuntur furiosi, quòd occidentes non incurrunt irregularitatem: de qua specie videntur esse ebrij, ideo non videtur quòd tales incurrant. Hoc sequitur Pa. in cap. Quia diuersitatem, de conce. præb. & Ang. etiam quòd ebrietas fuerit peccatum. Ric. in 4. dist. 15. & Thom. tenent, q̄ incurrit, quando ebrietas fuit peccatum, etiam citra mortale infra. Irregularitas. §. 6. 7. 8.

Ebrius occidens aliquem an fiat irregularis. 9 ¶ Gesta per ebrium, quando non est compos mentis, nō tenent. Secus quando non est propriè ebrius, licet sit cōfortatus, scit tamen quid agit, quamuis ei per iuris misericordiam succurratur, secundum gl. in c. Ex literis. de diuor. Nec potest matrimonium contrahere, secundum Vueruan. eo quòd non potest consensum liberum rationi habere. Secus si rationis vsu non omnino careat.

DE ECCLESIA.

1 Ecclesia an possit errare.

2 Ecclesiam solus Christus fundauit.

3 Eccle-

3 Ecclesia materialis quæ sit, & quotuplex.

4 Ecclesiam nemo sine licentia episcopi edificare potest.

5 Exempti in locis non exemptis, an ecclesias vel monasteria edificare possint.

6 Ecclesia in alieno fundo constructa sciente domino libera erit.

7 Ecclesia quomodo debeat reparari.

8 Ecclesia, & alia loca religiosa, præsertim sacrata, ad profanos vsus reuerti non debent.

9 Oblationes factæ capellæ cui cedant.

10 Pecunia ecclesiæ quicquid fuerit emptum, ecclesiæ est.

11 Ecclesia pro alienis debitis non potest obligari.

12 Propter aliquod ius quod quis habet in ecclesia, nō potest eius magnam utilitatem impedire.

13 Clericus si ecclesiam à laico accipiat, & eam monitus retineat, qualiter puniatur.

14 Legatum factum ecclesiæ construendæ quomodo soluendum.

15 Ecclesia parochialis cui conferrri debeat.

Ecclesia, quæ est ~~congregatio fidelium~~ *Ephef. 5.* & dicitur Catholica, & non habet maculam, neque rugā, quæ tempore mortis Christi fuit tantum in B. virgine. c. Quamuis. dist. 21. & hæc circa bonos mores, & ea quæ sunt fidei, non potest errare: supra, Concilium. §. 3. & Caiet. 2. 2. q. 1. ar. 1. ad 3. dubium.

2 ¶ Ecclesiam solus Christus fundauit, eius ministerium commisit Petro, & successoribus eius in ædificatione, & non in destructionem, secundum Th. 3. lib. de re. princip. c. 1. Et quilibet tenetur inhærere ecclesiæ tanquam regulæ infallibili, secundum Tho. 2. 2. q. 1. & in canonizatione sanctorum, piè creditur, non errare, ibi, supra Colere. §. 3.

3 ¶ Alia est ecclesia materialis, videlicet cathedralis, id est, episcopalis, vel principalis, quæ dicitur matrix: alia est parochialis, id est baptismalis, c. Venerabili. de verb. sig. & cap. ex transmissa. de rescrip. Quomodo consecratur, & à quo, supra *lis.* Consecratio. §. 1.

4 ¶ Nemo ecclesiam ædificare potest sine licentia Episcopi, qui primum lapidem ponit, figit cruces, cœmeteriū designat, sufficientem petit dotem, sine qua Ecclesia consecrari non potest: c. nemo, cl. 1. & c. placuit. de con. di. 1. exceptis ecclesiis mendicantium. Et sufficit pro dote assignare vnum prædium pro vno pari boum, totaliter liberum. c. 1. de cen.

5 ¶ Exempti, in locis non exemptis non possunt construere oratoria, ecclesias, vel capellas, sine diœcesanorum licentia,

lia,

*Ecclesia
ædificatio
ubi fieri
possit.*

tia, nec in sic constitutis celebrari facere, vel celebrare tempore interdicti, in casibus nō expressis: alias per ordinarium compesci debent, & propter hoc, si eorum conseruatores sententias ferrent contra ordinarios, non valerent. de priui. c. Auctoritate. lib. 6. In locis verò exemptis nullus ædificare potest sine licentia sedis apostolicæ, in d. c. auctoritate. De erectione altaris, s̄. Altare. num. 2.

6 ¶ Ecclesia in alieno solo fundata, domino fundi sciente, & non contradicente, erit omnino libera, & sibi imputetur, Arch. in c. si seruus. dist. 54. Si verò dominus ignorauit, ecclesia remanebit libera, & consecrata, nec efficietur censualis laico, ædificator tamen tenetur dominum seruare indemne, vel etiam episcopus, si ponendo primum lapidem, vel eam consecrando fuit negligens, in d. c. Nemo. & 14. q. vltim. c. Comperimus. Quod si solum erat alterius ecclesiæ, vel collegij, debet ei restituere hoc modo, quod Ecclesia consecrata sit ei subiecta, quò ad ius patronatus, in c. Apostolicos. 12. q. 2. & 17. q. 2. c. Quia.

7 ¶ Ecclesia reparatione indigens, si portionem ad fabricam habet, de ea debet reparari. c. Vnico. 10. q. 3. quod si non sufficit, rector, & alij in ea beneficiati conferre debent. c. i. eod. ti. in quo standum est dispositioni maioris partis capitoli. c. si. de his quæ fiunt à ma. parte cap. Et ubi est consuetudo, tenentur laici facere expensis propriis, cum ibi percipiant sacramenta, & audiant diuina. c. Quicumque. 16. q. 7. & possunt compelli seruare talem consuetudinem. c. Ad apostolicam. de simo. Intellige tamen quando populus non eget. Vide Pa. c. i. de eccl. ædi.

8 ¶ Ecclesia præcipuè consecrata, oratoria, monasteria, & huiusmodi, ad secularem habitationem, vel prophanos vsus non debent reuerti, c. Quæ semel. 19. q. 3. nec hospitalia ad alium vsum. c. Ad hæc. de relig. do. de lignis tamen, & lapidibus destructi monasterij potest dormitorio, vel alius honestus locus construi, secundum gl. d. c. Quæ semel, supra Consecratio. num. 11.

*Lapides
monaste-
rij destru-
cti in cõ-
structione
honesti
ædificij
aptari de-
bent.*

9 ¶ Oblationes factæ capellæ, cedunt ecclesiæ parochiali, infra quam est sita, secundum Pan. in c. Pastoralis, de his quæ fiunt à præl. Ex hoc infert Ant. de But. ibi, quod oblationes factæ imagini pictæ in muro alicuius parochiæ cedunt ecclesiæ parochiali, quando. s. fiunt intuitu ecclesiæ parochialis, alias non: & oblationes, quæ fiunt celebranti in ecclesia alterius, sunt rectorum illius ecclesiæ, nisi sit Episcopus

in

in propria diocesi, vel archiepiscopus in tota prouincia, secundum eundem Ant. But. Infra, Oblatio. nu. 2.

10 ¶ Quicquid fuerit emptum de pecuniis ecclesiæ est ecclesiæ, c. 1. 12. q. 1. quia statim acquisitum fit Ecclesiæ, nec poterit alienari, licet ante potuisset pecuniam qua emit fundam alienare intuitu pietatis, siue sit emptum nomine ecclesiæ, siue nomine alieno. c. 1. de pec. cl. Nec differt an pecuniam ecclesiæ habuerit furtiuè, vel ex deposito.

11 ¶ Ecclesia pro alienis debitis nō potest obligari, nec eius possessiones, & qui obligauerit, erit suspensus ab administratione temporalium, & spiritualium, de solu. c. 2. Hanc tamen sententiam Episcopus poterit relaxare, quia Papæ nō reseruat. c. Nuper, de sen. exc. Hæc tamen pœna Episcopos non comprehendit. c. Quia periculosum, in 6. de sent. excom.

12 ¶ Nullus propter aliquod ius, quod habet in Ecclesia, magnam eius vtilitatē impedire potest. c. Cum accessissent. de cons. Quomodo de nouo vsurpâtes regalia, vel collectas in Ecclesia, sunt excommunicati, infra. Excommunicatio. 38.

13 ¶ Clericus recipiens Ecclesiam à laico, vel retinens collatam, si monitus non resignauerit, est ab officio & beneficio suspensus, & deponendus si contumax perseverauerit: laicus verò excommunicandus. c. præterea, de iur. patronatus. Supra Beneficium. nu. 15.

14 ¶ Legatum factum Ecclesiæ construendæ, seu monasterio debet solui cum fructibus. mediij temporis, secundum Pan. in c. Nos quidem, de testa. quia text. d. c. Dicit q̄ debent solui sine diminutione. Hoc enim est in fauorem Ecclesiæ, vel monasterij, quæ si fuissent constructa, ita reliquisset tunc, & non in diem.

15 ¶ Ecclesia parochialis non potest conferri illi, qui 25. annum non attigit, & collatio ipso facto nulla est, & tenetur, qui assumitur, infra annum fieri sacerdos, à tēpore cõmissionis, & adeptæ possessionis, alias est priuatus, & vacat. Tenetur etiã residere, licet in hoc possit Episcopus dispensare ad tempus, ex causa c. Licet canon, de elec. in 6. Episcopus propter studium potest dispensare vt non promoueat, supra Beneficium, nu. 84. 85. Si verò taliter assumptus non potuit ordinari aliquo adueniente impedimento, sine culpa tamen sua incidit in pœnam. d. c. Licet, secundum Io. And. in regula Imputari, de re. iu. in 6. in mar. Quomodo donatio in infinitum potest fieri ecclesiæ absque insinuatione, Auth. col. 2. de non alie. aut permut. re. ec. §. Si minus.

*Con. Tri.
Sess. 14.
can. 5.*

x

DE

DE ÆDIFICATIONE.

- 1 *Ædificare potest quis in re sua etiam cum alterius nocum.*
to.
- 2 *Ædificans, in alieno solo perdit ædificium. Et an idem si adij-*
cet de reb. ecclesie, nu. 3.
- 4 *Habens ius in re vel causam à domino, & ædificans in eam*
fundo, non perdit ædificium.
- 5 *Ædificans in suo fundo de alieno cuius erit ædificium.*
- 6 *Intendens piscationem, & ædificans casam in litore maris, sua*
erit donec durabit.
- 7 *In alieno quando possit quis aliquid facere.*

Potest quis ædificare in re sua, etiam cum alterius nocu-
mento dummodo animo iniuriandi hoc non faciat, nec
peccat, nec tenetur illi de aliquo, quia qui utitur iure suo,
nulli iniuriam facit. Si autem animo iniuriandi hoc facit,
conueniri potest actione iniuriarum, vt l. fin. ff. de iniu.

2 ¶ *Ædificans in solo alieno, ordinariè perdit ædificium, &*
efficitur eius, cuius est solum. Inst. de re. diui. Intellige si sine
licentia, vel scienter, vel non bona fide hoc fecit, quia si bo-
na fide credens in proprio fundo ædificare, in conscientia se-
cundum aliquos, dominus fundi tenebitur, vel fundum ei-
dem vendere, vel satisfacere pro expensis ædificij ad arbi-
trium boni hominis, si tamen dominus fundi potest hoc fa-
cere sine suo damno, aliàs non credo teneri in conscientia.

*Ædificia-
tio in alie-
no fundo
quasi in-
teritas
patitur.*

3 ¶ *Ædificans de reb. ecclesie in fundo alieno habebit ædi-*
ficiam, & solum, tunc enim solum cedit ædificio, vt in cap.
apostolicos, 12, q. 2. secundum Io. An. Ecclesia tamen soluet
precium fundi, supra. Ecclesia. nu. 6.

4 ¶ *Habens ius, vel causam in re à domino, vt emphyteu-*
ta, feudatarius, & huiusmodi, & ædificans in fundo alieno
in quo tale ius habet, non perdit ædificium, vel expensas,
quando ædificium erat eidem necessarium ad ampliorem
usum, quia dominus ei tenebatur, not. Insti. de re. diuisio. §.
Ex diuerso.

5 ¶ *Ædificans in proprio fundo de alieno, suum erit ædifi-*
cium. per. l. Adeo quidem. §. Cum in suo. ff. de acq. re. do. Sed
si fuerit condemnatus, restituet duplum. in d. §. ex diuerso, de
iure verò, existimationem, & ita etiam in conscientia.

6 ¶ *Intendens piscationem, si ædificat casam in litore maris,*
erit sua quandiu durabit. l. in tantum. ff. de rerum diuisio.

7 ¶ *In alieno potest quis aliquid facere, quando sibi prodest,*
& alteri non nocet, secundum Ang. de Arc. Inst. de lege Fu sen,
can.

Canollen. Secus si noceret. C. de ser. & aqua. l. aquam. Et à
contrario, nemo potest facere in suo, quod sibi non prodest,
& alteri nocet. De ædificatione castrorum, infra emphyteu-
fis. Quando ædificans ædificium tenetur demoliri. ff. de ope.
no. nuncia. l. Prætor ait.

DE ELECTIONE CANONICA.

- 1 *Electio canonica quæ sit, & quid à postulatione differat.*
- 2 *In postulatione solenni quid seruandum.*
- 3 *In prælato quis eligi debeat, & nu. 4.*
- 4 *Electio officialis secularis de qua persona fieri debeat.*
- 5 *Eligere sibi debet prælato quælibet cõgregatio de iure com-*
muni, nisi aliter sit de consuetudine.
- 6 *Electores de communi consensu possunt communicare ius eli-*
gendi in electione, & quomodo.
- 7 *Si dubitatur an aliquid habeat vocem, quid agendum.*
- 8 *Vnus an vocem possit habere in duobus collegijs.*
- 9 *Priuat: vel inhabiles ad eligendum si non vocentur, an teneat*
electio.
- 10 *Eligendi potestate qui priuentur.*
- 11 *Eligendi potestate si omnes sint priuati, ad quem deuoluetur*
potestas.
- 12 *Electo absens iusto impedimento an procuratorem instituere*
possit ad eligendum, & qualem.
- 13 *Electioes in cathedralib. vel regularib. ecclesijs infra quod*
tempus fienda.
- 14 *Electio ante sepulturam prædecessoris fieri non debet.*
- 15 *Electio facta de nocte an teneat.*
- 16 *Electio in quo loco possit fieri, & nu. 8.*
- 17 *Ad electionem qui sint vocandi.*
- 18 *Aliquo ex electorib. contempto electio est irritanda.*
- 19 *Eligens quem credit esse in mortali, mortaliter peccat.*
- 20 *Eligens ignotum non saluat conscientiam.*
- 21 *Mortale peccatum reddit quemcunque indignum ad præla-*
tionem, & nu. 24.
- 22 *Eligentis excommunicatum pæna.*
- 23 *Habens aliquem defectum tenetur manifestare, ne eligatur,*
vel confirmetur.
- 24 *Demodo formandi scrutinia, accipiendi voces, & c. remissiuè.*
- 25 *Electio coacta est ipso iure nulla.*
- 26 *In electionib. & postulationib. voces incerte non valent.*
- 27 *Scrutinio publicato variari non possunt voces.*
- 28 *Electio eius qui requisitus consentit electioni de se facta ante-*
quam

quam fieret, cassanda est.

- 32 *Electus administrans ante confirmationem remouendus est*
 33 *Religioso consentiente electioni de se facta extra suum ministerium non petita nec obtenta licentia, electio est nulla.*
 34 *Voces si in scrutinio diuidantur, quæ pars præualeat.*
 35 *Electio etiam via compromissi fieri potest, & qualiter remissive.*
 36 *Electio facta per communem inspirationem quid requirat, Et quæ sit eius forma remissive.*
 37 *Electus tenetur sub pœna consentire electioni de se facta.*
 38 *Electio Papæ ad quos pertineat.*
 39 *Electio Imperatoris ad quem pertineat.*

Electio canonica nominat vocationem alicuius personæ, ad dignitatem, vel fraternam societatem forma canonica. c. Cum in cunctis, eo. tit. & secundum Host. Et dicit Pa. in rub. de postu. quod est magna differentia inter electionem, & postulationem, ita vt qui de iure potest eligi, non debet postulari, & nihil faciunt electores illum postulantes, quia tenentur Ecclesiæ providere, & de meliori, & meliori modo, quod per electionem fit. Potest tamen ille qui eligibilis est postulari, si alicuius alterius præcessit, electio, secundum eundem Pa. ibi. Est alia differentia, secundum Pa. in d. c. In cunctis, quod postulantes possunt recedere à postulatione, & variare quousque superiori sit præsentata, cap. Bonæ, eod. tit. non autem sic in electione. c. Publicato, de elect. Quia in electione ex quo est publicata, & conclusa, est acquisitum ius electo, non autem sic in postulatione est acquisitum ius.

1 ¶ In postulatione solenni debet seruari forma electionis, quæ fit per scrutinium. §. Quia propter, in d. cap. In cunctis. Fratres tamen prædicatores habent priuilegium Sixti quarti, quod incipit, Regimini, vt superiores possint quando electiones veniunt ad eos causa confirmationis confirmare illum, quem cognoscunt quocunque modo per litteras eligentium, quod maior pars consentit in eundem quocunque modo.

3 ¶ Eligens aliquem in prælatum, in conscientia tenetur eligere, quem credit esse sine mortali peccato, & quem credit ad tale officium, pro hic, & nunc, & pro tali collegio magis idoneum omnibus, qui possunt eligi, & haberi: aliter mortaliter peccat eligens, etiã si bonum eligat, dimissio meliore, quia

quæ personarum acceptator est, secundum Cai. in summa, ibi, in principio, & Tab. Electio. l. §. 13.

4 ¶ Idem dicendum de prouisorio pastoris, quando absque electione, vel postulatione prouidetur, per eandem rationem. Secus de confirmatore, quia ipse non eligit. Tenetur tamen de postulatis æqualiter, dare quem meliorem credit, sicut dictum est, ratione eadem.

5 ¶ Electio officialis secularis (vt prætoris & huiusmodi) debet fieri de persona ad tale officium idonea: & oppositum scienter vel negligenter faciens, mortaliter peccat, qui notabiliter rempu. damnificat ex malo rectore, secundum Cai. ibi. Et sufficit idoneum eligere, etiam prætermisso meliore. Melius tamen esset meliorem eligere. In electione verò officialium communitatis, debet seruari iustitia distributiva, vt melioribus qui proponuntur detur vox, aliter mortale est, nisi ex imperfectione actus, secundum Cai. ibi.

6 ¶ Quælibet congregatio debet sibi de iure communi eligere prælatum, nisi consuetudo sit in oppositum. c. 1. de elec. etiam si duo vel tres tantum fuerint. in d. cap. 1. Immo vt tenet Glo. in c. 2. de postu. Inn. Host. & communiter doctores. ius vniuersitatis in vno solo omnibus aliis mortuis, vel excommunicatis, vel huiusmodi, potest remanere, & coram testibus suum exprimere, & eligere, dummodo seipsum non eligat, quia notaretur de ambitione, per cap. Vestras. de iure patrona. Secus quando consuetudo, vel priuilegium stant in contrarium.

7 ¶ Electores de communi consensu possunt communicare ius eligendi in electione, quæ imminet, si tamen omnes consentiant, quia vno contradicente non valeret, secundum Pan. in c. Scriptum, eo. ti. col. 1.

8 ¶ Electione instante, si dubitatur de aliquo an habeat vocem & commodè non potest recipi probatio, admittatur protestando vt vox eius valeat, & si in quantum appareat postmodum eum debuisse interesse, & sic non nocet secundum Pan. in c. Cum ana. de elect. not. 6.

9 ¶ Vnus non potest habere vocem in duobus collegiis, nec prælatus vnius collegij potest habere vocem in alio collegio, secundum Pa. in c. Constitutus. de cle. no. secundo. nisi aliter consuetudo haberet, vel vnum dependeret ab alio, vt in c. si. de religi. domi. Vide ibi Pa. & Inn. qui dicunt, quod standum est consuetudini.

10 ¶ Si priuati, vel inhabiles ad eligendum non vocentur,

licet nondum sit discussum an sint privati, tenet electio, secundum Pa. in c. 2. de ele. Sufficit enim quod postea possit conuinci. Secus si essent priuandi.

Eligendi potestate qui priuatur.

11 ¶ Multi priuantur potestate eligendi. Primò qui sunt in maiori excommunicatione. c. Constitutus. de app. nò autem minori. Secundò suspensi ab officio. c. Cum dilectus. de consue. non autem suspensi à beneficio tantum. c. Apostolica. de exce. Tertio, interdicti. c. cum inter. de elec. Quarto, quibus sine licentia superioris eligere est interdictum, de ele. c. si. Quintò, qui scienter in loco interdicto celebrauerunt, nisi super hoc sint priuilegiati. c. Is qui. de sen. excom. lib. 6. Sextò, qui in ea vacatione indignum scienter elegerunt, de elec. c. Innotuit. Idem si peccauerunt in postulando. cap. Scriptum. eo. tit. pro ea vice sunt priuati potestate eligendi, si ista nominatione sequuta est postulatio. aliter si non est sequuta. c. Perpetuo. eo. tit. lib. 6.

Ætas eligentium.

12 ¶ Quando omnes sunt priuati potestate eligendi in prima vice, deuoluitur hæc potestas ad superiorem, sed si aliquo accidenti electio facta per superiorem non habet effectum, redibit potestas ad primos. Purgatum est enim eorum vitium, secundum Pan. in cap. Cum. Vintonien. de elec. Item qui peccauerunt in forma electionis, iure eligendi pro ea vice debent priuari. c. Quia propter. eo. tit. Septimò, qui aetatem debitam non habent masculi ante 14. annum, feminae ante 12. nec in hoc malitia aetatem supplet. c. ex eo. de ele. in 6. tam in tex. quam in glos. Octauò, qui per laicalem abusu elegerunt. c. Quisquis. eo. tit. Nonò non eligetes infra debitum tempus. Decimò laici conuersi non possunt eligere, secundum Lud. qui allegat d. c. Ex eo. nisi antiqua consuetudo hoc haberet, secundum Inno. in cap. 2. de instit. Idem tenet Fed. conf. 107. Idem qui non sunt professi, tacite, vel expresse in locis regularibus, per dictum capitulum ex eo, nec qui per suam Ecclesiam, vel eorum constitutiones prohibentur. Item qui non sunt in sacris, in ecclesiis collegiatis, secularibus, vel regularibus. Conclude tamen sic

Votum electionis non potest per litteras exprimi.

in ordine prædicatorum, ex declaratione capituli generalis & non ex constitutionibus, qui non est in sacris, non habet vocem in electione. Non professi nullo modo habent vocem etiam ex consuetudine, conuersi professi, de iure non habent, licet ex antiqua consuetudine possint habere. Clerici seculares nò subdiaconi, nò habent. Clerici, in regularibus, professi nò prohibentur de iure cõi, etiam si nò sint in sacris. In ordine prædicatorum

prædicatorum prohibentur omnes ante quartum annum a professione per suas constitutiones, etiam si sint in sacris.

13 ¶ Elector absens iusto impedimento detentus, potest vnum, vel plures procuratores ad eligendum instituere in solidum, tamen aliter non admitteretur. Et quod procurator sit de collegio, quia extraneum capitulo nolente non potest deputare; neque potest per litteras votum suum exprimere, & non oportet quod procurator institutus eligat vnum nomine suo, & alterum nomine procuratorio, quia nihil valeret, nisi dominus mandatum dedisset de aliquo nominando, quia tunc illum nomine domini, & alterum suo nomine poterit nominare. c. Si quis, de elec. in 6. Et tenetur talis procurator optimum eligere, sicut pro se, nisi de aliquo nominato habet mandatum, secundum Pan. in c. Constitutus, & 3. c. de appel. In ordine tamen prædicatorum, non admittitur elector, nisi sit præsens, neque per litteras, neque per procuratorem. Si tamen in eodem conuentu, ubi fit electio essent infirmi qui nò possent esse præsentis, scrutatores ad eos tenentur accedere prout in eorum constitutionibus continetur. dif. 2. c. Et secundum Ho. scrutatores debent accedere ad infirmos, qui sunt in ciuitate, & eorum vota inquirere. Et dicuntur præsentis, secundum eum qui sunt in horro, vel in ciuitate. ff. de procur. lib. 5.

Conc. Tris Sess. 24. c. 12. & Sess. 25. can. 6.

14 ¶ Electiones in cathedralibus vel regularibus ecclesiis infra tres menses fieri debent, aliter electio deuoluitur ad superiorem proximum, qui si infra dictum terminum non elegerit, ad alium superiorem, & sic deinceps vsque ad Papam deuoluitur. in c. Nec pro defectu eodem titu. nisi iusto impedimento sint detenti. In ord. tamen prædicatorum secundum eorum constitutiones, tenentur infra mensem eligere, aliter ad prouincialem deuoluitur potestas prouidendi, qui nisi infra tres menses prouiderit, ad generalem deuoluitur. Multa circa hoc Tab. Electio. 1. §. 7. quomodo debet presentari electio, & quomodo electus habet consentire.

15 ¶ Electio ante sepulturam prædecessoris fieri non debet, cap. Bonæ memorie el. 2. Si tamen fieret, valeret, secundum Glo. ibi.

16 ¶ Electio facta de nocte, non tenet, secundum Pan. in c. 1. de clau. d. spon. quem sequitur Fely. in c. Cõsuluit. de off. dele. col. pen.

17 ¶ Els.

- Electioes clandestinae reprobantur.*
- 17 ¶ Electio in quocunque loco honesto, maximè secundum consuetudinem, potest fieri. c. Causis de ele. Dummodo non sit locus clandestinus, quia electiones in camera per occulta conuenticula factæ, reprobantur c. 2 & c. Transitus, di. 79. secundum Ho. debet seruari consuetudo.
- 18 ¶ Electio & postulatio facta in loco interdicto secundum Arc. in c. In nomine 23. di. non tenet oppositum, tenent Vgo. Vercel. Ioan. And. & communiter docto. quia sunt quidam contractus, & probant quòd valeant per c. 1. de postu. præl.
- 19 ¶ Ad electionem vocandi sunt, qui sunt præsentés, debent, volunt, & possunt interesse. Absentes sunt vocandi, & expectandi secundum consuetudinem. c. Coram eo. quæ si est, quòd vocentur, non sunt vocandi de necessitate, & tenet electio, secundum Panor. in dicto cap. Coram. & c. Cumana. eo. tit. Et quando sunt vocandi verbo, vel scripto vel signo consuetudo campanæ, secundum consuetudinem, & qui nolunt, non sunt cogendi. Et si vocati infra competentem terminum non venerint, non sunt ultra expectandi, cum mora in electionib. sit damnosa c. Cum in rer. de elec. Vide tamen plenius Tab. Elect. 1. §. 10. & 11. Quomodo vocati nolentes comparere, non sunt computandi in numerum absentium seu eorum qui sunt de capitulo.
- 20 ¶ Si quis de electoribus contemptus, non fuit vocatus ad eius petitionem, cassanda est electio, potest tamè si vult eam ratam habere. c. Quod sicut, eo. Et quilibet elector potest renunciari voci suæ sicut iuri suo. C. de pac. l. Si quis in scribendo.
- 21 ¶ Eligens, quem credit esse in mortali mortaliter peccat, quia talis, secundum Thom. 2. 2. q. 185. ar. 3. non potest uti prælatura. Concordat. Caie. vbi supra. & Fel. in c. quamuis, de offi. deleg. & Pan. in c. Constitutus. de appel. el. tertio, vbi dicit quòd peccat mortaliter eligens pro alio, si non eligit optimum: ergo eodem modo si pro se elingat.
- 22 ¶ Eligens aliquem, de quo non habet notitiam, nec per se, nec per alios, qui cum ipso conuersati sunt, non saluat conscientiam, secundum Pan. in c. Bonæ memoriæ. el. secundo, de postu. præla. de elec. c. scriptum, & consequenter mortaliter peccat.
- 23 ¶ Redditur quis indignus ad prælationem ex quocunque mortali peccato, secundum Thom. quol. 8. si est excommunicatus maiori excommunicatione est, per cap. Constitutus.

Mora in electionibus est damnosa.

Existens in mortali non potest uti prælatura.

- fiturus. el. primo, de appel. vel minori, per c. fi. de cle. exc. mi. Si est suspensus vel interdictus, vel interdicti violator. c. 11. de post. præla. & c. Cum dilectus. de consue. Si irregularis. ca. ex eo de elect. si illegitimè natus non competentis ætatis, & literaturæ. c. Cum in causa de elec. vel haber alia impedimenta circa ordinandos. supra Clericus. num. 7. Beneficium. nu. 30. Si propter vitium personæ fuit reprobatus, de ele. c. Super eo. Nō autè si ob processum vitiosum. c. innotuit, eo. tit. Si est episcopus, qui eligi non potest, sed postulari tantum. c. fi. de post. præla. Si religiosus non professus expressè. c. Nullus eo. tamè nouitius in episcopum potest eligi: in d. c. Nullus li. 6. si sit alterius religionis de elect. cle. 1. Et religiosus de ordine medicantiū transiens ad non medicantes, nō potest in prælatum eligi.
- 24 ¶ Electio habenti prædicta impedimenta, ipso iure est nulla excepto primo, tamen si crimen sit occultum, non inducens irregularitatem, potest tenere: quando verò est graue, & manifestum, non valet electio, secundum Pan. in d. c. Innotuit. Vide Fel. in c. Dilecta de excels. col. 2.
- 25 ¶ Eligens excommunicatum minori etiam, est priuatus ipsa vice electione, & triennio ab ecclesiastico beneficio suspensus: in d. c. In cunctis.
- 26 ¶ Habens aliquem defectum ex dictis, secundum Pan. in c. Suscitarus, de rescrip. si non est amplius occultus, sed manifestus, vel per sententiã, vel aliter, tenetur manifestare, ne eligatur, vel confirmetur. Si autem est occultus, & impedit officij, vel dignitatis exercitium, tenetur manifestare: aliàs peccat: & venit plectendus, vt si est bigamus, vel homicida, quia etiam si sint occulti, non possunt ministrare. c. fi. de temp. or. de biga. per totum. Si autem tale impedimentum non est, aliter dicitur, vt de infamia. Idem dic de omni alio defectu occulto, cui prouideri potest, sine manifestatione, infra, Episcopus. nu. 1.
- 27 ¶ De modo formandi scrutinia, accipiendi voces, collatione ac scrutiniij publicatione, & huiusmodi practica, quia confessoribus parum prodest, prætermitto, si tamen vis scire, vide summistras, & præcipuè. Tab. Electio. 1. §. 18. vsque 24. & c. Qui propter. de elec. & Pan. ibi.
- 28 ¶ Si quis cogereretur eligere certam personam, electio illa ipso iure esset nulla, quia voluntas ibi non fuit libera. ca. Vbi periculum. §. Eccl. li. 6. eo.
- 29 ¶ In electionibus, & postulationibus, & huiusmodi, in quibus

Conc. Tri. statuit vt voces eligentium in posterum non manifestentur: quare hæc

*constitu-
tio nunc
non seruā
da. Sess.
vlt. c. 5.
Nullus
seipsum
eligere po-
test.*

quibus ius eligendi oritur, voces incertæ, & conditionatæ, seu alternatiuæ, puta dicendo, consentio in quem talis consentit, vel si talem non poterō habere. consentio in talem: vel dicendo, consentio in Io. vel in Petrum, & huiusmodi, non valent. c. Electionib. in 6. eo. Nec voces debent per formulas dari, quia non posset sciri quæ sit sanior pars, quæ validat electionem: per tex. cap. Ecclesia vestra. eo. & secundum Pan. ibi.

30 ¶ Publicato scrutinio variari non possunt voces. Ergo à contrario sensu ante publicationem possunt electores variare & alios nominare. c. Quod sic de ele. quia nominato, iam nullum ius acquisitum fuerat, potest tamen post publicationem qui non consentit, consentire in eum. In postulatione autem possunt variare, vsquequo præsentetur superiori, vt supra. §. 1.

31 ¶ Electio illius qui requisitus consentit electioni de se fiendæ antequam fieret, cassanda est, quia præsumitur ambiciosus. c. Cum post pœnitentiam eo. Neque potest quis seipsum eligere, quamuis iurasset meliorem eligere, & talem se esse crederet, neque electus debet computari in numero eligentium, cum nullus seipsum eligere possit. d. c. Cumana. licet fortè locum habeat, quando per viam cōpromissi procederetur, vt infra. num. 35.

32 ¶ Electus administras ante confirmationem remouendus est, per c. Qualiter eo. Pa. ibi dicit, quod talis non perdit ius ipso facto sibi acquisitum per electionem, sed per sententiā debet irritari, sed nunc per tex. c. Auaritię. li. 6. eo. videtur indubitatum, quod talis electio ipso facto sit irrita. Dicit, nisi tex. Nullus de cetero administratione dignitatis, ad quā electus est, prius quam celebrata de eo electio confirmetur sub nomine œconomatus vel procurationis, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium, pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illi se immiscere præsumat: omnes illos qui contrafecerint, iure, si quod in eis per electionem quæsitum fuerit decernentes eō ipso priuatos. Excipitur Papa in c. Licet. eo. & ytramontanus concorditer electus qui sub Papa immediate est. c. Nihil. eo. & ita de citramontano, quando Papa esset ultra montes. Si autem administrat secundum Ioan. And. in nouel. super. 6. ex spirituali iure, vel ex cōsuetudine, quia pertinet ad eum administratio episcopatus vacantis, tunc non incurrit. Ponderanda sunt bene verba singula textus.

*Electus
non debet
administrare
ante confir-
mationem.*

33 ¶ Si religiosus electioni de se factæ ad prælationem extra suum monasterium, vel ecclesiam, non petita, & obtenta licentia, consenserit, electio ipsa viribus euacuatur, & prælati religiosorum irrequisitis conuent. possit hanc licentiam dare in 6. c. Si religiosus eo.

34 ¶ Quando in scrutinio voces diuiduntur, & fiunt duæ electiones illa de iure communi valet, quæ melioribus, & maioribus meritis adiuuatur. ca. licet. eod. tit.

35 ¶ Electio etiam via compromissi fieri potest, & quomodo fiat, habetur in dicto capitulo. Quia propter. cap. cum causis. & Panor. ibi, in capit. cum causis. 1. & 3. not. Quomodo compromissum dupliciter possit fieri, vide Panor. in dicto capit. Quia propter, §. 2. & Tab. electio. 2. §. 1. vsque ad 4.

36 ¶ Electio facta per communem inspirationem, requirit quod omnes consentiant. Vno enim contradicente non valet, quia non videtur à Deo facta arti. 8. q. 1. c. non est novum: & hoc tenet communiter doc. & bene. De eius forma, & modo. vide d. c. Quia propter.

37 ¶ Electus sub pœna mortalis peccati tenetur consentire electioni de se factæ secundum Ric. in 3. quol. q. 21. Primò, quando à superiore per obedientiam cogitur, cap. Nisi cum pridem de renun. Secundò, quando secundum conscientiam suam videtur imminere graue damnum, & periculum animarum nisi assentiat. 8. q. 2. c. In scripturis, vt quia non est, vel non inuenitur, qui possit, aut velit procurare salutem animarum. Tertio quando per viam illicitam refugit, vt quia fugit, vel fingit aliqua, &c. nisi hæc instinctu spiritus sancti faceret. His autem casibus cessantibus, si refugiat ob humilitatem, reputans se indignum meretur, Concordat Thom. quol. 5. artic. 22. infra Episcopus. num. 1.

38 ¶ Electio Papæ nunc ad Cardinales pertinet. c. Licet. de ele. & c. Vbi periculum. in 6. de ele. & toto collegio Cardinalium deficiente, ad canonicos, & clericos Lateran. quia Papa est episcopus Lateran. Dicit tamen August. de Ancona, quod in tali casu congregandum esset Concilium, per Imperatorem, Reges, & Principes. Vide tamen Panor. in d. cap. licet. Et possunt eligere vnum de collegio, & etiam de non collegio, secundum August. de Ancona, vt patet in d. c. In nomine. Et debent eligere meliorem pro regimine quæ credunt, modò existimetur bonus & doctor precipue in theologia, magis quàm in iure. secū. d. Aug. Et clemens V.

*Electio pa-
pe deficiē
te collegio
Cardina-
lium, ad
quem spe-
ctet.*

vt patet in cle. ne Romani. de elec. ne quis Cardinalium peccationem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti excludi possit ab electione ordinavit, & multa alia, vt ibi patet. Vide.

39 ¶ Electio Imperatoris à solo Papa, secundum d. Aug. potest fieri, ex iusta & rationabili causa, & propter electorum negligentiam, vel discordiam, & propter electi bonitatem, & decentiam, aut Christianitatis, & pacis providentiam, aut hæreticorum, schismaticorum, vel huiusmodi audaciam reprimendam. Papa enim est Vicarius Dei, cuius Imperator est minister, & potest Papa ex rationabili causa electores Imperatoris instituere, & institutos remouere, Imperatorem electum confirmare, & confirmatum deponere, vt Stephanus Papa II. fecit transferens Imperium à Constantino, & Leone ad Carolum Magnum, vt dicit gloss. in c. Venerabilem, de elect. De electione monialium, vide Sil. electio. 4. §. 6. & 7. Admittuntur ad electionem moniales completo anno 12. si sunt professe. In qua electione tantum sit collatio numeri ad numerum, non meriti ad meritum, neque zeli ad zelum.

Imperator est minister Vicarij episcopi. Moniales, quando admittuntur ad electionem.

DE ELEEMOSYNA.

- 1 Eleemosyna quid sit quotque misericordia opera.
- 2 Eleemosynam non facere quando sit mortale peccatum, & 3.
- 4 De quo facienda eleemosyna.
- 5 Eleemosynam qui facere non possint.
- 6 Eleemosynam quomodo facere possit vxor, & minor. 7.
- 8 Eleemosyna quo ordine facienda est.
- 9 Pauper si sit factus bonorum distributor, an sibi retinere possit de illis bonis.
- 10 Peccatoribus an subueniendum.
- 11 Eleemosyna quo consilio danda est.
- 12 Furandum non est vt fiat eleemosyna.
- 13 Eleemosyna magis satisfactoria est oratione, & ieiunio.
- 14 In necessitate extrema qui potius deserendi sint parentes an filij.
- 15 Eleemosyna de turpi lucro potest fieri, & an de re obnoxia restitutioni.

Eleemosyna (secundum Magistrum in 4. sent. dist. 15) est opus quo datur aliquid indigenti ex compassione, vnde est actus caritatis mediante misericordia. Et secundum Th. secunda secunda questione 32. art. 1. secundum quod dicitur

Et sunt necessitates proximorum, diuersa sunt misericordiarum opera, quædam corporalia, quædam spiritualia correspondentia necessitatibus corporalibus, & spiritualibus, & his verbis continentur:

Visto, pota, cibo, redimo, teco, colligo, condo.

Hæc respondent corpori. Correspondentia autem animæ sunt hæc:

Consule, castiga, instrue, solue, dimitte, ser, ora.

Et spirituales sunt corporalibus potiores, cæteris paribus, secundum Thom. supra.

2 ¶ Non facere eleemosynam, quando quis habet de superfluo naturæ, & personæ, & quando pauperem in extrema necessitate videt constitutum, mortale est, secundum Caiet. ibi in summa. Superfluum intellige consideratis sumptibus secundum decentiam sui status, filiorum, familiæ, euentuum, hæredum, & huiusmodi, ita quod hoc attento, raro apparet aliquem superfluum habere. Attende etiam extremam necessitatem, quando scilicet apparet, quod propter carentiam rei necessariæ quis moreretur citò, nisi subueniretur, & non apparet qui subueniat, tunc subueniendum est, nec ultra expectandum, quando de eius vita desperabitur. Sed nota. (quia videtur esse aliqua dissonantia inter dicta S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 5. & 4. sent. dist. 15. & aliis locis quæ tamen non est,) quod duplex est superfluitas, naturæ, scilicet, & personæ. Similiter duplex necessitas in paupere, videlicet naturæ, & personæ. Iuxta hanc distinctionem pono duas conclusiones, quarum prima est: Habens superfluum naturæ, & personæ, tenetur de præcepto illud erogare pauperibus, etiam si non patiantur extremam necessitatem naturæ, secundum Thom. 4. sent. dist. 15. q. 2. ar. 1. quol. 4. Secunda conclusio: Patienti extremam necessitatem naturæ, qui habet superfluum naturæ, etiam quod non sit superfluum personæ, tenetur dare sub præcepto. ex S. Thom. ibi. supra. Vide Caiet. in quol. de eleemosyna, vbi ostendit Thom. non sibi contrariari.

Superfluum de quo facienda eleemosyna quid.

3 ¶ Conclusio igitur, secundum Thom. 4. sent. dist. 15. q. 4. art. 1. quol. 4. 2. 2. q. 128. Pet. de Pal. & communiter doct. in 4. §. quos videtur etiam sequi Arch. Flo. 2. par. tit. 1. c. 24. q. quis habet superflua, quod ad naturam, & quod ad decentiam sui status pro se, & familia, & non subuenit necessitatibus aliorum, non tantum extremis, sed & magnis quas nouit mortaliter peccat. Videtur enim facere contra illud præceptum

Quod

Lucæ 2.

Quòd superest, date eleemosynam. Secundo qui habet de superfluo naturæ, & si non secundum decentiam sui status, & non subuenit pauperibus quos in extrema necessitate nouit, mortaliter peccat, cum dicat Amb. Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. Et quod dictum est de eleemosyna corporali, dicendum est etiam de spirituali, cum quis suffragari potest miseriam animæ patienti, quæ grauior est corporali.

4 ¶ Eleemosynam facere de necessario naturæ, sine quo vita propria non potest conseruari, secundum Thom. 2.2. q. 32. ar. 6. non licet, nisi personæ magnæ, per cuius conseruationem Ecclesia, vel Resp. sustentaretur: tunc enim liceret subtrahere sibi pro sustentatione illius, laudabiliter tamen, & non necessario.

Prou. 3.

Eleemosyna facere qui non possunt.

5 ¶ Eleemosynam dare non possunt, qui nec donare, quia de proprio fieri debet, sicut scriptum est: De tua substantia honora dominum, fac eleemosynam. De seruis, famulis, ancillis, dicit Thom. 2.2. q. 32. ar. 8. quòd eleemosynam facere nō possunt, nisi quatenus à superiori eis fuerit commissum. Si tamen habent aliquod proprium, de hoc possunt dare eleemosynam. Si imminet magna necessitas & non est tempus recurrendi ad superiorem, possunt, secundum Pa. in c. Si quis. de fur. Vel si aliquem vident in extrema necessitate constitutum, etiam contra superiorum prohibitionem possunt dare eleemosynam, secundum eundem Pa. vbi supra. & Gl. in c. Non dicatis. 12. q. 1. Immo possunt furari, & rapere, vt dent, & hoc facere tenentur, bono tamen modo, & dare pauperi, quia in tali casu omnia sunt communia, secundum Thom. 4. sen. dist. 15. supra. & 2.2. supra. Possunt etiam de voluntate dominorum expressa, vel præsumpta, vt quia habent administrationem commissam à superioribus. Arg. in l. Filius familias. ff. de dona. Intellige tamen, secundum Tho. in 4. sen. supra, in quantum datur eis commissio. Item possunt dare in illa necessitate, in qua dominus eius tenetur. Debemus enim existimare, quòd quilibet velit facere ea, ad quæ tenetur. Item quando de licentia superiorum peregrinantur, vel sunt in scholis, possunt eleemosynas facere, quas alij peregrini, & scholares communiter faciunt: Arch. in ca. Præterea, de offi. deleg. Supra Donatio, num. 3. Idem dic de religiosis prælato subiectis, & filiis familias, secundum Tho. 4. supra.

6 ¶ De vxore dicit Th. vbi §. quòd si præter dotem habeat alia

alia bona, vel ex proprio lucro, vel quocunque alio licito modo, potest dare eleemosynam, alias non, nisi de rebus paruis, ex quibus vir non fit pauperior, nisi expressè ei prohiberet aliquas facere eleemosynas, tamen in necessitate, & in aliis modis suprascriptis de seruis, quòd sunt quatuor, posset. Ultra hoc potest dare secundum consuetudinem, Vxor quòd quia consuetudo dat iurisdictionem, licet maritus aliquando sic generaliter prohiberet, quia debet sanè intelligi prohibito. Item quando vir est crudelis ad pauperes, & tenetur dare, & non dat, tunc vxor dando mariti negotium gerit, & potest dare moderatas eleemosynas, & occultè, cap. Reuertimini. 16. q. 1. exemplo Abigail. Item quando vir assignauit vxori cèrrum quid pro victu, & ipsa abstinet, de superfluo potest eleemosynam facere, nec debent computari expensæ, quia ad illas tenetur vir, ex dote & gubernatione familiæ. Item quando vir esset fatuus, & gubernatio domus ad vxorem pertineret: vel quādo vir dedit vxori gubernationem domus. Prudenter igitur circa huiusmodi se habeat mulier.

7 ¶ Idem dic de minoribus à 25. annis, quia non habet plenariam administrationem, secundum Pet. de Pal. 4. sen. di. 15. q. 4. art. 6. curatores tamen & tutores bene possunt facere eleemosynam, sicut possunt remunerare benemeritos pupilli, & multo magis pauperes Christi, discretè tamen, de superfluo.

8 ¶ Subueniendum est prius cæteris paribus sibi coniunctis, secundum Th. 2.2. supra, ar. 9. si aliqui alij essent sanctiores, vel vtiliores, & magis necessitatem patientes, prius eis, quam coniunctis non existentibus in tali casu, & quorum cura nobis non esset iniuncta, subueniendum esset: deinde suis, post notis, postea bonis, postea extraneis. Intellige semper cæteris paribus.

9 ¶ Cum quis factus est distributor aliquorum bonorum in pauperes, & ipse est pauper, potest de illis bonis sibi pro sua necessitate retinere, & alia distribuere, secundum Tho. supra, ad primum.

10 ¶ Peccatoribus etiam subueniendum est, vt eorum natura sustinetur, secundum Th. §. Ar. in c. Quiescamus. 42. di. Non autem vt in peccato foueantur, & sic intelligitur S. Th. 2.2. vbi supra, ad primum.

11 ¶ Eleemosyna non est danda, vt quis ditetur, nec vt sit occasio negligentiae, vel non laborandi, secundum Tho. §.

ar.

Vxor quomodo possit facere eleemosynam.

1. Reg. 25.

Tutores pupillorum quomodo possunt facere eleemosynam.

ar. in c. Episcopus, dist. 82. §. 1. Nec quando creditur quod sit occasio mali.

12 ¶ Non est furandum, ut fiat eleemosyna, quia non sunt facienda mala, ut eueniant bona, ut in c. Fortè. 14. q. 5.

13 ¶ Eleemosyna est magis satisfactoria, quam oratio, vel ieiunium, secundum Thom. 4. sent. dist. 15. §. & etiam quam alia opera, ut peregrinatio, & huiusmodi.

14 ¶ In extrema necessitate magis deferendi sunt filij quam parentes, secundum Thom. secunda secundæ, §. concordat Gof. & Host. propter beneficium ab eis receptum, & domini præceptum.

Eleemosyna quomodo liberat à peccato.
Iob. 12.
Eccl. 3.

15 ¶ Licet de turpi lucro possit fieri eleemosyna, non tamen de re obnoxia restitutioni, secundum Th. 2. 2. §. nisi in casu extreme necessitatis. De hac materia, vide in Rosa aurea, casu 57. & Sil. ver. eleemosyna, eleemosyna debet fieri animo hilari, recta intentione, & piè, & sic dicitur liberare à peccato, impediendo ne fiat, vel disponendo ad gratiam, secundum Thom. in 4. sent. dist. 15. q. 2. art. 2. quol. 1. ad 2.

DE EMANCIPATIONE.

1 *Emancipatio quid est.*

2 *Emancipare sicut pater ex causa cogitur, ita & filius emancipari cogitur, & hoc in quibus casibus fallat. num. 3.*

4 *Pater filium per procuratorem emancipare potest.*

5 *Filius emancipatus quando reuocetur in patriam potestatem.*

Emancipatio est relaxatio patriæ potestatis coram Iudi. Ecce competenti, voluntate patris & filij occurrente, in vtriusque præsentia. l. Nō nudo. C. de eman. li. Insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. præterea.

2 ¶ Sicut pater cogitur emancipare filium ex causa, ita filius cogitur emancipari, licet aliter dicat Gl. & malè. Insti. qui. mo. ius pa. po. sol. in fi.

3 ¶ Quamuis regulariter pater non teneatur emancipare filium, nec filius possit compelli ut emancipetur, fallit tamen in pluribus. Primò quando pater contra pietatem, filium afficit verberibus. Secundò, quando compellit eum peccare in corpus suum. Tertiò, si filius est arrogatus impubes, & pubes factus probat non expedire quod sit arrogatus. Quartò, si pater agnouit sibi relictum legatum, ut emanciparet filium, & in istis pater tenetur, ut no. Azo. in summa. C. de emanci.

4 ¶ Pater potest filium emancipare per procuratorem ut no. Bar. in l. Gallus. §. Fositan. ff. de libe. & posth.

5 ¶ Filius

¶ Filius emancipatus reuocatur in patriam potestatem propter alimenta non præstita patri, secundum Cy. in l. Filius. C. de in gra. li. de hac materia, quia parum valet confessio, vide, si vis, Summistas. Effectus patriæ potestatis ponuntur ab Angelo de Aret. Insti. de patr. potesta. & sunt sex.

DE EMPHYTEVSI.

1 *Emphyteusis quid sit.*

2 *Emphyteuticus contractus à censuali differt.*

3 *Emphyteuticum ius an transeat ad extraneos.*

4 *Emphyteusis ab ecclesia concessa privato pro se, & filijs non transit ad naturales.*

5 *Emphyteusim si quis accipiat pro se, & filijs suis, femina non comprehenduntur.*

6 *Emphyteuta an quando voluerit, possit se liberare.*

7 *Emphyteuticam rem quam quis habet potest alteri in emphyteusim dare.*

8 *Emphyteuta meliorationes etiam rei ecclesiasticæ donare potest, & ipsas vendere, numero 9. ac dare in dotem filia, num. 10.*

11 *Emphyteuta si alienauerit conditionaliter, an cadat in commissum.*

12 *In re emphyteutica an fiat recompensatio annui census propter sterilitatem, vel bella, &c.*

13 *Emphyteutica destructa & reparata, destruitur obligatio.*

14 *Emphyteuta pro quod spatium non soluens cadat à iure.*

15 *Dominus recipiens canonem ab emphyteuta lapsa pro solutione præteriti, an sibi præiudicet.*

16 *Emphyteutica res reddita ecclesiæ propter non solutionem pensionis, an possit iterum eidem dari, & quomodo.*

18 *Emphyteuta in quibus casibus cadit, & num. 19.*

18 *Laudemium an soluendum sit, & num. 20.*

Emphyteusis, quod sermone vulgari dicitur ad liuellum, est contractus medius inter locationem & venditionem, per quem transfertur dominium in emphyteutam, retento dominio directo apud dominum, secundum Pa. in cap. fi. de loca. Et soluit emphyteuta aliquid domino singulis annis. ff. si ager veet. l. 1. Dominium verò utile remanet apud emphyteutam, & habet possessionem eius ciuilem, emphyteuta verò naturalem.

2 ¶ Contractus emphyteuticus differt à censuali, in quo & directum dominium transfertur. cap. Constitutus, de relig.

Liuellorū materia declaratur.

y dom.

dom. differt & à feudo, quia in feudo dominus in persona vasalli ius habet, non autem emphyteutæ, & in aliis de quibus Tab. feudum. §. 1.

3 ¶ Ius emphyteuticum secundum opi. Io. de Imo. in c. fin. de loca. quæ est melior, transit ad extraneos hæredes, etiam in re ecclesiastica, dummodo sit data secundum illam solennitatem. c. 1. de reb. eccl. non alie. lib. 6. consuetudo tamē debet seruari, secundum D. Fel. in c. Pœnitentia, de proba. col. 12.

4 ¶ Emphyteusis concessa ab ecclesia pro se, & filiis, privato, secundum Abb. in d. cap. Pœnitentia, non transit ad filios naturales, etiam si legitimarentur, nisi quando legitimarentur per sequens matrimonium.

5 ¶ Quando quis accipit emphyteusim pro se, & filiis suis, non intelliguntur filiaæ fœminæ, sed tantum masculi, secundum Io. de Imo. in c. fin. de loca. per dictum quoddam Ar. in c. Si quis suadente. 17. q. 4. vbi voluit, quod in materia contractuum masculinum non concipiat fœmininum, per l. veterib. ff. de pact. in quo, & multi alij concordare videntur.

*In materia contra-
ctuum masculinum
non concipit fœmininum.*

6 ¶ Emphyteuta non potest dimittere, rem emphyteuticam, & se liberare quando voluerit, secundum Pa. in c. Iudicatum. de immu. eccl. quia quod à principio est voluntatis, ex post facto, est necessitatis. l. sicut. C. de act. & obli. nisi pactum vel consuetudo aliud inducat, & quod possint renunciare, tenent etiam d. Fel. in c. Quæ ecclesiarum. de const. col. 30.

7 ¶ Qui rem emphyteuticam habet, potest alteri dare in emphyteusim. Instit. locati. §. adeo. non tamen ita ut ipse sit liber à præstatione canonis, & si secundus emphyteuta velit alienare, tenetur querere consensum directi domini, & non primi emphyteutæ, vt not. glo. in l. fi. C. eo. & directus dominus debet habere laudemium.

8 ¶ Emphyteuta cuicumque rei etiam ecclesiasticæ, potest donare, aut legare meliorationes, quas facit in rem emphyteuticam, sine alia solennitate, secundum gl. in c. fin. de loca. communiter Doct. Permutare autem vel pignori obligare non est tutum sine consensu domini, quia multi doc. tenent quod non possit. in l. fi. C. de iur. emphyteu.

*Meliorationes etiam
ecclesie
possunt
vendi ab
emphyteuta.*

9 ¶ Emphyteuta potest vendere meliorationes etiam rei ecclesiæ, secundum Pan. in c. fin. de loca. dummodo seruet solennitatem, videlicet q̄ primò requirat rectorem ecclesie. Secundò, denunciet pretium. Tertio, labantur duo menses ecclesia non respondente. Quarto, nō vendat personis prohibitis. Quintò, quod non vendat nisi vtile dominium. Sextò, quod

quod non prius ceciderit à iure non soluendo. Vide de hoc Tab. ibi. §. 9. Potest tamen dare fratri suo sine dicta solennitate, secundum Bal. in l. Voluntas. C. de fideicom. quando duo fratres habent emphyteusim paternam.

10 ¶ Potest etiam sine consensu domini dari in dotem filiaæ, secundum Spe. tit. de loca. §. Nunc aliqua, ver. exc. Nec transfert plus dominij, quā ipse habet, per c. Nuper. de don. inter vir. & vxo. Et idem dic in donatione propter nuptias. Nec tenetur soluere laudemium, quia alienatio est necessaria, secundum Gul. & Bart. in l. Et ideo, ff. de cond. fur. Similiter potest dari in dotem extraneæ, si non extimata detur, & soluet laudemium: sed extimata non potest dari, nisi filiaæ.

11 ¶ Si alienauit emphyteuta rem conditionaliter, videlicet si domino placuerit, & si dominus voluerit tantumdem dare, teneatur restituere, non cadit in commissum, secundum Alb. post Alb. Pap.

12 ¶ In re emphyteutica, propter bella, sterilitates, & huiusmodi, non fit recompensatio annui census, nisi census esset ita magnus, quod non plus perciperetur, ac si res esset locata de anno in annum, secundum Bald. in l. 1. C. de iur. emph. Et dicit Bart. ibi, quod tunc non est propriè contractus emphyteuticus, quando datur tanta quantitas, quanta pro locatione. Si tamen substantia rei in totum periret, vel ab hostib. irreparabiliter raperetur, debet fieri remissio, secundum Gl. in d. c. fin. Et Pa. ibi. Idem dic de augmento, quia non augetur pensio in casu, quo non minuitur propter eius læsionem, secundum Pan. in d. c.

13 ¶ Destructa re emphyteutica (vt domo cōbusta) & reparata, destruitur obligatio, quæ erat super rem illam. Bar. in l. damni. ff. de dam. infe. §. Si is. quia illud dicitur nouum.

14 ¶ Emphyteuta non soluens per triennium, si est priuati, cadit à iure. l. 2. C. de iur. emph. Si est ecclesiæ, per biennium, nisi celeriter soluat c. fin. de loc. Et si expetat libellum, vel requisitionem, non dicitur celeriter soluere, secundum Glo. in d. c. fi. Ista celeritas erit in arbitrio iudicis, & perdit omnes meliorationes, secundum Abb. confi. 73. 1. vol. Si tamen dominus ei tenebatur in maiori quantitate, vel tanta, non cadit, secundum Pa. in c. Bona fides. de depo.

15 ¶ Dominus recipiens canonem ab emphyteuta lapsò, pro solutione præteriti, postquam expulit, non sibi præiudicat, secundum Pan. in d. c. fin. si recipit etiam ante expulsionem cum protestatione quod nō intendit sibi præiudicare,

non præiudicat. Si verò non facit protestationem sed simpliciter recipit, sunt variæ opiniones, tamen de subtilitate iuris non præiudicat, quia in dubio non videtur quis velle renunciare iuri suo, vt in cap. Super hoc. de renun.

16 ¶ Res emphyteutica reddita Ecclesiæ propter non solutionem pensionis, potest iterum dari ei, qui cecidit à iure suo, sine aliqua solemnitate, & causis requisitis in alienatione rei ecclesiasticæ, secundum Fede. consi. 183. & etiam eius hæredib. per rex. in d. c. si. & per consuetudinem, sed non alteri, nisi ecclesia per aliquod tempus fuisset in pacifica possessione, quod communiter fit spacio vnus anni. Supra Alienatio. nu. 21.

Emphyteuta in quibus casibus cadit.

17 ¶ Emphyteuta in quinque casibus cadit. Primò, si domino negat pensionem petenti, & negat se emphyteutam, quia magis debet operari contumacia expressa, quam tacita. l. si ita expressum. ff. de cond. & demon. Secundo, quando sine consensu domini vendidit, & res emphyteutica tradita est, secundum Canon. in c. potuit. de loc. Et si essent duo domini, & cum assensu vnus tantum vendidit, pro altera parte cadit tantum, quia non plus debet puniri, quam deliquerit. l. hæres. ff. de his qui vt indig. Tertiò, quando res emphyteutica est data pro se, & filijs, & nepotibus hæredibus, si filius, vel nepos refurat hæreditatem, cadit, vt not. Bart. in l. iustif. iurandi. §. si liber. ff. de ope. lib. Secus si non ponitur hoc verbum, & hæred. Quarto, quando emphyteuta moritur sine legitimis, relictis tantum naturalibus. Sed limita, secundum Bart. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. quando emphyteusis est data ab ecclesia, non si à priuato. Quintò, quando non soluit canonem, vt supra dictum est. num. 15. si multi sunt, & omnes soluerunt præter vnã pensionem totam, non cadunt, secundum glo. in d. c. si. Si non totam soluerint, cadunt omnes. Soluant ergo totam, & post agant contra non soluentem. Idem dic, quando vnus solùm partem non soluit, cadit à toto, nisi ob paupertatem, vel errorem hoc fieret, secundum communem opinionem.

18 ¶ Laudemium est soluendum, quando res emphyteutica transit ad alium emphyteutam quod non debet excedere quinquagesimam partem pretij emphyteuticæ. l. si. C. de iur. empt. Tamen de consuetudine est trigesima pars, quæ secundum Host. debet seruari, nisi in quatuor casibus, in quibus non datur. Primò, quando hæres adiit emphyteusim ratione hæreditatis, si tamen non est extraneus, secundum

Pet.

Pet. Helia: in quodam tract. Detur etiam laudemium ab eo, qui ex donatione rem emphyteuticam habuit, secundum eundem Petrum. Vide Spe. ti. de loc. Secundo, si ex antiqua causa traditur. Secus si ex noua, quia ex antiqua causa non videtur noua traditio. Tertiò, si emphyteuta vendit, & re integra à venditione retrocedit, non soluitur, quia dominus non habet mittere nouum emphyteutam in possessionem, & hoc verum de æquitate, licet de rigore iuris sit aliter, secundum eundem Pet. Quarto, quando alienatio est necessaria, vt in dotatione filia:, sicut supradictum est. §. 10. Quintò, quando habentes rem emphyteuticam diuidunt eam inter se, quod facere possunt etiam domino irrequisito, secundum Bart. in l. Voluntas. C. de fideic. Et hæc opinio melior, nisi consuetudo in contrarium obstet.

19 ¶ Ex deterioratione facta in re emphyteutica ab emphyteuta, si est notabilis, & perpetua deterioratio fundi, vt si vinea non putatur, vel arbores inciduntur, emphyteuta cadit, secundum eundem Pet. quia cessat causa. s. melioratio propter quam datur emphyteusis, dominus propria auctoritate non potest expellere emphyteutam secundum Pa. in d. cap. fin. quia emphyteuta habet ius in re, vt in l. i. ff. si ager vel. licet quidam contrarium teneant, primum tamen melius est.

20 ¶ Quando soluitur laudemium de terra pauci valoris, in qua sunt ædificata magna palatia ab emphyteuta, soluetur de palatijs, & non de valore tantum soli, quia domus cedit solo: l. i. §. Quod ait. ff. de superficie. Si emphyteuta pro multis vult soluere annis, non tenetur dominus accipere, secundum Cy. in l. 2. C. eo. ius enim videretur adimi. Bart. tamen limitat, vt non procedat vltra tres annos, sed pro tribus annis futuris possit soluere, per l. placuit de fundis patrimonialibus.

DE EMPTIONE.

- 1 Emptio quid sit.
- 2 Pretium in quacunque re quod dicatur iustum. Triplexque illud est.
- 3 Emere minus iusto pretio an peccatum sit.
- 4 Emens rem minori pretio citra dimidium, an peccet.
- 5 Emere iura aliena litigiosa an liceat.
- 6 Emptio quando reddatur illicita, nu. 7. 8.
- 7 Res quando vendi possit carius, & emi vilius quam valeat.

y 3

10 Emens

- 10 *Emens & vendens si sciatur valorem rei, etiam si minori pretio ematur vel maiori vendatur, contractus licitus est.*
- 11 *Rem venalem potest cogi quis vendere certo pretio.*
- 12 *Homines qui vendi possint.*
- 13 *Iudæus vel paganus servus quomodo revocetur in libertatem.*
- 14 *Res sacra quomodo vendi possint. num. 15.*
- 16 *Vendens unam rem pro alia restituere tenetur.*
- 17 *Vendens rem vitiosam tenetur ementi detegere vitium, nu. 18.*
- 20 *Venditor an teneatur pro palare circumstantias de futuro.*
- 21 *Mercatores peccant si conveniant inter se de pretio vendendi. 19.*
- 22 *Si fingatur ab aliquo tunc tempore non fore oleum, & aliquis emendo decipiatur an qui id finxit teneat, & num. 23.*
- 24 *Emerere an liceat rem ut statim vendatur cum lucro.*
- 25 *Rem emere ut carius vendatur quando liceat.*
- 26 *Clericis an negotiari liceat.*
- 27 *Emerere vel vendere negotiando an liceat in die festo.*
- 28 *Si alicui detur equus ad vendendum pro decem, & vendat illum duodecim an illa duo teneatur restituere.*
- 29 *Vendentes vel ementes cum falso iuramento an peccent.*
- 30 *Venditor an emptori teneatur de evictione.*
- 31 *Emptum ex aliena pecunia nomine alterius cuius sit.*

*Emptio-
nis pericu-
lū quan-
do reman-
et apud
vendito-
rem.*

*Musca vi-
na pretio-
sior est vi-
tulo mar-
tuo.*

Empcio nominat alienationem quandam ex venditore in emptorem in mutua voluntate pretio interveniente, & dominium, & periculum, & fructus stant apud emptorem, quia venditio rite acta est, Panor. in c. Cum dilecti. de emp. & ven. & in glos. fi. Et oportet quod pretium solvatur, vel detur fides de solutione. Aliquando tamen periculum remanet apud venditorem, ut quando fit pactum: vel quando dicitur quod ponatur in scriptis, antequam fiat scriptura: vel quando venditur cum conditione, quousque ne extat conditio: vel ex dolo, in quo fuit venditor: vel ex incertitudine, ut si vendatur unus servus, vel equus ex multis, sed hic non determinat: vel quia indiget degustatione: vel ex mora, quia venditor est in mora tradendi rem venditam, & pretium rei in emptione non attenditur secundum pretiositatem naturalem, quia una musca viva pretiosior est vitulo mortuo: sed attenditur pretiositas rei, quod ad usum nostrum. Et hoc pretium tripliciter consideratur, vel propter virtuositatem, quia una res quo ad usum virtutem maiorem habet, quam alia: ideo carior reputatur. Vel propter raritatem, quia rarius dicitur pretiosum, 92. di. c. Legimus. Vel propter complacitiam, vel utilitatem vendentis, secundum Th. 2. 2. q. 77. ar. 1. & 2.

2 ¶ Not.

¶ Not. est, quod pretium rei iustum secundum Doc. dicitur, quod est secundum communem appretiationem. Et est triplex, scilicet minimum, medium, & maximum, quod rigidum appellant, ut puta, 19. 20. & 21. & quolibet horum dicitur iustum pretium. Non enim pretium rerum indivisibili consistit, sed habet latitudinem.

¶ Emerere rem minus iusto pretio ex intentione emendi seu solvendi minus iusto pretio pro hic & nunc mortale est, quia læditur proximus contra iustitiam, secundum Caiet. ibi. Et non secundum eundem, quod pretium dicitur iustum, non solum quod communiter currit in illa civitate, vel loco, sed etiam illud quod nunc, & hic sub hoc modo vendendi vel emendi potest communiter inveniri. Nam res quæ venditioni exponitur voluntarie vilescit: vel aliquando emptores non inveniuntur vel non absunt pecuniæ: vel quia pauci tunc indigent. Nec redditur pretium iniustum ex eo: quod quis cogitur ex necessitate vendere, nisi alia conditio mala adsit. Fundamentum omnium horum vide in Cai. 2. 2. q. 73. ar. 1. Cum his itaque regulis infinitos casus solves, applicando eos occurrentibus.

¶ Emerere minori pretio citra dimidium, licet in foro civili excusetur, non tamen divino, & mortaliter peccat secundum Caiet. ibi. nisi pro re minima. Iniustitiam enim committit, & proximum notabiliter lædit.

¶ Emerere iura aliena litigiosa, quantumvis liceat tamen turpe videtur iusto nihilominus pretio debent emi, quod erit, id quod communiter invenitur absque dolo, sicut in ceteris, res tantum valet, quantum vendi potest. Ex Caiet. etiam si parvo pretio emantur, cum pauci emptores sint, iustum erit.

¶ Emptio illicita redditur, quando non solvitur iustum pretium ex fraude, ut cum quis a rustico emit gemmam tribus solidis, valentem decem aureos, quia rusticus eam non agnoscit: si autem cessat fraus, quia neuter eam cognoscit, sed quilibet se exponit fortunæ: & est in bona fide, venditio est illicita. Si etiam emptor illam cognoscit, & dicit venditori, dabo tibi tantum, etiam quod valeret mille aureos, & quod si plus valeret, non vult id plus habere cum mala conscientia, sed ex dono vult habere, non videtur iniuste emergere, nec teneri ad restitutionem, ex quo dominus rei monitus cum protestatione, & neglexit querere verum valorem rei, & emptor non tenetur explicare valorem rei sue,

*Litigia
aliena
an liceat
emergere.*

y 4 emm

cum possit ab aliis inquirere, ex Caiet. vbi supra.

7 ¶ Emptio etiam redditur illicita ex fraude, in substantia, quantitate, vel qualitate: vt si emit verum lapidem pretiosum pro lapide vitreo, vel equum bonum pro vitioso, vel rem magnam pro parua, vt terram pro quatuor iugeribus, cum sit sex, secundum Caiet. ibi. vide tamen diffuse, secunda secundæ, q. 77. art. 1.

8 ¶ Redditur etiam illicita ex fraude, propter anticipatam solutionem, vt cum quis viliori pretio emit, quia prius soluit, habendo respectum ad anticipationem solutionis, non ad extimationem valoris rei tempore assignationis, quia sic contractus esset licitus de vsu c. Nauiganti. Not. tamē quod emens viliori pretio, quia anticipat solutionem dummodo non emat minori pretio, quam sit humile, iustitiam non violat.

9 ¶ Res potest vendi carius, & emi vilius quam valeat, secundum se, & quando est multum utilis videnti, & commoda, potest eam plus vendere, quia vendit non solum rem sed etiā propriam utilitatem. Et emere potest quis viliori pretio, quia res parum sibi utilis est, non tamen quis potest carius vendere, quia est valde utilis res ementi: neque vilius emere, quia res parum utilitati affert vendenti, quia neque utilitas aliena potest vendi, neque aliena incommoditas comparari. Posset tamen emens sponte aliquid dare ex honestate propter utilitatem quam consequitur: & vendens minori pretio dare ex eo quod parum utilis res sibi est: non tamen tenentur, per rationem dictam.

*Utilitas
aliena non
potest ven-
di neque
aliena in-
commodi-
tas compa-
rari.*

10 ¶ Quando vendens & emens sciunt valorem rei, & cessat fraus, & non est talis necessitas, quæ excludat voluntarium, & non desit prudentia, vt solet fieri in lusoribus, vel furiosis, & quod sit ab eo, qui potest alienare, talis contractus etiam in conscientia est licitus, etiam si maiori pretio vendatur, vel minori ematur, quam sit iustum precium. Pan. in cap. Quia plerique. de imm. eccle. q. 9. post Innoc.

11 ¶ Vendere rem suam, quando quis venalem exposuit secundum veriore opinionem. potest cogi sub certo pretio, de his quæ necessaria sunt vitæ hominis, vt quod macellarij tantum vendant carnes, & tabernarij tantum vinum, & panem, & non plus secundum Pa. in c. 1. de empt. & ven. Et quia domus, & vestes necessariae sunt ad vitam humanam, etiam de his potest statui certum pretium, vt quod pannus non plus pro brachio vendatur, &c. vt infert Barr. in l. 1. C. de epi. aud.

aud. Secus quando non exponit rem suam venalem, vel non subest necessitas, vt in l. Inuictum. C. de contrah. emp. Nam si adest necessitas possunt exuberantes compelli ad vendendum iusto pretio necessaria ad vitam hominis, quia tempore necessitatis omnia victualia communia esse debent, & excusatur quis à furto. capit. Si quis propter necessitatem. de fur. Eo enim casu omnia fiunt communia, & necessitas legi non subest.

*Tempore
necessita-
tis omnia
victualia
sunt com-
munia.*

12 ¶ Homines qui verè, & propriè sunt serui. i. qui non sunt sui iuris, siue sint serui iure, vel exèptione, vel natiuitate, possunt vèdi, & emi, etiā si paganus, vel Iudeus seruus baptizaretur, quia secundum Doc. & præcipuè Thom. baptizatus non aufert conditionem seruitutis. 2. sen. di. 44. q. 2. ar. 2. De consilio tamen deberent domini eos facere liberos, secundum Arc. Fl. 3. par. tit. 3. c. 6. §. 3. Quomodo autem quis seruus efficiatur, & quot modis fiat serui. vide Inst. de iure perso. §. Serui. ff. de stat. hom. l. Libertas. & l. Si quis.

13 ¶ Iudeus, vel paganus seruus Iudæi, vel pagani non ad mercimoniam, sed ad seruiendum, si baptizatur, liberatur à seruitute tali, nullo pretio dato. Si verò est emptus ad mercimoniam, & non exponitur venditioni infra 3. menses, per baptismum efficitur liber sine aliquo pretio. Sed si exponitur, & non inuenitur emptor infra dictum tempus, liberatur 12. solidis. i. ducatis. c. 1. de Iudæ. & Panor. ibi. gl. 2. Si autem infidelis emeret Christianum, liberatur sine pretio. c. Generalis. dist. 54.

14 ¶ Emi & vèdi possunt res spirituales, vt vasa sacra, paramenta, sepulchrum, & huiusmodi non ratione spiritualitatis, vel benedictionis, sed in quantum sunt quædam res, vt panus, aurum, lapis, fundus & huiusmodi, dummodo non interueniat irreuerentia rei sacræ, & adsit necessitas secundum Thom. 4. sen. dist. 25. q. 3. art. 2. quol. 3. &c. Hoc ius porrectum. 10. q. 2. Quædam sunt in quibus principaliter consideratur id quod spirituale est, vt oleum sanctum, aqua baptismalis, & hæc vendere non licet, quia vendi videretur quod est spirituale, vt communiter dicitur tamen distinctio prius data etiam in hoc tenere posse videretur, si adsit intentio.

*Res spiri-
tuales
qua ratio-
ne vendi
possunt.*

15 ¶ Opera quæ habent pro principio rem sacram, non possunt vendi vt celebratio auditio confessionis, cuius principium est sacer ordo, secundum Thom. 4. supra. quæ verò habent terminum spiritualem, & non principium, vt do-

*Nota, &
bene sa-
cerdos.*

ctrina possunt v̄di. Et quando datur aliquid pro primis operibus spiritualibus, vt pro missa debet applicari non ad spirituale sed ad temporale, vt pro sustentatione, vel talibus. infra Simonia nu. 10. 34.

16 ¶ Vendens scienter vnā rem pro alia ignorantī, vt vinum mixtum pro puro, vel aurum alchimicum quod non habet veram speciem auri, pro vero, peccat, & restitutioni tenetur, tam de re ipsa, quā de damno sequuto, secundum Thom. 2. 2. q. 77. ar. 2. Et mortaliter peccat lædens proximum contra iustitiam: secus quando ignoranter hoc fit, vel vendit scienti, quia scienti & consentienti non fit iniuria. de re. iu. lib. 6. Ex hoc infero quod vendens vnā rem pro alia æquē bona, ad finem ad quem emitur, vt medicinam, & non excedit iustum pretium, non tenetur aliter ad restitutionem, licet peccet non seruando fidem, non tamē damnum aliquod ementi infert. De fraude circa quantitatem, & qualitatem, dictum est supra, nu. 7.

17 ¶ Vendens rem vitiosam scienter, quando vitium est occultum ementi, damnosum vel periculosum, tenetur exponere ementi tale vitium, aliter peccat, & tenetur de damno, secundum Th. 2. 2. supra. Si verō vitium est manifestum, secundum Arc. Flo. ementi, vt quia est cæcus, vel cū vsus rei, etsi non competat venditori, potest tamen competere aliis, non tenetur tale vitium manifestare, dummodō diminuat de pretio, quod iustum est, propter tale vitium: vnde venditor potest sic sue indemnitati nō manifestando confulere, ne res sua plus debito vilior reddatur.

18 ¶ Si quis vendat equum lunaticum, sed occultum est hoc vitium emptori, & dicat, Do tibi hunc equum pro cæco, claudum, lunaticum, & cum omnibus defectibus, nec volo in aliquo teneri, & tamen emens credit ipsam dicere in omnibus falsum, quia videt equum non esse cæcum, neque claudum, non tamen aduertit quod sit lunaticus, dicit Spe. in tit. de emp. & ven. quod nihilominus tenetur, quia non specificē propalauit defectum, & emptori duæ actiones contra venditorem competunt. Vide Pan. in c. Iniustum, de re. permu. in 1. Gl. Si defectus est patens, tamen emptor nō aduertit, vel quia est negligens, vel quia non est practicus, nihilominus tenebitur v̄ditor secūdu eūdem Pa. s. q̄a est in dolo, & nō dixit vitium. Et q̄n morbus in breui apparet, p̄sumitur fuisse. & tenet. dolus. n. p̄pōderat, vt in l. Itē si obstetrix. ff. a l. Aquil. Et hæc etiam valent in foro contentioso.

19 ¶ Si emptor emisset rem vitiosam, etiam si sciuiſſet vitium, non tamen tanto pretio, tenetur venditor defalcare de pretio, per actionem quanto minoris, secundum Pa. vbi supra. Quod si nullo modo emisset, tenetur venditor restituere pretium, & retro accipere rem per actionem redhibitoriam, per quam receditur à contractu, Pan. s.

20 ¶ Venditor non tenetur manifestare circumstantias de futuro, quæ si adessent, facerent rem minus valere, vt dicere, quod veniunt multę naues cum grano, quod si scirent emētes, expectarent, & sic res sua vileſceret, secundum Thom. s. huiusmodi enim circumstantiæ non sunt defectus rei vendendæ, ideo non est necesse eas manifestare.

21 ¶ Non est licitum mercatoribus inter se conuenire, vt vnus solus vendat, vel quod non vendant minori pretio, secundum Ho. & officiales non punientes tales, vel concedentes licentiam prædictis, vt possint prædicta facere, puniuntur. l. vnica. C. de mon. Secus quando hoc fieret propter vtilitatem Reip. vt de sale, & similibus. Intellige ergo quando hoc fraudulenter faciunt in damnum Reip. secundum Inn. in c. Significante, de pigno. Et hoc intelligendum est etiā de omnibus aliis artibus, & de procurantibus quocunque modo vt annona carius vendatur, vt puta impedientes mercatores portantes huiusmodi, & debent puniri, per l. 2. ff. ad l. Julian. anno. Idem de eo, qui emit omnia blada, aromata, & huiusmodi, vt carius vendantur, supra, Ars. num. 8. j. Monopolium, per totum. Hos omnes mortaliter peccare credo, quia contra bonum commune faciunt & notabiliter proximum damnificant, & sic contra proximalem caritatem.

22 ¶ Petrus fingit literas, in quibus continetur quod hoc anno non est oleum in riparia, & eas proiicit vt inueniatur, Titius inuenit, & credens esse verum, omne oleum quod reperit ibi, comparat, sperans multum lucrari, & post, multum perdit. Ad hoc dicitur quod Petrus contra fraternam caritatem agens, intendebat decipere mercatorem illum, vel alterum, non video quomodo à mortali possit excusari, non tamen tenetur restituere damnum, quia Titius leuiter motus est, propter tales literas emendo huiusmodi oleum, ideo sibi imputet damnum.

23 ¶ Quid si Socrates inueniat literas apertas, vel lacertas, missas Ciceroni, continentes quod in tali loco non sunt aromata, & quod quatit emere, &c. & Socrates his lectis, festinat

festinat emere ante Ciceronem? Dico Socratem non peccare, nec ad aliquid teneri, sed prudenter fecisse, & hoc placet etiam Arch. Flo.

24 ¶ Non licet rem emere ut statim vendatur cum lucro, non facta mutatione rei, temporis, vel loci, sicut faciunt qui rem prius vendunt pro 12. quam emant pro 10. Si tamen re empta, accidat aliquem eam velle, statim potest carius vendi, quam fuerit empta, quia iustum precium est diuisibile. Vel quando variatur modus, ut quia emit in grosso, & vendit ad minutum: vel quando statim mutatur precium. Potest enim accidere, quod vna res in principio mercati valebit 10. & antequam finiatur mercatum ascendet usque ad 15. Vel propter multitudinem ementium, vel quia parum est de illa re, in hoc sensu intelligendi sunt Arc. Fl. & Ros. supra. & Sil. ver. Emptio. num. 10.

25 ¶ Non licet aliquid emere, ut carius vendatur, quando lucrum est vltimus finis negotiationis, secundum Thom. 5. ar. 4. Si autem hoc fiat propter aliquem honestum finem, ut pro sustentatione sui, vel familiae, vel huiusmodi, licet. Infra Mercantia, per totum.

*Clericis
prohibitum
est nego-
tia agere.*

26 ¶ Non licet clericis negotiari, secundum Th. supra ad 3. supra Clericus. num. 10. 11. & secundum Pe. de Pa. non excusantur a mortali, quia debent excommunicari, ut in c. Nemo Episcoporum. 11. q. 3. Et si se non correxerint, debent deponi, ut in c. Clericus. dist. 91. & lucrum debent dare pauperibus, secundum Pa. in c. 1. ne cle. vel mo. Et hoc secundum Rayn. est de consilio tantum, & non praeceptum. Caiet. tamen non vult quod peccent mortaliter, s. Clericus. num. 11. Intellige praedicta de clericis beneficiatis, vel existentibus in sacris & omnibus religiosis. Possunt tamen necessaria emere, & superflua vendere, quia hoc non est negotiari. Per alios autem videtur quod possint exercere negotiationem dando pecuniam mercatori, quia cessat ratio prohibitionis, quia non impediuntur hoc modo vacare diuinis, dummodo lucrum ordinetur ad honestum finem & sine fraude, quia sic nulli liceret.

27 ¶ Emere vel vendere, negotiando in die festo non licet, computatur enim inter opera seruilia. c. 1. & si. de feriis, nisi secundum Pe. de Pa. in nundinis toleratis ab Episcopo sciente, vel propter necessitatem, secundum Tho. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad pe. Ea enim quae victui quotidiano necessaria sunt, non prohibentur vendi, & emi. Neque in loco sacro (ut in ecclesia)

ecclesia) licet negotiari, propter irreuerentiam, quae committitur. Possunt tamen vendi candelae, non propter auaritiam, sed pro satisfactione populi. Vide Arc. Fl. 2. par. tit. 1. c. 16. §. 3. J. Emunitas, num. 23.

28 ¶ Petrus dat Io. equum ad vendendum pro decem ducatis, & ipse Io. vendit pro 12. tenetur illos duos restituere Petro, quia salarium pro labore datum debet sibi sufficere, secundum Arc. Fl. & Ros. in ver. Emptio, nisi Petrus dixisset. Vide pro 10. si plus potes habere, sit tuum: tunc non tenetur restituere. Si tamen excederet iustum precium, teneretur ementi, quem contra iustitiam damnificauit.

29 ¶ Vendentes vel ementes cum falso iuramento, etiam in re minima, peccant mortaliter, ratione falsi iuramenti, & mentientes similiter, si notabiliter laedunt proximum: est enim mendacium perniciosum. Infra, Mendacium. §. 1.

*Vendentes
minima
cum iura-
mento pec-
cant.*

30 ¶ Venditor tenetur emptori de euictione, secundum Pa. in c. si venditori, de emp. & ven. Nisi quando emptor post litem contestatam, non denunciavit venditori, ut eum defenderet. l. emptor. C. de eui. licet venditor sciret litem motam. Secundo, quando emptor citatus, contumaciter abfuit tempore sententiae, quia per contumaciam suam videtur condemnatus, in d. l. emptor, vel absente venditore non appellauit. l. eramus. ff. de euiet. Tertio, quando per iniuriam fuit lata sententia, contra emptorem, quia iniuria quae fit emptori, non contingit venditori. Vel si per violentiam auferatur extraiudicialiter. l. si per imprudenciam. ff. de euiet. Quarto, si emptor compromisit, & contrariam sententiam reportauit. Quinto, quando emptor potuit vti capere, quod non vti cepit. Sexto, quando scienter rem alienam emit, nisi specialiter sibi de euictione caueat. l. si fundum. C. de euiet. Septimo, si aliquod casuale sibi contingat, c. Ad nostram, de re. ec. non alie. Si autem fiat pactum, quod non tenetur de euictione, nihilominus re euicta tenetur ad precium, ut in l. ex empto, in fi. ff. de ac. emp. & ven. Intellige quando pactum sit in genere, secus si persona specificatur, vel causa vna, secundum Lud. Ro. Infra, euictio. per totum.

31 ¶ Emptum ex aliena pecunia est ementis, si nomine suo emit. C. de rei ven. l. si ex ea. Nisi sit emptum ex pecuniis ecclesiae, ut in c. 1. 12. q. 3. vel de pecunia pupilli, vel minoris, a tutore, vel procuratore. l. 2. ff. quando ex facto tuto. Idem de emptis ex pecunia militis. C. de rei ven. l. si ut propositis. Idem de empto a marito, vel uxore, de pecunia sibi

Res qua
duobus
venditur,
cuius esse
debeat.

ab altero eorum donata. De hoc vide. ff. de do. inter vir. & limita vt Sil. ver. emptio. §. 22. Si res duobus vendatur, erit illius, cui primò traditur res, non cui primò venditur, & idem in donatione: Arch. in c. Ex literis, de consue. & l. Quotiens. C. de rei vendi. Venditor autem tenetur crimine falsi. ff. ad l. Cor. de fal. l. qui duobus, de hoc vide plenissimè l. as in repe. d. l. quotiens.

DE EMVNITATE.

- 1 Emunitas ecclesia quid sit.
- 2 Secularia placita in locis sacris non sunt tractanda.
- 3 Doctorari an possit in ecclesia.
- 4 In ecclesia vel cœmeterio quæ fieri prohibeantur.
- 5 Ecclesia incastellari non debet, vt inde fiat bellum.
- 6 Sacrilegium committitur in ecclesia faciendo in ea vim, vel aliquid extrahendo, &c.
- 7 Excommunicatus confugiens ad ecclesiam an gaudeat priuilegio immunitatis.
- 8 Seruus fugiens ad ecclesiam an reddetur domino.
- 9 Iudeus fugiens ad ecclesiam an gaudeat priuilegio.
- 10 Clerici, & religiosi confugientes ad ecclesiam quomodo inde extrahi possint.
- 11 Fugiens ad ecclesiam ex debito principis an debeat inde extrahi.
- 12 Committens maleficium, & confugiens ad ecclesiam, an possit inde extrahi.
- 13 Confugientes ad ecclesiam non incastellatam tempore belli, an possint capi.
- 14 Iniuste detentus in carcere, & dimissus cum iuramento redeundi, si confugiat ad ecclesiam, an inde possit extrahi.
- 15 Abstrahens aliquem de ecclesia in casu non permissio, illum restituere tenetur, & qua pœna plectatur secundum ius canonicum. num. 16.
- 17 Fugiens ad ecclesiam vnde habebit expensas.
- 18 Immunitas fratrum predicatorum.
- 19 Ecclesia non consecrata an eodem priuilegio immunitatis gaudeat quo consecrata.
- 20 Personales emunitates ecclesiasticarum personarum quæ sint.
- 21 Reales immunitates ecclesiasticarum personarum quæ. & num. 23.
- 22 Ecclesiasticam emunitatem violare quocunque modo peccatum mortale est.

23 Vendentes candelas in ecclesia an peccent.

24 Violare libertatem ecclesiasticam & eius emunitatem differunt.

26 Quomodo intelligatur aliquid fieri contra emunitatem, vel libertatem ecclesiasticam, & eius pœna.

EMunitas ecclesiæ, est priuilegium ecclesiasticæ libertatis, vel personarum, vel rerum ad eam pertinentium secundum Gof. in summa. eod. tit. Emunitas ecclesiæ quid.

2 ¶ Secularia placita in ecclesia, vel cœmeterio non sunt tractanda, ecclesiastica tamen bene possunt. c. i. de imm. ecc. Et sententia iudicis secularis data in ecclesia, ipso iure est nulla, præcipuè sanguinis, quæ sub anathemate ibi fieri prohibetur. c. cum ecclesia, eod. tit. Si tamen sententia alia à sanguine sit ibi data per viam voluntariæ dispositionis, vel iurisdictionis tenet, secundum Pa. in d. c. cum ecclesia.

3 ¶ In ecclesia quis potest doctorari, secundum Io. And. in c. Decet. eo. tit. lib. 6. Et tenent etiam contractus facti in ecclesia, secundum gl. in d. c. Decet.

4 ¶ In ecclesia, vel cœmeterio, non debent fieri conclamationes, seditiones, impetus, vniuersitatum concitationes, publica parlamenta, &c. vt in d. c. Decet, nisi pro actu pietatis, secundum Io. An. vt refert Pa. in d. c. cum ecclesia. & mortaliter peccant talia facientes, quando ex se sunt mala. Vel si faciant ex contemptu, vel impediendo totaliter diuinum officium, vel orationem tempore suo, secundum Pan. in d. c. Cum ecclesia. Aliter non est mortale, maximè quando non aduertunt ad prædicta. Nota.

5 ¶ Ecclesia non debet incastellari, nec in propugnacula construi vt inde fiat bellum, vel ibi recipiantur bellantes, nisi iusta necessitas ad hoc vrgeat, & episcopi licentia ad sit. c. relinqui, de custo. eucha. Iusta necessitas est, vt boni viri à malis defendantur. Pa. in d. c. Cum ecclesia. Neque in ea, vel cœmeterio, poni debent suppellectilia, vel hospitari, nisi urgente necessitate: aliter videtur mortale in omnibus prædictis, vt in d. c. relinqui. non tamen est, vt dicitur j. §. 22.

6 ¶ Facientes violentiam in ecclesia, vel cœmeterio, extrahendo aliquid violenter, aut confringendo confinia, aut vi, vel furto auferendo aliquid inde, sacrilegium committunt. c. quisquis inuentus. 17. q. 4. contra prohibitionem faciunt. c. Sicut antiquitus. 17. q. 4. & mortaliter peccant, in d. c. quisquis. An tales sint excommunicati, & quando, j. excommunicatio. 12.

7 ¶ Excommunicatus confugiens ad ecclesiam, gaudet priuilegio immunitatis ecclesie, quia non excipitur, ergo cum simus in gratiis, debemus & eos includere.

8 ¶ Seruus fugiens ad ecclesiam sine armis, vt domino se subtraheret, reddetur domino, praestito prius iuramento de impunitate, vt in c. inter alia. eo. ti. si venit cum armis, continuo extrahetur. l. si seruus. C. de his qui ad ecc. cofu. promissa tamen impunitate.

*Infidelis
fugiens ad
ecclesiam,
quomodo
securus.*

9 ¶ Iudaeus fugiens ad ecclesiam, non gaudet hoc priuilegio, quia non propter zelum fidei confugit, sed propter euasione[m] debitorum, vel criminis, & haec verior est opinio, secundum Pa. in d. c. inter alia, nisi confugiendo peteret baptismum. Idem dicas de quolibet infideli. Alij oppositum tenent, quia hoc priuilegium gratiosum est. & ita Sil. ver. Immunitas. 3. §. 3. tenet, multos allegans Doct. prima tamen opinio videtur verior, quia isti nulla reuerentia mouentur erga ecclesiam fugientes.

10 ¶ Clerici, & religiosi confugientes ad ecclesiam, possunt extrahi a suis praelatis, qui eos zelo religionis quaerunt, non autem si quaerunt odio, vel ex mala causa. Panorm. in d. c. Inter alia.

11 ¶ Fugiens ad ecclesiam propter debitum ex tributo principis, non debet extrahi, sed ibi citari: & si non potest se defendere, procedetur ad missionem in possessionem bonorum, & ita intelligit Auth. de mandatis principum. §. publicorum. Vide tamen Pa. in d. c. inter alia. Si vero sit debitum propter aliud, non extrahetur inuitus, secundum omnes. De modo autem procedendi sunt opiniones, sed hoc ad confessorem non spectat, ideo relinquatur causidicis.

Nota.

12 ¶ Committens maleficium, & fugiens ad ecclesiam, non potest inde violenter extrahi, nec amplius de illo maleficio, ad mortem, vel poenam corporis afflictiuam damnari, etiam si egrediatur sponte, & capiatur, secundum Pa. in d. c. Inter alia, potest tamen pecunialiter puniri, vel alia poena extra corpus mulctari, & cogi ad poenitentiam, & satisfactionem peragendam, ita tamen q[ui] non violenter extrahatur, secundum veriore[m] opi. & sequitur Glos. in c. Reum. 17. q. 4. & sunt ab ecclesia tales defendendi; nisi sint publici latrones, vt pyratae, & qui stant in stratis ad depradandam, vel nocturni depopulatores agrorum, vel committentes maleficium in ecclesia, vt ab ecclesia defendantur. Secus si extra ecclesiam vel coemeterium committerent cum hac spe, vt

in

in c. si eod. dit. Et licet loquatur de homicidio, tamen habet locum in alijs grauib[us] delictis, secundum Pan. ibi. Sed si contra sit delictum in ecclesia, non cum spe defensionis, Pa. dicit, quod non gaudet priuilegio. in d. c. si Alij tenent quod gaudet, & melius, per d. c. fin. Cat. in ver. Immunitas. videtur tenere cum Pa. quia frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit. Item raptores virginum, secundum Pet. de Anch. homicidae, adulteri, secundum iura antiqua, quamuis de istis teneatur secundum ius canonicum quod gaudent immunitate.

*Legis au-
xilium fru-
stra im-
plorat qui
in legem
committit.*

13 ¶ Confugientes ad ecclesiam non incastellatam tempore belli, non possunt capi, neque res eorum ibi repositae: Ar. in d. c. si nisi essent ad pugnandum, vt in d. c. Sicut antiquitus.

14 ¶ Iniuste detentus in carcere, & dimissus cum iuramento redeundi, si fugit ad ecclesiam, non potest abstrahi inuitus: sed petet absolutionem a iuramento, maxime si imminet periculum mortis, vel mutilationis, secundum Io. And. in addi. ad Spe. ri. de iur. iuran. Si vero iuste detineatur, compellendus est redire, secundum Bar. in l. Relegati. ff. de poenis. Non tamen ecclesia pati debet, vt inuitus abstrahatur, nisi praestita cautione, vt supra.

15 ¶ Abstrahens aliquem de ecclesia in casu non praemisso, tenetur illum restituere, secundum Pa. in d. c. Inter, & ecclesia potest contra eum agere, in c. Miror. 17. q. 4. nec liberatur per praestationem iuramenti, vel cautionis, nisi restituat.

16 ¶ Abstrahens huiusmodi violenter de ecclesia, de iure canonico debet excommunicari, & pecunialiter condemnari, & imponi eis publica poenitentia, nec restitui communioni, nisi restituant, quem violenter extraxerunt, in d. c. Miror, & sic mortaliter peccant. Idem dic de eo, qui constringit, vel negat requiem, vel victum, vel vestitum. Nota quod ecclesia habet hoc priuilegium, & coemeterium, & 40. passus, si est maior, vel matrix, & 30. si est minor, vt capella. in d. c. sicut antiquitus, similiter & monasteria religiosorum, secundum Ar. Fl. & Ho. licet non sit in iure expressum, de his 30. passib. capellae. vide Host. in d. c. Quisquis. 17. q. 4. Et passus continet 5. pedes, secundum Isido.

Nota.

17 ¶ Fugiens taliter, faciet sibi expensas de suo, si habet, secundum Pa. in d. c. Inter. Quod si non habet, ecclesia prouidebit, secundum Arc. post Hug. in c. diffiniuit. 17. q. 4. Debent ecclesiae pastores seruare vitam, & membra illis qui confugiunt. 17. q. 4. c. constituimus.

Nota.

*Ecclesia
Pastores
debet tue-
ri eos qui
ad eam
confugiunt.*

z

18 ¶ Nota

18 ¶ Nota immunitatem fratrum prædic. quia nullus d. ordinibus mendicantium potest construere ecclesiam, vel oratorium, vel constructa recipere, iuxta oratoria & ecclesias dictorum prædicatorum, j. spacium. 140. canarum. Et si secus factum fuerit, diruarur secundum priuilegium cle. quia plerique, &c. cuius authenticum est Bononiæ, & Rhegi, in conuentu prædicatorum.

19 ¶ Hac emunitate gaudet ecclesia non consecrata, secundum Pa. & Ho. in c. Ecclesia. eo. tit. & hospitalia, ac oratoria alia priuata, secundum Gos. si autoritate episcopi, vel superioris sunt constructa, secundum dictum Gos. in c. fi. de eccl. ædi. Et placet Pa. in d. c. ecclesia & palatium episcopi. cap. ad constituimus. 17. q. 4. Et ecclesia etiam interdicta, secundum communiter doct. & corpus Christi, secundum Host. quia ibi maior est ratio, licet iure non sit expressum.

Ecclesiastica persona emunitatis est à Iudice seculari. Nota. Emunitates ecclesiasticorum.

20 ¶ Personales emunitates manifestæ sunt, quòd ecclesiasticæ personæ sunt exemptæ à iudicibus secularibus, sunt liberæ à manibus violentis suadente diabolo, à pedagogis, & angariis, de quibus infra. Excommunicatio. primo. 31. 38.

21 ¶ Reales emunitates sunt, quòd personæ ecclesiasticæ exemptæ sunt à gabellis, pro rebus suis, vel ecclesiæ, quas non negotiationis causa deferunt, quòd possessiones ecclesiæ non possunt pro alienis debitis obligari, & quòd rustici non possunt eius iura deferere, &c. c. 3. eod. tit. & alia quæ in iure ponuntur.

22 ¶ Violare ecclesiasticam emunitatem quocunque modo ex intentione agendi contra libertatem ecclesiasticam quò ad locum, & personas, siue in communi, siue contra talem ecclesiam, secundum Caic. vbi s. est peccatum mortale, quia committitur sacrilegium. Si autem fiat nò ex tali intentione, sed ex passione, adhuc mortale est, nisi ex imperfectione actus, quia tunc esset veniale, vt cum parua iniuria fit, loco, vel personis sacris, nec fit contra præceptoriam prohibitionem: vt si quis comederet in ecclesia sine necessitate, vel hospitaretur vel faceret consilium, poneret ligna, & huiusmodi, & non adest contemptus: per huiusmodi enim non rei sanctæ magna fit irreuerentia,

Notent hoo religiosi.

23 ¶ Tenentes banchum in ecclesia ad vendendum candelas, imagines, & aliud, peccant mortaliter, quia domum Dei faciunt domum negotiationis, secundum Caic. supra. Non autem sic si tenent in cæmeterio, quòd est domus defunctorum. Ponere candelas in aliquo loco in ecclesia, vt qui vult

emat,

emat, vt communiter fit sine persona ibi stante, pro seruitio populi, sine auaritia, & pauperes portantes candelas per ecclesiam, vel imagines, dummodo non teneant banchum, & qui propter pluuiam retrahunt se cum banchum in ecclesia ad horam, excusantur omnes prædicti à mortali, secundum Caic. supra. Sic enim solet fieri, & prælati sciunt, & tolerant.

24 ¶ Nota differentiam inter violare libertatem ecclesiasticam, & emunitatem, ad discernendum césuras. Nam qui iniuriam facit loco sacro, violat immunitatem. Qui autem iniuriatur personæ, non solum quo ad ipsam personam ecclesiasticam, sed etiam omnib. rebus quib. per liberum arbitrium vtitur, vel quas possidet, violat libertatem ecclesiasticam. Ex Caic. supra. Ideo sunt distincti casus violentium emunitatem, & libertatem.

25 ¶ Multas alias emunitates habet ecclesia, & personæ ecclesiasticæ, quas vide in diuersis locis supra clericus. §. 29. ecclesia, per totum, infra Gabella. §. 10. pedagogium, per totum. Excommunicatio. 1. 38. & Tab. ibi, à §. 15. vsque ad 20. Excommunicatio. II. 20. 31. 33. 27. 62.

26 ¶ Nota, quòd tunc fit còtra emunitatem, vel libertatem ecclesiasticam, quando violatur priuilegium concessum super generali libertate ecclesiæ, & hoc siue violetur quo ad omnes ecclesias, vel quò ad vnam, siue quò ad omnes clericos, siue quoad vnum: nò autem si violetur libertas vnus ecclesiæ, vel clerici. Et similiter qui agit contra libertatē fratrum prædicatorum, vel minorum, non agit contra libertatem ecclesiasticam. Et licet peccatum mortale in his omnib. sit, tamen aliter puniuntur, qui contra libertatem ecclesiasticam agunt, quam qui contra libertatē specialē. Pœna autem violentiū hanc emunitatē est, quia aliquādo mortaliter peccāt, vt s. §. 22. quandoque incidūt in excōmunicationē latæ sententiæ, interdū debēt excōmunicari. Aliquādo puniūtur pœna priuationis, aliquādo aliter, iuxta leges canonicas, ciuilesq.

Agere contra libertatem mendicantium, an sit agere contra libertatem ecclesiasticam.

DE ENORMITATE.

1. Enormitas criminis qua fit: & enorme crimen quòd dicatur, num. 2.

3. Enormis iniuria qua dicatur.

4. Iniuria an sit enormis arbitrabitur qui habet ligare, & solvere.

Enormitas criminis est, quando crimen est tale, quòd etiam peracta pœnitentia remanet aliquid de pœna, quæ impedit ordinis excusationem, & beneficij retentionem,

nem, & hæc communiter sunt tria, scilicet homicidium voluntarium. c. Minora. di. 50. vel quasi voluntarium, videlicet quando præcessit culpa, de homi. c. continebatur. secus si nō præcessit culpa, & fuit casuale. c. Ex literis. eod. tit. Secundò, hæresis, in qua post sanatum vulnus, remanet cicatrix. cap. Ventum. i. q. i. Tertiò simonia in ordine. cap. inquisitionis, de accu. & idem ibi patet de simonia in beneficio.

2 ¶ Dicitur etiam enorme crimen, quod dispensationem non recipit, vt simonia in beneficio. c. Erga. i. q. . Dicuntur etiam enormia omnia crimina, & delicta, quæ inducunt infamiam civilem, etiam post pœnitentiam. ii. q. 8. §. Porro. Idem de crimine. quod inducit irregularitatem, secundum Tab. ibi, circa fin.

3 ¶ Enormis iniuria explicatur in c. Cum illorum, de sent. excom. vt si membrū mutiletur, si effusio sanguinis sit abundans, & de membro, de quo nō facile exit sanguis. Si in Episcopum, vel Abbatem, vel prælatum, vel superiorem sit iniecta manus. Inst. de iniur. §. Atrox. Si quis ita vulneretur, vt indigeat medicamine chirurgiæ, vel emplastro, vel aliorum medicaminum, secundum Monal. Si quis fustibus cæditur, Si in theatro, foro, vel ante iudicem verberetur, Si in ecclesia, cœmeterio, dormitorio verberetur, secundum aliquos. Ar. in c. Cum pro causa, de sent. excommu. Si fiat iniuria sacerdoti induto vestibus sacerdotalibus, magistratui, parenti, patrono, & prælato. ff. de iniur. l. prætor. §. Atroce. C. eo. & tit. l. Atroce. Ex tempore dicitur enorme iniuria, si fiat tempore ludii, vel festiuitatis, & hoc est arbitrarium. Ex re ipsa, vt ex vulnere, quia magnitudo vulneris atrocitatem facit, secundum leges, & aliquando locus vulneris, vt si fiat in oculo. ff. de iniur. l. ita incipit. Ex modo, vt quando est in publico, vt in ecclesia, vel platea, & excessus est notorius, secundum Pa. in d. c. illorum. Et de his iniuriis factis personis ecclesiasticis, episcopus non potest absoluere secundum eundem Pa. ibidem supra, Absolutio. nu. 61.

*Iniuria
enormes
facte per
sonis Ec-
clesiasti-
cis non
possunt
absolui
ab episco-
pis.*

Nota.

4 ¶ Qui habet absoluere, & ligare, poterit arbitrari, an & quando talis iniuria sit enorme, vt sciat an possit eum absoluere, necne. Ar. in c. Super literis, de rescrip. Sed caueat ne iudicet leuem, quam lex dicit atrocem, quia non absoluere, sed deciperet. Vide Gaie. ver. excommunicatio contra percutientes clericum, circa fi. vbi declarat, quæ sit enorme iniuria, & in quibus casibus episcopus, etiam in enormi percussione

percussione clerici possit absoluere. Vide infra, excommunicatio. l. ALIO.

DE EPISCOPO.

- 1 Episcopus si iniungatur alicui sub præcepto non debet ab illo renui.
- 2 Episcopus in aliquibus casibus potest procurare suam amotionem.
- 3 Episcopus nunquam debet suum gregem deserere, & §.
- 4 Prælati, & etiam quilibet alius debet vitam suam exponere pro anima proximi, & §.
- 7 Episcopus tenetur inquirere defectus subditorum.
- 8 Episcopus qui prius erat religiosus professus tenet ad obseruantias religiosas, qua non impediunt pontificale officium.
- 9 Episcopi autoritas quæ sit remissiuè.
- 10 Episcopus si efficiatur quis habens simplex votum religionis, an teneatur renuntiare episcopatu, & ingredi religionem.
- 11 Episcopus non potest dare autoritatem non episcopis circa ea quæ sunt ordinis.
- 12 Episcopus an possit cadere in aliquam pœnam suspensionis, vel interdicti.
- 13 Episcopus tenetur seruare formam executorum, si ad ipsum deuoluatur executio.
- 14 Vicarij autoritas expirat episcopo mortuo.
- 15 Episcopus in synodo debet constituere teste synodales.
- 16 Religiosos mendicantes an possit cogere episcopus ire ad processiones generales.
- 17 Episcopi singulis annis synodum celebrare tenentur.
- 18 Episcoporum multa sunt peccata. & 19.
- 20 Episcopus ordinandos debet diligere, examinare, & inquirere.
- 21 Episcopus propinquis non debet committere ecclesiastica beneficia, vel officia, nec rerum ecclesiasticarum administrationem.
- 22 Episcopus in publico quibus indumentis vtatur.
- 23 Episcopus non seruans nec seruare faciens canones, periurus & excommunicatus est.
- 24 Episcopus habens temporalem iurisdictionem laicum iudicem debet constituere.
- 25 Episcopus ignorans interrogatus in eius ordinatione an sciat nouum & vet. test. & respondeat quod sic, peccat mortaliter.

26 *Episcopus non potest doctorare nisi habeat ex privilegio.*

27 *Episcopalia iuramenta quæ sint.*

Episcopatum, vel aliam prælaturam iniunctam à superiore per præceptum, non licet renuere secundum Thom. 2.2.q.185.art.2.tum quia repugnat caritati proximorum, tum quia est contra humilitatem, qua quis suo superiori subiicitur. Sed quid agendum si sentit se habere impedimentum, & sic non esse idoneum? Dico secundum Thom. ubi supra: Aut hoc impedimentum potest remoueri per ipsummet, ut si habet propositum peccandi, quod potest deserere, & sic non excusatur, quin teneatur obedire suo prælato in hoc. Si verò non potest remouere ipse, sed prælatus iniungens, tenetur impedimentum præcipienti prælato exponere: qui si remouere voluerit, tenetur obedire: si verò noluerit, vel non potuerit remouere, non tenetur ei obedire, ut prælaturam vel episcopatum suscipiat. Nec requiritur quòd sciat se sufficientem sed sufficit, quòd non constet ei de opposito supra Electio.nu.37.

2 *Episcopus, secundum Th. supra. ar.4. potest procurare absolutionem à suo officio, quando aduertit quòd non proficiunt animæ sibi commissæ, vel ex ipsius Episcopi defectu, vel ipsarum animarum, vel quando existimat, quòd per alium meliorem melius disponentur, & sic ad sui quietem potest accedere ad superiorem, & procurare ut amoueat.*

3 *Episcopus, vel alius prælatus, secundum Tho. ibi, ar.5. neque propter aliquod commodum temporale, neque propter aliquod personale periculum imminens, potest gregem suam personaliter deserere, si subditorum salus exigit personæ pastoris præsentiam. Si autem saluti gregis per alium prouideri potest, pro aliquo commodo Ecclesiæ, & propriæ personæ periculo, gregem personaliter deserere potest licet tenetur omnia, etiam vitam exponere pro gregis sui salute, sub præcepto. Bonus. n. pastor animam suam ponit pro ouibus, &c. Tho. supra ar.7. ad 1. Intellige quando fuerit opus, & necessitas hoc requiret.*

4 *Quilibet, non solum prælatus, tenetur sub præcepto caritatis propriam vitam exponere pro salute animæ proximi, ut si puer moriatur sine baptismo, quilibet in hoc casu tenetur se exponere periculo mortis, si aliter fieri non potest, & ad ipsum accedere ut baptizetur, & sic saluetur, secundum Thom. 3. sen. di. 24. ar. vl. quol. 2. ad 2. & opusculo de perfectione vitæ spiritualis. c. 14.*

5 *Præla*

5 *Prælatus verisimiliter dubitans de salute animæ suorum subditorum, propter ipsiusmet absentiam tenetur stare, non autem sic alij quibus cura non est commissa, quando non vident actualiter periculum animæ proximi, licet, dubitent. Ex S. Thom. supra 2.2.q.26. ar.5. Et in hoc differt prælatus ab aliis. Secus si actualiter apparet periculum.*

6 *Prælatus pro administratione sacramentorum quæ non sunt de necessitate salutis, sicut baptismus, sed sufficit præparatio animi, non tenetur se morti exponere, neque pro salute corporis, nec hoc potest alteri præcipere, secundum Thom. 2.2.q.105. ar.5. ad 3. Si autem etiam quod non teneatur, sed exponat periculo mortis, est signum magnæ caritatis.*

7 *Episcopus & prælatus tenetur ad querendum defectus subditorum ut corrigat, vel reuelet, quando fama vel sufficiens motiuum venit ad eum, quia est pater, & iudex ipsorum, & præmittendo actum iustitiæ necessarium, peccat. supra Correctio. nu. 1.*

8 *Episcopus, qui prius erat religiosus professus, tenetur ad obseruantias religiosas, quæ non impediunt pontificale officium, ut sunt tria vota, & quædam alia: ad ea autem quæ impediunt, non tenetur, ut est silentium, & huiusmodi, secundum Tho. 2.2.q.105. art. vl. Et quia nil proprii habent, testari non possunt, quia sola eis dispensatio rerum ecclesiasticarum committitur, quæ morte finitur. Si tamen facit testamentum ex dispensatione Papæ, non de proprio facit cum nihil habeat, sed ampliatur eius potestas dispensationis, ut etiam post mortem valere possit.*

9 *De autoritate Episcopi, s. Dispensatio. nu. 19. vsque in si. Beneficium. nu. 45. 33. 8. 9. 10. 11. Sil. vet. Episcopatus nume. 8. de off. or. per tot.*

10 *Habens votum simplex religionis, si efficiatur Episcopus, secundum Thom. 2.2.q.189. ar.3. ad 1. tenetur renuntiare episcopatu, & ingredi religionem, est casus litteralis. in 6. per tuas de voto.*

11 *Episcopus non potest dare autoritatem non episcopis, circa ea quæ pertinent ad ordinem episcopalem, sicut est ordinare, chrisimate, consecrare, & huiusmodi, de quibus supra, Abbas. nu. 8. Potest tñ committere illa quæ ad dignitatem episcopalem spectant, ut est cognoscere de causa matrimoniali, de pœnitentia solenni, iudicare de clericis, & huiusmodi, secundum Pan. in c. Accidentibus de excels. præla. & c.*

2 4 Visa.

Episcopus quando potest abesse à suo grege. Ioan. 10.

Episcopi regulares professi testari possunt de licentia Papæ.

Vifis 16. q. 2. præter insignia, & vſus mitræ, & Pontificalium quæ ſolus Papa concedit, Ar. in c. Apoſtolici, de priui. in 6. Ea etiam quæ ſunt iurisdictionis poteſt concedere, etiamſi non ſit conſecratus, nec ſacerdos. De autoritate epifcopi in diſpenſando dictum eſt ſupra, Diſpenſatio. nume. 18. 19.

12 ¶ Epifcopus non poteſt cadere in pœnam ſuſpenſionis vel interdicti, ex aliqua conſtitutione, niſi in ipſa de ipſis epifcopis fiat ſpecialis mentio. Similiter nec eorum ſuperiores, vt in cap. Quia periculofum, de ſen. ex. li. 6. Idem dic de ſuſpẽſione à beneficio à iure poſita, vt i c. Si cõpromiſſarius, de elec. ſecus de excõmunicatione, vt not. in d. c. Quia periculofum.

13 ¶ Epifcopus tenetur ſeruare formam, quam ſeruare tenebantur executores, quando propter eorum negligentiam ad ipſum deuoluta eſt executio. Facit tex. in cle. i. de ſup. negl. præla.

14 ¶ Epifcopo mortuo expirat autoritas vicarij, ſecundum Pa. in cap. i. ne ſe. va. vt not. Gl. in cle. ſi. de proc. Idem dic de priore conſtituto ab Abbate, eo mortuo, Ar. ex not. in d. cl. h. ſecus quando eſt conſtitutus ab abbate cum capitulo. Ar. cap. 2. de ſta. reg. vel cum patribus conſilij, vel à diffinitoribus capituli.

15 ¶ Epifcopus in ſynodo dẽt conſtituere teſtes ſynodales 25. q. 6. c. epifcopus in ſynodo. Vide ipſorum officium. ibi.

Hoc idem Conc. Tri. Sess. 8. c. 2. 17 ¶ Epifcopus religioſos mendicantes cogere poteſt ire ad profeſſiones ex magna cauſa tantum, vt pura ex introitu noui legati, epifcopi, vel peſte, aut alio graui flagello imminente, c. Nimis praua, de exceſ. præla. etiam in generalibus litanis, vt Pan. in c. Dilectus, de offi. or. conſuetudine, & priuilegio aliquo ipſorum in oppoſitum obſtante minime.

17 Epifcopi omni anno ſynodum debent tenere, admonendo clericos, legendo conſtitutiones, & prædicando laicis, c. Placuit. 10. q. 1. & viſitando, ſi poſſunt, eccleſias monaſteria, & hoſpitalia ſubiecta eis.

Epifcoporum peccata quæ ſunt. 18 ¶ Epifcoporum multa ſunt peccata, vt ſi conferant ordines indignis: ſi conſecrent non virgines, vt virgines ſi cõferant eccleſiaſtica beneficia indignis: ſi non reſideant in ſua cathedra & eccleſia, ſine rationabili cauſa: ſi non interſint diuino officio, ſaltem dominicis diebus: ſi non viſitent, vt dictum eſt, & in viſitatione ſeruent iuratam de inquirendis & pro-

& provideſdis, quàm de prædicando procurationibus, & c. Si non inſtituant prædicatores in eccleſia cathedrali, potẽtes in opere & ſermone. Si non celebrent ſynodum, vt dictum eſt. Si non provideant de idoneis miniſtris, videlicet vicario, aſſeſſore, notario, & conomo, non propinquo, ſed clerico, de gremio eccleſiæ idoneo. Si negligãt executionem legatorum ad ſe deuolutorum, quò ad executionem. Si non corrigant verbo, & facto ſubditos, vt opus eſt. Si non conſiciant chriſma annis ſingulis. Si non diſpenſant redditus ſuos pauperibus eccleſiæ, vt debent. Si negligunt, vt magiſtri inſtituantur ad docendum opportuna, & artes liberales. Si negligant paſcere oues ſibi creditas. ex Cai. ibi.

19 ¶ Not. quòd ex ſupradictis, quedã, ſunt ſecũdũ ſe mala, vt cõſecrare nõ virgines vt virgines, conferre ordines, vel beneficia indignis, & c. Ideo errantes in his mortaliter peccant, niſi ex imperfectione actus. Quædam verò ſunt mala non ſecundum ſe, ſed propter aliud, videlicet, ex malis aptis inde oriĩ vt non reſidere, non viſitare, & c. & hæc iudicanda ſunt grauiata tantum, quantum eſt bonum. quo oues priuantur, & malum quod ſequitur. Quædam autem ſunt, perpetuæ durationis inſtituta, vt de reſidentia, viſitatione, & c. & hæc non ſeruare eſt peccatum mortale vel veniale, iuſta prædicta. Quædam verò antiquo tempore inſtituta, nõ ſunt amplius in vſu, vt de inſtituendo & conomo, de prædicando in viſitatione, & c. & hæc non ſeruantes non video peccare. Ex Cai. ibidem de deputatione prædicatorum, & confeſſorum cum ſubuentione eorum, vt dicitur in c. Inter cetera, de offi. or. non eſt amplius in vſu.

20 ¶ Epifcopus quos vult ordinare, debet inquirere de ætate & literatura, & ignorantem ſi ordinet ad ſacros ordines, dicitur mortaliter peccare. Supra clericus, §. 7. Quantam ſcientiam debeant habere, ipſe Epifcopus, & qui ordinantur vide ſupra. Clericus. nu. 7. Non debet etiam permitttere notarium ſcribendo ordinandos petere ſalarium quia prohibetur in c. ſicut epifcopum. 2. q. 1. Quando ſcilicet eſt ſalarjatus, ſecundum gl. ibid. aliàs poteſt accipere aliquid pro ſuo labore, dummodo Epifcopus non participet in lucro, J. Simonia, nu. 32.

21 ¶ Epifcopus non debet propinquis committere eccleſiaſtica beneficia, vel officia, vel rerum eccleſiaſticarum ad miniſtrationem. c. Indicatum eſt nobis. 89. d. Sed & conomus debet eſſe clericus, honeſtæ vitæ, vt in d. di. probatur & pro-

Eccleſiaſtica beneficia non debent cõmitti propinquis.

per totum Episcopus dando beneficia debet attendere, vt det dignis, aliter peccat, vt supradictum est. num. 18. Sic, n. personarum acceptor esse conuincitur.

22 ¶ Episcopus in publico debet vti lineis indumentis, nisi sit religiosus, in ca. Clerici officia, de vi. & ho. clc. Et tēpore interdicti potest celebrare, & celebrari facere vbicunque, & audire diuina. c. Si de priui. in 6. Interdictis tamē exclusis, non pulsatis campanis, &c. vt in c. Quod nonnullis, de priui. Nisi ipse specialiter sit interdictus, vel causam dederit interdicto. Et potest vbique in altari portatili celebrare, & celebrari facere. d. c. Si.

23 ¶ Episcopus non seruans, vel non faciens seruari canones ex contemptu, secundum Pan. in c. ego, de iur. iur. allegans gl. in c. Sacerdotes, el. 1. 2. q. 7. est periuus, & potest recedi ab eo. sicut ab excommunicato recedere, & præciso. Episcopalis etiā dignitas à conditione seruili vel à scriptura liberat, imò & sacerdotalis. d. 5. 4. c. si seruus sciente.

Nota.

Iudex laicus potest ab Episcopo institui in re criminali.

Episcopus ignorans non debet ordinari, imò doctus sciēs

soluere dubia in vtroque sensu. imò, vel doctor in sa. The. vt in iure

licentia. Vide Sess. 7. Conc. Tr. c. 2. de refor.

24 ¶ Episcopus habens temporalem iurisdictionem in aliquo loco, debet constituere iudicem laicum, qui in causa præcipuè criminali faciat iustitiam, & potest etiā in speciali delegare in aliquo maleficio, vt faciat iustitiam, & nō incurrer irregularitatem, dummodò per suam iurisdictionē neque directè neque indirectè indicet iudici q̄ debeat poenā sanguinis irrogare, sed solū in genere q̄ faciat iustitiam, & quòd consulat peritos: aliter esset irregularis. c. ex literis de excels. præla. & secundum Rodo. potest dicere, quòd puniat reos secundum quòd ius requirit, dummodo non exprimat de morte vel mutilatione, vt not. etiam Vgo in c. Omnis. di. 3. Vindictæ tamen sanguinis præsens esse nō debet, vt in c. ex literis.

25 ¶ Episcopus ita ignorās, quod nescit 10. præcepta articuli fidei etiā in generali, virtutes, & vitia, & sacramenta, si interrogatus in sua ordinatione an sciat nouum & vetus testamentum, & respondeat quòd scit, mortaliter peccat, quia perniciosè mentitur: secus quando scit ea quæ officio suo sunt necessaria, quia sic est conuet, umideo nō videtur mortaliter peccare.

26 ¶ Episcopus nō potest doctorare, nisi habeat ex priuilegio, & tunc non requiritur, quòd cum consensu, vel consilio capituli faciat, secundum Pan. in ca. Cum Apostolica, de his quæ fiunt à præla. in fine.

27 ¶ Iuras piscopalia ponuntur in c. Conquerente, de offi. ep.

et. & ab Arc. Flo. 3. par. tit. 9. c. 5. Vide Pan. in c. accedentib. de excels. præla. Sil. ver. episcopus. §. 8. episcopus dicitur quasi superintendens, eo quod superintendit laicis, & clericis sibi commissis. dist. 10. c. Clericos & cum in hoc sit multum negligens mortaliter peccat, & dicitur canis impudicus. Qui nec 2. q. 1.

Christiana ne sciens ea que ad salutē pertinent, peccat, imò

DE ÆQUITATE.

1 Æquitas quid sit.

Æquitas, secundum Th. 2. 2. q. 120. alio nomine epicheia dicitur, virtus est legis intentionem seruans, & non verba, vt quando lex mandat reddi deposita, æquitas dicit non reddi gladium furioso, quod est contra legem scriptam sed secundum legis intentionem, quam legislator non expressit, sed seruari debet.

punitur est, vt ex Con. Mogut. c. 45. constare potest. verba Canonicis hac sunt, vt in gratiam

DE ERRORE.

1 Errare quid sit, & quando sit peccatum.

2 Error quando dicatur intolerabilis.

3 Errans an consentire dicatur.

Errare est falsum pro vero putare, & error eorum, quæ quis tenetur scire, est peccatum, vt quando errat circa ea, sine quib. actum suum exercere rectè non potest, vt si sacerdos nesciat ea, quæ ad sacerdotium pertinent: & Christianus articulos fidei, & necessaria ad salutem, peccatum est. Quando autem sit mortale, vide infra, Ignorantia. c. 2. & Th. 2. 2. q. 74. ar. secundo.

ba Canonicis hac sunt, vt in gratiam

2 ¶ Error dicitur intolerabilis, quando aliquid communiter, vel in suo genere est peccatum, in c. Venerabilib. §. potest, de sen. exc. in 6. Vel si aliquid impossibile contineat, vt in gl. c. per tuas de sen. ec. Vel contra ius, vel legem. Vel si quis excommunicetur, quia bonum fecit, vt eleemosynam, & huiusmodi, in d. gl. infra exc. §. 16.

sacerdoti ea referā Symboli quod est signaculum fidei, & orationem dominicā

3 ¶ Errantes non videntur consentire. ff. de re. iur. l. nihil. Et si sit error iuris excusat à dolo & consequenter à poenā, quæ propter dolum debetur. dist. 95. c. Ecce ego. Errans in his, quæ quis tenetur scire, mortaliter peccat, vt in his sine quibus salus animæ esse non potest, vt sunt articuli fidei, supra Credere. num. 2.

discere, sepe ad moneant sacerdotes populum Christianum. Volu misq; vt disciplinā condignā habeant qui has

DE ERUBESCENTIA.

1 Erubescencia quid sit, & quando peccatum, & quid à timore differat.

Erubescencia, qua quis timet, & erubescit in his, quæ sunt de necessitate salutis, vt confiteri peccatum mortal e.

discere negligēt, siue in ieiunio, siue

in alia ca-
stigatione
emenden-
tur. Pro-
pterea di-
gnum est
ut filios
suos nonet
ad scholā,
sive ad
monaste-
ria, sive
foras pre-
sbyteris,
ut fidem
catholicā
recte di-
scant, &
orationem
dominicā,
ut domi-
alias edo-
cere va-
leant. Et
qui aliter
non poterit,
vel in
sua lin-
gua hoc
discat.
Circa has
ætates ita
decrevit
S. Syno-
dus Trid.
In profes-
sionem
tā in viro,
quā in
femina
17. anni
completi.

rale, & huiusmodi, aut confiteri ea quæ sunt in fidei articulis, peccatum mortale est, in aliis autem veniale, secundum Caiet. ibi in summa. Erubescencia est turpitudinis vitiosæ timor, propter vitiosum aliquod quod vellet agere, secundum Thom. 2. 2. q. 144. ar. 2. Vnde est de turpi fiendo timor: verecundia verò, timor de turpi facto.

DE ÆTATE.

- 1 Ætas determinata in quibus requiratur.
- 2 Ætas in electione monialium qua requiratur.
- 3 Anni quomodo computentur ad complementum ætatis requirantur.

Aetas determinata in multis requiritur necessariò à iure, sine qua, quod ad actum, non tenet, ut in sponsalibus 7. anni completi requiruntur, in matrimonio anni 12. in femina, & in masculo. 14. de sponsa. impu. lib. 6. c. Vnico, nisi quando malitia ætati supplet, quod tunc est, quando sunt potentes ad coeundū simul, ut no. d. c. Vnico. In professione, in femina 12. anni completi, in masculo 14. requiruntur, in c. cum virum. de reg. & c. significatum, ibi. & c. 1. de reg. in 6. In ordinibus primæ tonsuræ, & trium minorum 7. anni completi. c. In singulis. dist. 77. Accolitus, post annum 12. in d. c. In singulis. Subdiaconatus post annum 17. completū. Diaconatus post 19. completum. Presbyteratus post 24. completum, in cle. generalem, de æta. & quali. or. Si tamen quis ante dictam ætatem ordinetur, suscepit characterem, sed non executionem ordinis, vsque ad completum tempus, ut not. in d. cle. generalem, nec episcopus posset dispensare, ut ibidem not. Non autem reperitur, quod aliam poenam incurrat, secundum Arch. Flo. Sed secundum Ray. Anto. de Bur. in c. vel non est. de temp. or. Non est suspensus ab executione illius ordinis, sed debet suspendi, tamen exercet illum ordinem ante tempus, peccat mortaliter toriens quotiens exercet: licet non efficiatur irregularis, nisi prius suspendatur à superiore: intellige igitur quod non suscipit executionem, quia sine mortali non potest exequi: non autem quod ipso iure sit suspensus, sed quod suspendi debet. infra, irregularitas. num. 82. in fi.

- 2 ¶ In electione monialium requiritur ætas 12. annorum completorum, aliter nulla ad electionem admittitur. c. Indemnitatibus de elec. in 6. In iuramento, & testimonio exigitur tempus pubertatis. in c. Parvuli. 22. q. 5. Idem in testamento,

mentis, & in electione sepulturæ. arg. in c. Licet. de sepul. li. 6. de ætate inquisitoris, infra Inquisitor. §. 1. in abbatiā ætas 30. annorum completorum, similiter in matre, seu priorissa, vel ministra, quæ habet regere monasterium. in d. c. Indemnitatibus. In Abbate annorum 25. inceptorum, per c. in cunctis. §. inferiora, de elec. vbi regulariter ad quamlibet dignitatem acquirendam, id tempus exigitur, licet de Abbate non sit aliquid expressum, supra, Abbas. num. primò. In prioratu habente sub se collegium. 25. annorum inceptorum. ar. in cle. ne in agrò. §. Ceterum. de fra. reg. in prioratu non habere curam 14. annorum completorum, quia oportet quod sit professus. c. Nullus. de elect. lib. 6. ita tenet Pan. in cap. Super inordinata. de præben. licet alij dicant quod sufficit esse 4. annorum, quod non tenetur. In episco. 35. annorum completorum. c. Cum in cunctis. de elect.

3 ¶ No. secundum gl. in d. cle. generalem, quod si annus significatur in ablativo, ut dicendo in anno 25. quis possit fieri sacerdos, requirit tantum inceptionem. si verò significatur in genitivo, ut dicendo sit 14. annorum, qui vult profiteri, requirit complementum. Et hac regula intelliges annos in iure, quando debent esse completi, & quando tantum inchoati. Vide Tab. ibi. §. 1. Idem dicit Io. de Lig. in d. cle. generalem. & Bar. in l. si cui. ff. de le. 1. dicens, quod si proferatur in ablativo cum præpositione, in, sufficit inchoasse: si verò sine, requiritur quod sit completum. Sil. ibi. q. 2. §. 1.

DE EVAGATIONE.

- 1 Evagatio mentis an sit peccatum.

Evagatio mentis peccatum est, quia à ratione declinat. Si munda est, veniale est: si ad illicitas materias declinat, iudicanda est, iuxta reg. talium peccatorum, & hoc secundum se. Si autem adiugatur missæ, vel orationi, vel aliis, quæ requirunt attentionem, aliud iudicandum est, propter irreuerentiam, vel iniuriam annexam secundum Caiet. ibi, in summa. Et tunc peccatum mortale est, cum per eam fit contra aliquod præceptum, ut cum persolvens officium, ad quod teneretur ex præcepto, vagatur mente ex proposito. Vide infra. Horæ canonicæ. num. 20.

DE EVANGELIO.

- 2 Evangelium quomodo sit audiendum in missa.

Evangelium audiendum est in missa, non sedendo, nec genu flexo, sed stando capite discooperto, quo ad viros tantum,

In sub-
diacona-
tu 22.
in diaco-
natu 23.
in presby-
teratu
25.
Vide
Ses. 7. c.
12. & Ses.
9. c. 15.

Nota.
Annus in
professione
vel in
ordinatione
quomodo
intel-
ligendus.

Evagatio
mentis,
quando sit
mortalis.
Evan-
gelium su-
per se qua-
modo por-
tatur li-
ceat.

tantum, ut precipitur in c. Apostolica. de cons. di. i. nō tamen obligat ad mortale. Euangelium super se portare sine aliqua superstitione ponendo spem non in verbis scriptis, sed in Deo, est licitum, & eodem modo alias orationes, & dicit S. Tho. super Ro. l. 6. col. i. in fi. quod verba Euangelij scripta, habent veritatem salutiferam, sicut Barnabas curabat infirmos per illud. 2. 2. q. 96. ar. 4. infra, Reliquiæ. nu. 4. Postquam prædicatum fuerit Euangelium in toto orbe, secundum Aug. ad Esitium, mundi consummatio adueniet.

DE E V C H A R I S T I A.

- 1 Eucharistia quid interpretetur, & de quo conficiatur.
- 2 Admixtio alterius grani cum frumento an mutet speciem, ita quod in eo non possit confici.
- 3 Confici non potest pane totaliter corrupto.
- 4 Confici non potest ex pasta couda.
- 5 Ecclesia Romana in azymo, & Græca in fermentato. conficiunt.
- 6 Confici an possit ex pane factō ex aqua non naturali.
- 7 Conficiendus est sanguis de solo vino vitis, & etiam de musto nouiter expresso, num. 8.
- 8 De vineta multum adaquata an possit confici.
- 9 Papa an dispensare possit ut sine vino conficiatur.
- 10 Aquæ in vino admixtio est de præcepto.
- 11 Sacerdos consecrare potest omnem materiam panis & vini ante se positam, quantacunque sit pro vsu fidelium.
- 12 Forma consecrationis panis qua sit.
- 13 Forma consecrationis vini qua sit.
- 14 Si miraculosè appareat caro in hostia, quid agendum.
- 15 Sacerdotes duo an possint eandem hostiam consecrare.
- 16 Habens coram se hostias viginti, & intendens tantum decem consecrare, sed non determinatè, nullam consecrat.
- 17 Missa mali sacerdotis an tantum valeat quantum boni.
- 18 Vinum congelatum ita quod non possit commodè liquefieri an possit consecrari.

EVcharistia (quod sonat bona gratia. i. sacramentum altaris,) ex pane & vino conficitur, secundum Thom. 3. par. q. 73. art. 1. pane. scilicet triticeo, & vino vitis, ibi, art. 3. non ex pane hordeaceo, vel ex lolio, vel milio, quia non sunt eiusdem speciei cum frumento, secundum Thom. in 4. sent. & in 3. parte, supra, Albe. vult quod ex frumento, speltra, farre, siliagine, possit fieri, quia dicit esse species sub genere frumenti

menti contentas. Pet. autem de Pal. in 4. di. ii. quæst. i. art. 4. in 2. conclu. dicit, quod far, & speltra, quæ generantur ex tritico, sunt eiusdem speciei: ideo ex ipsis potest confici, & dicit quod in quibusdam locis ex hoc conficitur, Ric. verò, & Sco. dicunt in nullo istorum posse confici, sed in solo frumento. Archie. Flo. 3. par. ti. 13. c. 6. §. 1. dicit hoc esse incertum. Thom. autem 3. par. q. 74. artic. 3. ad 2. dicit quod si aliquod granum ex frumento generari potest, sicut ex tritico generatur filigo, ex eo confici potest, non autem ex speltra, farre, hordeo, & aliis, & hoc tene.

1 ¶ Admixtio alterius grani cum frumento, si est modica non variat speciem, ideo in ea potest confici, secus quando est multa, æqualis, vel in plus, secundum Thom. 3. & communiter doct. Ideo in eo non debet confici.

3 ¶ Ex pane totaliter corrupto non potest confici: secus quando est in via corruptionis, quia saluatur species panis, licet peccet sacerdos in tali consecrando propter irreuerentiam, secundum Th. cum aliis. Neque cum amido, secundum Thom. & Scot. quia fit ex tritico corrupto. Quidam, tamen contrarium tenent, sed quia incertum est hoc esse verum panem, taliter volens conficere, exponeret se periculo, & sic malè faceret.

4 ¶ Ex pasta cruda nō potest cōfici secundum Thom. 3. & Scotum, quia pasta panis non est. Si autem coquatur, erit panis, non enim consuetum hominibus uti pasta pro cibo.

5 ¶ In azymo conficit Romana Ecclesia, & Græca in fermentato, & omnes tenentur seruare ritum suæ Ecclesiæ: ideo ita peccaret sacerdos Latinus celebrans in Ecclesia Græcorum, in azymo, sicut peccaret Græcus in Ecclesia Latinorū conficiens in fermentato, quia ritum Ecclesiæ peruerterent, in c. Literas, de cele. mis. & secundum Tho. 3. Rationabilius tamen Latini faciunt, quia sic fecit Christus in azymo cōsecrans, prima die azymorum, & quia corpus Christi conceptum fuit sine vlla corruptione. Concordat Scot. probans Christum in azymo consecrasse.

6 ¶ Ex pane confecto cum aqua naturali, sed vel rosacea, vel alterius conditionis non potest confici, quia hic non est verus panis, quia sicut dicit Inn. in quadam decre. sicut allegat Th. 3. verè admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. Con. Sco. & Ric. licet Asten. & Dur. or. mi. dicant q̄ ex hoc potest confici, licet taliter conficiens peccaret. Prima tamen opinio communior, & melior.

Nota.

Pasta non est panis.

Rationabilius est celebrari in azymo, quam in fermentato.

*Acetum
non potest
consecrari.*

7 ¶ De solo viuo vitis, & non alio liquore, etiam balsamo, sanguis Christi potest confici, secundum Th. 3. par. q. 74. ar. 5. Neque cum aceto, quia per corruptionem vini fit acetum: neque cum agresta, cum sit in via ad vinum, nondum est vinum, secundum Thom. 5. Secus de vino acetoso, quia licet sit in via corruptionis, tamen adhuc est vinum, peccaret tamen sic conficiens, ut dictum est de pane, qui est in via corruptionis.

8 ¶ De musto expresso etiam nouiter ex vua, potest confici. c. Si necesse, de con. di. 2. & Tho. 5. non tamen debet vua in calicem exprimi propter impuritatem, nisi ob necessitatem. In vua tamen non potest, quia vua non est potabilis, sed magis comestibilis.

9 ¶ De vineta multum adaquata, non potest confici, quia vinum non est. Secus quando parum esset de aqua, ita quod non mutasset speciem vini, non tamen liceret, nisi cum aliud non posset haberi.

*Papa non
potest di-
spensare
circa es-
sentialia
sacramen-
torum.*

10 ¶ Papa non posset dispensare, ut sine vino conficeretur in locis, ubi vinum non potest haberi, quia in sacramentis & in essentialibus Papa non potest dispensare. Vnde dicitur, quod Alexander ultimus, voluit dispensare quibusdam peccentibus & fuit declaratum, quod non poterat. Posset tamen secundum Pis. & Ang. in verb. Eucharistia, dispensare, quod tantum corpus conficeretur, hoc tamen dubium habet, ratione perfectionis sacramenti.

11 ¶ Admixtio aquae in vino est de praecipito in c. Literas de cel. mis. Et consecrans sine aqua, mortaliter peccaret: non tamen est de essentia, nam Graeci consecrant verè, secundum Pet. de Pal. & non ponunt aquam. Et debet esse aqua naturalis, ut 5. Aqua. num. 2. de qua conficitur panis, aliter mortaliter peccaret conficiens scienter. Et debet esse modica, ut

*Aqua mo-
dica po-
natur in
calicem,
& ut di-
cunt ali-
qui quar-
ta pars
vini, &
bonum est
citò pone-
re.*

citò in vinum conuertatur, secundum Th. 5. & Sco. Vnde bonum est principio missae calicem praeparare, ut faciunt fratres praedi. ut interim aqua possit in vinum conuerti, & debet apponi in missa, & non ante in bocali, vel vegere, secundum Pet. de Pal. Debet etiam benedici, quando apponitur, quia non amplius poterit benedici, quia in vinum erit conuerfa. Vinum autem non benedicitur tunc, quia remanet.

12 ¶ Sacerdos potest consecrare totam materiam panis, & vini, positam coram se, quantacunque sit, siue pro usu fidelium, siue ad alium effectum malum: non tamen omnem panem, & omne vinum, quae sunt in ciuitate, quia oportet

quod

quod materia sit praesens, secundum Tho. in 4. sen. dist. 11. q. 2. ar. 1. quol. 3. ad 1. 3. par. q. 47. ar. 2. De praesentia materiae dicit Pet. de Pal. quod oportet materiam esse praesentem, alias esset falsitas, dum dicitur per pronomem demonstratiuum, Hoc est, & hic est, &c. non est determinata quantitas, ut possit consecrare tot hostias, & non plures, secundum Tho. quicquid dicant alij. Haec est communis sententia, & tenenda. Hic Angelica mordet S. Tho. sed non est curandum de eius verbis, sed de rationib. S. Th. quae sunt multum rationabiles, & bene fundatae.

13 ¶ Forma consecrationis panis est haec: Hoc est corpus meum, secundum Thom. 4. sen. dist. 8. q. 2. art. 1. quol. 1. Sco. verò ibi dicit, quod hoc non est certum, videlicet, quod sit forma, nec est necesse scire, quae sit forma determinata. Sed Tho. 3. par. q. 78. l. ad 1. tenet, quod haec est forma: & qui diceret haec tantum, cum intentione, consecraret, licet grauius peccaret. Opinio autem Sco. est contra usum ecclesiae, ideo non tenenda. Ly Enim non est de essentia, tamen debet dici, quia secundum usum Romanae ecclesiae est, scienter omittens peccaret, faciens contra consuetudinem ecclesiae, consecraret tamen, haec secundum Tho. ubi supra quol. 2. ad 2.

*Ly enim
licet non
sit de es-
sentia, ta-
men debet
dici secun-
dum con-
suetudinē
Ecclesiae.*

14 ¶ Forma consecrationis vini est haec: Hic est calix sanguinis mei, noui & aeterni testamenti mysterium, qui pro vobis, & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum, secundum Th. 3. par. q. 38. ar. 3. Sic n. habet consuetudo ecclesiae. Ly enim non est de essentia, tamen debet dici, sicut supra dictum est; de forma panis consecrandi. Sic stat in missali sancti Ambrosij, scriptum literis aureis tantum verba consecrationis. Et his formis nihil debet addi, nil minui: aliter quis grauius peccaret, ut dicendo: hoc est verum corpus meum, & huiusmodi.

15 ¶ Quid si miraculose in hostia appareat caro, &c. Supra, Communio. num. 12. ibi ponitur quid sit agendum. Solus sacerdos potest hoc sacramentum conficere. di. 25. c. Perlectis: & omnis, tam bonus, quam malus, etiam degradatus, quia habet characterem ordinis sacerdotalis indelebilem, ideo semper potest, licet non de iure.

16 ¶ Duo sacerdotes possunt eandem hostiam consecrare, ita ut vnus medietatem vnā, alius alteram consecret, secundum Pe. de Pal. 4. sen. di. 13. q. 4. ar. 1. Immo plures possunt eandem hostiam simul consecrare, ut solet fieri in ordinatione sacerdotum, qui simul consecrant cum episcopo. Et

Not a.

A omnia

omnium intentio debet ferri ad instantiã principaliter consecrantis. hoc tenet S. Tho. 3. par. q. 82. ar. 2. post Inn. 3. Pet. de Pal. licet quidam oppositum dicant, contra tamen vsum ecclesiã, ideo non tenendum, sed primum verum est.

Sacerdotis intentio debet esse determinata. 17 ¶ Qui habet corã se 20. hostias, de quibus intendit consecrare tantum 10. sed non determinat quas velit consecrare, nullam consecrat, quia eius intentio est indeterminata. Sed si credit hostias esse 40. & sunt 50. tamen intendit consecrare omnes quas coram se habet, omnes consecrat, quia eius intentio est determinata. Et si aliqua hostiã essent ibi sub mappis, vel aliter, in altari, quia eas non intendit consecrare: similiter si aliqua gutta vini esset extra calicem, non essent consecratæ hostiã, neque guttæ vini tales, quia non intendit.

Missã mali sacerdotis quomodo peior sit ea, quæ est boni. 18 ¶ Missã mali sacerdotis, quãtum ad sacramentum, quod est principale, tantum valet, quãtum missã boni sacerdotis. Quantum autem ad orationes, siue oret in propria persona, siue vt minister ecclesiã, melior est missã boni, quãm mali. Nã meliori instrumento opus melius artifex facit. Ita tenet S. Tho. suprà & Alex. Papa in c. Ipsi sacerdotes. 1. quæst. 1.

Vini congelatũ nõ esset consecrandum. 19 ¶ An vinum congelatum, cum non potest commodè liquefieri, possit consecrari? Sil. ver. Eucharistia. 2. circa fi. dicit, quod sic, quia à non congelato non differt specie, sed videtur habere dubium, quia non est per modum potabilis, sicut non potest consecrari botrus, in quo est vinum, vt suprà dictum est, quia vna magis est comestibilis quã potabilis, ita videtur & de glacie, cum qua glacie ex aqua facta, vel niue, licet verè sit aqua, tamen quis non potest baptizari, quia non habet modum ablutionis, sic fortè posset dici de vino glaciato, qd non possit confici, saluo tamen meliori iudicio. Consulerem igitur sacerdoti, vt vinum omnino glaciem factum non sacraret, sed aliud potius vinum apponeret non congelatum, quod consecraret, reposito primo in piscina.

DE EVICTIONE.

1. *Euictio quid sit.*

Euictio secundum Azo, est rei emptæ, aut ex alia iusta causa acceptæ per sententiã iudicis abductio. Sicut si A. emat agrum à B. & C. in iudicio probauerit esse suũ dicitur illam euincere, & hinc oritur euictio, vnde B. qui vendidit, tenetur A. de euictione. id est pro re euicta. supra, Emptio, circa fi. nu. 12. & pro re euicta, & damnis ob hanc causã satisfacere, si de euictione tenebatur.

DE EXCOMMUNICATIO.

- 1 *Excommunicatio debet primò esse nota confessori, & quare.*
- 2 *In quacunque excommunicatione quid sit considerandum.*
- 3 *Excommunicati eò quòd dederint consilium, fauorem, & c. an intelligantur excommunicati nisi sequatur effectus.*
- 4 *Excommunicatio quid dicat.*
- 5 *Excommunicatio minor excludit à passiva participatione sacramentorum.*
- 6 *Excommunicatio minor quando incurratur.*
- 7 *Excommunicatione quare vtatur ecclesia.*
- 8 *Qui potest sibi facere conscientiam quòd non peccauerit mortaliter, excommunicationem iuris non incurrit.*
- 9 *Effectus maioris excommunicationis qui sint.*
- 10 *Excommunicatio quamuis iniusta est timenda.*
- 11 *Excommunicationem debet precedere trina monitio, vel vna pro tribus, & quomodo facienda. nu. 12.*
- 12 *Excommunicatio si feratur pro contumacia de presenti, vel praterito, debet precedere monitio: & quid si sit de futuro.*
- 13 *Excommunicatio semper in scriptis est facienda.*
- 14 *Excommunicatio vt sit iusta quæ requirat.*
- 15 *Excommunicationis sententia in multis casibus nulla est, & consequenter non seruanda.*
- 16 *Excommunicationis non est verborum aliqua determinata forma.*
- 17 *Excommunicatione quando sit lata sententia.*
- 18 *Excommunicatio quomodo cognoscitur quòd sit maior.*
- 19 *Excommunicatus excommunicatione minori potest absolueri ab excommunicatione, non autem à peccatis.*
- 20 *Excommunicatus excommunicatione minori mortaliter peccat si se immisceat participatione sacramentorum, actiue vel passiuè.*
- 21 *Excommunicatio & absolutio possunt fieri ad tempus.*
- 22 *Collegium, vel communitas excommunicari non potest.*
- 23 *Papa potest committere puro laico & mulieri quòd excommunicent.*
- 24 *Excommunicare nullus potest seipsum, superiorem, vel æqualem.*
- 25 *Excoicationes à iure facere possunt omnes iudices ecclesiastici.*
- 26 *Papa non potest excommunicari nisi propter hæresim.*
- 27 *Mortuus excommunicari non potest.*
- 28 *Statutum ordinarij, vel synodale ligat omnes factos subditos ratione delicti.*

- 30 Subditi delinquentes extra territorium statuentis an afficiantur pœna statuti.
- 31 Si excommunicentur omnes scientes tale quid nisi reuelauerint, &c. sciens non tenetur reuelare iniuriam passo. & quare & 32.
- 33 Quæ sunt per modum statuti, mortuo statuyente semper duras donec reuocentur.
- 34 Sententia ultra terminum statuentis nullum habet vigorem.
- 35 Si vnus in aliena diœcesi delinquat, & reuertatur ad suam an episcopus alienus possit eum excommunicare.
- 36 Ab excommunicatione minori quis possit absolueri.
- 37 Participans cum excommunicato excommunicatione minori an incurrat peccatum aliquod, &c.
- 38 Excommunicatus excommunicatione minori separatus est à tribus in communi, quæ declarantur. nu. 39. 40. 42. 43.
- 41 Salutatus ab excommunicato si respondeat an peccet.
- 44 Casus in quibus liceat participare cum excommunicato maiori, qui declarantur. nu. 45. 46. 47.
- 48 De participante in crimine damnato remissiuè.
- 49 Participans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione quas pœnas incurrat. & nu. 50.
- 51 Papa participando cum excommunicatis non incidit in canonem.
- 52 Delegatus potest excommunicare maiori excommunicatione participantes excommunicatis ab eo.
- 53 Contrahere non potest quis emenda vel vendendo cum seruo excommunicati.
- 54 Prædicatores possunt eleemosynas ab excommunicatis accipere, etiam extra casum necessitatis.
- 55 Legatum factum ab excommunicato an liceat recipere.
- 56 Episcopus participans in crimine damnato, vel crimine cum excommunicato à se, an incidat in canonem.
- 57 Obligatus soluere alij cum iuramento infra mensem summam pecuniam, si interim creditor excommunicetur, an remaneat obligatus.
- 58 Clericus participans in diuinis cum excommunicato sententia liter, & nominatim à Papa, incurrit eandem excommunicationem.
- 59 Participans cum excommunicato etiam in diuinis ex mltis qui potest cadere in constantem virum, excusatur.
- 60 Parochianus habens in mandatis ab episcopo vt denunciât T. excommunicatis an ante denunciationem teneatur eum vitare.

- 61 Excoicatus Venetijs an debeat vitari si Genua inueniatur.
- 62 Excommunicatus anno elapso an debeat vitari, si ignoretur, an fuerit absolutus, necne.
- 63 Intrans domum excommunicati, & aliquid accipiens, an incurrat excommunicationem.
- 64 Ordo excommunicationum.

EXcommunicatio nota debet esse confessori, tam maior quam minor, vt primò sciat in quib. casib. excommunicatio incurritur, vt cognoscat an pœnitens sit excommunicatus, nec ne. Secundò, in quibus casibus excommunicatus, dicendo, faciendo, suspiciendo, peccat: & cognoscat peccata quæ in excommunicatione manendo fecit. Tertiò, perpendat peccata quæ ex excommunicatione occasionantur in altero non excommunicato. Quarto sciat qualitatem vinculi, an superiori, & cui reseruetur. Ex Cai. in sum. ibi.

1 ¶ In excommunicatione qualibet, sitte à iure siue ab homine. Primò est consideranda persona, quæ excommunicatur, an excommunicatio se extendat ad illam. Secundò, an actio, propter quam quis excommunicatur sit consummata, quia nisi sit consummata, non est locus excommunicationi, etiam quòd sit incepta. Ex parte autem agentis, à quo egreditur actio, exigitur quòd sit agens eliciens, & non tantum imperans, quia si excommunicatur occidens Titium, qui mandat occidi, non est excommunicatus. Ideo quando canon vult comprehendere etiam cooperantes, dicit, Quicumque dederit consilium, auxilium, &c. quicumque fecerit, vel mandauerit, &c. Ideo bene videndi sunt rex. antequam detur iudicium circa excommunicatos. Nec obstat excommunicatio iuris communis contra participantes in crimine criminoso, quia loquitur de participante cum iam excommunicato, vt infra declarabitur, Excommunicatio. 25. Cai. ibi supra.

3 ¶ Quando excommunicantur dantes consilium, fauorem, vel mandantes, &c. nunquam sunt excommunicati, nisi sequatur talis effectus, pro quo consuluerunt, mandauerunt, &c. & quando excommunicantur retrahentes à solutione decimarum, & huiusmodi sunt excommunicati, si quantum in se est retrahant etiam quòd non sequatur retractio, quia actus propter quem lata est excommunicatio, non est retractio à solutione decimarum, sed dicere aliquid propter quod retrahantur, & sic de similib. Cai. supra.

4 ¶ Excommunicatio secundum Tho. 4. sen. di. 18. dicit se-

*Nota.**Excom-
municatio maior
que fit.**Excom-
municatio minor
à quib.
excludit.**Excom-
municatio
quando
fit feren-
da, vide
Con. Tri.
Ses. 25.
c. 3.*

parationem à communione ecclesie quo ad fructum. i. sacramentis, & suffragia generalia. i. à participatione spiritualium, & hoc de maiori excommunicatione intelligitur. Unde sacerdos ut minister ecclesie orans, non potest pro eo publicè, & specialiter orare, licet secundum quosdam in ipso momento Missæ possit orare, tanquam persona priuata, quia illud spacium conceditur sacerdoti, ut possit orare pro suis, siue sint Christiani boni, vel mali, siue infideles, siue aliter.

5 ¶ Excommunicatio minor, de qua in c. Cum excommunicatio 11. q. 3. excludit præcisè à passiuâ participatione sacramentorum, quia sic ius disponit. c. si celebrat, de cle. ex. mi. & ab electione, quia talis est inhabilis ad quodcunque ecclesiast. beneficium. Et si eligatur etiam per ignorantiam, nullam consequitur dignitatem, ut not. in eod. c. Si celebrat, ut tenet ibi Inn. A cetero autem fidelium non excludit, nec à participatione spiritualium bonorum, nec sacramentis conferendis, ita ut collata non teneant, licet ipse peccet conferendo, ut in d. c. De excommunicatione, quæ est à Deo propter peccatum mortale, hic non fit mentio.

6 ¶ Incurrit autem minor excommunicatio post concilium Constantien. si participatio interueniat cum excommunicato publicè, & nominatim. Secundò participando cum excommunicato propter notoriam manum violentam in clericum, nisi participet in casibus à iure permissis, de quibus infra nu. 39. tunc non incurrit. Vide infra. §. 20. Reliqua de minori excommunicatione.

7 ¶ Excommunicatione utitur ecclesia secundum Thom. supra, ut medicina quia finis eius est, ut excommunicatus delictum suum recognoscat, & ad Deum redeat, & est maxima pœna. c. Corripiantur. 24. q. 5.

8 ¶ Cum excommunicatio non feratur nisi propter mortale peccatum, secundum Tho. & Pe. de Pa. vbi supra, ideo qui potest sibi facere conscientiam, quod non peccauit mortaliter, numquam incurrit excommunicationem iuris, quia sententia iuris non est iniusta. A iudice autem non nisi propter contumaciam infligitur, non autem solum pro mortali secundum Thom. supra, ut si noluit comparere, vel recessit ante sententiam, vel noluit se monitus corrigere, &c. c. Ex parte. de ver. sig. & in cap. Certum. 11. q. 3. & Panor. de iud. c. 1. secundum Ar. Fl. 3. par. tit. 25. c. 63. Potest quis excommunicari pro inuisione vel retentione rerum ecclesiast. i. carum. ca. Pil.

de test. spo. in 6. Pro iniuria facta prælato. ca. Guilifarius. 25. q. 4. pro defensione iuris sui potest excommunicare ordinarius. c. dilecto. de sen. ex. in 6. Propter negligentiam quis potest excommunicari. c. Nemo de con. di. 1. Dominus etiam propter contumaciam serui, vel procuratorum. Ut li. non conte. c. 1. cum modificatione ibi not. secundum Io. de Lig. Et singuli culpabiles propter contumaciam capituli, c. Romana. de sen. ex. in 5. Vide Pan. in d. c. de iud.

9 ¶ Effectus excommunicationis maioris sunt multi. Primò, taliter excommunicati priuantur fructu orationum & bonorum factorum per bonos Christianos, licet tamen aliquando pro eis in publico orare tantum in generali, in speciali verò tantum in secreto. Secundò, priuantur participatione in diuinis officijs, ut non possint cum aliis interesse, vel in ecclesia cum aliis orare, sine mortali peccato: nec extra ecclesiam audire diuina. c. Quod in te, de pœ. & re. Non tamen prohibentur ab ingressu ecclesie, dummodo non audiant diuina vel orent cum aliis. Prædicationem autem audire possunt. Tenetur tamen dicere officium, si sunt clerici, & c. sed soli dicant, sine Dominus vobiscum, secundum Pet. de Pal. 4. sen. dist. 18. q. 4. art. 1. Nec debent videre corpus Christi. Hæc intellige de publicè excommunicatis de secreto autem excommunicatis, qui hæc faciendo seipos publicarent, & proximos scandalizarent, & non sunt in mora petendæ absolutionis, credo non peccare participando, quia nec hoc debet intendere lex, nec excommunicator. Qui autem possunt non participare sine tali scandalo, seruare debent. Tertiò si est iusta, excludit à regno cælorum. c. Quisque 24. q. 1. & in iusta lata si contemnantur similiter. 10. q. 3. c. Nemo. Quartò, excludit ab actu, & officio cuiuscunque ordinis, ita quod exequens sit irregularis. ca. Apostolica. de cle. ex. mi. nec potest nisi per Papam dispensari. c. Aeterni, de sen. & re. iud. Nisi quando baptizaret in casu necessitatis, ut facit vetula sine solemnitate, secundum Gul. Si recipit ordines, sit irregularis, secundum Pe. de Pal. 4. sen. supra, nisi probabilis ignorantia eum excuset, in d. c. Apostolicè, ignorantia. facti, quæ etiã celebrantè excusat, si caret epistolam priuatè, vel solemniter sine manipulo, si est conuictum sic cantari per non ordinatum. Si exercet actum quatuor minorum etiam solemniter non incurrit, nec si officiat simul cum aliis in Ecclesia, non sicut sacerdos officiaret solènter, quia & seculares idè facere possunt. It' si episcopus excommunicaret celebrantè

*Cõc. Trla
Ses. 27. c.**Excom-
municatõ
possunt
audire
prædica-
tionẽ.*

*Excommu-
nicatus
perseue-
rans in ex-
communi-
catione
per annū
potest
priuari
beneficijs.*

in tali cappella, celebrans ibi non prima vice, sed secunda, fit irregularis, & illi, qui admittit excommunicatum ad diuina est interdictus ingressus ecclesie, & non est excommunicatus, & si celebrat, fit irregularis. c. is qui. de sen. exc. li. 6. Quinto, excludit à beneficio ecclesiastico, ita quod nullum adquirere potest c. postulasti. de cle. ex. mi. Nec alteri conferre, ca. Tantam de exce. præl. De beneficijs habitis dum est in mora petendæ absolutionis, nil præcipit. c. Pastoralis, de appel. Secus si non est in mora. in d. c. Tantam, si tamen non haberet unde viueret, debet sibi provideri, ne cogatur mendicare in opproprium cleri. Et perseuerans per annum in excommunicatione, omnibus beneficijs potest priuari. ca. Rursus, ii. q. 3. præcipue si est excommunicatus pro causa criminali & quomodo est suspectus de hæresi infra Hæreticus, num. 3. Sexto, excludit ab ingressu religionis, debet enim prius absolui, quia sic intrare non decet, secundum Pan. in ca. ex publico, de conuersioni. in glo. 2. Et fratres prædicatores possunt ex privilegio eos absolueri ante ingressum. Septimo, excludit ab electione canonica, tam actiue, quã passiuè. c. Constitut^o, de app. & electio nulla est. c. Dilectus, de cõsue. Intellige de notoria, & secundum Pen. de Pal. hoc est etiam verum in dignitate laicali. Vnde in Regem, vel Imperatorem non potest eligi excommunicatus. c. Per venerabilem, de elec. Sed si excommunicati non possunt expelli de capit. de iure, vel de facto, secundum. In. possunt admitti cum protestatione quod non intendunt eis communicare ius eligendi, & potest fieri protestatio publice, & occultè, quando timetur. ar. in c. i. quod metus. c. Debent tñ expelli si possunt, aliter electio est nulla, secundum Pan. s̄. Intellige de maiori excommunicatione tantum, quia minor non excludit à potestate eligendi actiue, sed passiuè tantum. ca. Si celebrat, de cle. ex. mi. Pan. in c. Illa, de ele. Quare autem non priuatur actiua? quia non est priuatus cõmunionem hominũ. Octauo, excludit ab officio, ita quod excommunicatus est suspensus ab officio, beneficio, & vsu iurisdictionis, vt neque ligare, neq; absolueri possit. c. Audiuimus 23. q. 1. & Th. 4. sen. q. 2. ar. 2. di. 18. q. 1. In. intelligit quãdo non est toleratus secus si sit toleratus. Nono excludit ab omni spiritali potestate, ita vt non possit alium ordinare, nec ab alio ordinari, quãtũ ad executionem, quia & si imprimit, vel recipit characterẽ ordinis, non tñ executionem. Idẽ dic de hæretico, & schismatico. Tñ si tales sunt secreti, & tolerati, recipiunt, & dant etiam

etiam executionem, secundum Inn. in cap. 1. de schif. & glo. in c. si. de or. ab epi. Et hæc via est tutior, & placet Pan. Nũc autem multum est modificata per concilium Constan. Infra interdictum. num. 31. 39. Et ideo non incurritur ista suspensio executionis, vel irregularitas nisi quo ad illos quos tenemur euitare, supra Absolutio. nu. 30. 31. Decimo excludit à collatione beneficiorum, quia beneficia non potest conferre. d. c. Tanta de conc. præb. Secus quã diu toleratur, iuxta dictam extrauagantem Constantien. Item excommunicatus nullum actum legitimum potest exercere, vt iudicare, accusare, testificare, & c. 3. q. 2. §. euidenter. Similiter intellige de omnib. actib. publicis, vt est procurare, aduocare, instrumenta facere, & c. secundum Pan. in c. Veritatis. de do. & contu. col. 11. Vide ibi qui actus tenent, & qui non. Item fidelitas vasallorum durante excommunicatione in domino, est suspensa. c. Nos sanctorum. 15. q. 6. ver. apostasias §. 1. Item excommunicatus non potest contrahere matrimonium sine mortali si tamen contrahit tenet potest etiam exigere, & reddere debitum sine mortali. Et sic excommunicatus moriens non debet sepeliri in sacro: & si fuerit sepultum corpus, debet exhumari si potest discerni. Et est infamis. 16. q. 1. c. Infame. Multa alia mala generat excommunicatio quæ propter prolixitatem omittuntur.

*Excommu-
nicatus non
potest con-
trahere
matrimo-
nium sine
mortali.*

*Excommu-
nicatio
iusta vel
iniusta ti-
menda est.*

10 ¶ Excommunicatio quamuis sit iniusta, dum tamen non sit nulla & si sit annullanda, debet timeri, secundum Pe. de Pa. 4. sen. di. 18. q. 1. ar. 3. siue sit iniusta ex parte excommunicati, qui est innocens, siue ex parte excommunicantis, non feretis eã zelo iustitiæ, sed vel ex odio, vel alia mala causa, vel ex parte ordinis, quia processit: vel per falsos testes, vel sine monitione, vel sine scriptis, vel huiusmodi. Et qui eam contemneret, mortaliter peccaret propter inobedientiam ad ecclesiã, & pœnas iuris incurreret, & tunc fit iusta. Quærenda est ergo absolutio, & seruanda. Si autem est omnino nulla, & non seruando illam, non sequitur scandalum, non est neque timenda, neque seruanda. Si autem non seruando sequitur scandalum astantium, ratione scandali est seruanda. Quando autem est iusta, sed discreta, quomodo se debeat habere, dictum est supra, in secundo effectu excommunicationis. Vide s̄.

11 ¶ Excommunicationem debet præcedere trina monitio, vel vna pro tribus, coram personis idoneis facta, cum interuallo dierum, nisi aliud suadent necessitas, aliter est iniusta:

iusta: & iudex per mensem est suspensus ab ingressu ecclesie c. sacro. de sen. ex. Et hanc poenam non incurrit episcopus, vel superior. c. Quia periculosum eo. tit. in 6. Et quamuis sit iniusta, tenet. c. Romana. eo. tit. lib. 6. & excommunicator condemnatur, ad expensas, secundum Pan. c. reprehensibilis. de app. gl. 2.

12 ¶ Ista monitio potest fieri sine scriptis coram personis, ut supra potest fieri etiam scriptis, sine presentia dictarum personarum, secundum Pa. in d. c. Sacro. Secus de sententia, ut dicemus. Et quando ius excommunicat propter aliquod delictum, iudex potest pro eodem excommunicare sine tali monitione, secundum Pan. in d. ca. Reprehensibilis. quia non est nostra excommunicatio, sed pronuntiatio iuris, secundum Host. Eodem modo si Papa committat alicui ut excommunicet Titium, quem constat Papam iam excommunicasse: secus si solum committat quod excommunicet, requiritur monitio, tunc. Et ratio quod requiratur monitio in excommunicatione, est quia cum sit maxima poena, ut dicit Th. in 4. sen. di. 18. sine monitione fieri non convenit.

13 ¶ Quando fertur excommunicatio pro contumacia de presenti, vel preterito, debet precedere monitio, nisi aliter necessitas suadeat ut supra. Si vero sit de futuro, & sit per modum statuti generalis, vel municipalis, secundum Pan. in c. excommunicationi. de rap. post Inn. quando statutum infert sententiam de futuro negativam, ut cum dicit, Nisi quis restituerit furtum, &c. requirit monitionem, & terminum, videlicet infra tot dies, vel horas, aliter non incurritur excommunicatio. Quando vero infert affirmativam, ut dicendo, quicumque aperuerit apothecam tali die, vel hora, sit excommunicatus, non requiritur monitio. Si vero sit de futuro per modum sententiae affirmativae, ut dicendo, Omnes solvant decimas, non debet fieri sine monitione, ut supra, nisi ex causa rationabili precedente, ut supra, quae sententia debet exprimi. Vel negativam, ut dicendo, Nemo blasphemet, &c. & tunc secundum quosdam potest fieri sine monitione, quia committens actum prohibitum, habet contumaciam annexam. Sed quia hoc videtur esse contra tex. & gl. d. c. Romana. ideo tutius dicitur, quod fiat hoc modo, Monemus, vel precipimus, primo, secundo, & tertio peremptorie, ne quis faciat tale &c. sub poena excommunicationis, &c.

14 ¶ Excommunicatio, siue fiat contra certam personam, siue incertam, debet fieri in scriptis, ut dictum est & requi-

Monitio quando requiritur in excommunicatione.

Nota.

fitus infra mensem a die sententiae, loco, & tempore debito tenetur tradere exemplum, de qua requisitione fiat instrumentum vel literae cum sigillo authentico, aliter excommunicator est suspensus per mensem, ab ingressu ecclesiae, & divitis officijs, eo. tit. c. 1. l. 6. Et si se ingerit efficitur irregularis, & non absolvitur, nisi a Papa & similiter servetur in suspensionis, & interdicti sententia: Episcopus tamen, & superior non incurrit. d. c. Quia periculosum, poenam Religiosi quoque excusantur ab hac poena, quia cum continue habeant corrigere, oporteret semper habere notarium vel quia alium modum corrigendi habent, vel ex suis constitutionibus, vel ex consuetudine, vel ex ignorantia iuris excusantur, secundum Lapum Gem. autem in c. Cum medicinalis. in 6. de sent. exc. contrarium tenet, dicens dictum c. Omnes excommunicatores astringere ad dictam formam. Et Lapi ratio, nihil vel parum valet, quia praelatus non habet continue corrigere de criminibus, quae requirunt summam poenam. Potest igitur limitari, quod talis forma non teneat quoad omnes, quando servando eam periculum esset in mora, vide Sil. ibi, excommunicatio. r.

15 ¶ Excommunicatio ad hoc quod iusta sit, requirit expressionem causae, in scriptis, ut dicendo, Quia tui peremptorie citatus & nolisti comparere coram nobis &c. alia est locus poena dicti c. Primi. Igitur ad hoc quod fiat iusta, quatuor requiruntur, videlicet monitio competens, & precedens. Secundo, causa rationabilis. Tertio, quod causa sit manifesta non tantum praelato, sed & aliis. Quarto, quod fiat in scriptis modo supra dicto & sine istis sententia siue excommunicationis, siue suspensionis, siue interdicti, est iniusta.

16 ¶ Excommunicationis sententia in multis casibus est nulla, & consequenter non servanda. Primo, quando lator eius non erat iudex excommunicati, nec habebat potestatem super eum. c. Ad nostram de consue. Secundo, quando est a iudice proprio, sed excommunicato publice. c. Audiimus.

24. q. 1. vel intruso. c. Alienationes. 12. q. 2. vel suspensio, aut interdicto a iurisdictione. c. Quia. de concess. preben. Secus si ab ordine tantum, tunc non possit ea quae sunt iurisdictionis, sicut suspensio, vel interdictus a iurisdictione, potest quae sunt ordinis. Tertio, si ille qui tollit, est violator interdicti hominis, & non fuit absolutus. c. Tantra. de exc. prael. Quarto, si excommunicavit subditum contra eius privilegia. c. Capella. de privileg. Quinto, quando fertur a legato impetrato,

Sententia excommunicatio nis quando est nulla.

*Sententia
aqualiter
in se conti-
net intole-
rabilem
errorem.*

*Excōmu-
nicatio
sumit vim
ab inten-
tione.*

in casu non permisso. in 6. de rescr. c. 1. Sexto, cum quis excommunicatur à delegato contra delegantis intentionem. c. fi. de præb. Septimo, quando quis excommunicatur post legitimam appellationem. cap. Venerabilibus. eod. tit. in 6. Quod fallit secundum Pan. in c. Venerabili. de cen. quando prælatus procedit extraiudicialiter ut pars ad conseruationem iurium suorum. Octauo, quando sententia continet intolerabilem errorem. cap. Per tuas. eod. tit. Quod multis modis contingit, ut si præcipiatur illicitum: ut dicendo, excommunico te nisi fureris, &c. vel prohibetur bonum absolute, ut colere Deum, & huiusmodi. in d. cap. Venerabilibus, Vel si præcipitur impossibile, secundum Gl. c. Per tuas. eod. Vel quando pronunciat contra ius scriptum, ut si pronuncietur excommunicatio post legitimam appellationem. 2. q. 7. §. Diffinitiuam. & error debet esse expressus in sententia, aliter non tenet: secundum Gl. in d. c. per tuas. Nono, quando quis excommunicat participantes excommunicato in illis casibus, in quibus participando incurreretur tantum excommunicatio minor, talis excommunicatio ipso iure est nulla, nisi trina monitione, vel vna pro tribus præmissa. c. Constitutionem. eod. tit. in 6. Decimo, quando prælatus suos subditos excommunicat, si exponant suis superioribus, aut Legatis, aut Inquisitoribus, statum suarum ecclesiarum, monasteriorum, & personarum, & rerum suarum. cap. Quia plerique, de offi. or. lib. 6. Hos casus ponit Ioan. And. in c. Præsenti, de sen. exc. in 6. Undecimo, quando prælati excommunicant nolentes procurare ultra euictionis, & personarum numerum taxatum. c. Cum Apostolus. de cen. dum eos visitât. Duodecimo, quando sententia profertur generaliter contra non facientes aliquid, ut contra non soluentes, & aliquis non potest, non ligatur, quia secundum Pa. in c. 1. & Gl. de offi. dele. verba generalia debent intelligi modo citili, & impossibilium nulla est obligatio. ff. de re. iu. l. impossibilium, &c. Terriodecimo, si mandatur sub poena excommunicationis, ut A. soluat 10. aureos infra 10. dies. B. prorogat terminum, non currit excommunicatio, quia est facta in fauorem creditoris, secundum veriore opinio. & Pan. & casus videtur expressus. c. 1. de loca. Quartodecimo, quando iudex ferens sententiam non intendit ligare, quia excommunicatio ab intentione vires sumit. secundum Pa. in c. Ex parte. el primo. de offi. or. Quintodecimo, quando profertur sub conditione, non ligat antequam extet conditio, secundum Ho. c. Nobis, eod.

eod. tit. in omnibus prædictis casibus quando notoriè constat de casu, non est timenda excommunicatio. Si verò non constat, timenda est quò ad ecclesiam, & contemnens mortaliter peccat, ut supra dictum est.

17 ¶ Non est aliqua forma verborum excommunicationis *Forma* determinata, secundum Arc. Fl. 3. par. tit. 25. c. 74. Oportet ta- *excōmu-
nicatio-
nis.* men, quòd utatur talibus verbis, quæ exprimant intentionem iudicis volentis excommunicare de præsentì, unde si dicat. Habeo talem pro excommunicato, vel denunciò talem excommunicatum, quem prius non excommunicauit, non est excommunicatus in foro contentioso. Si autem constaret de eius intentione, quia sic consuevit excommunicare, esset excommunicatus, & tenet sententia siue profertur ore iudicis, siue per literas, secundum Pan. & c. Nullus. 3. q. 4. sicut & absolutio per literas fieri potest. c. Quanto. 2. q. 5. & facit ad hoc practica.

18 ¶ In excommunicatione siue à iure, siue ab homine, nõ *Nota,* est lata sententia, quando dicitur sub poena excommunicationis, vel anathematis, sed est comminatio, secundum Pa. *Modus* c. Vnico. de sagit. Quomodo autem cognoscitur, quòd sit *cognoscē-
di latham
sententiã.* lata sententia? Dico secundum Pan. c. Si diligenti, de foro compe. Si promulgatur per participium præteriti temporis, ut dicendo, sit innodatus, sit excommunicatus, sit suspensus, & huiusmodi, est lata sententia, c. Cupientes. de elec. Nisi appareat per aliud ius, quòd sit ferenda, vel secundum materiam subiectam. Sic intelligitur Gl. c. Nullus, de fo. compe. Quandoque nõ sunt verba præteriti temporis, sed declaratoria, & est canon latæ sententiæ, ut dicendo, decernimus viribus carere, vel excommunicationi subiacere, & tunc ligat. c. Nouit, de his quæ fiunt à præl. iuncta Gloss. Si verò sunt dispositiuam, & sonant in futurum, ut dicendo, Priuetur, excommunicetur, & de huiusmodi est sententia ferenda, nisi addatur aliquod verbum, per quod appareat, quòd sit lata, ut dicendo, Ipso facto excommunicetur, ipso iure, vel eo ipso, & similia. De hoc in regula, in pœnis, de reg. iur. lib. 6. Idem dic de hoc verbo, subiacet excommunicationi, secundum Pan. in c. Clericus. ne cle. vel mo. & per ista verba, Excommunicationi noueris te subiacere, fertur sententia ipso facto. cap. Non minus, de immu. ecc. De hoc verbo, Sicut excommunicatus viterur, dicit Panorm. in cap. Super Specula. ne cle. vel mo. Secundo not. Debet ponderari materia, si à iure proferatur, siue ab homine. De se non sunt verba

ba lata sententia. Hæc dictio Prorsus, & Penitus, tantum valent quantum in ipso facto, vel ipso iure: ideo quamuis iungantur verbis futuri temporis, tamen est lata sententia, de pœnis. c. penultimo.

19 ¶ Excommunicatio cognoscitur, q̄ sit maior, quando simpliciter fertur siue à iure, siue ab homine, cap. penul. de sent. excomm. Quia in cōcernentibus periculum animæ tutior interpretatio est fienda, secundum Pa. ibi, & secundum eūdem, in c. Illa quotidiana, de elec. in prima Gl. excommunicatio minor potest fieri à iure, & ab homine, & potest cognosci per verba excommunicantis, vel suspendentis, quādo important effectum maioris, vel minoris: in dubio tamen semper præsumitur maior, in d. c. Illa.

Excommunicatus minori an possit absolueri.

20 ¶ De excommunicatione minori ultra ea quæ dicta sunt supra, num. 5. dico quòd existens in tali excommunicatione, potest absolueri ab excommunicatione. Non autem à peccatis, quia priuat à participatione sacramentorum. Non autem ab usu iurisdictionis, secundum Pa. in c. Excommunicato. in gl. 1. de Resc. Idem dic de suspendo ab ingressu ecclesiæ, quòd potest absolueri ab excommunicatione. Unde si essent duo excommunicati minori, & vellent inuicem confiteri, vnus potest alterum absolueri ab excommunicatione, & absolutus alterum potest absolueri ab excommunicatione, & à peccatis, & postmodum facere se absolui à peccatis.

21 ¶ Excommunicatus minori, mortaliter peccat, si se immisceat participatione sacramentorum actiue, vel passiue licet non efficiatur irregularis etiam celebrando. Et licet sacramenta per eum collata non careant virtutis effectu, mortaliter tamen peccat scienter conferens, & suscepta per eum carent effectu ultimo. i. executione, ex S. Thom. supra Sil. Excommunicatio 4. circa prin.

22 ¶ Excommunicatio, & absolutio possunt fieri ad tempus, quia est pœna, & non culpa, licet supponat culpam, & sic de consuetudine curiæ fit, secundum Pan. in c. Veniens. secundo, de testi. in gl. fi.

23 ¶ Excommunicari non potest collegium, vel communitas, vt in c. Romana. eod. tit. Arc. Fl. par. tit. 25. c. 7. circa fin. sed bene possunt excommunicari singuli de collegio, secundum Host. Et quia quidam dicunt, quòd sic, quidam quòd non: ideo not. vt elicitur ex S. Thom. 4. sent. dist. 18. q. 2. ar. 3. quol. 2. quando dicitur, Excommunico talem vniuersitatem,

vel

vel collegium, nō tenet excommunicatio, quia sic animam non habet: vel dicendo, Excommunico singulos de tali collegio, vel omnes, nil aliud addendo, non tenet, quia coningeret aliquando irretiri innoxios, quod est contra d. c. Romanæ. vel dicendo, excommunico priorem, vel Abbatem propter talem culpam, & omnes alios qui commiserunt, vel consenserunt: & hæc est sententia illius c. circa fi. vbi dicit, se in illos duntaxat de collegio, vel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit promulgare. Non est sic de interdicto, vel suspensione, secundum Thom. quia non tam graues pœnæ sicut excommunicatio sunt. Ad hæc Pe. Pa. in 4. sent. adducit rationes optimas. Conc. Ric. in 4.

24 ¶ Papa potest committere puro laico, & mulieri, quòd excommunicent, quia est de iure positiuo, secundum Arch. Flo. 3. par. tit. 25. c. 75. & Pa. in c. Decernimus. de iud. col. 1. supra Abbatissa. §. 5.

Nota.

25 ¶ Nullus potest seipsum æqualem, vel superiorem excommunicare, secundum Thom. 4. sent. supra. & per c. Cum inferior. 21. di. Ideo quando Episcopus excommunicat omnes quia fecerunt furtum, si ipse fecit furtum, vel aliqui alij non ei subiecti, non sunt excommunicati.

26 ¶ Excommunicationes à iure facere possunt omnes iudices ecclesiastici, qui possunt facere ius, vt Papa in vniuersali ecclesia, Legatus in sua prouincia, Episcopi in suis diocesis. c. Visis. 16. q. 2. & multo fortius consilium prouinciale. Qui verò non possunt facere ius vel statuere, nec etiam excommunicare. Excommunicationem verò ab homine potest facere omnis iudex ecclesiasticus, potens constituere. Facere excommunicationem maiorem, proprie pertinet ad Episcopum. d. c. Visis. In furto autem, & rapina, vt dicit Tho. in 4. concessum est à iure parochiano excommunicare. Excommunicare etiam possunt de iure communi omnes ecclesiarum prælati, vt in c. Necessarium de off. or. & cap. 1. de elec. nisi Episcopi præscripsissent contra eos, ne hoc possent Abbates confirmari; etiam non benedicti. in cap. Sicut tuis. de simo. Priores etiam in omnes de collegio, & in alienos, si in eos aliquo iure speciali habent iurisdictionem, in cap. Cum Ecclesiarum. de off. or. Idem de Archidiacono, licet non sit presbyter. Arch. in cap. Perlectis. dist. 25. nisi consuetudo obstet. Vide tamen Panorm. in capitu. Cum in cunctis. de electio. Vide multa alia, quæ præmitto.

Sil.

Qui non potest facere ius, nec etiam potest excommunicare.

Sil. excommunicatio. cap. notabili. 2.

27 ¶ Excommunicari non potest Papa, nisi propter hæresim, de qua & iudicari potest, & deponi. cap. si Papa distinctio. 40.

28 ¶ Excommunicari non potest mortuus, quia non est homo, nec potest esse contumax, neque peccare, pro quibus fertur excommunicatio, ut s. patuit, in quibusdam tamen casibus excommunicatur ratione præcedentis vinculi ad terrorem, propter quod ei sepultura negatur, & communicatio orationis, sicut in hæresi, & in notorio crimine morientes. Et hi etiam, quorum scripta continent hæreses, nisi se ipsos correctioni ecclesiæ subiecerint, ut fecit Abbas Joachim. c. Damnamus. de summa tri. & fide catho. Et qui hereticos instituunt hæreses. c. Sanè. 24. q. 1. c. Infideles non possunt excommunicari. 2. q. 2. c. Multi. Neque pueri, vel furiosi, & quicumque carent vñ rationis, quia peccare nō possunt, Neque fratres mendicantes ab Episcopis, vel aliis prælatis Ecclesiæ, nisi ex speciali licentia, & autoritate Papæ, ut patet in privilegiis suis, quæ sunt notoria, infra Privilegium enim 7. Nec non subditi ordinariorū ab eis possunt excommunicari, eo quod participent cum exemptis. c. Quanto. de priuil. Secus ratione delicti contractus, vel rei, de qua agitur. cap. 1. de priu. in 6. Neque Imperator neque princeps ab Episcopo suo. 2. q. 7. §. Balaam. Imperator & Rex post monitionem pro notoriis tantum excommunicantur, dist. 66. c. Valentinianus. De hoc vide Tab. Excommunicatio. 4. excommunicari non potest, qui cessit bonis, quia quo ad bona quasi desit esse subditus. c. 3. de solu. Pet. de Palu. vbi supra, Archiep. Flor. pariter.

29 ¶ Statutum ordinarij vel synodale, ligat omnes factos subditos ratione delicti (& hoc dico quia non omnes delinquentes sunt subditi, ut archiepiscopus secundum aliquos, & mendicantes, qui ex sua exemptione habent quod ratione delicti non fiant subditi) in c. à nobis. el primo, de sententia excommun. quia lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hæresi. Si autem feratur per modum sententiæ generalis, sic videtur, quod non liget, nisi subditos sententiantis tunc quando sententiam profert, respectu delicti committendi. Hanc distinctionem ponit Pa. post Inn. in d. c. à nobis.

30 ¶ Subditi delinquentes extra territorium statuentis, secundum Pan. in d. cap. à nobis, non afficiuntur pœna statuti, licet Inn. ibi tenuerit quod sic: hoc tamen verius per cap. Ut

Nota.
Excom-
municari
qui nō pos-
sunt.

Nota.

Ut animarum. de const. lib. 6. quia statutum est lex territorij, nec vires ultra extendere potest. Si episcopus præcipit, ut qui acceperunt tales res restituant, &c. & subditus illius accepit res huiusmodi in territorio, sed tempore sententiæ est extra territorium, secundum Gemi. in d. c. Ut animarum, ligatur. Si episcopus excommunicat non facientes residentiam, clerici existentes extra, & habentes notitiam de hoc, ligantur, quia habent initium in proprio territorio, vel finem. Episcopus subditum suum existentem extra suam diocesim potest excommunicare per specialem sententiā, secundum doc. in c. fin. de foro comp. vide ibi Pa. qui multa ad propositum ponit. Subditi delictum committentes in loco exempto non ligantur, quia locus exemptus æquiparatur loco extra diocesim existenti, secundum Ioan. And. in c. Ut animarum, in nouella, Si episcopus præcipiat quod nullus accedat ad monasteria monialium sub pœna excommunicationis, &c. qui accedunt ad monasteria exemptarū non incidunt, quia delictum committitur in loco exempto. Sed si diceret ad monasteria exempta, posset dici quod incidūt, quia delinquent in via, qui est locus non exemptus.

31 ¶ Si episcopus in excommunicatione dicat, excommunico omnes scientes fecisse tale quid, nisi reuelauerint, &c. sciens non tenetur reuelare hoc iniuriam passio, quia hoc est nutrire odia, nec sic debet intendere iudex. Item si hoc mandatum est generale, non tenetur reuelare iudici, quando non potest probare, secundum Aug. intellige publicè, benè tamen secretam ad correctionem. Si autem exprimat, quod vult sibi dici in iudicio, debet intelligi saluo ordine Evangelico, & si fecit correctionem, nec ipse debitum suum fecit, debet comparere in iudicio, & dicere se scire, sed non posse probare. Sed si nō facit correctionem, dicat se scire, sed velle prius facere correctionem, iuxta Christi mandatum, quod si vult iudex, ut probet, cum non possit, vel denunciet ante correctionem, sententia continet intolerabilem errorem. Si potest probare, non tamen tenetur suis expensis facere: tamen si præcipiat, ut faciat sub pœna excommunicationis, tenet excommunicatio, licet sit iniusta: sed debet petere dispensationem. De hoc vide infra, inquisitor numer. 8. clarius Denunciatio. num. 2.

32 ¶ Si iudex apponat in sententia de futuro, &c. etiam si quis tenetur sub titulo recompensationis, quod seruat stylus Roman. curiæ: ideo potest fieri, ut qui habet tale quid

*Episco-
pus potest
excom-
municare
subditum
existentem
extra
diocesim.*

Nota.

sub titulo recompensationis, teneatur manifestare, quia excommunicatio non continet intolerabilem errorem. Vide tamen infra latius, in verbo furtum, nu. 15.

*Excom-
municatio non
continet in
tolerabilem
errorem.*

33 ¶ Quæ sunt per modum statuti, mortuo statuente semper durant, donec reuocentur. Est rex. in c. fi. de offi. lega. Et quod statuit capitulum sede vacante, durat etiam creato Episcopo, secundum Fed. in cons. suis. Sententia autem quo ad effectum productum remanet: vt si iudex excommunicauit Titium, remanet excommunicatus donec absoluitur, etiam quod iudex moriatur. cap. pen. de cle. non re. post glo. Sed quo ad effectus producendos non: quia hoc pendebat ex sua iurisdictione, quæ non remanet.

*Statuta
quandiu
durant.*

34 ¶ Si episcopus præcipiat, vt qui habet librum Titij, infra sex dies restituat, & post sex dies fulminat sententiam, Plato habens librum, & ignorans monitionem, quia absens venit, & post illos dies sex intelligit latam fuisse excommunicationem, etiam quod non restituat, non incurrit excommunicationem, quia sententia ultra terminum statuente nullum habet vigorem.

35 ¶ Socrates Placentinus deliquit in diocesi Laudens. & post recessit veniens Placentiam, nunquid Episcopus Laudens. potest eum excommunicare: Dicitur quod non nisi citasset eum antequam recessisset de suo territorio, vel per requisitionem Episcopi Laudens. citaretur per iudicem Placentinum, vbi maneat, ad quod etiam tenetur de iure, vt no. Doc. de fo. comp. c. fin. vt irer ad comparandum, vel respondendum, &c. quod si non faceret, posset excommunicari etiam extra suum territorium, & puniri secundum statuta loci vbi deliquit, secundum Pa. in cap. 1. de rap. in glo. Non tamen sic sequitur in foro pœnitentiæ, vt qui deliquit in aliena parochia, teneatur confiteri illi parochiano, secundum Pa. in d. c. 1. de rap. Ratio autem diuersitatis est, quia in foro contentioso oportet satisfacere populo scandalizato; in foro autem animæ sufficit Deo fieri satis, cuius proprius sacerdos Vicarius est.

*In foro
contentioso
oportet
satisfacere
populo
scandalizato:
in
foro autem
animæ,
sufficit
Deo satis
facere.*

36 ¶ Quis possit ab excommunicatione minori absolueri, supra Absolutio. num. 37. Et potest talis secundum veriorum opinionem interesse diuinis, quia tantum à sacramentis separatur, secundum Pe. de Pa. supra.

37 ¶ Participans cum excommunicato minori excommunicatione, neque peccatum, neque sententiam aliquam incurrit, quia excommunicatio minor in tertiam personam non

transit,

transit, vt communiter dicitur. c. Quoniam multos 11. q. 3. 38 Excommunicatus maiori, separatus est à tribus in communi. Primò, à communione sacramentorù, quod est commune omnibus fidelibus, vt supra dictum est, & in hoc semper peccant mortaliter contrafaciendo. Secundò est separatus à communione ecclesiasticorum actuum in quibus communicant Christiani, & quantum ad hoc, secundum Caic. supra, non semper peccant mortaliter contrafaciendo: sed quando in huiusmodi actibus admiscetur aliqua iniustitia, aut aliquid aliud quod ex suo genere mortale est, vt quando excommunicatus iudicat, mortaliter peccat, quia usurpat sibi iniuste hanc potestatem, vel si eligit, vel electioni de se factæ consentit, quia per tales actus aliis iniuriatur: aliàs venialiter peccat, vt si ferat testimonium verum, si peccat debitum sibi, & huiusmodi. Tertio, est separatus à communione operum humanorum quæ sunt communia omnibus hominibus non solum Christianis, quæ in hoc versu continentur.

Os, orare, vale, communis mensa negatur.

Et in his non est peccatum mortale communicare, nisi fieret per cōtemptum. Sed quia hæc possunt esse obscura, ideo declarabo per singula, vt clarius intelligatur.

39 ¶ Os negatur, id est, osculum, secundum Tho. & consequenter locutio, quæ solet esse inter amicos, & literæ missæ, vel receptæ, mutua munera, secundum Gul. & Hug. in d. ca. Quoniam multos. Nec pudor, vel scandali timor excusat. Orare scilicet cum eo negatur, id est participare non tantum in sacramentis, sed etiam in diuinis, audire orationes cum eis. Vnde si excommunicatus veniret in ecclesiam tempore officij, alij tenentur vel exire, vel eius exitum procurare, secundum Ray. in cap. Sicut Apostoli. 11. q. 3. intellige tamen si intrat causa orandi vel audiendi diuina, & si est publicè excommunicatus. Secus quando est occultus, vel à paucis scitur. Nihilominus qui sciunt, cautè si possunt exhibent, ne illius manifestatio sequatur, aliàs non exhibent. cap. Si tantum. 7. q. 1. Si autem incepta missa intrat, & est occultus, sacerdos nõ debet missam dimittere. c. Nihil. 7. q. 1. Si publicus sacerdos publicè eum moneat, qui si nolit exire, vel expelli non possit commodè, & canonem sacerdos non inchoauit antequam eum viderit dimittatur missa. Ar. in cap. Omnis. 14. q. 1. Et canon incipit ibi, Te igitur, &c. secundum Arc. de cons. dist. 2. cap. De hymnis. Secundum autem Innoç.

*Excom-
municato ma-
iori quæ
negantur.*

B 2 incipit

Canon missæ ubi incipiat. incipit à consecratione. Quòd si inceperit canonem, sequatur usque ad sumptionem sacramenti, & antequam finiat post communem, moneat, vt supra, de con.di.2.c.Relatum.& si expelli commodè sine effusione sanguinis proprii, vel alieni non potest, ar. eo. c. Veniens, redeat ad sacristiam, & quod reliquum est perficiat, secundum Host. & Goff.

Modus salutandi excommunicatos. 40 ¶ Vale, idest, salutatio, & resalutatio, vnde si scribatur excommunicato in casu concessio non debet poni salutatio consueta, sed loco eius potest poni, spiritum consilij sanioris, secundum Arch. Flor. & quando salutatur quempiam excommunicatus, potest responderi, Deus vos emendet, & huiusmodi, secundum eundem.

41 ¶ Si salutatus ab excommunicato nihil respondeat, sed moueat caput, vel assurgat ob reuerentiam, nõ propter hoc incurrit aliquam censuram, secundum quosdam, quia poena sunt restringendæ, sed secundum alios & præcipue Inn. in cle. fin. de sen. ex. incurrit, quia hæc sunt quædam salutationes opere, & quædam participatio, quæ prohibetur generaliter, in d. c. Sicut Apostoli.

42 ¶ Communio, ne. s. quis ei communicet in aliquo exercitio, vel habitatione in domo eadem. Not. tamen quòd si quis sit in eadem domo, vel camera cum excommunicato, pro diuerso negotio non dicitur participare cum eo, secundum Inno. in c. Nuper. eod. tit. Eodem modo in aliis exercitiis, & cum eo quis contrahere non potest, licet si contrahat, contractus teneant aliqui.

43 ¶ Mensa, idest, conestio in eadem mensa, vel dormitio in eodem lecto, ideo si superueniat excommunicatus, & non potest expelli commodè, vt supra, tenetur surgere quis de mensa, ne cum eo comedat. Potest tamen in alia mensa, etiam in eadem domo comedere, & in eadè camera, dummodo non fuerit inuitatus ad conuiuium, secundum Gul. quia omnes sic venientes, communicare dicuntur. Si autem quis exeat de domo, & venienti excommunicato relinquat clauem, & domum ad comedendum; incidit nihilominus, quia hoc in fauorem excommunicati facit, secus si in casu necessitatis cum protestatione, secundum Gul. Non enim excommunicati, vt fame pereant relinqui debent; quia contra caritatem esset, contra quam nemo potest præcipere.

Nemo potest præcipere contra caritatem.

44 ¶ Casus liciti in participando cum excommunicato majori extra diuina ponuntur in hoc versu.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Hæc quinque faciunt ne athenia possit obesse.

In d. c. Quoniã multos. Vtile, id est propter vtilitatem participantis, vt petat, vel recipiat, quod sibi debetur ab excommunicato. c. Si verò. eod. tit. aliter commodum de suo delicto excommunicatus reportaret. Et propter vtilitatem ipsius excommunicati, vt loquendo de eius salute, dando ei consilium, & etiam petendo ab eo non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, si necessitas adsit, & alius ita idoneus inueniri non possit. facit c. Cum voluntate. eod. tit. & c. cum excommunicato. ii. q. 3. Moderatè tamen hæc fiant, secundum Ray. & non in fraude.

45 ¶ Lex. s. matrimonialis, quia vir potest reddere debitum vxori excommunicatæ, & econuerso, si tamen constet de matrimonio, in d. c. Quoniã multos. ii. q. 3. Potest etiam exigere, & in aliis participare secundum omnes, non autem participare cū excommunicato, cum quo alter coniux participat, secundum Vueruan. quidam autem dicunt, qd non est eadem ratio viri erga vxorem, quæ est vxoris erga virum, & quòd vir incidit communicando cum vxore, excepto debito matrimoniali, quia etsi vir & vxor iudicantur ad paria quantum ad debitum carnale, vt in c. Gaudemus. de diuor. non tamen quo ad alia. ideo in tali casu vir deberet interpretationem, vel dispensationem recipere à superiore, & hoc videtur magis verum, quia ad ipsum pertinet vxorem corrigere, & non econtra.

46 ¶ Humile, idest, hi qui sunt in subiectione, vt filij non emancipati, vel emancipati, sed commensales patris, vel recipientes ab eo necessaria, monachi erga Abbatē, secundum Gul. quia quasi de familia eius sunt clerici erga pontificem cuius seruitio sunt deputati, non autem alij. c. Miratus. 93. dist. Et serui, ac ancillæ seruilis conditionis, rustici seruites, & qui sunt de familia, non tamen si de eorum consilio scelera perpetrentur. in d. c. Quoniã multos. Intellige tamen prædicta si ante sententiam tales personæ erant astrictæ ad familiare obsequium. c. Inter alia. eod. tit. & massarij colentes terras, in quantum exigit cultura, & de omnibus aliis idem dicas, secundum Host. qui contraxerunt societatem, vel alio modo erant obligati per contractum, & sine incommodo non possunt abstinere, Ar. in c. Si verò. eod. tit. Econuerso communicant superiores inferiorib. excommunicatis licitè, in his ad quæ tenentur. Similiter iudica de om-

Nota.

nibus qui aliter viuere non possunt, sic enim communicando non incidunt.

47 ¶ Res ignorata, id est ignorantia facti probabilis ca. Apostolicæ, de cle. exc. mi. Non autem iuris, nisi eos quibus licet ignorare, ut sunt non capaces doli, & rustici. Non autem qui scit tantum per confessionem sacramentalem tenetur vitare. Necessitas enim tam excommunicatum, quam participantem excusat, unde in necessitate licet ab excommunicatis recipere elemosynam, secundum Inn. & in d. c. Quoniam multos, & generaliter omnis participatio pro damno vitando communicantis, excusat, nisi sit in crimine, vel diuinis, quia si possunt petere debita, a fortiori vitare dāna. Ar. in c. Nos sanctorum. 15. q. 6. quanta autem debeat esse necessitas, iudicium superioris arbitrabitur. Ar. de offi. deleg. ca. De causis quem si non facile possit adiri, unusquisque per se iudicabit. c. Quod præcessor. 11. q. 3.

48 ¶ De participante in crimine dānato, vel propter quod quis est excommunicatus, infra excommunicatio. 25. dicitur.

49 ¶ Participans scienter cum excommunicato in diuinis, ut recipiendo ad officia diuina, vel ad sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam, ultra excommunicationem innoce rem quam incurrit mortaliter peccat, & est ei interdictus ecclesie ingressus, si excommunicatio erat publica, donec, satisfecerit competenter ad arbitrium eius, cuius sententiam contempsit. c. Episcoporum, de priui. in 6. Et si post illud interdictum ingerat se diuinis in suo officio efficitur irregularis, & sic moriens in sacro non sepelietur. c. Is cui, lib. 6. & hoc secundum Ge. habet locum non solum in sententia hominis, sed etiam iuris. Si verò participat cum excommunicato non in diuinis, neque in crimine dānato, vel mortali, sed in humanis actibus, de quibus supra, non peccat mortaliter, secundum Thom. 4. sen. dist. 18. nisi in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ hoc facere, vel contra præceptoriam prohibitionem superioris factam nominatim, ut in c. Constitutionem. eo. tit. lib. 6. Vel quando ex tali communionem credit sententiam venire debens in contemptum, secundum Bona. in 4. His casibus, exceptis est veniale, nec obstat cap. Satis, quod me. cau. quia intelligitur quando participatio est in his, quæ de se sunt peccata mortalia.

50 ¶ Circa participationem huiusmodi, facta est modificatio in Concilio Constantiensi, & confirmata in Concilio

Participantis scienter cum excommunicato maiori quæ sit pena.

Concilio Basiliensi. ante scissuram, de qua supra Absolutio n. 20. vide Sil. excommunicatio. 5. notabili 4. ibi ponitur tota constitutio de verbo ad verbum. Ex hoc sequitur quod nullus tenetur vitari in diuinis, vel extra quantumcunque excommunicatus, nisi sit publicè, & nominatim denunciatus, excepto percussore clerici ita notorio, quod non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo iuris suffragio vero, vel apparenti licet falso, ut exponit Sil. Supra excusari. Unde si Papa excommunicat Petrum cum suis participibus, Petrus debet vitari, alij autem non quousque nominentur, facta fide de eorum participatione vel notoriè constet de eorum participatione.

51 ¶ Papa participando cum excommunicatis non incidit in minorem, secundum gl. in c. Nulli. eo. tit. quia hoc vinculum iure positiuo trahitur, quo Papa non ligatur. c. Proposuit, de conse. præb. Peccat tamen si sine causa participat, quia est contra ius diuinum, ubi dicitur, Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: secundum Pan. in c. Cum desideres eo. ti. Sed quilibet inferior Papa prælatus bene incidit, secundum Pan. ibidem, etiam si talem vellet haberi pro absoluto, quia non potest illo modo absolueret.

52 ¶ Delegatus potest excommunicare maiori excommunicatione omnes participantes excommunicatis ab eo, & non possent absolui nisi ab eo vel ab eius delegante, c. Præterea, de offi. deleg.

53 ¶ Non potest quis contrahere emendo, vel vendendo cum seruo excommunicati, si agit nomine ipsius excommunicati, secundum Vuernam. Neque accipere aliquid à familia excommunicati, quando dant nomine ipsius: secus si nomine proprio nisi fieret in fraudem, ut quando daretur nomine excommunicati, tamen dicunt nomine proprio, quia aliter credunt non recipi. Intellige prædicta extra casus necessitatis. In dubio autem non est accipiendum nisi necessitas urgeat.

54 ¶ Prædicatores possunt elemosynas ab excommunicatis recipere etiam extra casum necessitatis. c. Cum voluntate, eo. tit. Quæ constitutio propter prædicatores specialiter est facta, secundum Host. Intellige tantum causa prædicationis, & confessionis, vel necessitatis, alias nequam. 90. di. oblationes.

55 ¶ Legatum factum ab excommunicato licet recipere, etiam si sit factum, ut orretur pro anima eius, quia debet in-

Participans excommunicati maiori non debet vitari, nisi nominetur.

telligi eo modo, quo potest orari in priuato, vt supradictū est, & sic cessat ratio. Inn. in d. c. Cum voluntate, quid dicit, quòd licet recipere, dummodo non sit factum vt oretur pro anima eius.

56 ¶ Episcopus participans in crimine damnato, vel criminoso cum excommunicato à se, secundum Inn. & Host. incurrit excommunicationem, nō illam, quam ipse tulit, quā nemo seipsum ligare potest, ar. ff. de arbit. l. pe. sed incurrit sententiam iuris laram contra participantes taliter, de qua infra, excommunicatio: nu. 25.

57 ¶ Obligatus alicui cum iuramento soluere certam summam pecuniæ infra mensem, si creditori isti interim superueniat excommunicatio, obligatus adhuc remanet, nisi à superiori absoluat, secundum veriore opinionem & præcipue S. Thom. 4. vbi supra. quam etiam sequitur. Ar. Flo. & Sum. Pif.

58 ¶ Si clericus participet in diuinis cum excommunicato sententialiter, & nominari à Papa, incurrit eandem, vt infra excommunicatio. num. 24. non autem si ab inferiori à Papa erat excommunicatus, licet mortaliter peccet. Laicus autem non sic, sed mortaliter peccat, & minorem incurrit (vt dictum est) excommunicationem.

59 ¶ Participans cum excommunicato etiam in diuinis ex metu cadente in constantem virum, secundum veriore opinionem excusatur tam à peccato, quam ab omni censura, nisi participaret in crimine, vel teneretur non participare propter fidem. In hoc ferè omnes conueniunt, secus quando non est metus cadens in constantem. &c.

60 ¶ Si episcopus mandet alicui parochiano, vt denunciaret Titium pro excommunicato, ante denunciationem nō tenetur vitare Titium, licet præsumat eum excommunicatum, non autem denunciatum, sed bene post denunciationem.

Nota
Excommunicatus
in vno loco quomodo debet vitari in alio.

61 ¶ Qui notoriè Venetiis est excommunicatus, & publicatus, si eum inuenio Genuæ, non teneor illum vitare in publico, cum ibi sit occultus, sed bene in priuato, quia maior est ratio de isto quam de eo, qui nullibi est notoriè excommunicatus. Secus si possem probare sufficienter per testes, vel instrumenta, ipsum fore excommunicatum, secundum Vuernam. & Sum. Confess.

62 ¶ Si scio A. anno elapso fuisse denunciatum, nunc autem nescio an fuerit absolutus, non teneor ipsum vitare, si cognosco ipsum virum timoratum, vel alias seruantem ex-

communi.

communicationem, nunc autem non: Arc. in c. ex parte, de offic. ordi. alias debet vitari, donec probabiliter constiterit de eius absolutione, per regulam, semel, de reg. iur. lib. 6.

63 ¶ Qui intrat domum excommunicati, accipiendo aliquid, confidens de illo, quòd gratum habebit, quādo sciuerit incidit in minorem, quia quodammodo contrahit cum eo: secus si non credit ipsum habere gratum: tunc enim non incidit, sed furtum committit, quia rem alienam tractat invito domino.

64 ¶ Vt autem excommunicationes, quæ multæ sunt facilius possint inueniri, infra ponemus canones excommunicationum breuiori modo, & meliori ordine, quo sit possibile, quamuis non credam omnes posse comprehendere. Et primo ponemus tabulam, siue rubricam, deinde sigillatim excommunicationes per ordinem, incipientes à Papalibus, & inde alias sequendo, earum materiam, quam breuius potero perstringam.

Ordo Excommunicationum.

- 1 Contra percutientes clericos.
- 2 Contra insectatores Cardinalium.
- 3 Contra aggredientes Episcopum.
- 4 Contra inuadentes Romipetas,
- 5 Contra percutientes in curia.
- 6 Contra offendentes litigantes in Romana curia.
- 7 Contra impediētes, ne obediatur literis Papæ.
- 8 Contra remouentes se ab obedientia Papæ.
- 9 Contra hæreticos.
- 10 Contra non obediētes inquisitoribus, cum sex alijs annexis.
- 11 Contra exigentes pedagia, & gabellas.
- 12 Contra falsarios.
- 13 Contra pyratas.
- 14 Contra portantes arma Sarracenis, & merces Alexandriæ.
- 15 Contra impediētes victualia Romanæ curiæ.
- 16 Contra inuadentes terras Ecclesiæ.
- 17 Contra inquisitores, si odio vel amore procedant, &c.
- 18 Contra asserentes Ro. Ecclesiam non esse caput.
- 19 Contra impediētes executionem literarum apostolicarum.
- 20 Contra inquisitores, vel eorum vicarios extorquentes pecunias.

- 21 Contra impediētes Se. Apo. in cognitione causarum.
- 22 Contra fractores locorum factorum
- 23 Contra incendiarios.
- 24 Contra participantes in diuinis excommunicatis à Papa.
- 25 Contra participantes in crimine.
- 26 Contra eligentes senatorem.
- 27 Contra impugnantes literas Papæ electi.
- 28 Contra appellantes ad futurum Concilium.
- 29 Contra non seruantes constitutionem Iulij secundi, de electione Papæ.
- 30 Contra grauantes eos, qui tulerunt sententiam excommunicationis, &c.
- 31 Contra stantētes contra libertatem ecclesiasticam.
- 32 Contra concedentes repræsalias.
- 33 Contra submittentes bona Ecclesię laicis.
- 34 Contra grauantes nolentes eligere.
- 35 Contra impediētes litigare.
- 36 Contra mandantes, ne vendantur ecclesiasticis.
- 37 Contra occupantes bona ecclesiarum vacantium.
- 38 Contra imponentes angarias ecclesiasticis personis.
- 39 Contra cogentes reuocare sententias.
- 40 Contra cogentes celebrare in loco interdicto.
- 41 Contra impediētes sequestrationem fructuum ecclesiasticorum.
- 42 Contra impediētes visitatores monialium.
- 43 Contra sepelientes hæreticos.
- 44 Contra sepelientes tempore interdicti, vel excommunicatos, &c.
- 45 Contra contrahentes in gradibus prohibitis affinitatis, & consanguinitatis, aliisque.
- 46 Contra religiosos vsurpantes decimas.
- 47 Contra inducentes eligere sepulturam.
- 48 Contra religiosos exeuntes, vt audiant physicam.
- 49 Contra absoluentes excommunicatos, vel ministrantes sacramenta.
- 50 Contra retrahentes à solutione decimarum.
- 51 Contra non facientes conscientiam de decimis.
- 52 Contra non seruantes interdictum.
- 53 Contra dimittentes habitum, euntes ad studia & magistratos.
- 54 Contra monachos intrantes curiam.
- 55 Contra monachos tenentes arma.

- 56 Contra vsurpantes præsulatum.
- 57 Contra non præsentantes se post absolutionem.
- 58 Contra exenterantes corpora mortuorum.
- 59 Contra simoniachos in ordine vel beneficio.
- 60 Contra simoniachos pro ingressu religionis.
- 61 Contra transeuntes ad alios ordines.
- 62 Contra alienantes bona Ecclesiæ.
- 63 Contra impugnantes literas Papæ.
- 64 Contra facientes libellos in fratres, & multa alia.
- 65 Contra intrantes monasteria ordinis prædicatorum & sanctæ Clare.
- 66 Contra detinentes apostatas.
- 67 Contra minores recipientes fratres prædicatores ad habitum.
- 68 Contra artistas Parisien. &c.
- 69 Contra accedentes ad sepulcrum Christi.
- 70 Contra conspirantes in personam Papæ.
- 71 Contra prædicantes de peccato originali, &c.
- 72 Contra impediētes legatos apostolicos.
- 73 Contra officiales Papæ accipientes munera, cum iudicant.
- 74 Contra impugnantes montem pietatis.
- 75 Contra impressores librorum sine licentia, & reuelantes dicta in consistorio.
- 76 Contra prædicantes falsa miracula.
- 77 Contra interficientes per assassinos.
- 78 Contra spoliante naufragantes.
- 79 Contra facientes solui vsuras.
- 80 Contra locantes domos vsurariis, & non expellentes.
- 81 Contra non seruantes seruanda in electione Papæ.
- 82 Contra mittentes nuntios cardinalibus, in conclaui existentibus.
- 83 Contra mendicantes, loca de nouo accipientes.
- 84 Contra fingentes casum, vt iudex mittat pro muliere, &c.
- 85 Contra conseruatores, si se intromittunt vltra id quod possunt.
- 86 Contra sacerdotes facientes officium vicecomitis.
- 87 Contra absoluentes in casibus contra sextinam.
- 88 Contra dirigentes moniales in electionibus.
- 89 Contra principes non facientes iustitiam clericis.
- 90 Contra inuenientes nouam religionem.

- 91 Contra doctores conducentes domos, sine licentia, Bononiz.
92. Contra tenentes ordinationes Octauiani, &c.
- 93 Contra electum tantum à tertia parte Cardinalium, si se pro Papa gesserit.
- 94 Contra perseverantes in secta fratricellorum, beguinorum, &c.
- 95 Contra inquisitores procedentes contra minores, & contra.

EXcommunicationes plures particulares à pontificibus & diuersis prælatis diuersarum diocesium, ecclesiarum & religionum sunt factæ, quas referre neminem posse arbitror. Aliæ enim sunt in ordine fratrum prædic. aliæ Minorum, aliæ monachorum, aliæ in diocesi Mediolan. aliæ in aliis. Curet ergo confessor scire & locorum, & religionum in quibus est, censuras, prout melius potest, quoniam hic, quæ in iure communi, & in quibusdam extrauagantibus reperiuntur collegi, licet forte sint aliæ, quæ ad manus nostras non venere, & quæ in viridi obseruantia non sunt. Sit insuper cautus ne absoluendo à quibus non potest, se, & penitentem illaqueet. Bene etiam canones inspiciat, ne excommunicatos iudicet, qui sine dolo, temeritate, aut præsumptione contra canones materialiter commiserunt. Nam in pœnis strictè interpretatio fieri debet. Propterea cum per se nescit, peritos consulit. Accedendum igitur nunc est ad cuiuslibet excommunicationis declarationem, iuxta scripti canonis interpretationem, in qua non multum me à Reuerendis. Caiet. elongabo, quoniam ipsum circa hoc negotium valde diligentem & solertissimum reperi, cum omnia ferè canonum verba scrupulosè examinat.

DE EXCOMMUNICATIONE I.

Contra percutientes clericos.

- 1 *Qui in clericum manus violentas iniecerit, pœnam c. si quis suadente incurrit.*
- 2 *Manum violentam quis inferre dicatur.*
- 3 *Laicus potest capere clericum, si eum in crimine capiat.*
- 4 *Clericum inuentum turpiter agere cum uxore, filia, &c. percutiens non incidit, sed mortaliter peccat.*
- 5 *Percutiens aliquem se defendenda an incidat in canonem.*
- 6 *Percutiens clericum in primo impetu ira, an incidat in pœnã huius c.*

2 Si

- 7 *Si percussio sit ita leuis, quòd si esset in laico, non constitueret mortale peccatum, non est locus huic pœna.*
- 8 *Clerici appellatione qui veniunt.*
- 9 *Absolutio ab hac excommunicatione quando Papa reseruetur: idemq; quid sit percussio leuis.*
- 10 *Absolui possunt tales citra Papam interueniente aliquo ex hic positis impedimentis.*
- 11 *Persona privilegiata qua sint.*
- 12 *Clericum iniuriosè persequens ita quòd proiciat se in aquam, submergatur, vel aliter patiatur, incidit in canonem.*
- 13 *Clericum accipiens per corrigiam vel capillos animo iniuriandi, &c. an incidat in can.*

EXcommunicatio 1. habetur c. Si quis. 17. q. 4. Et est Inno. II. si quis suadente diabolo, huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, qui in clericum vel in monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiiciatur, & nullus Episcoporum præsumat illum absolueri, nisi mortis urgente periculo, &c. Not. quia canon est vniuersalis cõprehendens omnes doli capaces, quòd per manum violentam venit, non solum quæcunque percussio, sed pulueris, luti, aquæ, sputi, & huiusmodi iniectio, violenta acceptio rei cuiuscunque de manu eius, captio, detentio, carcer, non autem præceptum exilij, vel confinementis, quia hæc violentia præcepti est exterior.

2 ¶ Per inferentem manum violentam intellige, non solum executorem, sed mandantem, consulentem, auxiliantem, fauentem, consentientem, & ratum habentem factum nomine suo, & potentem impedire cum debet, & non obuiantem. c. Quanto. de sent. excom. si tamen ex intentione nolunt, cum sine eorum periculo possint. Tales enim dicuntur consentire, etiam quòd non sint officiales. Violentas. Si quis acciperet furtiuè aliquid, quod est in manu, vel circa clericum, vt bursam, vel cingulum &c. non incidit, quia violentiam non infert. Item violentam, id est, iniuriosam. Nam si quis seipsum verberaret, vel ab alio verberari permetteret, quamuis non esset manus violenta, esset tamen iniuriosa: & sic tam ipse, quam verberans incidere. Vnde si monialis procurans abortum per incisionem venæ, vel alio modo, licet hæc manus sit violenta naturæ, non tamen iniuriosa statui ecclesiastico, nec violenta personæ, ideo non incidit. Item manus violenta, quæ absolutè est iusta, potest esse sacrilega, quia contra ius, vt si clericus malus, & homicida, per-

Nota.

Manus violenta qua fit, & per eam quid intelligitur.

Manus violenta in clericis qua fit.

percutiatur à laico, sacrilegium est, quia hoc iure prohibetur, licet talis maius mal iuste mereat. *ur. c. Vniuersitatis. de sen. excom.* Tales ergo percutientes clericum, etiam zelo iustitiæ, incidunt.

3 ¶ Permittitur tamen laico officiali clericum inuentum in crimine patrato, vel patrandò, capere, præsentandum quæ citius suo prælato. Permittitur etiam cuicumque posse violenter res sibi sublatas à clerico accipere, dum est in via asportandi, antequam ad alia diuertat, & sit quasi in quietâ possessione. Similiter licet creditori clericum debitorem fugientem capere, vel fugam parantem detinere, præsentandum suo prælato, quia hoc non ad iniuriam, sed ad iustitiam tendit, & in iure non prohibetur.

4 ¶ Item percutiens clericum inuentum turpiter operantem cum vxore, matre, filia, vel sorore, non incidit, licet mortaliter peccet. *c. Si verò, de sent. excom.* Nisi adsit dolus, vt quia vir consensit vxori ad percutiendum clericum. Item quando percutitur clericus ab eo, qui habet potestatem, non ex odio, vel vindicta, sed causa correctionis discretæ, non incurrit: vt si prælati subditos verberant, vel detinent, magister discipulum clericum, pater filium, & senes pueros, &c.

Licet vim vi repellere.

5 ¶ Item non incidit quis si percutit defendendo se, sua, aut alios, quia licet vim vi repellere, cum moderamine, &c. etiam si posset fugere, quando fuga esset sibi ignominiosa. Similiter si mulier vel puer imperatur à clerico, & defendendo honorem, ne violetur percutit, mordet, &c. clericum, non incidit, quia si pro rebus hoc licet, multo magis pro honore.

6 ¶ Item percutiens clericum in primo motu iræ, non aduertens quid faciat, ex subita passione, & sine deliberatione, non incidit, quia actus est imperfectus, nec etiam mortaliter peccat, ideo non est suadente diabolo: & idem dicas quando exceditur modus in defensione, non ex deliberatione, sed ex iræ impetu, vel incorrectione.

7 ¶ Item quando percussio est ita leuis, qd si esset in laicū, non constitueret peccatum mortale, non est locus huic poenæ, quia non est sacrilegium completum, vt hic supponitur. Item si non adest intentio percutiendi iniuriosè, etiam si fiat grauis percussio, non est locus poenæ, vt cum ignoratè clericus percutitur, nisi ignorantia esset culpabilis, vel cum arceatur turba aliquis grauitè percutitur præter intentionem

ex

ex aliquo casu. Ex hoc multos casus solues, vt cum quis inuasus ab inimico vi ensẽm à clerico aufert, vt se defendat, non ad iniuriandum clericum, & huiusmodi.

8 ¶ In clericum, appellatione clerici, vel monachi veniunt omnes habentes ordines, etiam primam tonsuram, omnes vtriusque sexus professi religionem aliquam approbatam, nouitij, & conuersi earundem religionum, hoc est, hi qui se, & sua, murato habitu alicui religioni perpetuò dedicauerunt, nisi tales fuerint priuilegio clericali priuati, vel degradati, & secundum quosdam hæretici, bigami, vel coniugati sine habitu, & tonsura, & apostatae, seu vacantes sacris enormitatibus. Illi de tertio habitu alicuius religionis, & Iesuati, non veniunt de iure, nomine clerici, nec gaudent hoc priuilegio, nisi ex speciali concessione habeant. Inspecienda ergo essent singulorum priuilegia. Hæc quasi omnia ex Caiet. in summa ibi, sed pro regula generali sit tibi, quod omnes qui obligantur ad seruiendum Deo perpetuò, in seruitio ecclesiæ, vt possint verè dici perfectè oblato, gaudent hoc priuilegio, alias non, secundum Pa. in c. Nullus, de foro compet.

Clerici nomine qui appellantur.

Nota regulam.

9 ¶ Nullus Episcoporum, &c. reseruantur Papæ: primo, ex qualitate facti, videlicet si percussio sit grauis, vel enormis, Papa, vel legatus de latere absoluit. Si leuis, Episcopus. Declarabit autem Episcopus, an sit leuis, nec ne. Et grauis iudicatur primò ex magnitudine facti, vt esset mutilatio membri, vel graue vulnus requirens medicinam chirurgiæ, &c. vel vbi est abundans effusio sanguinis. Secundò, ex persona læsa, vt si Episcopus, vel prælatus percutitur, etiam quòd simpliciter percussio sit leuis, tamen grauis iudicatur. Tertio, ex persona lædente, vt si laicus officialis auctoritatiuè percutiat clericum. Quarto ex scandalo, vt si regularis clericum sacularem percutiat. Quintò, ex irreuerentia, vt si percutiatur sacerdos indutus sacris vestibus, vel percussio fiat coram prælato. Sextò, ex loco publico, vt si in platea, vel ecclesia. Septimò ex loco vulneris, vt si vulnus fiat in occulto. Octauo, ex tempore, vt si tempore magnæ festiuitatis. Nonò, ex qualitate personarum, quia excessus puerorum infra annos pubertatis, & mulierū, ab Episcopo possunt absolui semper, & religiosorum in claustris se inuicem percutientium, & ad religionem transcuntium, nisi difficilis & enormis fuerit excessus. *c. cū illorū. de sent. exc.* Qui etiã sui iuris non sunt, vt serui, filii familias, & huiusmodi,

Percussio enormis quomodo intelligatur.

possunt

possunt absolui ab Episcopis in duobus. Primò, si deliquerint in fraudem, vt. s. se subtraherent ab obsequio dominorum eundo ad Papam. Secundò si domini propter hoc sine sua culpa graue damnum incurrerent, nisi excessus sint tales quod ad tollendum scandalum, & ad aliorum exemplum, debeant ad sedem apostolicam mitti.

10 ¶ Ex impedimento interueniente possunt absolui citra Papam. Primò in mortis articulo. Secundò, impediti ex infirmitate, vel impotentia corporali, vt senes communiter habentes capitales inimicitias, qui sunt inopes, & quicumque impediti ne possint se præsentare Papæ, vel delegato, possunt per episcopum absolui. Cum hac moderatione. Primò, vt læsis satisfaciant. Secundò, vt iurent cessante impedimento se præsentare sed apost. & parere illius mandato. Si autem sint magni domini secundum iuris dispositionem prius excessus sed. ap. significabitur, & secundum illius determinationem fiet, nisi periculum sit in mora. Hæc quasi omnia iuxta determinationem Caiet. vbi s. sunt dicta prætermittis ob breuitatem tot capitulis, & allegationibus quæ citari potuissent.

11 ¶ Personæ privilegiatæ, secundum Pa. in c. Cum illorum, de sent. excom. sunt. 17. quæ continentur in his versibus.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis,

Deliciosus, inops, æger, senex, atque sodalis,

Ianitor, astrictus, dubius causa, leuis ictus,

Debilis, absolui sine summo antistite possunt.

Regula, i. religiosi: per d. c. Cum illorum. Mors. i. mortis in articulo, per c. Non dubium, eod. tit. Sexus, id est, mulieres. per d. c. Mulieres dubius. qui d. c. Cum desideres. Causæ. s. iustæ ad non eundem: per cap. Quod de his. Hostis per c. De cætero. eod. tit. Puer per c. Primum, eo. tit. Officialis per c. Si vero el. eod. tit. deliciosus, per d. c. Mulieres. Inops. per cap. Quod de his eo. Æger, ibidem. Sodalis: per cap. Quoniam, de vi. & ho. clc. Ianitor, per d. cap. Si vero. Astrictus alterius potestati, per d. c. Mulieres. Leuis ictus, per c. Peruenit, eo. ti. Debilis, per c. Ea noscitur, eod. tit.

12 ¶ Persequens iniuriosè clericum, si ipse fugiendo proiciat se in aquam, vt euadat mortem, & submergatur, vel cadens grauitè offendatur, incidit in canonem: violentiam enim iniuriosè ei infert. Secus quando non animo iniuriandi, & clericus cadit sine percussione, secundum Vueruan. Qui vero proicit lapidem animo percutiendi clericum non tamen

tamen de a. tangit, non incidit secundum Host. & Io. And. in. P. de elec. lib. 6. quia licet attentauerit, nõ tamen ad finem consummationis peruenit, etiam si tangat, non tangat vim, vel laesionem infert, secundum Pan. in c. Cum in d. de elec. s. clerici sanè. vbi dicit, quod cum pœna apponatur à iure ipso facto, propter aliquod delictum nunquam est locus illi pœnæ, nisi illud delictum sit consummatum, licet sit inchoatum.

13 ¶ Accipiens clericum per corrigiam, capucium, vel capillos: animo iniuriandi, & dicens: si non esses clericus percuterem te, & cap. incidit secundum Vuerua. Est enim inferens violentiam, & iniuriandi animum habet.

DE EXCOMMUNICATIONE II.

Contra insectatores Cardinalium.

1 Pœna c. Felicis. de pœnis. in 6. qui incurrant, et à quo absoluantur.

Voluntas aliquando accipitur pro facto

EXcommunicatio 2. ponitur in 2. de pœnis. cap. Felicis. Si quis in hoc sacrilegij genus irreperit, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales hostiliter fuerit insectatus, percussit, vel ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, aut factum habuerit ratum, aut consilium dederit, vel fauorem, aut postea receptauerit, vel defensusauerit scienter eundem, sicut criminis læsæ maiestatis reus, perpetuò sit infamis. (Et infra) ex insectatione prædicta, sicut ex insectatione manuum violenta, ipso facto, sententiam excommunicationis quis incurrat, tam ipse insectator, quam alij supradicti tanti mali participes. Nec ab alio, quam à Ro. Pon. possit absolutionis beneficium obtinere, nisi in mortis articulo. Si princeps senator, cõsul, potestas, vel alius dominus, siue rector, contra præsumptos prædictos præsentis cõstitutionis tenorem non fecerit obseruari, tam ipse, quam officialis eius infra mensem, post quam ad eorum notitiam venerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat. Horum absolutio est papalis, quo ad primum canonem, de insectatorib. & c. quo ad secundum, de non facientib. obseruari, est episcopalis. Simili pœna plectendi sunt facientes prædicta clericis, & religiosis familiæ Papæ, vel Cardinalium. Nota de mandante, hic, & alibi, quod nunquam est excommunicatus, si non sequatur effectus, nisi in vno casu, qui ponitur in 6. De homi. c. Pro humani. videlicet mandans Christianum per assassinos interfici, etiam si non sequatur effectus, est excommunicatus secundum veterem opinionem vt

tenet ibi glos. Rursus, not. quod dantes consilium, auxilium, &c. nudum, quòd nihil ad maleficiũ operantur, vel adiiciunt tunc non incurrunt, per tex. d. cap. Felicitis, & per Glos. in cle. 1. de pœ. Secus quando dolosè ad actum aliquid operantur, per d. text. & Glos. tunc enim sunt excommunicantes in crimine, ideo pari pœna debent puniri: de offic. deleg. cap. 1.

DE EXCOMMUNICATIONE III.

Contra aggredientes episcopos.

I Offendentes quandocumque pontificem sunt excommunicati.

EXcommunicatio 3. ponitur in cle. 1. de pœ. vbi sic dicitur. Si quis suadete diabolo in hoc genus sacrilegij proruperit, quòd quamuis iniuriosè, vel temerè Pontificem (intellige consecratum) percusserit, acceperit, seu bannierit, vel hoc fieri mandauerit, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit, vel fauorem, seu scienter defensauerit eundem, in illis casibus de prædictis in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, sit huius nostræ constitutionis auctoritate, anathematis mucrone percussus, à quo non queat, nisi per summum Pontificem (præterquam in mortis articulo) absolui (& infra) potestas verò, consiliarij, balius, scabini, aduocati, rectores, consules, & officiales ipsius quocumque nomine censeantur in præmissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententiæ, à qua (nisi vt permittitur) non valeant beneficium absolutionis obtinere, sint subiecti. Quæ omnia tantò magis in episcoporum interfectores sunt seruanda, quanto in eos seuerior quàm in præfatorum pœna debet exurgere, & grauioris indignationis aculeus defauire. Et est papalis. Præter istum canonem, est alius canõ in cœna domini, ita loquens, Excommunicamus, & anathematizamus omnes temerè mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinentes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, eorumque mandatores. Et hæc etiam papalis, sicut ceteræ, quæ sunt in cœna domini. No. quòd tunc ciuitas dicitur culpabilis, vt debeat puniri, vel interdicto, vel alia pœna secundum Pan. in c. Dilectus, cl. 2. de simo. Bar. quando prius fuit deliberatum in ipsa vniuersitate pulsata campana, & aliis requisitis ad cõgregationem vniuersitatis. Vnde si omnes homines ciuitatis certum delictum committerent, & insurgerent, non diceretur factum per vniuersitatem sed per singulos

singulos de vniuersitate, etiam si facerent pulsari campanam, & leuari vexillum vniuersitatis. Oportet enim quòd prius fiat deliberatio in vniuersitate. Ex quo patet etiam, quòd omnia ista requiruntur, ad hoc quòd ciuitas vel populus dicatur rebellis, vt possit in prædam concedi.

DE EXCOMMUNICATIONE IIII.

Contra inuadentes Romipetas.

I Romipetas vulnerantes, mutilantes, vel interficientes, &c. excommunicantur si eant causa deuotionis alias secus, &c.

EXcommunicatio 4. contra inuadentes Romipetas, & est in cœna domini, vbi dicitur sic. Excommunicamus, & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes, seu capientes, & detinentes, seu deprædantes, Romipetas, & peregrinos, ad urbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem. Et est papalis, & tenet etiam si curia papæ ibi non sit, quia causa huius est deuotio. Not. quòd capiens eundem Romam non causa deuotionis, vel peregrinationis, non incidit, neque capiens habitantem Romæ, etiam si causa deuotionis illuc fuerit peregrinatus. Aliud est enim habitare, & aliud morari.

DE EXCOMMUNICATIONE V.

Contra percutientes in curia.

I Capientes, spoliantes, detinentes, morantes in curia non habentes auctoritatem ordinariam, vel delegatam, excommunicantur.

EXcommunicatio 5. in cœna contra percutientes in curia, vbi excommunicantur omnes qui non habent iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, morantes in curia (vbicunque sit, siue Romæ, siue alibi) temeritate propria, capiunt, spoliant, detinent, aut ex proposito deliberato, verberare, mutilare, vel interficere præsumunt, & qui talia fieri mandant, seu faciunt. Not. quòd si quis ex ira, vel rixa, aliquem occidat in curia, non incidit in hunc canonem, qui non est ex proposito deliberato, licet peccet mortaliter. Hæc etiam est papalis.

DE EXCOMMUNICATIONE VI.

Contra offendentes litigantes in Rom. curia.

Offendentes litigantes in Romana curia per se vel per alium, &c. excommunicantur.

EXcommunicatio 6. in cœna cōtra offendentes litigan-
tes in Romana curia, vbi dicitur. Excommunicamus, &
anathematizamus omnes illos, qui per se, vel aliū seu alias
quascunque personas ecclesiasticas, vel seculares, ad Roma-
nam curiam super suis causis, & negotiis recurrentes, illaq;
in eadem curia prosequentes, aut procurantes negotiorum-
que gestores, aduocatos, vel procuratores ipsorū, vel etiam
auditores, seu iudices super dictis causis seu negotiis depu-
ratos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi ver-
berant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant. Vel qui
per se, vel alium, seu alios, directè vel indirectè prædicta exe-
qui, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fa-
uorem præstare non verentur cuiuscunque præminentie,
dignitatis, &c. fuerint. Etiam est papalis. Not. quòd si alia
ex causa, quàm hic exprimat prædicta agerent, non incur-
rent sententiam.

DE EXCOMMUNICATIONE VII.

Contra impediētes ne obediatur literis Papæ.

*Impediētes ne pareatur literis, seu mandatis apost. excom-
municantur.*

EXcommunicatio 7. in processu curiæ, contra omnes il-
los, qui ne pareatur literis, aut mandatis apostolicis vel
legatorum, vel nuntiorum, vel iudicum delegatorum eo-
rundem gratiam, vel iustitiam concernentibus, decretis que
super eis, & re iudicata, seu processibus executoribus, non
habito prius eorum beneplacito, & assensu, neve tabellio-
nes, & notarij, super huiusmodi literis, & processibus execu-
toribus, instrumenta, seu acta conficere, aut confecta parti,
cuius interest tradere, sub grauissimis pœnis prohibere, sta-
tuere, seu mandare præsumant, & contra dantes consilium,
auxilium, seu fauorem quive iurisdictiones, fructus, reddi-
tus, & prouentus ad ecclesiasticas personas, ratione ecclesia-
rum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasti-
corum per eas obtentorum pertinaciter, vsurpant, vel arti-
piunt, seu quauis occasione, vel causâ absque Romani Pon-
tificis expressâ licentiâ sequestrant. Vel qui per se, vel alium,
seu alios, directè, vel indirectè prædicta exequi vel procura-
re, aut eisdem cōsiliū, auxilium, seu fauorem præstare non
verentur, cuiuscunque præminentie, dignitatis, &c. fuerint.
Est papal.

DE EXCOMMUNICATIONE VIII.

Contra contrahentes se ab obedientia Papæ.

Retra-

*Retrahentes se ab obedientia summi pontificis excommuni-
cantur.*

EXcommunicatio 8. in processu cœnæ, contra omnes,
qui se ab obedientia Romani Pontificis pertinaciter
subtrahere, vel quomodolibet recedere præsumunt contra
dantes consilium, auxilium, &c. Et est papalis. Materia huius
canonis est schisma.

DE EXCOMMUNICATIONE IX.

Contra hæreticos.

*Hæretici omnes cuiuscunque sint sectæ excommunicantur eo-
rumq; fautores.*

EXcommunicatio 9. Honorij. 4. sen. exc. c. Nouerit, & in
processu cœnæ. Excommunicamus omnes hæreticos
vriusque sexus, quocunque nomine censeantur, & fauto-
res, & receptatores, & defensores eorum. Item ex processu,
excommunicamus omnes hæreticos Gazaros, Patarenos,
pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagerios,
Vfitas, Vvicleffistas, Zuuingianos, Vgonotos, Anabapti-
stas, Trinitarios, Lutheranos, ac omnes & singulos alios hæ-
reticos necnon schismaticos quocunque nomine nūcipen-
tur, & cuiuscunque sectæ existant, ac omnes fautores, &c.
Est papalis. Not. quòd fauere hæretico, vel eum defendere,
intelligitur in quantum hæreticus, quia qui in alio defendit,
non incidit in hunc cationem. Not. etiam quòd hæreticus
hic propriè accipitur, qui pertinaciter, perseueranter, & ma-
litosè dubitat de his quæ pertinent ad fidem, secundum
Fel. non solum in mente, sed cum aliquo actu exteriori siue
manifesto, siue omnino occulto, secundum Th. quia eccle-
sia non ligat quæ sunt in mente tantum, sed quæ foris sunt
etiam si sint occulta.

DE EXCOMMUNICATIONE X.

Contra non obediētes inquisitoribus.

Persona hic enumerata maiori anathemate feriuntur, &c.
EXcommunicatio 10. ponitur extra de hæreticis in 6. c.
Vt inquisitionis, vbi multa personæ excommunican-
tur, videlicet omnes potestates, domini temporales, recto-
res, quibuscunque dignitatibus, vel officiis, & nominibus
censeantur, & eorum officiales, baliui, cui dicecesanis, vel
episcopis, vel inquisitoribus hæreticæ prauitatis non obe-
diunt, in hæreticorum, vel ipsorum credentium, vel defen-
sorum, receptatorum, fautorum inuestigatione, captione, &
custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti. Octo hic fe-
runtur

runtur excommunicationes. Prima contra prædictos si non obediunt in inuestigatione, captione, custodia prædictorum hæreticorum, & aliorum defensorum, &c. Secunda in omnes prædictos rectores, & officiales, si prædictas personas pestiferas non duxerint, vel duci fecerint sine mora, postquam fuerint requisiti in potestatem, seu carcerem episcoporum, seu inquisitorum, vel ad quem alium locum, de quo ipsi, vel aliqui ex ipsis mandauerunt infra eorum dominorum, vel rectorum districtum, ubi per viros catholicos, à prælatis, episcopis, vel inquisitoribus, vel eorundem, aliquo modo deputatos, sub arcta custodia, & diligenti teneantur, donec eorum negotium per iudicium ecclesiæ terminetur. Tertia, omnes supra dicti rectores, & officiales eorum, & nuntij, si de hæresi ab episcopis, vel inquisitoribus condemnatos, & eorum brachio derelictos, non statim ceperint, in dicta animaduersione debita puniendos, non obstantibus appellationibus ipsorum prædictorum, sunt excommunicati. Quarta, omnes supradicti rectores, & officiales, si captos pro crimine hæresis absque dictorum episcoporum, seu inquisitorum aut saltem alterius eorum licentia, vel mandato à captione vel carcere liberauerint, simili innodantur censura. Quinta, omnes prædicti rectores, ipsorumque officiales, si de crimine hæresis (cùm merè sit ecclesiasticum) cognouerint quoquo modo vel iudicauerint, excommunicantur. Sexta, omnes supradicti, si executionem pro huiusmodi crimine à Diœcesanis, vel inquisitore iniunctâ promptè prout suum spectat ad officiû facere detractent, vel si Diœcesani, vel inquisitoris iudicium, sententiam, seu processum, directè, vel indirectè impedire præsumant excommunicatione simili ligantur. Septima, omnes supradicti, qui præfato fidei negotio, episcopo, vel inquisitori incumbenti se opponere præsumperint, vel ipsum aliquo modo impedire. Octaua, omnes etiam alij sunt excommunicati, si faciunt prædicta vel faueant hæreticis, vel auxilientur, aut defendant, aliàs est episcopalis, secundum Cate. quantum ex isto canone, sed per processum cœnæ, est papalis.

DE EXCOMMUNICATIONE XI.

Contra exigentes pedagia, & gabellas ab ecclesiasticis, & noua imponentes.

Gabellas seu pedagia exigentes personis ecclesiasticis, vel noua imponentes excommunicantur.

Excom

Excommunicatio II. de cen. lib. 6. c. Quæquam nunc ve-
ro in processum curiæ, contra exigentes (scilicet coar-
ctè) per se, vel per alium pedagia, vel gabellas à personis ec-
clesiasticis, pro rebus suis; vel ecclesiarum quas non nego-
tiationis causa deferunt, ipso facto sunt excommunicati. Ca-
non talis est. Constitutionem se. re. Alexan. Pape. 4. præde-
cessoris nostri, qui statuit ecclesias, & personas ecclesiasti-
cas ad pedagia, & guidagia non teneri, nec ad exhibendū nec
ad soluendum talia pro rebus suis proprijs, quas non causa
negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt,
volentes propter multorum insolentiam, & abusum, pœnæ
adminiculo adiuuare, adiciendus est districtus: inhiemus
(contraria consuetudine quorumcunque non obstante) vt
ne collegium, nec vniuersitas, nec aliqua etiam singularis
persona præfatis personis, seu ecclesijs pro personis ipsis aut
rebus prædictis, talia exigat, vel extorqueat per se, vel per a-
lium suo nomine, vel etiam alieno; aut eas ad huiusmodi
persoluenda compellat. Qui verò contrafecerint, si perso-
na fuerint singulares, excommunicationis, si autem col-
legium, vel vniuersitas ciuitatis castri, seu loci alterius cu-
iuscunque, ipsa ciuitas, castrum, vel locus, interdicti senten-
tiam ipso facto incurrunt, nec ab excommunicatione hu-
iusmodi absolutionem, vel interdicti relaxationem obti-
neant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgres-
sione satisfecerint competenter. No. quod nomine peda-
giorum intelliguntur vectigalia pro transitu siue passu. In-
tra gabella. §. 2. Si quis autem petat non tanquam debi-
tum sed rogando, & non aliquo modo cogit, non incidit
secundum Panor. in cle. Quoniam de immu. ec. Et hæc cen-
sura erat episcopalis. Nunc verò est in processu cœnæ, ubi
dicitur, quod non solum exigentes prohibita, sed etiam no-
ua imponentes ligantur. Sic enim inquit: excommunica-
mus omnes, qui in terris suis noua pedagia imponunt, vel
prohibita exigunt. Augentes etiam pedagia, & huiusmodi
secundum quosdam hanc censuram videntur incurrere,
quia augere & de nouo ponere, par ratio censetur, vt in ca.
prohibemus de cen. Verùm alij sanitis oppositum tenent, *Par ratio*
quod textui quadrare videtur. No. quod si negotiationis cau- *habetur*
sa deferunt tenentur, & exigentes censuram non incurrunt. *de augere*
Item & coloni eorum, de his quæ colligunt in terris cleri- *de no-*
corū, tenentur soluere pro parte sua, secundū Car. post Fel. *uo pon-*
Quando autē vniuersitas dicatur delinquere, vt mento huic *re.*

interdicto supradicto supponi queat, vide supra Excommunicatione. 3.

DE EXCOMMUNICATIONE XII.

Contra falsarios literarum
Apostolicarum.

1. Falsantes literas Apostolicas &c. excommunicationis vinculo in cena domini innodantur.

*Literas
subrepti-
as, non
dicuntur
falsas.*

EXcommunicatio 12. Inn. 3. de cri. fal. c. Ad falsariorum, &c. Dura contra falsarios literarum Apostolicarum, qui per se, vel per alium, vitium falsitatis exercent, cum defensoribus, & fautoribus suis. Not. quod subreptitiæ literæ, falsæ non dicuntur. Item non comprehenduntur hic vtentes falsis, sed exercentes falsas. Secundo, subiungitur alius canon contra laicos vtentes literis apostolicis falsis nõ contra clericos, quia alia pœna, pro hoc crimine plectuntur, scilicet priuationis ab officiis, & beneficiis, secundum Pan. ibidem. Neutra harum excommunicationum, secundum ius antiquum seruetur Papæ. tamen quia est in processu cœnæ, nunc reseruetur prima, quæ prima, etiam extêditur ad bullas, gratias, supplicationum signaturas, &c. secundum Caie. ibid. Et est hæc excommunicatio 2. in ca. falsariorum. & intelligitur de vtentibus literis ab aliis falsificatis, & est episcopalis. Aduertendum est etiam, quod absolutio tenentis literas apostolicas falsas post 20. dies, si Episcopus rulit contra tales in communi excommunicatione, seruetur Papæ, per d. c. Dura. nõ autê tenêdo simpliciter falsas, dummodo nõ vtatur nõ incurrit, cum non falsauerit, nisi per episcopum feratur sententia. Nullus etiam potest abradere, corrigere, addere saltem vnâ figuram, nec complere literis apostolicis sine licentia illius, ad quem spectat, secundum Host. & doc. in c. ex literis, de fide instr. & Pan. ibi. Vide Ar. Fl. 3. par. tit. 25. cap. 16. aliter sunt excommunicati. & est papalis.

DE EXCOMMUNICATIONE XIII.

Contra Piratas.

1. Pirata, latrunculi, cursarij maritimi, & alij his nominati excommunicantur.

EXcommunicatio 13. ex processu curiæ, contra piratas. Excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, cursarios, latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare nostrum à monte argentarid vsque ad Terracinam discurrere, & nauigâtes in illo deprædari, mutilare, interficere,

cere, ac rebus, & bonis suis spoliare præsumserunt hactenus, & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium dantes, consilium, vel fauorem, & est papalis. Si autem aliquid bellando, spoliarent, non dicerentur piratæ. Ideo non inciderent in hunc canonem, sed tantum illi, qui hoc officium exercent, huc illucque discurrentes.

DE EXCOMMUNICATIONE XIII.

Contra portantes arma Sarracenis. &c.

1. Portantes hic nominata infidelibus, excommunicationis vinculo innodantur.

EXcommunicatio 14. de Iudæ. & Sara. c. Ad liberadû, i. extrauaganti Gregorij. c. Nicolai, & in processu cœnæ. Excommunicamus, & anathematizamus illos qui contra Christum & populum Christianum, Sarracenis, arma, ferrum, & lignamina deferunt galearum, eos etiam qui galeas eis vèdunt vel naues, quique in piraticis Sarracenorum nauibus, curam, vel gubernationem exercent, aut machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium, auxiliumque in dispendium terræ sanctæ ipsosque rerum suarum priuatione multari, & capientium seruos fore, censemus, &c. Not. quod deferendo quicquid sit illud, quo possint impugnari Christianis vel se à Christianis tueri infideles, dicta excommunicatio incurritur. Et deferendo merces terre guerræ, vt patet in c. Quod olim de Iud. & Sara. Et deferendo omni tẽpore victualia, & quaslibet merces in Alexâdriâ, vel ad alia loca Sarracenorum terræ Ægypti, vt patet in extrauaganti Clem. v. quæ incipit, Multa nimis. Hæc tertia cum prima, sunt papales. Aliqui habent gratiam, vt possint portare merces etiam tempore belli, vt dicitur de Genuen. Sunt tamen eorum priuilegia inspicienda, quomodo stant. In cœna domini sic dicitur. Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant. Tempore autem guerræ, excommunicati sunt deferentes quodcunque mercimonium, vt patet in d. c. olim. Tertia verò excommunicatio, quatenus ab aliis duab. separatur, seruetur episcopo. Appellatione armorum, veniunt, secundum Caie. non solum offensiuæ, sed & defensiuæ, ex quacunque materia sint. Per ferrum, verò, & lignamina, præcipuam materiam armorum intellige, & nauium, ac galearum. Et per alia prohibita accipe non solum naues & galeas, sed quascunque secundarias proprias materias ar-

morum, galcarum, & nauium, vt sunt sartia, vella, &c. & breuiter quecunque ad hoc sunt, vt Christiani impugnentur ex eis. Sic enim processus cœnæ explicat. Victualia autē, & cōmunis vsus merces, vt panni linei, vel lanei & alia huiusmodi, nō veniūt appellatione prohibitorū. Ex quo sequitur, quōd excommunicatio cœnæ, non extenditur ad deferentes victualia, & merces communes. Vnde deferētes has merces extra tempus guerre, non sunt excommunicati, sed in tempore guerræ, aut nisi in Alexandriam, vel partes Ægypti deferrent, cūm excommunicatio non inueniatur contra illos, nisi vbi dictum est, & vltra pœnam excommunicationis, est alia pœna, vt patet in canone allegato, quem benè notabis.

DE EXCOMMUNICATIONE XV.

Contraimpedientes victualia
Romanæ curiæ.

Excommunicantur impediētes ne deferentes victualia &c. intrent Romanam Curiam.

EXcommunicatio 15. in processu cœnæ. Excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu inuadentes victualia, seu alia ad vsum Roma. cur. necessaria adducētes, vel qui ne ad Romanam cur. ipsa adducantur, vel deferantur impediunt seu perturbant & qui talia fieri faciunt, vel defendunt, cuiuscunque fuerint ordinis præminentia, &c. Est papalis. Nō. quōd si quis nō vt impediat, vel præturbet ea, quæ ad curiam deferenda sunt, sed vt consulat propriæ prouinciæ, vel ciuitati prohibeat ne quis extrahat frumenta, & alia victualia de prouincia sua propter hoc non incidit in hunc canonem: quia non ex proposito impedit. Item si quis tempore pestis prohibet ne quisquam vadat ad curiam Romanam reuersurus, non incidit. Per se enim quærit salutem patriæ, sed per accidens sequitur damnum curiæ, iuxta quod per accidēs censuræ non intelliguntur.

DE EXCOMMUNICATIONE XVI.

Contra inuadentes terras Ecclesiæ.

Excommunicantur inuadentes terras Ecclesiæ hic nominatas &c.

EXcommunicatio 16. in processu cœnæ. Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel

vel alium seu alios, directè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore occupant, detinent, vel hostiliter destruūt, seu inuadunt, aut occupare, detinere vel discutere, vel inuadere hostiliter præsumunt in totum, vel in partem, aliam urbem, regna Sicilia, seu Trinacriæ, insulas Sardinia, & Corsicæ, terram citra pharum, patrimonium beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venafinum, Sabinensem, Marchiam, Anthonitanæ, Massæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias ac terras specialis commissionis Arnulforum ciuitatēsq; nostras, Bononiam, Ferrariam, Beneuentum, Perusium, Auinionem, ciuitatem castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras & loca, vel iura, ad ipsam Romanam ecclesiam spectantia, & adhaerentia ac fautores & defensores eorum, seu in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem. Est Papalis. Nō. quōd quando vna pars ciuitatis est extrā, & vult intrare, & alteram expellere, & de facto intrat, quamuis non intendat auferre dominium à Papa, quia tamen hostiliter inuadūt partem, incidunt in canonem istum, secundum Caic. ibi, licet sub colore manendi in domo sua hoc faciant. Sic liberum Ecclesiæ regimen videretur auferri.

DE EXCOMMUNICATIONE XVII.

Contra Inquisitores, si odio, vel amore procedant, &c.

Inquisitores procedentes odio, vel amore, &c. excommunicantur.

EXcommunicatio 17. contra inquisitores, & inferiores Episcopis, quibus officium inquisitionis committitur, si odio, gratia, vel amore lucii, vel commodi temporalis obtenti contra iustitiam, & contra conscientiam suam omiserint contra quempiam procedere, vbi fuerat procedendum: Episcopi verò, & superiores incurrunt suspensionem. Et est in cap. Multorum, in cle. de hære. Item excommunicantur prædicti, si eodem obtentu prauitatem ipsam hæresis, vel impedimentum sui officij alicui imponendo præsumpserint aliquem quoquo modo vexare. Absolutio reservatur Papæ, nisi in mortis articulo, & tunc præmissa satisfactione potest absolui. Nō. contra iustitiam, & conscientiam copulatiuè, sine enim utroque non incurritur sententia hæc. Nō. quod dimittentes propter timorem vel scandalum, nō sunt excommunicati, secundum Gl. quia non odio, nec gratia, nec amore hoc faciunt.

DE EXCOMMUNICATIONE XVIII.

Contra asserentes Romanam Ecclesiam
non esse caput, &c.

- 1 *Excommunicantur asserentes Ecclesiam Romanam non esse
caput omnium ecclesiarum, nec canones condere posse, &c.*

EXcommunicatio 18. Nulli fas. Contra asserentes contumaciter Ecclesiam Romanam, non esse caput omnium ecclesiarum, & non posse condere canones, vel sibi tanquam capiti non esse obediendum, & est papalis cum tales sint hæretici, & schismatici, & consequenter in processu cœnæ. Qui peccant transgrediendo præcepta Papæ, etiam ex contemptu, dummodo recognoscant, ipsum pro capite, non incidunt.

DE EXCOMMUNICATIONE XIX.

Contra impediētes executionem literarum
Apostolicarum.

- 1 *Excommunicantur impediētes executionem literarum Apostolicarum, &c.*

EXcommunicatio 19. In processu cœnæ, contra omnes illos, qui sub quibuscunque personis in genere, & in specie, ne aliquas literas apostolicas, etiã in forma brevis, tam gratiam, quàm iustitiam concernentes, & citationes, & executoriales, quæ à sede prædicta emanarunt, & pro tempore emanabunt, sine eorum, vel principum beneplacito, & examine executioni mādent, inhibent, ac notarios executores, vel subexecutores literarum, monitoriorum, citationum, & inhibitionum huiusmodi, capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi, vel incarcerari, & detineri faciunt, & qui ex eorum officio, vel ad instantiam quoruncunque personas ecclesiasticas, & capitula, conventus, & collegia ecclesiarum, quancunque coram se ad suum tribunal, audientiam, cancellariã, consilium, vel parlamentum trahunt, ac præter iuris communis dispositionem trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsito ingenio, vel colore. Hæc est Papalis, tam ecclesiasticos, quàm dominos temporales contrafacientes includens.

DE EXCOMMUNICATIONE XX.

Contra Inquisitores, vel eorum vicarios extorquentes pecunias, &c.

- 1 *Excom-*

- 1 *Excommunicantur qui pretextu inquisitionis ab aliquibus pecunias extorquent.*

EXcommunicatio 20. de hære. in cle. Nolentes, contra Inquisitores, & Vicarios ipsorum, vel episcoporum, seu capitulorum, sede vacante super hoc deputatos, si pretextu inquisitionis officij quibusvis modis illicitis aliquibus pecuniam extorquent, aut scienter attentant ecclesiarum bona ob clericorum delictum prædicti occasione officij. Fisco ecclesiæ applicare, nec solui possunt præterquam in moris articulo, donec illis, à quibus extorserint, plenè satisfecerint de pecunia, sic extorta. Hæc est Papalis ante satisfactionem, sed post Episcopalis. Not. quòd nomine pecuniæ venit quodcunque pecunia potest extirari vt frumentum, vinum, pannus, &c. Not. etiam quòd si quid accipiunt inquisitores debito modo, vel per viam muneris, non est locus huic pœnæ, quia ad hoc quòd incidant oportet quòd extorqueant, quod illicitè.

Nota.

DE EXCOMMUNICATIONE XXI.

Contra impediētes sed. Apostol. in cognitione causarum.

- 1 *Excommunicantur impediētes autoritate laicali cognitionem causarum sed. apost.*

EXcommunicatio 21. in processu cœnæ, contra omnes, & singulos cancellarios, vicecancellarios, & consiliarios, ordinarios, & extraordinarios quoruncunque regum, & principum, ac cancellariorum, consiliorum, & parlamentorum: necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum principum secularium, etiam si imperiali, regali, ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, necnon Archiepiscopos, & Episcopos, Abbates, & commendatarios, eorumque Vicarios, & officiales, qui per se, vel alium, seu alios, quaruncunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum, necnon decimarum, & beneficiales, ac alios spirituales, & spiritualibus annexas causas, ab auditoribus, & commissariis nostris aduocant, ac executionis monitoriorum, citationum, inhibitionum, sequestrorum, executorialium, & aliarum literarum Apostolicarum: tam gratiam, quàm iustitiam concernentium, à nobis, necnon à camerario, & præsentibus cameræ apostolicæ, ac auditoribus, & commissariis apostolicis in eisdem causis pro tempore

tempore emanatarum, illarumque cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, & collegia, causas ipsas prosequi volentes autoritate laicali impediunt, & se de illarum cognitione tanquam iudices introuire, ac partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, seu reuocari faciendum, citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui ordinant, vel compellunt. Hæc est papalis. Aduertendum est, quod in processu cœnæ domini sæpe dicto, sub Adriano v. i. excluditur excusationes principum, vel huiusmodi, qui excusant se dicentes, quod Pōtifex tolerat ista prædicta. Hæc excusatio non valet, quia Papa post omnes censuras subinfert hæc verba. Declarantes nihilominus, ac protestantes prout tenore præsentium declaramus, ac expressè protestamur, absolutionem hodie, vel alias etiam solenniter per nos faciendam, præfatos supra nominatos & qualificados, ac cancellarios vicecancellarios, consiliarios & procuratores, ac alios excommunicatos prædictos, nisi prius statim statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex archiuis seu capitularibus locis aut literis in quibus annotata reperiuntur deleri, & cassari, ac nos reuocatione, & cassatione huiusmodi certiores fecerint & alias à præmissis cum vero proposito vterius similia non committendi destiterint, non comprehendere, nec illis aliter suffragaturam esse. Ac insuper in præmissis omnibus, & singulis ac aliis, quibuscunque iuribus, sedi apostolicæ, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ, vndeunque, & quomodolibet quæsitis, seu quærendis per quoscunque actus contrarios aut quomodolibet præiudicantes, tacitos, vel expressos à nobis, vel sede apostolica, quomodolibet factos, aut faciendos, aut quemcunque temporis fluxum, seu patientiam, vel tolerantiam nostram nullatenus præiudicari debere, aut quomodolibet posse, & sic nostræ incommutabilis intentionis semper fuisse, fore, & esse.

DE EXCOMMUNICATIONE XXII.

Contra fractores locorum sacramentorum.

Excommunicatione in c. conquestus de senten. excommu. qui feriantur.

EXcommunicatio 22. in cap. Conquestus, de senten. exc. Contra expoliantes ecclesias cum effractione, vel portarum,

tarum, vel parietum, vel clausuræ, aut discooperiendo tectum, vel huiusmodi. Tales enim sunt excommunicati, & post denuntiationem etiam in communi factam, à Papa tantum absoluantur. Not. quod tantum rapiens in ecclesia, vel frangens non est excommunicatus, sed faciens vtrumque, vel cum furto incendens ecclesiam. Not. quod hic non infertur sententia, sed supponitur lata. Sed vbi? In decretis à Lucio Papa, in c. omnes ecclesiæ. 17. q. 4.

DE EXCOMMUNICATIONE XXIII.

Contra incendiarios,

Incendiarij locorum ecclesiasticorum &c. quando intelligatur excommunicati, quique illi dicantur.

EXcommunicatio 23. in cap. Tua, de sent. excom. contra incendiarios locorum ecclesiasticorum, & religiosorum siue quorumcunque locorum, secundum communioem opinionem, vt etiam intelligit Caiet. ibi. Hi per hoc factum, non sunt excommunicati, quia nullibi inuenitur, sed si per prælatos ecclesiæ excommunicentur, & publicentur, tunc per publicationem absolutio reservatur Papæ secundum Caiet. ibi. Alij autem dicunt vt Tab. ibi quod qui incendunt ecclesiam ipso iure sunt excommunicati, & ante publicationem episcopus potest absolvere, sed qui alia loca incendunt, non sunt excommunicati, sed excommunicandi, & tunc à Papa tantum absoluentur secundum communioem opinionem. Not. quod incendiarij dicuntur, qui malo animo, & studiosè incendunt comam, segerem, & huiusmodi. Et dicit Caiet. q. diligenter quæsiuit canones, & non inuenit incendiarios ecclesiarum esse excommunicatos, & præcipue per cap. Canonica. 12. quæstio. 3. quia ille canon non est Papæ, nec concilij vniuersalis sed particularis synodi, videlicet Auriacensis. quæ ad vniuersales Christi ecclesias non extenditur. Dantes etiam fauorem, auxilium, vel consilium scienter, & propria auctoritate, sine causa, his comprehenduntur. Opinio. Caiet. satis consona videtur: cum simus in pœnis, propterea sequenda videtur.

DE EXCOMMUNICATIONE XXIIII.

Contra participantes in diuinis excommunicatis à Papa,

Clericus sponte participans cum excommunicatis à Papa incidit in pœnam. c. significauit, de sent. excom. nec absoluitur nisi à Papa.

Excom-

EXcommunicatio 24. in cap. Significavit. de sen. excom. Contra clericos, qui scientes spontè participant in diuinis officiis excommunicato à Papa, & absolutio reseruat Papæ. Intelligitur secundum Petr. de Palud. de excommunicatis nominatim, non autem per canones, vel sententias generales, nisi essentielles circumstantiæ, quibus proprium nomen exprimeretur, interuenirent. Item per diuina officia intellige tam de his, quæ in ecclesia dicuntur, quam extra. Item quia canon dicit, Et ipsos in officio recipiunt, dicit Caiet. ibi q̄ si clericus interesset diuinis cum talibus excommunicatis, sicut vnus de populo non tanquam recipiens ad diuina, non esset excommunicatus.

DE EXCOMMUNICATIONE XXV.

Contra participantes in crimine criminoso, &c.

1 *Excommunicati sunt participantes nominatim in crimine criminoso cum excommunicato, ei consilium dando, &c.*

EXcommunicatio 25. in cap. Nuper, de sent. excom. Si quis nominatim excommunicato scienter communicat in crimine criminoso, ei consilium impendendo, auxilium, vel fauorem, cum ratione damnati criminis videatur in eum delinquere qui damnauit, ab eo, vel eius superiore, meritò erit delicti absolutio requirenda. (Et infra.) Verùm si difficile sit ex aliqua iusta causa, quòd ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat, concedimus indulgentiam, vt præstira iuxta formam ecclesiæ cautione, quòd excommunicatoris mandato parebit à suo absoluatur episcopo, vel proprio sacerdote. Not. quòd quis dicitur participare in crimine criminoso cum excommunicato, quando participat in eo, pro quo quis fuit excommunicatus, vt si clericus fuit excommunicatus, quia commisit fornicationem & aliqua mulier fornicetur cum eo, dicitur participare in crimine criminoso, quia pro tali crimine fuit damnatus. Si autem postmodum Antonia cum illo fornicatur, Antonia non erit excommunicata, quia propter hoc crimen, scilicet cum Antonia, non fuit excommunicatus, sed pro crimine cum Bertâ, ideò si Bertâ iterum fornicetur, cum eo, erit excommunicata. Item qui participat cum aliquo in crimine, propter quod talis incurrit excommunicationem, quam ante non incur-

Nota.

Quid sit participare cum heretico in crimine criminoso.

cus fuit excommunicatus, quia commisit fornicationem & aliqua mulier fornicetur cum eo, dicitur participare in crimine criminoso, quia pro tali crimine fuit damnatus. Si autem postmodum Antonia cum illo fornicatur, Antonia non erit excommunicata, quia propter hoc crimen, scilicet cum Antonia, non fuit excommunicatus, sed pro crimine cum Bertâ, ideò si Bertâ iterum fornicetur, cum eo, erit excommunicata. Item qui participat cum aliquo in crimine, propter quod talis incurrit excommunicationem, quam ante non incur-

incur-

incurrerat, non potest, hoc participans est excommunicatus, nisi excommunicatio esset lata contra facientem tale quid cum particip. vel quando esset lata contra dantes auxilium, consilium, & fauorem, vel quando extenderetur ad omnes cooperantes, vt de percussione clericorum supra est dictum. Absolutio huius reseruat illi, qui intulit sententiam regulariter, vt Papæ, si Papa tulit. Nisi ex aliqua causa, vt supra dicitur in canone. Item not. quòd si Papa excommunicaret aliquem, & ei participantes quomodocunq; (quod potest facere) tunc omnes participantes etiam loquentes cum eodem essent excommunicati. Vide in c. Si concubinæ de sent. exc. Vide etiam supra quomodo excommunicatio incurritur. Excommunicatio. 49. 50. 51.

DE EXCOMMUNICATIONE XXVI.

Contra eligentes senatores in vrbe, &c. sine licentia Papæ.

1 *Assentientes electioni & c. senatoris sine licentia sedis apost. sunt excommunicati per c. fundamenta. de elect. in sexto.*

EXcommunicatio 26. in cap. fundamenta, in 6. de elect. Vbi excommunicantur omnes cuiuscunque nobilitatis, præeminentiæ, &c. qui sine licentiâ sedis Apostolicæ nominationi, electioni, vel assumptioni in senatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad regimen vrbis Romæ assentiunt, vel se intromittunt, per se, vel per alium. Excipiuntur Romani, ex ipsa vrbe naturaliter oriundi, vel ibi cõtinuè habitantes, qui licet sint prædictorum fratres, filij, vel nepotes, aut subcomitatus, vel baroniæ, & nomine extra territorium, vrbis iurisdictione, perpetuam, vel temporale obtineant, possunt tamen in Senatores Romanos assumi ad vnum annum dummodo nõ habeant extra territorium talem potestatem, quòd possent euacuare ratione huius constitutionis. sc. ecclesiæ libertatem. Item excommunicantur omnes alij à prædictis, qui assentiunt ad prædictum regimen vltra annum sine licentiâ sedis apostolicæ. Et intendentes, vel obediens illis sic assumptis, & dantes auxilium, consilium, & fauorem, publicè, vel occultè, tã in nominatoribus, & assumptoribus, quam nominatis, & assumptis, & est reseruata Papæ secundum vniuersiorem opinionem, quamuis alicui dicant, quod est episcopalis, Cai. dicit quòd est papalis vt patet in fine canonis.

DE EXCOMMUNICATIONE XXVII.

Contra impugnantes literas electi in Papam ante eius coronationem.

D

1 *Excom*

1 **Excommunicati sunt ipso facto impugnantes literas Papæ ante coronationem.**

EXcommunicatio 27. in extrauaganti Benedicti vndecimi, vt refert Arch. Flo. 3. parte ii. 34. cap. 68. contra impugnantes literas electi in Papam antequam coronetur, vt sunt ipso facto excommunicati.

DE EXCOMMUNICATIONE XXVIII.

Contra appellantes ad futurum concilium.

1 **Appellantes ad futurum concilium sunt excommunicati.**

EXcommunicatio 28. in extrauaganti Iulij 2. Suscepti regiminis, & Pij I. vbi præcipitur sub excommunicationis lætæ sententiæ, & interdicti pœnis, ne aliqua persona cuiuscunque dignitatis, siue etiam vniuersitas, aut collegium, quouis quæsito colore ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis quibuscunque suis, & successorum suorum appellationem huiusmodi interponere audeant. Et contrasacientes vnâ cum fautoribus suis, & consilium auxiliũve præstantibus, siue tabelliones sint, siue testes siue aduocati, siue alij quicunque non solum pœnis prædictis, & censuris, sed etiam his quæ læsæ maiestatis, & hæreticæ prauitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuit. (Et infra) Dictasque pœnas, & earum quamlibet, omnes illos ipso facto incurrere volumus cuiuscunque conditionis existant, & gradus prærogatiua præfulgeant, qui in senatu, concilijs, parliamentis, congregationibus etiam sinodalibus, & prouincialibus, vel alijs quomodolibet tacite, vel expresse, voce, vel scripto, per se, vel per alium cuiuscunque timoris, vel reuerentiæ vel animæ, vel prætextu excusatione, & superioris mandato non obstant, decreuerint, consuluerint, seu deliberauerint, vel aliorum dicta approbauerint, consilium, aut vocem dederint, vt ad futurum vniuersale concilium à nobis, vel successoribus nostris, Romanis Pontificibus contra prædictam constitutionem appellare licet, possit, vel debeat, dictas pœnas ad ipsos, & eorum quemlibet contra venientem in præmissas tenore præsentium extendentes, & locum habere declarantes, omni ambiguitate cessante.

DE EXCOMMUNICATIONE XXIX.

Contra non seruantes const. Iul. 2. de elect. Papæ.

1 **Excommunicantur omnes S. R. E. Cardinales non seruantes const. Iul. 2. in electione summi pontificis.**

EXcommunicatio 29. in extrauagante Iulij. II. c. Cum tam diuino approbata in Concilio Laterano, inhibemus, omnibus,

tribus, & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum sacro collegio ne apostolica sede vacante, prædictis scilicet de Romani Pontificis præter simoniam facienda electione conuenire, vel contra præmissa, vel aliquod præmissorum statuere, disponere ordinare, vel aliquo modo facere, seu attentare præsumant, quocunque exquisito colore, vel causa sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, quam ipso facto incurrant, & à qua non nisi per Romanum Pontificem canonicè electum absolui possint, nisi in mortis articulo. Ex hoc habetur, quod Cardinales, contra venientes contra ordinata de electione Papæ præter simonia, vel statuentes, sunt excommunicati, & est papalis. Et not. quod post hanc cõstitutionem electus simoniacè, non est in veritate Papa: & Cardinales sede vacante iurant se seruaturus hanc constitutionem.

DE EXCOMMUNICATIONE XXX.

Contra grauantes eos qui rulerunt sententiam excommunicationis.

1 **Pœna c. quicunque de sen. exc. in 6. qui ligentur.**

EXcommunicatio 30. in c. Quicunque de sent. exc. in 6. Quicunque pro eo quod in reges, principes, & barones, nobiles, & balios, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunque excommunicationis, suspensionis, siue interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu alijs in personis, aut in bonis suis, vel suorum grauandi eos, qui tales sententias, protulerunt, siue quorum occasione sunt prolatae, vel easdem sententias obseruantes, seu taliter excommunicatos communicare nolentes, nisi licentiam ipsam re integrè reuocauerint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiæ sit processum, nisi bona ipsa fuerint, infra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsius impensa, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque sententia sint innodati omnes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquot præmissorum ad quæ committenda dare licentiam prohibuimus, alijs committere suo moru. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spacio, ex tunc ab ea nõ possint nisi per sed. apo. absolutionis beneficiũ obtinere. Ante duos menses, est episcopalis; post verò papalis. Not. q. nemine suorum, veniunt omnes, siue propinqui, siue remoti, qui quacunque relatione, vt sui grauati sunt. Idẽ nõ quod grauati dicuntur aliqui, quando contra iustitiã agitur

contra eos. Secus autem si secundum iustitiam, licet ex malo animo, vel propter hoc ageretur.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXI.

Contra statuentes contra libertatem ecclesiasticam.

1 Excommunicationem c. nouerint. de sep. ecc. qui incurrant.

*Quid sit
contra lib-
ertatem
ecclesia.*

EXcommunicatio 31, in c. nouerint, de sent. exc. Excommunicamus omnes, qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines, vel potius abusiones introductas contra ecclesiasticorum libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri. Et excommunicamus quoque statutarios, & scriptores statutorum ipsorum necnon & potestates, & consules, rectores, & consiliarios locorum, ubi de cætero huiusmodi statuta, & consuetudines edita fuerint, vel obseruata, necnon & illos, qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publica forma scribere iudicata. Secundum Io. And. hæc est episcopalis, sed ex processu curiæ est Papalis. Not. quod illud est contra libertatem ecclesiæ quod vniuersaliter est contra omnem ecclesiam, ut quod non soluantur decimæ. Et dicit Caiet. hic, quod iste canon respicit statuta & consuetudines tunc temporis edita, & introducta scilicet tempore Hono. III. Et faciens prædicta seruari est excommunicatus: & non faciens deleri, dummodo non faciat seruari, non est excommunicatus. Item quoad secundum canonem, not. quod si consules, rectores, &c. non concurrunt ad alteram harum duarum actionum, videlicet ad edendum huiusmodi statuta, vel ad seruandum, non incurrunt hanc sententiam. Secus si cõcurrunt. Item statutarij, & alij nominati si pura mente prædicta faciant non intendentes aliquid contra libertatem ecclesiæ, sed secundum quod à doctoribus consulti fuerunt, ita statuerunt, propter hoc non incurrunt, & excusantur etiam à pacto quia consuluerunt, & fecerunt quantum in ipsis fuit. Item not. quod facere contra libertatem ecclesiæ, est eam arctare in his, in quibus non subiicitur, siue hoc habeat iure naturali, siue spiritali, siue ex dono naturali, vel gratuito, siue ex iure communi, siue ex privilegio: vnde cunq; habeat, siue à Deo, siue à Papa, siue ab Imperatore, & sic canones intelliguntur in c. Libertatis in 6. de imm. eccl. Et nomine ecclesiæ intellige de libertate communi omni ecclesiæ: & non vni tantum, vel pluribus, ita ut qui facit cõtra libertatem alicuius ecclesiæ, ut monachorum, vel prædicatorum, non incurrit hunc canonem supra,

Innu

Immunitas. §. 26. no. hic secundum Caiet. quod statuentes circa funeralia, vel exequias mortuorum, imponendo modum ne fiant excessus in luminaribus, vestibus, indumentis equorum, multitudine crucum, religionum, &c. non incurrunt in hunc canonem: quia hæc per se ad temporalem honorem ordinantur, & si tãgant clericos, & ecclesias, quæ priuantur elemosynis, hoc est per accidens. Nec obstat c. si. de fe. eccl. non alie. ubi decernitur esse contra libertatem ecclesiasticam; statuere de mortuariis, tanquam de annexis ecclesiasticæ libertati, siue iurisdictioni, quia ut ipse Caiet. glossat, de mortuariis, intelligitur ordinatis per se ad ecclesiam, ad salutem defuncti, seu cultum diuinum. Secus de ordinatis per se ad temporalem honorem. Determinationem huius quæst. vide infra. Exequiæ, per totum. Tab. excommunicatio. §. casu 20. Quia communior opin. est contra Caiet. quia tamen ex vtraque parte fortes rationes sunt, nullam volo damnare opinionem.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXII.

Contra concedentes repræsalias aduersus personas ecclesiasticas, seu eorum bona.

1 Excommunicatio in c. vnico. de inu. & dam. in 6. qui subiiciantur.

EXcommunicatio 32. in c. vnico, de inu. & dam. in 6. illi qui repræsalias aduersus personas ecclesiasticas, seu bona ipsorum concedunt, vel extendunt ad eas, nisi præsumptionem huiusmodi reuocauerint, à concessionis, vel extensionis tempore infra mensem, si persona singularis fuerit sententiam excommunicationis incurrat, si vniuersalis ecclesiastico subiacet interdicto: & est episcopalis. Quid si ante mensem processerunt ad actum? Dicit Gemi. quod incidunt. Caiet. autem dicit quod non, & rationabilius tamen dicere videtur quod bona clericorum 7. mensem debeant restitui in integrum reuocando, &c. Si conceduntur repræsalie clerici debitoris solum cõtra eius bona præmissis, ac seruatis his quæ de iure præmittenda, & seruanda sunt, non est locus huic pœnæ, quia non proprie sunt repræsalie, illæ in quibus vnus pro alio grauari non potest.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXIII.

Contra submittentes bona ecclesiastica laicis.

1 Submittentes personas vel bona ecclesiastica, &c. laicis pœnna c. hoc consultissimo de reb. eccl. non alie. in 6. subiiciuntur.

D 3

Excom

EXcommunicatio 32. in cap. hoc consultissimo, in 6. de re. ec. non alien. illi qui praelatos, vel personas ecclesiasticas ad submittedū ecclesias, bona immobilia, seu iura ipsarum laicis, non constituendo bona ipsa, vel iura in emphiteusim, seu alias alienando in forma & casibus à iure præmissis, seu constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo, à laicis ea tāquā à superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem aduocando, vel ipsos patronos vel aduocatos ecclesiarum, seu honorum ipsorum perpetuò aut ad tempus non modicum statuendo compulerint, cuiuscunque conditionis sint, aut status, excommunicationis sententia sint innodati, (Et j. Laici ex contractibus super præmissis, consensu capituli, & licentia apostolica interuenientibus inuitis, seu occasione illorum ultra id, quod ex natura contractuum ipsorum, vel adhibita in illis lege permittitur aliquid vsurpantes nisi legitime moniti ab huiusmodi vsurpatione destiterint, restituendo etiam quæ taliter vsurparunt, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Istæ duæ excommunicationes sunt episcopales. Causa huius Canonis fuit, quia Prelati oppressi aliquando inuocabant nobiles, tanquam suos Dominos defensores, qui aliquādo procurabāt talē oppressionē, vt ad eos cōfugerent, tāquā ad ecclesie patronos, vel dominos, & huic per hūc canonē prouisum est secundū Gul.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXIII.

Contra grauantes nolentes eligere.

Sciunt cuncti de elect. in 6. pœnam qui incurrant.

EXcommunicatio 34. in cap. Sciunt cuncti. lib. 6. de elec. Sciunt cuncti, qui clericos, vel quascūque personas ecclesiasticas, ad quos in aliquibus monasteriis, aut in aliis piis locis spectat electio pro eo quod rogati, seu aliā inducti eam pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerint, vel consanguineos eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cetera, beneficiis, seu aliis bonis suis, per se vel per alios spoliādo, seu aliā iniuste persequendo, grauare præsumpserint, se (ipso facto) excommunicationis sententia innodatos. Est episcopalis: includens etiam ipsos episcopos, secundum Glo. Not. quod siue spolient auctore publicè, vel occultè, siue per vim, siue per dolum, quomodocūque hoc faciant, secundum Arc. & Gem. incidunt. Not. etiam quod per consanguineos, hic non veniunt affines, secundum Gem. Item si quis debet hāc sententiā incurrere oportet quod adsint omnes conditiones positæ in ca-

none

none quæ bene debent notari hic, & in aliis. Et hic nomē electionis nō extenditur ad electiones, quæ sūt i cōfraternitatibus, vel huiusmodi quæ nō sunt ecclesiasticæ personarum.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXV.
contra impediētes litigare in Rom. Cu.

Impediētes litigantes in Rom. curia pœna c quoniam de ini. eccle. subiiciuntur.

EXcommunicatio 35. in ca. quoniam de immu. eccl. Statuimus, ne quis, impetratores literarum nostrarum ad nos, vel ad forum ecclesiasticum recurrentes, super causis, quæ ad idem forū de iure, vel ant qua cōsuetudine pertinere noscuntur, per se, vel per alium ad desistēdū, vel in foro seculari de quæstionibus huiusmodi litigandum per eorundem iudicum ecclesiasticorum, vel impetrantium, aut litigantium, seu volētium litigare, aut propinquorum ipsorū, seu rerum illorum, seu ecclesiarum suarum etiam captione modisve aliis quibuscunque compellat, seu compelli faciat, vel procuret, nec per se aliōsve impediat, quominus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis, seu ordinariis, querelantes de causis quæ (vt præmissum est) ad cognitionem pertinet eorundem, possint liberè iustitiam obrinere, nec ad præmissa faciēda det cōsilium, auxilium, vel fauorem. Si quis verò cōtra præsumpserit, se (ipso facto) excommunicationi noverit subiacere, à qua nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iurisdictio vsurpata, quā parte, quæ in persecutione sui iuris turbata fuerit de iniuria damnis, expensis & interesse, prius per eundem fuerit integrè satisfactum nullatenus absoluat. Iste canon non arctatur ad curiā Romanam tantum, sed in omni Diocesi fouet libertatem ecclesiasticam: & est episcopalis præmissa satisfactione. Si quis tamē ante satisfactionē absolueretur, esset absolutus, secundum communiorē opi. vt dicit Tab. absolutio. 2. §. 2. licet esset malè factum. Not. quod pro quāto quis literas apostolicas impediret contra processum curiæ, esset papalis.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXVI.

Contra prohibentes ne aliquid vendatur ecclesiasticis.

Pœnam excommunicationis incurrunt qui contra cap. in de immu. eccl. venire præsumunt.

EXcommunicatio 36. in cap. si de immu. Eccl. eos, qui temporale dominium obrinentes, suis subditis, ne praelatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis quicquam

D 4 vendant,

vendant, aut emant aliquid ab eisdem, ne ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere presument, aliquando interdunt, cum talia in derogationem ecclesiasticae libertatis presumentur, eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subiacere. Est episcopalis. Tamen per processum, curiae aliter est. Not. si tales non habent dominium, licet mandent, non incurrunt. Non enim poenae, ultra limites extendi debent.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXVII.

Contra occupantes bona Ecclesiarum vacantium.

Occupantes bona ecclesiarum vacantium excommunicationem incurrunt.

EXcommunicatio 37. in 6. de elec. c. In generali. Vniuersos, & singulos, qui regulam, custodiam, siue guardiam aduocationis seu defensionis titulum in ecclesiis, monasteriis, siue quibuslibet aliis piis locis vacantibus de nouo usurpare conantes, bona ecclesiarum monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare presument, clericosque ecclesiarum, monachos monasteriorum, aut personas ceteras locorum eorundem, quae hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subiacere. Est episcopalis. Not. quod qui conatur usurpare huiusmodi dicta, non tamen presument occupare praedicta bona, non incurrunt, sed oportet utrunque fieri. Item qui procurant si non sequitur effectus, non incurrunt, secundum gl. ly. de nouo, id est, a 40. annis.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXVIII.

Contra imponentes angarias personis ecclesiasticis.

Imponentes angarias personis ecclesiasticis sunt excommunicati.

EXcommunicatio 38. in ca. aduersos, de immu. eccl. Excommunicantur omnes officiales laici, vel habentes regimen quorumcunque locorum, qui angarias, collectas, exactiones indebitas, ecclesiis, vel ecclesiasticis personis imponunt, vel eos pro huiusmodi affligunt, & qui autoritatem, & iurisdictionem (scilicet temporalem praelatorum, quam habent in suis hominibus euacuant (ita ut nihil potestatis videatur eis remansisse in suos) supra dicti si moniti competenter non desistant, ipso facto tam ipsi, quam fautores eorum, a iure sunt excommunicati, nec debet absolui, donec satisfecerint. Et si successores praedictorum officiorum qui

succedunt

succedunt in honore, & onere, infra mensem excessum suorum praedecessorum non purgauerint, & satisfecerint, incurrunt in hunc canonem. Et est episcopalis praemissa satisfactione, & in c. non minus de immu. eccl. Not. quod hic sunt duo canones, & secundus supponit primum & supponit quod officialis, cui alter succedit, sit excommunicatus, tanquam primi canonis transgressor. Ad incurrendum primum canonem requiritur monitio ad incurrendum secundum, requiritur lapsus mensis. Item not. quod iste ca. non differt a canone de pedagiis, gabellis, &c. quia ibi ipso facto incurruntur sententia, hic autem non nisi praemissa monitione. Aduerte etiam, quod constitutio Bonifacii, in 6. c. clericis, de immu. Eccl. cum tot censuris in hac materia est totaliter reuocata, in cle. quoniam. de immu. eccl. & redditur ad ius hoc antiquum.

DE EXCOMMUNICATIONE XXXIX.

Contra cogentes reuocare sententias, excommunicationis, suspensionis, &c.

Excommunicationem c. si. de his quae vi met. cau. & c. vnico. in his quae incurrant.

EXcommunicatio 39. in c. si. de his quae vi me. cau. & c. vnico in 6. Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcunque reuocationem ipsius, aut suspensionis, siue etiam interdicti (siue sententia talis sit iusta, vel iniusta) per vim vel metum (siue sit magnus, siue paruus extortam, praesentis constitutionis auctoritate, omnino vitibus euacuantur. Ne autem sine vindicta violentiae crescat auctoritas, eos qui reuocationem, seu absolutionem huiusmodi, vi vel metu extorquent (taliter quod sequatur effectus, excommunicationis sententiae decernimus subiacere. Et est episcopalis. Not. quod siue excommunicatio talis sit contra reuocantem, siue contra alios, siue lata ab homine, siue a iure, cano iste locum habet, & ligat, extorquentes, & metus debet esse illatus, & non innatus. Et dicitur metus sufficiens, mortis, vel grauis corporis cruciatus, vel qui possit in constantem virum cadere, secundum Pet. de Ancharano.

DE EXCOMMUNICATIONE XL.

Contra cogentes celebrare in loco interdicto.

Cogentes celebrare in loco interdicto & alij hic nominatim excommunicantur per cle. Grauis. de sen. excom.

EXcommunicatio 40. in c. Grauis, de sen. excom. in cle. Praesumptores praefatos, qui in locis interdicto suppo-

D 5

litis,

fitis, quemquam de cetero diuina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia audienda aliquos excommunicationis præsertim, vel interdicti ligatos, sententia euocare, seu qui ne excommunicati publicè, aut interdicti, de ecclesiis dum in ipsis missarum aguntur solennia, ac à celebrantibus moniti vt exeant prohibere nec nõ excommunicatos publicè & interdictos, qui in ipsis ecclesiis nominatim à celebrantibus, vt exeant moniti remanere præsumpserint, excommunicationis sententia, à qua per se dem duntaxat apostolicã, possint absolui, sacro approbante concilio innodamus. Et est papalis primò contra dominos temporales cogentes celebrare, &c. contra vocantes excommunicatos, vel interdictos ad diuina, voce, campanis, præconizatione, &c. prohibentes ne exeant dum missa celebratur particulariter. Alius casus communis est omnibus vtriusque sexus, qui publicè sunt excommunicati, vel interdicti nominatim moniti à celebrantibus vt exeant.

DE EXCOMMUNICATIONE XLI.

Contra impediētes sequestrationem fructuum ecclesiasticorum.

Contrauenientes clem. vnica de sequest. poss. & fruct. quam excommunicationem incurrant.

EXcommunicatio 41. in cl. vnica, de seque. pos. Diffiniuimus, vt vna contra possessorem diffinitiuã sententia super beneficio apud sedem apostolicam, dumtaxat in petitorio, vel possessorio promulgata, beneficium ipsum à possessore huiusmodi, dum tamen triennio pacificè antea possessum ab eo non fuerit, per loci ordinarium apud idoneam personam sequestratur, &c. Si quis aut sequestrationem huiusmodi impedire, vel fructus sequestratos quomodolibet præsumpserit occupare, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, à qua nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus restituis, nullatenus absoluetur. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE XLII.

Contra impediētes visitatores monialium.

Impediētes monialium visitatores sunt excommunicati.

EXcommunicatio 42. in ca. Attendentes, de stat. mo. in cle. Si quis visitatores monialium, aut mulierum quæ vulgo dicuntur canonicæ seculares in præmissis, seu in aliquo præmissorū impedire præsumpserit, nisi monitus post impedimentum renipiscat, ipso facto excommunicationis sententiam

sententiam se nouerit incursum, priuilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium non valituris. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE XLIII.

Contra sepelientes hæreticos.

Hæreticos sepelientes, excommunicationem. c. quicumque, de hæret. in c. incurrunt.

EXcommunicatio 43. in cap. Quicumque, de hære. lib. 6. Quicumque hæreticos, credentes, receptatores, vel fauores eorū scienter præsumpserunt ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus extimulent publicè & proiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura. Censura hæc est episcopalis, saluis tamen conditionib. in litera positis. No. quod credentes hæreticis dicuntur illi, qui plus credunt hæreticis quàm ecclesiæ etiam si nesciunt quid credat hæretici, secundum Cal. deliberato tñ cõsensu. Iste canõ. omnes psonas õprehendit actionem vnã circa quatuor hominum genera punit.

DE EXCOMMUNICATIONE XLIIII.

Contra sepelientes tempore interdicti, &c.

Sepelientes tempore interdicti & alia facientes de quibus hic excommunicantur.

EXcommunicatio 44. in cle. r. de sepul. Eos qui propriè temeritatis audacia, defunctorum corpora non sine contemptu clauis Ecclesiæ in cõmeteriis, tempore interdicti in casib. non cõcessis à iure, vel excommunicatos publicè vel nominatim, vel manifestos vsurarios scienter sepelire præsumunt, ipsos excommunicationis sententiæ decernimus subiacere à qua nullatenus absoluantur, nisi prius ad arbitrium Diocesani Episcopi, eis quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata satisfactionem exhibuerint competentem. Est episcopalis, præmissa satisfactione, vt dicitur in litera. Not. primò quod si non sepeliant in loco sacro, non est locus huic pœnæ. Secundò per excommunicationem publicè intellige manifestationem rei, & notitiam publicam, & non secundum fictionem iuris, aut iudicis, secundum Cal. Tertio, tantum sepelientem vsurarium publicum, & scienter, & præsumptuosè incidunt: non autem mandantes vel cõsules, quia pœnæ non sunt extendendæ secundum Cal. licet alioqui dicant quod etiam mandantes. j. interdicti. §. 52.

DE EXCOMMUNICATIONE XLV.

Contra contrahentes in gradibus prohibitis, &c.

1 *Contrahentes scienter vel ignoranter in gradibus prohibitis, &c. quando sint excommunicati.*

EXcommunicatio 45. in cle. Vnica, de consang. & affinitate. Eos qui diuino timore postposito, scienter in gradu consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: nec non religiosos, moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos, matrimonium contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes, ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiaceri. Est episcopalis. Not. q. ignorantia facti excusat. Item per sponsalia, vel simplicem coitum, non incurritur hæc sententia, nisi coitus post sponsalia sequeretur. Si etiam ante contractum consanguinitas, vel affinitas erat ignota, postmodum ante copulam sit nota, si simul coeant, sunt excommunicati, debent enim se, quam citissime separare. Item sacerdos dicens verba. Verbi gratia: placet tibi, &c. est excommunicatus, non autem si secularis. Item qui contraxerunt, & consummauerunt ignoranter, si in commixtione matrimoniali affectu perseverant, non minus sunt excommunicati, quam si à principio scienter contraxissent, si tamen scienter perseverant. Secus si adhuc ignorant impedimentum secundum Caiet. Dantes auxilium, consilium, &c. ad hoc non incidunt, quia non veniunt nomine contrahentium, licet mortaliter peccent, neque qui hortantur, ut à tali matrimonio recedat. Facit Gloss. in ea. cle. in ver. Scienter. quia cle. non punit nisi solum contractum, nec is dicitur participare in crimine pro quo est excommunicatus, qui contraxit.

Ignorantia facti excusat.

Nota.

Ad huiusmodi re-mouendos errores, nuper Ecclesia In Irid. Synodo sancit, ut antequam consum-matur matrimonium fiant tres denunciations in Ecclesia. Vide ses. 8. cap. 1. de resor.

DE EXCOMMUNICATIONE XLVI.

Contra religiosos vsurpantes decimas.

1 *Religiosi vsurpantes decimas excommunicationis mucrone feriuntur.*

EXcommunicatio 46. in cle. de dec. cap. Religiosi, ubi excommunicantur omnes religiosi non habentes administrationem, vel officia. Habentes verò officia sunt suspensi ab officiis, si decimas ecclesiis debitas sibi vsurpant, vel appropriant, aut si de animalibus quæ in fraudem ecclesiarum

suarum emunt, emptaque venditoribus vel aliis ab ipsis tenenda tradunt, seu qui animalibus familiarium, aut pastorum suorum, vel aliorum etiam animalium immiscentium eorum gregibus seu qui de terris, quas tradunt, aliis excolendas decimas soluere non permittunt, aut prohibent, si post requisitionem factam ab eis, quorum interest non destiterint, j. mensem vel j. menses non fecerint sufficientem satisfactionem ecclesiis, vel damnis. Hæc non extenditur ad animalia, quæ ipsi religiosi habuerunt per eos, qui verè se, & sua obtulerunt, qui dicuntur oblati. Not. quod nomine religiosi hic veniunt etiam feminae. Est episcopalis, satisfactio-
Nota.

DE EXCOMMUNICATIONE XLVII.

Contra inducentes eligere sepulturam.

1 *Inducentes eligere sepulturam & similia, de quibus hic excommunicantur.*

EXcommunicatio 47. in cle. ult. de pœnis. §. ult. Contra cogentes eligere sepulturam. Sanè temerarios violatores constitutionis illius, quæ religiosis, & clericis secularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum inducant, ut sepulturas apud eorum ecclesias eligant, vel iam electam ulterius non immutent, similem sententiam pœna in ipsa constitutione contenta in suo perdurante robore incurere volumus ipso facto, ab alio, quam auctoritate sed. apost. præterquam in mortis articulo nullatenus absolueudos, nullis priuilegiis, aut statutis cuiuscunque tenoris existant in contrarium super his valituris, Est papalis. Not. quod si quis inducit ad prædicta, non tamen sequitur effectus, non incurrit. Similiter, si non ex malitia hoc facit. Item si hortatur, non tamen inducit ad illa tria, s. vouendum, iurandum, vel promittendum, promissione nuda, vel fide vallata non incidit. Quæ autem pœnæ sequantur contra facientes, si sepeliant defuncta corpora contra dictam constitutionem, vide in c. Plerique, de pac. & de sepul. cap. Ex parte, el. i. & cap. Vero. de sepul. in 6.

DE EXCOMMUNICATIONE XLVIII.

Contra religiosos exeuntes ut audiant Physicam.

1 *Religiosi exeuntes ut audiant Physicam & leges civiles, excommunicantur, nisi, &c.*

Excom-

EXcommunicatio 48. in c. super specula. ne cle. vel mo. contra religiosas personas de claustris exeuntes ad audiendum leges (scilicet ciuiles) vel physicam (id est, medicinam) Ale. prædecessor noster olim statuit in cōcilio Turon. vt nisi infra duorum mensium spaciū redierint ad claustrum sint excommunicati, & ab omnibus euitentur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiantur. Reuersi autem in choro, mensa, capitulo, & cæteris locis, vltimi fratres existent, & nisi fortè ex misericordia sed. apostol. totius spem promotionis amittant. Verum quoniam nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant. Nos volentes de cætero, vt excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, districtè præcipiendo mandamus, quatenus tam à Diocesanis & capitulis ipsorum, quàm à cæteris episcopis, in quorum diocesis huiusmodi student tales excommunicati, & prædictis pœnis obnoxij, publicè nuntientur. Ad Archidiaconos, & plebanos, decanos, propositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros, nisi ab his infra spaciū præscriptum destiterint, hoc extendi volumus, & appellatione postposita firmiter obseruari. Est episcopalis. Not. q̄ si audiant in claustro huiusmodi, vel extra, dummodo reuertantur quotidie ad claustrum, non incidunt, & includuntur omnes professi quoquomodo, & omnes sacerdotes, & omnes in dignitate constituti, siue curata, siue non curata, & qui stellum honorificum habent in ecclesia, etiam sine iurisdictione, vt sunt cantores, secundum Caiet.

DE EXCOMMUNICACIONE XLIX.

Contra absoluentes excommunicatos, vel ministrantes sacramenta.

¶ *Ministrantes sacramenta sine licentia presbyteri parochialis sunt excommunicati.*

EXcommunicatio 49. in cle. Religiosi. de priui. Religiosi, qui clericis, aut laicis, sacramentum vnctionis extreme, vel eucharistiæ ministrare, vel matrimonium solennizare, non habita super his parochialis presbyteri licentia, aut quemque excommunicatum à canone præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis Apost. concessis eisdem, vel à sententiis per statuta prouincialia, aut synodalia, promulgatis seu si à culpa, & pœna absoluerent quemquam præsumpserint, excommunicationis sententiam incurrant

currant ipso facto auctoritate, sed. Apost. duntaxat absoluedi. Not. quòd si quis ex ignorantia, vel rati habitione faceret prædicta, non incidit, quia non præsumit. Item si religiosus alium religiosum exemptum communicet, non incurrit, quia in canone mentio fit tantum de clericis, & laicis, & per hoc non fiat iniuria parochiano presbytero, in cuius fauorem hic canon est editus, etiam si sit alterius religionis, licet Arch. Flo. videatur tenere oppositum 4. par. titu. 25. cap. 54. ramen hoc magis est conforme textui, quia nomine clericorum in materia odiosa, vt hinc, non veniunt religiosi, vt not. Panorm. in rub. de vita & hon. cler. In articulo ramen necessitatis, quando non est alius, qui ministret, & non potest haberi licentia, communiter tenetur, quòd ista pœna locum non habet, secundum Inno. & Ho. in c. Omnis, de pœ. & re. & per c. Quod in te, de pœ. & re. licet. Arch. Flo. vbi supra dicat, quòd non debent ministrare. Primum, tamen verius. Secundum tutius. Not. quòd qui absoluit excommunicatum ab homine, siue sit Papa, siue alius, non incidit, quia hic non est excommunicatus à canone, nam canonis nomine intelligitur propriè, quòd à Papa promulgatur, & de maiori tantum excommunicatione intelligitur. Est papalis.

In materia odiosa nomine clerici nã veniunt religiosi.

Nota.

DE EXCOMMUNICACIONE L.

Contra retrahentes à solutione decimarum.

¶ *Retrahentes aliquem à solutione decimarum sunt excommunicati.*

EXcommunicatio 50. in cap. Cupientes, de pœnis in cle. Religiosos qui aliqua, vt audientes à decimarum ecclesiis debitarum solutione retrahant, vt in suis sermonibus, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationis sententiæ subiacerent decernimus ipso facto. Est episcopalis. Not. quòd si desit intentio retrahendi à dicta solutione, licet verba proferat religiosus, non incurrit hanc pœnam. Item tantum religiosi ligantur proferentes verba quomodocunque siue in prædicationibus, siue aliter, & facit præsumptuosè eū malitia, & intentione.

DE EXCOMMUNICACIONE LI.

Contra non facientes conscientiam de decimis,

¶ *Pœnam clem. cupientes. de pœnis qui incurrant.*

Excom-

EXcommunicatio 51. in cle. cupientes. de pœn. Religiosi, qui scienter postposuerunt conscientiam facere de soluendis decimis ecclesijs debitis, ab officio prædicationis tandiu maneat in ipso facto suspensi, donec conscientibus ipsis (si hoc ipsum eis dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint: excommunicationis incursum scientiam ipso facto, si prædicare præsumpserint prædicta negligentia (vt præmittitur) non purgata. Ad religiosos tamen monasteriorum, vel ecclesiarum, decimas percipientes volumus extendi. Est episcopalis. Not. q̄ ligat tantum confessores religiosos prædicantes, quia si non prædicent, non est locus huic pœnæ, secundum Caiet. Item intelligitur, quòd negligentia requisiti, quod si non requirantur, non possunt incurrere. Tempus verò quo debent requiri est determinatum, videlicet: prima, quarta, & vltima dominica quadragesimæ, dies Ascensionis, Pentecostes, Natiuitatis domini. Io. Ba. Assumptionis B. Mariæ, & Natiuitatis eius, extra hoc tempus si requirantur, & negligent, non incurrunt. Vide tamen bene illam decretalem totam.

DE EXCOMMUNICATIONE LII.

Contra non seruantes interdictum.

Interdictum non seruantes hic excommunicantur.

EXcommunicatio 52. in cle. 4. de sent. excom. Circa interdictorum obseruantiam generalium, autoritate sed. apost. vel à locorum ordinariis p̄sitorum, de fratrum nostrorum consilio districtè præcipiendo, mādamus, quatenus religiosi quicumque tam exempti, quàm non exempti cuiuscunque ordinis, vel conditionis existant, cum cathedralem, vel matricem, seu parochialem loci ecclesiam, illa viderint, vel scierint obseruare, non obstantibus quibuscunque appellationibus antea etiam ad eundem, vel alium, seu alios interiectis, & aliis obiectionibus quibuscunque, absque dolo, & fraude, cum moderatone tamen decretalis Alimæ, inuiolabiliter ea obseruent, alioquin non obseruantes, excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subiaceri. Quod etiam interdictis, & in cessationibus à diuinis interdictis per provincialium conciliorum statuta, vel ipsorum auctoritate, volumus obseruari. Est episcopalis. Ligat etiam quòd interdictum sit nullum. Si interdictum sit verum, & matrix ecclesia non seruat, debet tamen religiosi seruare, quando sciunt

id

id seruandum. Leo tamen decimus concessit congregationi Lombardiæ fratrum prædicatorum, quòd quando matrix ecclesia non seruat, etiam si sit verum interdictum, quòd nec dicti fratres teneantur seruare. Not. quòd si matrix ecclesia seruat, quia ipsa specialiter, est interdicta, non est locus huic pœnæ religiosi. Item ecclesiam matricem secundum Pau. & Ioan. An. vocamus baptismalem, vel loci maiorem. Quod si in aliquo loco non est ecclesia cathedralis, sed plures matricem, si omnes seruant, est locus huic pœnæ, non seruantibus. Secus quando vna seruat alia non.

DE EXCOMMUNICATIONE LIII.

Contra dimittentes habitum, euntes ad studia, &c.

Dimittens habitum vel occultans incurrit pœnam de qua hic.

EXcommunicatio 55. in capite, Periculosa. in 6. ne clerici vel mo. Vt periculosa religio sis vagandi materia subtrahatur, districtè inhihemus, ne de cætero aliquis quancunque religionem tacite, vel expressè professus in scholis, vel alibi, temerè habitum suæ religionis dimittat, nec accedat ad quæuis studia literarum (etiam theologiæ, vel iuris canonici) nisi à suo prælato, cum consilio sui conuentus, vel maioris partis eiusdem sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, Doctores quoque, siue magistri, qui religiosos habitu suo dimisso, leges, vel physicam, i. leges ciuiles vel medicinam audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint tenere, simili eo ipso sint sententia innodati. Est episcopalis. Not. quòd dimittens habitum vel occultans ex aliqua licita causa, non incidit. Si autem sine causa dimittit, vel occultat habitum, & incedit taliter quod non cognoscatur religiosus, ab his, cum quibus conuersatur, incidit secundum Caiet. quia sic nō aufertur materia vagandi, ob quam factus est iste canon. Et quia formaliter dicitur dimittere habitum, etsi non materialiter, licet aliqui canonistæ teneant quòd occultando non incidit, quia pœna non extendenda ultra literam, tu tamen tene primum: quia hoc in ratione literæ includitur. Item si dimittat suum habitum, & assumat habitum alterius religionis sine causa incidit, nisi ad aliam religionem transeundo intelligas tu de arctiori. Item Doctores huiusmodi tenentes tales religiosos, dupliciter iure sunt excommunicati. Primò, per istum canonem. Secundò, quia

E

parti

participant cum excommunicato in crimine criminoso, siue damnato, quod si dicti religiosi nolent exire, violenter possunt expelli sine metu excommunicationis. Not. etiam quod religiosus non incurrit audiendo nisi habitu dimisso, secundum Caiet.

DE EXCOMMUNICATIONE LIIII.

Contra monachos intrantes curiam.

Religiosi non habentes administrationem absque spirituali licentia suorum praelatorum ad curias principum si se conferant incidunt in pœnam, de qua hic.

EXcommunicatio 54. in cle. 1. de sta. mo. Hoc edicto perpetuo prohibemus, ne monachi, aut regulares canonici administrationem aliquam non habentes, ad curias principum absque speciali licentia praelatorum suorum se conferant, quod si vnum damnum aliquod inferant suis praelatis aut monasterio, se conferre praelumpserint excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. Praelatis eorum nihilominus districtè iniungentes, vt ipsos à curiarum prœdictarum accessu, & aliis quibuscunque vacationibus, & discursu diligenter compescere, ac super hoc non parentes eisdem, senerè corrigere non omittant. Est episcopalis. Siue ergo tales intrent cum licentia praelati siue non dummodo intendant damnum (vt præsertur) incurrunt sententiam, siue sequatur damnum intentum, siue non, secundum Caiet. Quid si habentes administrationem animo dampnificandi intrant? Tabu. ibi credit, quod incurrant, quia videntur esse duæ prohibitiones. Vna ne intrent sine licentia, & huic non apponitur sententiâ: Alia ne intrent animo dampnificandi, siue habeant administrationem, siue non, siue licentiam siue non, & huic ponitur sententia excommunicationis, concordat Caiet.

Tri. Con. Sess. 9. c. 4. refor. vult enim vt sub nullo praelato re- gulares sine licentia sui superioris subiiciant se non regularib.

DE EXCOMMUNICATIONE LV.

Contra monachos tenentes arma, &c.

Monachi infra septa monasterij tenentes arma excommunicantur.

EXcommunicatio 55. in cle. 2. de sta. mo. Præfata quoque sententiâ monachos infra septa monasterij sine licentia abbatum suorum arma tenentes decernimus subiaccere, siue sint inuasiva, siue defensiva.) Est episcopalis. Monachos quoscunque includit siue albos siue nigros. Item si tenent formaliter, s. malo animo, & nolunt abbatem scire. Secus autem si materialiter tantum, siue malo animo vel ex igno-

rantia

rantia huius canonis, vel quia credunt Abbatem cõtentum, &c. Vel quando accipiunt, vt exeant extra claustrum, tunc non incidunt, & solos ligat monachos, non autem religiosos, qui monachi non sunt.

DE EXCOMMUNICATIONE LVI.

Contra vsurpantes præsulatum.

Vsurpantes præsulatum excommunicantur.

EXcommunicatio 56. in c. Quoniam plerisque de of. or. contra eos qui vsurpant præsulatũ in ciuitate, vel diocesi, vbi est alius episcopus, propter diuersitatẽ linguarum. Sed quoniã canon iste, parum vel nihil videtur seruari, sed apost. prouidet. Ideo non me vltra extendo. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LVII.

Contra non se præsentes post absolutionem.

Qui se post absolutionem ab alio acceptam ad illum à quo de iure fuerant absoluendi se non præsenti, incidunt in pœnam. c. eos. de sen. exc. in 6.

EXcommunicatio 57. in c. Eos. de sent. exc. lib. 6. eos quia sententiã canonis, vel hominis, cum ad illum, à quo aliàs de iure fuerant absoluendi; neque uerunt propter imminentem mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absoluntur, si cessante postea periculo, vel impedimento, huiusmodi, se illi à quo his cessantibus absolui debebant, quàm cirò commodè poterunt, contempserunt præsentrare mandatum ipsius super illis pro quibus excommunicati erant humiliter recepturi, prout iustitia suadebit, decernimus eandem sententiam recidere ipso iure. Idem statuimus de his quibus cum à sede apost. vel legato ipsius absolutionis beneficium à quibusuis sententiis consequuntur, iniungitur, vt ordinarium suorum, vel aliorum quorumlibet suscepturi pœnitentiam ab eisdem, se conspectibus repræsenter, & passis iniuriam, seu his: quibus propter hoc ligati existunt, satisfactionem exhibeant competentem: si hæc cum primum poterunt non curauerint adimplere. Est episcopalis vel papalis, secundum quod erat illa, à qua fuerat absolutus. Not. quod si nõ præsenti se corporaliter, sed vel per procuratorẽ vel per scripturã, nõ videtur incidere in canonẽ, quia nõ cõtrafacit illi, secundũ Cai. Not. secũdo, qd si impedimentũ est perpetuum non habet locum ista pœna, quia cassare nõ potest, quæ autẽ sint legitima impedimenta, vide Tab. absolutio primo, & secũdo. §. 15. & 5. excommunicatio. 5. Casu 30. §. 3.

E 2

DE

DE EXCOMMUNICATIONE LVIII.

Contra exenterantes corpora
mortuorum.

I Corpora mortuorum exenterantes puniuntur pœna cap. detestanda, de sepul. in extrauag.

EXcommunicatio 58. in extrauag. Bonif. 8. de sep. quæ incipit. Detestanda. Si defuncti executor, vel executores, aut familiares eius, seu quiuis alij cuiuscunque gradus fuerint, alioqui contra nostri statuti, & ordinationis tenorem præsumpserint attentare, defunctorum corpora sic inhumane, & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excommunicationis sententiã, quam ex nunc in ipsos proferimus ipso facto se nouerint incurfuros, à qua nisi per apost. sed præterquam in mortis articulo possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille, cuius corpus, sic inhumane tractatum fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Est papalis. Hæc non ligat, nisi mortuus sit in loco, ubi cultus fidei viget, & si exenterant, incidunt in frustra, elixant, excutiunt carnes ab ossibus, & cum animi præsumptione contra huiusmodi statutum, ad hunc finem, vt huiusmodi corpora transferantur ad alia loca. Si autem alia de causa fieret, non haberet locum excommunicatio, vt si nõ fieret propter vindictam, sed vel chirurgiam, vel anatomiam, vel vt corpora minus fœreant, vel huiusmodi secundum Caiet.

DE EXCOMMUNICATIONE LIX.

Contra simoniacos, in ordine,
vel beneficio.

I Simoniaci omnes sunt excommunicati.

EXcommunicatio 59. extrauag. Pau. 2. in qua excommunicantur omnes quacunque dignitate præfulgeant qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint, aut qui fuerint mediatores vt ipsa fiat in ordine, vel beneficio tantum. Vnde omnes simoniaci in ordine aut beneficio, siue in curia, siue extra, sunt ipso facto excommunicati. Aliæ extrauagantes fuerunt circa hoc factæ, sed quia sunt reuocatæ, ideo transeo. Et sic non inuenitur in iure excommunicatio contra simoniacos, nisi in ordine, & beneficio. Ad idem est Sixtus in extrauag. quæ incipit. Et si dominici gregis. Et vult quod sit papalis absolutio. Cæteræ extrauagantes (vt illa Marti. Damnabile, & Euge. Detestabile) sunt omnes abrogatæ per non usum, videlicet quod scientes in curia aliquem commisisse simoniã reuelent, &c. Papa namque

que scit, quod nõ seruetur & tolerat, & illa Boni. in qua statuitur, quod qui facit vel recipit prouisionem, de alia recuperanda pro gratia impetranda, vel iustitia consequenda in curia Ro. est excommunicatus, &c. est reuocata, secundum Ioan. Cal. & Io. de Lig. in lect. super c. Nemo, de simo. & Pet. de Pal. dicit quod Cle. V. reuocauit. Appellatione autem beneficij, hic veniunt etiam prælationes, vt prioratus in ordine mendicantium, & officia pastoralia, & guardianatus, & similia quouis nomine vocentur, quamuis non computentur inter ecclesiastica beneficia secundum Caiet.

DE EXCOMMUNICATIONE LX.

Contra simoniacos pro ingressu religionis.

I Personæ singulæ vtr. usque sexus recipientes vel dantes aliquid pro ingressu religionis, sint excommunicati.

EXcommunicatio 60. in extrauag. Verba. 5. Sanè, ne in vinea domini, &c. Contra singulares personas, tam viros, quam mulieres quocunque nomine censeantur, qui tam à maribus, quam à feminis religionem ingredi volentibus, si ante vel post, ex pacto præsumunt dare, vel recipere quoscunque pastus, prædia, cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias ad ecclesiasticum usum, seu alium deputatas, vel deputandas à qua excommunicatione citra Papam absolui non possint, nisi in mortis articulo. Et si collegium est, suspensioni subiacet. No. quod si pactum non interueniat, licet sit mala intentio aliquid habendi faciendo, non habet locum iste canon. Item si aliquid petatur, non contra alia in re edita circa hoc, non incurritur. Item si petatur aliquid secundum laudabiles consuetudines, non incurritur, quia non præsumitur contra hoc ius. Vnde moniales petentes dari solitas dotes, lectisternia, vestes, & huiusmodi, instantes, vt parentes faciant sicut alij, etiam si monasterium non egeat, non incurrant sententiam, cum ibi non incurrat pactum, sed instantia faciendi sicut faciunt alij. Si autem monasterium eger, possunt pacisci, vt portet secum, vnde possit sustentari, quoniam ius naturæ hoc requirit. Hæc secundum Caiet.

DE EXCOMMUNICATIONE LXI.

Contra transeuntes ad alios ordines.

I Professus alicuius religionis si ad aliam transuerit sine speciali licentia Papa ipso facto pœnas de quib. h. incurrat.

EXcommunicatio 61. in extrauag. Matr. V. Viam ambitio-
sæ, &c. in futurum nullus ex professoribus alicuius ex ordinib. mendicantium quorumcunque in aliquem mona-

Hi cum ordinem, tam S. Benedicti, quam Circesien. Camadulen. Vallis umbrosæ, Canonicorum regularium S. Aug. vel aliorum monasticorum, ordine Cartusien. Quataxat excepto, possit, aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti virtute alicuius licentiæ, vel indulti, absque sed. apost. licentiâ speciali sub dictis pœnis (scilicet excommunicationis latæ sententiæ, reseruatæ Papæ) quas tam recipientes, quam recepti, ipso facto incurrant, & nihilominus secus facta nō teneant ipso iure est papalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXII.

Contra alienantes bona ecclesiæ.

Alienat. res bonorum ecclesiasticorum excommunicantur.

EXcommunicatio 62. in extraua. Pau. 2. Ambitiosæ, &c. Omnium rerum & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omnemque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphiteuticum (præterquam in casibus à iure permissis, aut de rebus, & bonis in emphiteusim ab antiquo cōcedi solitis, cum ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis quæ seruando, seruari non possunt pro instantis temporis exigentia hac perpetuò valitura constitutione præsentis fieri prohibemus. Si quis autem contra huius nostre prohibitionis seriem, de bonis eisdem quicquid alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, cōductio, & infeudatio huiusmodi, nullius sit momenti, & tam qui alienat, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat. Et est episcopalis. No. quòd in locis vbi aliter habet consuetudo, vel decretalis hæc non est acceptata, nō ligat. Si autem est recepta quòd ad aliquid, & quo ad aliquid non, quòd ad receptum tenet, quòd ad non receptum non tenet, quia nisi consensu vrentium lex fuerit firmata, pro non lege habetur, secundum Caie. ibi totus iste canon recitatur à Syl. in fine sue summæ de verbo ad verbum.

DE EXCOMMUNICATIONE LXIII.

Contra impugnantes literas Papæ.

Impugnantes literas Papæ excommunicantur.

EXcommunicatio 63. in extraua. Benedicti 2. Quia nonnulli, &c. vbi excommunicantur illi, qui literas Papæ impugnant, hac occasione, quia ante coronationem suam potest officium suum exercere, vt in c. In nomine domini, 24. dist.

24. dist. Hæc excommunicationem ponit Arch. Flo. 3. pat. ti. 24. c. 68. videas sic iacet.

DE EXCOMMUNICATIONE LXIII.

Contra facientes libellos in fratres, &c.

Libellos famosos &c. facientes in derisum, & infamiam fratrum prædicatorum excommunicantur.

EXcommunicatio 64. in extraua. Alex. 4. Ex alto, &c. Contra eos, qui libellos famosos, cantilenas, aut rithmos faciunt, detinent, vel publicant, infamiam status ordinis prædica. vel minorum. Item contra prædicantes, docentes, vel defensantes, quòd præfatorum ordinum fratres, nō sunt in statu perfectionis. Vel quòd non licet eis de elemosinis viuere, aut quòd non possint prædicare, siue confessiones audire de licentiâ Ro. Po. seu aliorum prælatorum ordinariorum, sine consensu curatorum: à qua non possunt absolui nisi præsentent se sed. apo. Item contra eos qui faciunt violentiam damnabilem in locis prædictorum ordinum, & non possunt absolui, nisi à Papa, vel conseruatoribus dictorum ordinum. Item ex priuilegio Bonifa. ix. Sacræ religionis &c. Item habetur in quo etiam excommunicantur impediētes eosdem fratres, ne possint in suis ecclesiis celebrare, recipere elemosynas, vel prædicare.

DE EXCOMMUNICATIONE LXV.

Contra intrantes in casibus non concessis monasteria monialium prædicatorum, &c.

Intrantes monasteria ord. prædic. in casibus non concessis, vel sine licentiâ, &c. sunt excommunicati.

EXcommunicatio 65. in bulla ordinis prædicatorum cōtra intrantes monasteria monialium ord. præd. in casu non concessio à constitutionibus earum, vel sine licentiâ magistri ord. vel alterius ab ipso magistro habentis super hoc potestatem, sunt ipso facto excommunicati, à qua excommunicatione nisi in mortis articulo citra Papam, vel magistrum ordinis, minimè possunt absolui. Intrantes autem monasteria S. Clare, seu monialiū ordinis minorum in casibus non concessis in regula ipsarum, vel sine licentiâ eorū, qui dare possunt, ipso facto sunt excommunicati, & Papæ, vel earum generali reseruat.

DE EXCOMMUNICATIONE LXVI.

Contra detinentes apostatas.

Detinentes apostatas ord. præd. hic excommunicantur.

EXcommunicatio 66. in priuilegio Bonifacij. Virtute, &c. contra omnes, qui in monasterio, vel ecclesijs suis detinent apostatas ordinis prædicatorum, nisi eos eiecerint postquam eis per fratres prædicatores ne detineant, fuerit denunciatum.

DE EXCOMMUNICATIONE LXVII.

Contra minores recipientes fratres prædicatores ad habitum.

Minores si receperint præd. professos ad habitum sine licetia, &c. sunt excommunicati.

EXcommunicatio 67. Clementis ad minores. Quos nos, &c. contra fratres minores, qui præsumunt recipere ad habitum fratres ord. prædicatorum professos, sine licentia summi Pont. faciente expressam de huiusmodi indultomentionem. Vel nisi prius suorum priorum licentia fuerit petita, & obtenta. Idem eremitanis. Alex. ad eremitas, vestrarum, &c.

DE EXCOMMUNICATIONE LXVIII.

Contra Doct. Artistas Parisienses.

Rectores, scholares, & magistri Artistarum studij Parisien. excommunicantur pro hic contentis.

EXcommunicatio 68. Alex. Ex alto, &c. contra rectores Artistarum, & scholarium, & magistrorum studij Parisien. qui publicè, vel occultè fratres prædicatores, vel minores, à confortio vniuersitatis Parisien. excludere moluntur, ipso facto sunt excommunicati, nec possunt absolui, nisi personaliter sedi Apost. se præsentent.

DE EXCOMMUNICATIONE LXIX.

Contra accedentes ad sepulchrum Christi.

Accedentes ad sepulchrum D. N. Iesu Christi sine licentia Papæ excommunicantur.

EXcommunicatio 69. quæ est in libro pœnitentiariæ (vt refert Archid. Flo. 3. par. tit. 5. c. 30.) contra accedentes ad sepulchrum domini, etiam causa deuotionis, sine licentia Papæ, cui absolutio reseruatur, vel summo pœnitentiario.

DE EXCOMMUNICATIONE LXX.

Contra conspirantes in personam Papæ.

Conspirantes in personam, vel statum Pont. sunt excommunicati.

EXcommunicatio 70. Sixti. Et si dominici contra conspirantes in personam, aut statum Roma. Pont. seu cuiusuis offensæ, inobedienciæ, aut rebellionis eiusdè Papæ,

pæ, & dictæ sedis, & est papalis. Item contra prohibetes deuolutionem causarum ad curiam Ro. & est papalis, & confirmata per Inn. vltimum. Item violantes interdictum ab apostolica sede positum, & est papalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXI.

Contra prædicantes de peccato originali.

Prædicantes vt hic excommunicantur.

EXcommunicatio 71. in extrauaganti Sixti 1111. Grauius, &c. contra omnes cuiuscûq; status sint, gradus & conditionis, qui de cætero ausu temerario præsumpserint in suis sermonibus ad populum, seu alijs quomodolibet affirmare, quod tenentes Beatam Virginem Mariam conceptam esse in peccato originali in sua conceptione, polluantur labe heresis, vel mortalis peccati; neque tenere libros, vel legere, aut habere pro veris hoc tenentes. Similisque sententia etiam ligantur, qui ausi fuerint asserere tenentes contrariam opinionem, scilicet quod sit concepta sine originali peccato qui incurrunt heresim, vel peccatum mortale. Et est papalis. Si quis autem huiusmodi assereret simpliciter sine temeritate, vel ignoranter, non ligaretur, quia non ausu temerario hoc facit.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXII.

Contra impediētes legatos apostolicos.

Impediētes legatum apostolicum, &c. excommunicantur.

EXcommunicatio 72. in extrauaganti Io. 22. Super genes, &c. contra quoscunque impediētes præsumptuosè legatos, seu nuntios apostolicos ne recipiantur, & faciant ea, ad quæ missi sunt eo ipso sunt excommunicari. Est episcopalis quantum ad hunc canonem.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXIII.

Contra officiales Papæ accipientes munera cum iudicant.

Officiales papæ accipientes aliqua munera in iudicando excommunicantur.

EXcommunicatio 73. Pauli II. in extrauaganti, Munera, &c. in qua excommunicantur omnes officiales & ministri Papæ, etiam si pontificali fulgeant dignitate: præter cardinales, qui in terris ecclesiæ exercent officium quodcunque; & accipiunt munera quæcûq; præter comestibilia, & potabilia, quæ in biduo. i. duobus diebus cõsumi possunt, & similiter dantes, & est papalis, & tenentur illud quod acceperunt restituere. Nã contra prohibitionem accepta sunt.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXIII.

Contra impugnantes montem pietatis.

Impugnantes montem pietatis excommunicatione incurrunt.

EXcommunicatio 74. Leonis 10. in concilio Lateranen. circa montem pietatis, ubi dicitur. Declaramus, & definimus montes pietatis per respu. institutos, & auctoritate sed. apost. hactenus approbatos, & confirmatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum conservationem pertinentium pro eorum indemnitate dumtaxat, ultra sortem absque lucro eorundem montium recipere, nec speciem mali præferre, neque peccandi incetium præstare, neque vilo pacto improbari. Quinimo meritum esse, ac laudari, & probari debere tale mutuum minime usurarium putare, licereque illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentijs. Multo tamen perfectius, multoque sanctius fore, si omnino tales montes gratuiti essent, &c. Qui contra huius formam prædicare, seu disputare verbo, vel scriptis ausus fuerit, excommunicationis pœnam latæ sententiæ (privilegio non obstante) incurrere volumus.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXV.

Contra impressores librorum sine licentia, & reuelantes dicta in consistorio.

Impressores librorum sine licentia &c. & reuelantes gesta in Consistorio excommunicantur.

EXcommunicatio 75. eiusdem Leonis ibidem. Excommunicantur imprimentes, vel imprimi faciētes libros, nisi per diocesānum, & inquisitorem videantur, & approbentur. Quomodo autem hæc & quædam aliæ ligent, dicāt immediatē in excommunicatione 76. Ibidem excommunicantur omnes, qui vota in Consistorio data, & quæcunque ibi gesta, aut dicta quæ in odium, aut præiudicium, aut scandalum alicuius redundare possent verbo, vel scripto, vel quouis alio modo reuelant, & omnes non tenentes silentiū de quacūque re de qua specialiter, & expressè Roma. Pont. dixerit esse silendum. Et sunt omnes papales.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXVI.

Contra prædicantes falsa miracula.

Miracula falsa prædicantes excommunicationi subijciuntur.
Excommu-

EXcommunicatio 76. contra omnes, qui in suis prædicationibus ad populum miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra scriptura non constant, prædicare, seu episcopis aut suis superioribus, (scilicet ecclesiæ prælatis) detrahere ausi fuerint, ultra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua non nisi à Roma. pon. præterquam in mortis articulo absolui possunt, eos incurrere volumus. Multæ aliæ sunt excommunicationes particulares, vt illa de asserentibus Christum non cōceptum in utero Mariæ, & non natum per genitalia, &c. quæ non ita manifestæ sunt, de quibus dicam. Pro notitia dictarum immediatē excommunicationum, Not. q̄ excommunicationum tria genera inueniuntur: quædam sunt notæ, non tamen sunt consensu vtrientium approbatæ, quales sunt omnes contra non reuelantes simoniam, & contra dantes pro habenda gratia, vel iustitia in curia Rom. de quibus supra est dictum. Excommunicatio. 50. Aliæ sunt communiter ignotæ, quales sunt multæ, quæ dicuntur, Ioan. 22. quæ non possunt consensu vtrientium approbatæ esse, ex quo vt ignotæ, aut incertæ fuerunt. Et hæc duo genera non ligant, quia sunt infirmæ, & abrogatæ. Aliæ sunt notæ quidem, sed novæ, vt sunt quæ sub Iulio 2. & Leone 10. in Concilio Lateranen. factæ sunt, de quibus nescitur an ligent, vt dicit Caiet. ibi, quod est ambiguū, & eas præsumere glossare, est ibi vitium sub pœna excommunicationis latæ sent. Vna est cōtra cardinales reuelantes, vt supra. Secunda, contra impressores librorum. Tertia, contra prædicantes miracula, &c. vt supra, hæc secundum Caiet. ibi. Si tantus homo eas ambiguas habet, neque ego ausim eas ligare, asserere.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXVII.

Contra interficientes per assassinos.

Princeps vel prælatus interficientes aliquem per assassinos excommunicantur.

EXcommunicatio 77. in cap. Pro humani. in 6. de homicidio. Statuimus, vt quicumque princeps, prælatus, seu quæuis alia persona ecclesiastica, secularisve, quempiam Christianorū per assassinos interfecerit, vel interfici mandauerit, quamuis mors forsitan ex hoc non sequatur, aut eos receperit, defenderit, vel occultauerit, excommunicationis sententiam, & depositionis à dignitate, ordine, honore, officio, & beneficio ipso facto incurrat. Est episcopa-

Excommu-
nicationū
tria sunt
genera.Assassini
qui sint.

lis.

lis. Assassini, erant quoddam genus hominum infidelium, quod genus hodie ignotum est. Supra, Assassinus.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXVIII.

Contra spoliantes naufragantes.

1. *Excommunicantur spoliantes naufragium patientes.*

EXcommunicatio 78. in cap. In Concilio Lateranen. de rap. cap. Excommunicationi. Illi qui Christianos naufragium patientes spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint excommunicationi nouerint se subiacerere. Est episcopalis. Qui autem capiunt, vel spoliant infideles ex iusta causa nauigantes, debent excommunicari. Tamen hodie isti piratae excommunicantur in processu curiae. Supra, Excommunicatio 13. Not. q. si statim non restituant, etiam non praecedente monitione, sunt excommunicati, quia determinatio temporis, quo ad statim restituendum ipso iure est determinata, secundum Caiet. ibid. Item aduertendum est, q. non obstant leges vel statuta aliquarum terrarum determinantia, quod bona naufragantium sint capientium, quia non essent leges, sed corruptelae contra iustitiam.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXIX.

Contra facientes solui vsuras.

1. *Vsuras solui facientes excommunicantur.*

EXcommunicatio 79. in cle. de vsu. Quicumque communitatum potestates, capitanei, rectores, consules, iudices, consiliarij, aut alij quicumque officiales, statuta huiusmodi de caetero facere, scribere, dictare, aut q. soluantur vsurae, vel q. cum solum reperuntur, non restitui plene, ac liberè, scienter iudicare praesumpserint, sententiam excommunicationis incurrant. Eandem etiam sententiam incursum, nisi statuta huiusmodi haecenus edita de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem habuerint) infra tres menses deleuerint, aut si ipsa statuta, vel consuetudines, officium eorum habentes quoquo modo praesumpserint obseruare. Est episcopalis. Alij autem a praedictis seruantes talia statuta, & communitates, non incidunt in hunc canonem, quia solos officiales exprimit. Item scribentes praedicta, si non sunt officiales, non incidunt, secundum Pan. Nec scribens sententiam statuto conformem, etiam si sit officialis nisi in sententia statuti tenor poneretur, tunc enim fortè ligaretur hac censura.

DE

DE EXCOMMUNICATIONE LXXX.

Contra locantes domos vsurariis, & non expellentes.

1. *Locantes domos vsurarijs &c. quadrupliciter excommunicationem incurrunt.*

EXcommunicatio 80. in cap. Vsurarum, de vsu. lib. 6. Hac perpetua constitutione sancimus, vt nec collegium, nec alia vnueritas, vel singularis persona cuiuscunque sit dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas, & alios non oriundos de terris ipsorum, publice funebrem pecuniam exercetes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittunt, sed huiusmodi vsurarios manifestos, omnes j. tres menses de terris suis expellant, nunquam tales de caetero admitturi. Nemo illis ad foenus exercendum domos locet, vel sub alio quocunque titulo concedat. Qui verò contrafecerint, si personae fuerint ecclesiasticae, patriarchae, episcopi, archiepiscopi, suspensionis. Minores verò personae singulares excommunicationis. Si autem collegium, seu alia vnueritas, interdicti sententiam ipso facto nouerint incursum, quam si per mensem animo sustinuerint indurato, terrae ipsorum quamdiu in eis iidem vsurarij commorantur, ex tunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Caeterum si laici fuerint, per suos ordinarios omni cessante priuilegio, per censuram ecclesiasticam compellantur. Est episcopalis. Not. quatuor casus, in quibus incurrunt. Primò, permittere tales conducere domos, &c. Ad exercendum vsuram, alias non. Secundò, non expellere tales, &c. Tertio locare talibus ad hoc foenus exercendum, alias non. Quarto, alio quouis titulo concedere domos, vel vendendo, vel impignorando, vel donando, & huiusmodi ad hoc. Item, per alienigenas non comprehenduntur omnes alibi geniti, secundum Caiet. ibi, sed illi, qui neque ipsi, patres eorum sunt in illa terra geniti. Item in primo, & secundo casu intelliguntur clerici habentes aliquod dominium. In tertio vero, & quarto, de quolibet minore episcopo, vt patet j. Vsuras. §. 53. De Iudaeis iste canon non intelligit.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXXI.

Contra non seruantes seruanda in electione Papae.

1. *Excommunicantur non seruantes quae seruanda sunt in electione Papae.*

Excom:

EXcommunicatio 81. in cap. Vbi periculum, in 6. de ele. Vbi excommunicatur omnes domini, rectores, officiales illius ciuitatis, in qua Ro. Pon. electio est celebranda, si non seruant diligenter, quæ seruanda sunt (maximè prout Clemens 9. modificauit) & si committant in his, vel circa ea. Et credo, quod sit attendendus vsus, qui longus est, & non reprehenditur ab electis pontificibus, est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXVII.

Contra mittentes nuntios Cardinalibus
in conclauis existentibus.

Mittentes literas, vel nuntios in conclauis excommunicantur.

EXcommunicatio 82. in capit. Vbi periculum, de ele. in 6. Contra omnes, qui mittunt scripturam, vel nuntium, vel secretè loquuntur Cardinalibus vel alicui eorum de existentibus in conclauis pro electione Papæ. Qui autem sunt intrus possunt loqui adinuicem secretè. De missione literarum quidam intelligunt secretè tantum, quidam quoquomodo fiat esse locum huic canonis asserunt. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXVIII.

Contra mendicantes, loca de nouo accipientes.

Excommunicantur religiosi mendicantes non seruantes constitutionem de qua in c. 1. de excess. prel. in 6.

EXcommunicatio 83. in cap. 1. l. 6. de excess. prel. Transgressores constitutionis, quæ religiosis mendicantibus prohibet ad habitandum domos, vel loca quæcunque de nouo recipere, seu hætenus recepta mutare, vel ea transferre in alios vsus cuiusuis alienationis titulo quocunque excommunicationis sententiæ decernimus subiaccere. Nota quod non prohibetur restauratio destructorum locorum, quæ non nouo iure acquiruntur, neque augmentatio loci iam habitati. Item loca ante hanc constitutionem non possunt dimitti sine excommunicatione. Quæ autem sunt accepta post, bene possunt dimitti, quia dicit hætenus recepta. Item not. quod hic per domos non intelliguntur, quæ fratres aliquando accipiunt pro hospitio, vel ad liuellum, neque de habitantibus in deserto solitariè. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXIX.

Contra fingentes casum, ut iudex mittat pro muliere, &c.

Excommunicantur contrafacientes capitulo mulieres, de ind.

in 6.

Excom-

EXcommunicatio 84. in ca. Mulieres, in 6. de iud. Contra fingentes fraudulenter casum, per quem Iudex ad aliquam mulierem pro testimonio mittat, vel vadat personaliter: fictor ergo, vel fraudator, sententiam excommunicationis incurrit ipso facto. Not. quod si non sequitur effectus, quod vadat, non est locus huic pœnæ. Etiam intelligitur de iudice laico secundum Io. And. mittere autem ad mulieres pro testimonio in hoc canone superius est concessum. Intelligitur etiam siue iudex sit fictor, siue alius. Fictor enim hic excommunicatur, quia si iudex vadat sine malitia, & simpliciter ignorans fictionem, non incidit; Arc. Flo. in 3. par. tit. 25. c. 45. intelligit quod incidit, siue vadat, siue mittat, dicens quod intentio legis est vitare nefanda, quæ interdum per nuntium melius procurantur. Sed quia constitutio est pœnalis, melius est, ut intelligatur tantum si personaliter vadat, cui videtur consentire Caie. ibi. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXXV.

Contra conseruatores, si se intromittant
vltra id quod possunt.

Conseruatores intromittentes se vltra id quod debent, excommunicantur.

EXcommunicatio 85. in 6. de offi. dele. cap. Hac constitutione decernimus, ut si conseruatores de aliis quàm manifestis iniuriis, & violentiis scienter se intromiserint, siue ad alia quæ iudicalem indagacionem (id est inquisitionem) exigunt suam, extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Pars verò, quæ hoc fieri procurabit sententiam excommunicationis incurrat, à qua non possit absolui nisi ei, quem sic fatigauit indebite, primo satisfaciatur integraliter de expensis. Est episcopalis præmissa satisfactione. Not. quod ligat tantum partem hoc procurantem. Ideò si aliquis, qui non esset pars, hoc procuraret, non incideret. Item si conseruator daretur ad tutelam, non solum de manifestis; sed etiam de aliis, posset se intromittere, ut cõmuniter fit hodie secundum Pet. de Pal. & non habet locum hæc sententia. Item incurritur, quando sequitur effectus, pro quo sit satisfaciendum.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXXVI.

Contra sacerdotes facientes officium
vicecomitis.

I Sacer-

1 Sacerdotes habentes officium vicecomitis aut præpositi secularis excommunicantur.

EXcommunicatio 86. in cap. Clericis, ne cl. vel mo. Inhibemus sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpositi secularis. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & communius emendare noluerit, excommunicationi subiaceat. Et est episcopalis. Communiter intelligitur de omnibus in sacris existentibus, ut dicit Tab. ibi quamvis Caiet. tantum de sacerdotibus intelligat. Interdicitur ergo clericis in sacris existentibus, esse officiales principum secularium, licet non infligant pœnam mortis, secundum quod not. Pa. in hoc cap. quando scilicet vult hoc exercere tanquam officialis principis, quia iniuria fit officio sacerdotij, secundum Caiet. possunt tamen tale officium exercere citra mortem, & mutilationem, quando est dignitati annexum, vel habet hoc proprio nomine, puta ratione patrimonij. Si quis autem haberet officium vicecomitis, vel præpositi secularis (ut quia est potestas alicuius, & huiusmodi) & efficeretur sacerdos, secundum Caiet. vel in sacris secundum alios, non potest hoc officium retinere. Et requiritur monitio ut sit locus huic pœnæ. Caueant ergo clerici, & religiosi, qui sæpe volût officium Regum, Ducum, Marchionum, & aliorum dominorum exercere. Nomine enim principis secularis, veniunt generaliter omnes domini.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXXVII.

Contra absolventes in casibus contra Bullam
Cœnæ Domini.

1 Absolventes in casibus hic expressis excommunicantur.

EXcommunicatio 87. in extrauag. Sixti. Et si dominici, &c. Auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero prætextu facultatum quarumcunque concessarum à nobis, vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in futurum, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ nullus confessor quemuis, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis interdicti à sed. Apost. positi, seu hæresis, postquam quis fuerit de ea sententialiter condemnatus, delatus, seu publicè diffamatus, conspirationis in personam, aut statum Romani Pontificis, seu cuiusvis offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem pontificis

vel

vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscunque in sacris ordinibus constituti offensæ personalis in Episcopum, seu alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Ro. eccle. mediare, vel immediate subiectarum, ac inuasionis Romipetarum, seu quorumcunque aliorum ad Rom. Cur. venientium, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum realium, vel personalium ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, simoniæ super ordinibus, vel beneficiis consequendis in dicta curia, vel extra contracte, quomodolibet reus foret, & generaliter in casibus contentis in literis, quæ consueuerunt in die Cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absolueri, & per quosuis emissæ peregrinationis ultra marinam, visitationis liminum apostolorum Petri, & Pauli, item Iacobi in Compostella, & castitatis, ac religionis vota, nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit. Nos ex certa scientia, & de speciali gratia concedere, derogatione præsentis constitutionis illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes, vel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus vbi satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel idonea præstita cautione, commutare præsumant. Et si aliqui confessorum contra præsentem constitutionem quenquam absolueri, aut excepta vota prædicta commutare attentauerint absolutio, & commutatio huiusmodi nullius sit roboris, vel momenti, & contrafacientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam à Rom. Pon. absolui non possint. Est papalis hic, & ex processu curiæ. Not. quod qui in articulo debet absolui, satisfaciat prius si tenetur, & potest: si non potest, det pignus. Si hoc non potest, det fideiussorem, si hoc etiam nō potest, saltem det iuramentum de satisfactione. Quod si non vult, non absoluaetur. Hæc est forma canonis huius. Caueant autem confessores, ne seipsos laqueent.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXXVIII.

Contra dirigentes moniales in electionibus.

1 Contrauenientes a. indemnitatib. de eccl. in 6. excommunicantur.

F. Excom

EXcommunicatio 88. in c. indemnitatibus in 7. de ele. hi quos ad dirigendas in electionibus moniales deinceps contigerit euocari, ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri possit discordia, vel exorta nutrirī, aliàs eo ipso excommunicationis sententiæ se noverint subiacere. Not. quod non vocati ad hoc, etiam quod seminent, vel nutrant discordias, non incurrunt. Et licet dicatur in masculino genere, tamen si fœminæ ad hoc vocarētur & nutrent discordias, &c. inciderent, secundum glos. est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE LXXXIX.

Contra principes non facientes iustitiam clericis.

¶ Clerici non facientes iustitiam excommunicantur.

EXcommunicatio 89. in c. Administratores. 23. q. 5. administratores secularium dignitatum, qui ad ecclesiarum ruinationem pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumque refrenationem constituti proculdubio esse debēt, quotiens ab episcopis, & ecclesiasticis viris cōuenti fuerint, eorum querimonias attentius audiant & secundum quod necessitas experierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant, q̄ si Dei timorem præ oculis nō habentes, negligere primam, secundā, & tertiam monitionem inuenti fuerint, omni noverint cōmunionem vsq; ad cōdignam satisfactionem se priuatos. Videtur ergo quod princeps ipso iure sit excommunicatus, qui non facit iustitiam clerico, præmissa tamen monitione prædicta. Est episcopalis.

DE EXCOMMUNICATIONE XC.

Contra inuenientes nouam religionem.

¶ Religionem nouam inuenientes excommunicantur.

EXcommunicatio 96. in c. unico de rele. do. in 6. & extra. Io. 22. Sancta Romana, &c. excommunicantur, nouum ordinem vel religionem inuenientes, vel habitum nouæ religionis assumentes, viuētes simul, & tria vota vouentes. Nec episcopus potest super hoc licentiam dare, secundum doct. Ite nomine religionis, non veniunt eremite cōmorantes soli assumentes quem voluerint habitum, vel ipsorum discipuli, licet faciant sibi superiores, dum tamen nō faciant tria vota solennia. Vide tamen Tab. excommunicatio. 5. casu. 35.

DE EXCOMMUNICATIONE XCI.

Contra doctores Bononienses conducentes domos sine licentia.

¶ Docto

¶ Doctores, & scholares Bon. conducentes domos aliorum sine eorum licentia excommunicantur.

EXcommunicatio 91. in c. 3. de loc. cōtra magistros. i. doctores cuiuscunque facultatis, & scholares Bon. qui ante tempus conditionis, conducunt, hospitia aliorum, magistrorum, vel scholarium sine licentia, vel assensu eorum. Not. quod nomine scholarium non veniunt existentes in studiis pro scholari. vt scriptores chartarij, &c. licet gaudeant priuilegijs scholarium, secundum communioem opi. Inquilini dicuntur scholares, tunc ibi habitantes. Et secundum Io. An. hæc pœna, tantum tenet Bononiæ, licet quidam teneant oppositum, tamen consuetudo approbat opinionem. Est episcopalis & latæ sententiæ.

DE EXCOMMUNICATIONE XCII.

Contra tenentes ordinationes

Octauiani.

¶ Octauiani, & Guidonis ordinationes tenentes excommunicantur.

EXcommunicatio 92. in d. cap. schisma. Ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis irritas esse censemus, adiacentes, vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos acceperint, careant impetratis. Alienationes quoque, per eosdem schismaticos, seu per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesias sine omni onere reuertantur. Si quis autem contrariè præsumpserit (dicendo vel tenendo oppositum) excommunicationi noverit se subiacere. Est Episcopalis secluso schismate. Not. hic per laicos intelligi non quoscunq; sed fultos schismate, quia de schismaticis est iste canon.

DE EXCOMMUNICATIONE XCIII.

Contra electum tantum à tertia parte cardinalium, si se pro Papa gesserit.

¶ Gerens se pro Papa electus à tertia parte tantum cardinalium est excommunicatus.

EXcommunicatio 93. in c. licet de cle. contra eum, qui de tertiæ partis cardinalium nominatione confusus, Papa sibi nomen usurpat, & est contra eos, qui recipiunt, & in eum, qui à paucioribus, quam à duobus partibus Cardinalium electus, ad apostolatus officium, nisi maior concordia inceserit, gerit se pro Papa. Est latæ sententiæ, & episcopalis secluso schismate.

F 2

DE

DE EXCOMMUNICACIONE XCIII.

Contra perseverantes in secta fraticellorum, biginarum, &c.

1 Excommunicantur perseverantes in secta biginarum.

EXcommunicatio 94, in extraua. Io. 22. Sancta Romana, &c. contra perseverantes in secta fraticellorum bisocorum, & biginarum & assumptes dictæ sectæ ritum, & prælatos quosque, qui prædictis personis, vel aliis ritum viuendi, & habitum supradictos præter specialem apostolicæ sedis auctoritatem deinceps concesserint, & est latæ sententiæ, & episcopalis: ex qua intelliguntur tres differentiæ personarum. s. perseverantes in dicta secta. Secunda assumptes habitum, &c. Tertia concedentes dictum habitum, &c. Item nomine biginarum intelliguntur, vel infideles, de quibus est c. ad nostrum, in clem. de hære. aut suspectæ de fide, vt in c. de reli. do. Non autem illæ mulieres, quæ dimissæ dicuntur, manentes innuptæ in domibus parentum.

DE EXCOMMUNICACIONE XCV.

Contra inquisitores procedentes contra minores, &c.

1 Excommunicantur olim procedentes contra minores, nunc autem secus est per breue Clem. de quo hic.

Nota modum corrigendi extirpandi que hæreses.

EXcommunicatio 95. Contra inquisitores or. præd. si procedant contra fratres minores, & econtra, per extrauag. Pauli 2. Nunc autem secus est, quia possunt procedere per breue Cle. 7. quod incipit. Propter labem lutheranam, seruato tamen ordine ibidem posito, vt primò moneantur eorum superiores, vbi dicitur sic. Districtè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus, & singulis etiam carmelitarum, & aliorum ordinum mendicantium religiosi, vel nõ mendicantibus huiusmodi peste diffamatis, aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus per censuram ecclesiasticam appellatione postposita super huiusmodi ac qualibet alia hæresi silentium imponatis, & postquam per vos, vel Vicarios vestros, aut vestrum, vel eorundem Vicariorum aliquos sine aliquem, præidentes monasteriorum, conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæresis huiusmodi, vel errores disseminati forent, aut inibi propinquorum præmoniti fuerint, nisi tales infra mensem à die admonitionis computandum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur. Aliter contra prædictos vsque ad sententiam

diffini

diffinitiuâ, valeant procedere. Hæc est materia excommunicationum. Credo tamen multas alias excommunicationes particulares in priuilegiis studiorum religiosorum, collegiorum, ciuitatum, & aliorum locorum, quas omnes inuenire esset impossibile. Prudens ergo confessor, quando de nouo venit in vnam diocesim informet se, an ibi sint aliquæ excommunicationes, siue papales, siue synodales, quæ sint in vsu, & sic obseruet. Et quia multiplices sunt, & variæ difficileq; est singulas memoriæ mādare. Ideo prudens confessor cum circa eas dubitat, videat benè canones, & illos diligenter examinet & si per seipsum intelligere nequeat, peritos quærat, ne pœnitentes absoluendo à quibus non potest, in præcepis mittat: quem si censura ligatum inuenierit, si potest, ab ea prius absoluat, si nõ potest ad superiorem confestim mittat, quia sic ligatus à peccatis nequit absolui.

DE EXCVSATIONE.

- 1 Excusatio peccati est maximum vitium.*
- 2 Hæresim sequens nullus excusatur.*
- 3 Oblitio beneficij ex negligentia an excuset ab ingratitude peccato.*
- 4 Excusatur à peccato infidelitatis, qui nihil audiuit de fide.*
- 5 Timor rationalis excusat à peccato.*

EXcusatio peccati est maximum vitium, secundum Th. 2. 2. q. 13. art. 3. ad tertium, quia est circumstantia quedam, aggrauans omne peccatum, etiam blasphemiam Dei, quæ est maximum peccatum. Diciturq; maximum, quia quodlibet maius facit.

- 2 ¶ Nullus sequens hæresim excusatur, quia in dubiis, & periculosis nemo debet esse facilis ad credendum, & præcipue pertinax secundum Tho. in quol. 3. q. 4. ar. 2. quæ pertinacia maxime hæreticum constituit cum errore intellectus.*
- 3 ¶ Oblitio beneficij ex negligentia, vel impotetia recompenfandi beneficium, non excusat à peccato ingratitude, secundum Tho. 2. 2. q. 107. ar. 1. ad secundum.*
- 4 ¶ Qui nihil audiuit de fide, excusatur à peccato infidelitatis, non autem ab aliis peccatis. Intendens autem bonum per se excusatur à malo, quod sequitur præter intentionem, & raro non autem quando semper, vel vt in pluribus, & sic Noë excusatur ab ebrietate. &c. Tho. 3. sen. dist. 33. in expositione literæ, & in c. Inebriauerunt. 15. quæstio. 2. Excusat etiã*

F 3

& obe

Nota

*Excommu-
nicatus, à
peccatis
nequit
absolui
nisi prius
ab excō-
municā-
tione sol-
uatur.*

Gen. 9.

& obedientia. c. Dixit dominus. 14. q. 5. Nō excusatur quis ab obedientia, allegans alios meliores se ad hoc esse. 13. q. 1. c. fi. 5. ¶ Timor, qui est secundum rationem, excusat totaliter a peccato, non autem inordinatus, sed diminuit, in quantum est inuoluntarius. Thom. 2. 2. q. 125. ar. vlt. Thamar, & Iudas fornicans cum ea a peccato non excusantur, secundum Th. 2. 2. q. 154. ar. 2. ad 3.

Gen.

DE EXECUTORE.

- 1 *Executor quid sit.*
- 2 *Executores testamentorum qui esse possint.*
- 3 *Executore vno mortuo, vel absente, an alius possit exequi, si plures sint.*
- 4 *Executorum officium non transit ad heredes.*
- 5 *Electus in executorem an teneatur acceptare.*
- 6 *Executor merus an habeat actionem contra heredem.*
- 7 *Executor vniuersalis an possit vendere bona hereditaria pro executione vltima voluntatis.*
- 8 *Executor debet seruare tempus ad exequendum, quod testator prouidit.*
- 9 *Executare negligente exequi ad quem deuoluatur executio.*
- 10 *Executor & declarator differunt.*
- 11 *Testator si prohibeat vel Episcopus se impediatur, &c. an valeat talis prohibitio.*
- 12 *Si testator reliquit mille restituenda pro male ablatiis nec inueniantur tot creditores, cui dabitur residuum.*
- 13 *Executor cui reliquit testator centum dispensanda, cui sibi placuerit, quibus dispensare teneatur.*
- 14 *Executor religiosus exemptus si in exequendo deliquit ab ordinario puniri potest.*
- 15 *Prelatus si dedit licentiam religioso, acceptandi executionem, an poterit reuocare.*
- 16 *Dilatio executionis prenoctet defuncto.*

Fratres minores nō possunt esse executores testamentorum.

EXecutor est proprie, qui ad effectum rem iudicatam deducit, secundum glo. in ca. Super questionum, de offic. deleg. Vel qui factum ab alio gestum exequitur, secundum Pa. in cap. Nouit de appel. col. 1. Executor etiam larga acceptance dicitur delegatus, secundum gl. in c. Si supra de offic. deleg. in 6.

2 ¶ Executores testamentorum possunt esse laici, clerici, & religiosi, non tamen ordinis minorum, secundum Pa. in c. Tua nobis, de testa. primo notabili, & c. 2. de test. in 6. Fratres enim minoribus est interdictum hoc, in Cle. ex vii. de verb. sig. Et

Et possunt diuisim, & mixtim deputari. c. Ioannes, de testa. Et etiam femina, si est est consuetudo secundum Ioan. Andr. ind. c. 2. de testa. Licet quidam teneant contrarium.

3 ¶ Executore vno mortuo vel absente, alius potest exequi, quando plures sunt, nisi testator aliter in testamento expresserit etiam quod presens esset aliter, & nollet exequi, in d. c. 2. de testa. Et non est necesse alterum vocari, sicut in electione, secundum glo. ibidem Intellige quando multum distaret, secus quando parum, tunc enim vocari debet, & expectari vsque ad prefixum sibi terminum.

4 ¶ Officium executorum non transit ad heredes, etiam re non integra, secundum glo. ibidem, in d. c. 2. nisi testator hoc expresserit, licet quidam dicant quod transit, precipue re non integra, vt in c. In causis, de elect. Sed primum est verius. Si vero eligatur sine nominis expressione & qui non sit propinquus, tunc successor indignitate succedit etiam in executione, secundum gl. in d. c. 2. & in c. Quoniam requisisti, de offic. deleg. Secus quando est propinquus vel nominatur proprio nomine, quia videtur electa persona, & non officium in d. c. Quoniam requisisti.

5 ¶ Electus in executores nō tenetur acceptare, secundum Pan. in c. Ioannes de test. etiam in legatis ad pias causas, nisi tacite, vel expresse acceptasset, siue faciēdo aliquid, quod ad hoc pertinet, siue recipiendo literas scienter, quibus officium sibi deferretur, tunc enim dicitur tacite acceptare. Arch. in l. 1. ff. de procura. Si presens fuit, quando testator ipsum ad hoc deputauit, & tacuit, non propter hoc dicitur acceptasse. l. Pomponius. ff. de arbit. Secus quando consensit episcopus in legatis ad pias causas, potest ipsum compellere ad acceptancem saltem tanquam delegatum, sicut in quolibet alia delegatione. c. Pastoralis. de offi. deleg. C. qui pro sua iurisd. l. vnica.

6 ¶ Merus executor non habet actionem contra heredem, secundum Pan. in d. ca. Ioannes. sed potest implorare auxilium iudicis contra detinentes defuncti bona, Arch. in l. hereditas, in fi. ff. de peti. hære. nisi in legatis ad pias causas, secundum Bar. in l. si quis Titio. ff. de lega. 2. Si vero non est purus executor, sed legatarius, vt in hoc exemplo. Titius reliquit Antonio centum aureos restituendos Socrati, tunc poterit agere contra detinentem bona tanquam legatarius. Idem cum est particeps ipsius relictus, secundum Gl. in l. Lucius. §. Marcia. ff. ad Trebel.

7 ¶ Si executor sit vniuersalis, vt ad distribuendum omnia bona in Christi pauperes, potest vendere bona hæreditaria pro executione vltimæ voluntatis, secundum Pan. in d. cap. Ioannes. Secus si sit particularis, nisi testator sibi cõcesserit, secundum l. Alio. ff. de ali. & ciba. leg. Et sic hodie solet fieri, quia datur plena, & libera licentia executoribus vendēdi de bonis hæreditatis pro executione.

8 ¶ Executor debet seruare tempus ad exequendum, quod testator sibi prouidit, secundum Pan. in ca. Nos quidem, de testa. in gl. in ver. Annum, & sic dicit à die mortis, intelligitur & scientiæ, & aditæ hæreditatis, vt probat tex. l. statu- liberos. §. si quis hæredi. ff. de statuli. Si testator non prouidet de tempore, & res legata est in patrimonio testatoris, potest solui sine mora, secundum Panor. in c. Si hæredes, de testa. Quia dominum illico adita hæreditate transir in legararium, & si non soluat sine mora, hæres condemnatur ad præstandum vsuram, & omnem vtilitatem, vt l. Cum res. ff. de legat. i. Idem si esset pecunia legata. l. si dominus. §. in pecunia. ff. de legi. conceditur autem spacium decem dierum à præcepto iudicis. Vide ibi. & in l. Si pecunia. ff. de lega. secundo.

9 ¶ Si executor negligat exequi an deuoluatur ad Episcopum? Dico quod hodie episcopus per statuta disposuit, vt annus à die mortis admonendo generaliter quoscunque, & si sic, post annum deuoluetur, intelligendo à die mortis & scientiæ: & aditæ hæreditatis, vt supra, Ric. in 4. sen. di. 45. limitat. si habet in promptu bona quibus possit infra annum legata soluere alias secus.

10 ¶ Titius reliquit decē aureos, dando pauperibus, quos nominabit Sempronius. Transacto anno nō nominatis dictis pauperibus per Sempronium, non propter hoc potestas nominandi dictos pauperes ad episcopum deuoluetur: quia qui habet declarare, non est executor imò multum differt declarator ab executore, ideo qui non potest esse executor, potest esse declarator. l. Executorem. C. de exe. rei. iud. Prædicta deuolutio habet locum in legatis ad pias causas indubitate, secundum Pan. in c. Si hæredes, de testa. In aliis autē est diuersitas Doct. vide ibi quō Pan. concord. Tab. ver. Executor. §. 1.

11 ¶ Si testator in testamēto prohibeat, vt Episcopus se intromittat quō ad compulsionem executoris, non valet talis prohibitio, secundum Pan. in c. rua nobis, de testa. Quia si-
cut

cut non poterat se subtrahere à foro episcopi, sic nec executor, vt patet in d. c. Tua nobis. Si autē prohibeat quo ad deuolutionem prouiso de alio executore, in casu quod primus negligat, valebit: quia ille exequetur, nō episcopus, secundum Pan. vbi supra, quōd si non prouidit de alio executore, episcopus in legatis ad pias causas exequetur, prohibitione non obstāte, non in aliis. in d. c. Tua nobis. Si testator reliquit in testamento mille restitruenda pro malè ablati, & non inueniuntur tot creditores, qui totam istam summā absorbeant, & prohibuit illam summā in aliud conuertunt: tunc quod residuum remanet, dabitur hæredi. Si autem non prohibuit, sed simpliciter disposuit, dabitur quod superest, pauperibus, secundum Pan. in d. ca. Tua nobis. Credendum est ipsum tantum debere, quantum reliquit, licet non inueniātur creditores. Idem obseruandum est in cautione, quam faciunt vsurarij, vt not. in c. Quanquam de vsu. lib. 6. secundum Pan. in d. c. Tua nobis.

13 ¶ Executor qui testator reliquit. C. vt dispenset. quomodo sibi videtur, & placuerit, tenetur illa dispensare pauperibus, nisi aliud appareat de mente testatoris. Facit ca. Cum tibi de testa. Sic enim arbitrabitur bonus vir, & quia mentē testatoris in meliorem partem interpretari debemus, iuxta regulam. c. Cum dilecti. de dona. Et quia nulla est melior, quam vt in Christi pauperes dispensentur, sic fiet. Et si aliter fiat per episcopum reuocari poterit.

14 ¶ Executor religiosus exemptus, si in exequendo deliquit ab ordinario puniri potest, in cle. vnica, de testa. quod Ric. in 4. sent. dist. 45. ar. 5. q. 2. limitat in religiosis qui habent exemptionem communem, qui tamen possent conueniri ratione contractus, vel delicti, sed re, vt in c. i. de priui. in 6. Sicut in aliis, qui conueniri non possunt, quia nec puniri.

15 ¶ Prelatus, qui dedit licentiā religioso acceptādi executionē, potest eā reuocare cū religiosus neq; velle neq; nolle habeat, secūdū Gl. in d. cle. vnica. Et executio fiet per collegam, vel per episcopū quādo alius deputatus non est.

15 ¶ Dilatio executionis piæ nocet defuncto, secundum Th. quod l. 6. q. 4. art. 1. quia ei remedium non adhibetur, dū suffragia differuntur, ex quibus plurimum pauperes, & ecclesia ad orandum pro eo excitarentur ad faciendum suffragia pro eo. Ex quo patet, quōd grauiter tales peccāt, & vocantur egentium necarores. 23. q. 1. cap. Qui oblationes, li. 1. Et dicit Ioan. de Neap. in quod l. quod multum tardantes,

*Parum
pro nihilo
computatur.*

siue ex auaritia, siue negligentia mortaliter peccant, quia debent excōmunicari. agunt enim & cōtra iustitiam, non exequentes prout debent, & cōtra charitatem proximi potentes eum liberare de pœnis, & non liberantes, cū tamē teneantur. Secus quando ex causa rationabili tardant, videlicet, vt melius vendant res, & sic copiosiores, eleemosynas faciant. Vel quando pro modico tempore tardant, quia parum pro nihilo computatur. In his prudens executor bene examinet, vt consideratis temporis dilatione, & conditione personæ, quæ creditur citius, vel tardius liberanda, & eleemosynæ augmento facias quod defuncto expedire videbitur magis.

DE EXEMPTIONE.

- 1 *Exempti qui dicantur, & quomodo fiant.*
- 2 *Sententia lata contra exemptum priuilegatum an teneat.*
- 3 *Exempta ecclesia, qui consequenter intelligantur exempti.*
- 4 *Exemptis canonicis, clerici non sunt exempti.*
- 5 *Exempto monasterio quæ loca consequenter exempta dicantur.*
- 6 *Pendente lite priuilegij super eius valetudine, vel concessione, possessione non est quis priuandus.*
- 7 *Exemptus litigans coram ordinario si non alleget exemptionem an perdat causam.*
- 9 *Exemptus an possit renuntiare exemptioni.*
- 9 *Exemptus an possit absolui ab excommunicatione episcopo reseruata in canone ab ipso episcopo.*
- 10 *Exempti an edificare possint oratoria vel capellas in locis non exemptis.*
- 11 *Papa si dedit alicui monasterio priuilegium, quod non tenetur soluere decimas quasunque &c. an per cōtrarias literas Papæ renocetur.*

Exempti dicuntur, qui ordinarij iurisdictioni non subsumunt, vt expressè dicit Gl. in ca. quod translationem, de priui. Et hoc de communi exemptione, & per solum Papā fit exemptio, secundum Gl. in c. 1. de priui. lib. 6. quæ diuersimodè fieri potest. c. cum capella, de priui. Quomodo autē fiat exemptio, vel ratione loci, vel personæ, & huiusmodi, vide Pan. in c. ruarum, de priui. Alia exemptio specialis, vt fratrum p̄di. & multorum aliorum, in quos ordinarij nullam superioritatem habent, vt patet in priuilegio Sixti IIII. Regimini, &c. vbi dicitur. Et ne prætextu constitutionis. Inno. 4. prædeces. nostri, Volentes, &c. locorum diœcesani, & alij ordinarij, in persona, & loca fratrum prædicatorum cōtra Gre. prædeces.

prædeces. nostri, ordinationem sibi quamcūque iurisdictionem, & superioritatem vindicare præsumant, districtius inhibemus, ne quispiam absque sed. apo. commissione, & auctoritate, in personas, domos, & loca dicti ordinis prædicatorum, vt pote prorsus exempta, aliquam excommunicationis, & suspensionis & interdicti sententiam specialiter vel generaliter, quomodolibet promulgare, aut in personas, domos, vel loca huiusmodi aliquam præminentiam, superioritatem, & iurisdictionem quomodolibet exercere præsumant, etiã ratione contractus, vel delicti, seu rei, de qua contra ipsos ageretur, vbicunq; incatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat. Decernimus quoque ex nunc, quasilibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & quoscūque processus, quas suis pœnas, & sententias generales, vel speciales continentes, quos, vel quas promulgari, vel haberi, & omnia quæ contra fratres, domos, vel loca dicti ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, vt pote notoria nō aliter allegata, nullius roboris, vel momenti esse, & pro infectis haberi debere, &c. Vnde patet quod nec etiam legati habent superioritatem in his. No. quod si fratres huiusmodi citentur ab ordinario, non tenentur comparere, etiam ad allegandum priuilegium suum, vt dicit Pan. in cap. Cum ordinem. de reser. quia iam notoriè sunt exempti, & dudum tolerati priuilegio exemptionis. Ideò citati nō tenentur comparere etiam ad allegandum eorum priuilegium. Et hoc no. quia multi iudices decipiuntur.

2 ¶ Si priuilegium non est notorium, & tales priuilegiati non sunt diu tolerati in tali priuilegio, si antequam ordinarius ferat sententiam excommunicationis contra eos, allegant priuilegium, quod iudici est notum, credit Ric. 4. sea. dist. 17. q. 5. art. 5. hanc sententiam nō tenere, ar. in c. Si duob. in tex. & in Glo. de appel. Securius tamen esset si non posset probare hoc iudici esse notū comparere, & ostendere priuilegium, quod si non est notum iudici, & perit sibi ostendi, teneretur secundum formam, cap. Cum personæ de priui. in 6. Si autem non petit, secus est, quia non tenebit sententia, si ante illam fuit allegatum priuilegium. Quod si non allegatur priuilegium, nec est notorium, neque notum iudici, neque diu toleratū, tūc tenebit sententia: Arg. in d. c. Si duob. nisi in dicto priuilegio esset clausura irritans sententias latus, quia tunc non teneret secundum Rich. supra.

3 ¶ Exempta

3 ¶ Exempta ecclesia, intelliguntur exempti & monachi, vel canonici, vel conuersi, & perpetuo oblari, non autem presbyter, qui parochianorum curam habet, quo ad ea, quæ ad ipsam curam pertinet, nec parochiani.

4 ¶ Si eximantur canonici alicuius ecclesie, non propter hoc clerici sunt exempti, sed bene econtra. cap. Per exemptionem, de priui. lib. 6. nec propter hoc ipsa, ecclesia exempta est, ut ibi. Ex hoc habes, quod nomine canonicorum, non veniunt clerici, sed bene econuerso.

5 ¶ Per monasterium exemptum, intelligitur etiam cæmeterium domus monasterij horti, prata area, quæ sunt iuxta monasterium, seu ecclesiam. ar. c. Necessarium, 12. q. 1. & c. Nulla.

6 ¶ Pendente lite priuilegij super eius validudine, vel concessione, non debet quis priuari, vel interdici vsu possessionis, secundum Pan. in c. 1. Ut lit. pen. etiam quod possideat contra ius commune non est turbandus, secundum Ge. in c. Cum personæ. de priui. in lib. 6. dummodo adsit aliqua probatio etiam non sufficiens.

7 ¶ Exemptus litigans coram ordinario, & non allegans exemptionem, non propter hoc perdit causam, secundum Pan. in c. 1. de sen. & re iu. nec tenet sententia, nec taciturnitas obstat, quia etiam si voluisset, poterat in eum non consentire, ut in iudicem. c. Cum tempore. de arbi.

8 ¶ Exemptus non potest renuntiare exemptioni, quia tangitur nedum fauor exempti, sed etiam superioris, qui est exempti, secundum Pa. in d. c. Cum tempore. Intellige de priuilegio iuris communis, quia priuilegio speciali potest quis renuntiare, secundum Alb. in l. si quis in distribuenda. C. de epi. & cle. maxime quando ipse impetrauit, non autem quando superiori motu proprio exempti, in quo locum habet prima opinio. Syl. in ver. Exemptio. §. 10. dicit quod non potest simpliciter, licet in aliquo casu, quia exemptio fit gratia exemptoris. Dic ergo, quod quando est solum in præiudicium exempti, potest: non autem si sit etiam in præiudicium superioris. Vide Pan. in c. Significasti. de fo. comp. & Syl. ver. Absolutio. §. §. 2.

9 ¶ Exemptus non potest absolui ab excommunicatione, episcopo referuata in canone, ab episcopo, secundum Ioan. And. in regula, scienti, & Pa. in d. c. Significasti, quia non est suæ iurisdictionis, & sine licentia Papæ, non potest se ei submittere ratione supradicta, nec obstat cap. Religioso de sen. excom.

*Prinilegio
speciali
potest quis
renunciare.*

excom. quia ibi loquitur de non exemptis, quos antea non poterat absolui, propter c. Cum illorum. de sent. excom. Si enim de exemptis intellexisset, dixisset sicut dixit in cle. eo. de sent. excom. Et hoc verum, licet Fely. cons. 14. & Ioan. de lig. oppositum teneant sequentes iura antiqua. Isti autem sequuntur noua.

10 ¶ Exempti, oratoria, vel capellas, in locis non exemptis non possunt edificare, nec in sic constructis celebrare, vel celebrari facere, sine licentia diocesani loci, in c. Auctoritate, de priui. in 6. nisi habeant à Papa, vel in oratorijs priuatis hoc faciant, secundum Gl. ibi. Vide bene d. cap. Auctoritate. Cum licentia tamen episcopi, vel eius, qui illius loci curam habet, possunt celebrare.

11 ¶ Si Papa debet priuilegium alicui monasterio, quod non teneatur soluere decimas quascunque, etiam si in literis eius diceretur, quod tam exempti quam non exempti soluant, nisi de hoc indulto fiat specialis mentio de verbo ad verbum, deinde Papa concedit legato, ut possit decimas exigere tam ab exemptis, quam à non exemptis, non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si talia essent, de quibus specialis mentio fieri deberet de verbo ad verbum, quæ voluit in istis literis pro insertis haberi, & expressis, constat per has literas priuilegium reuocari, quia satis apparet de intentione Papæ volentis reuocare. Aliter dicendo, Papæ potestas minueretur, quia cum omnium memoriam habere non possit, omnia reuocare non posset, quod est dicere absurdum, secundum Fede. in cons. 45. licet alias contrarium tenuisset, ut dicit Pan. in c. Cum instantia de censu. Valer etiam hoc pro vltima voluntate cognoscenda testatoris, ut not. Car. cle. 1. de sepul. ut si testator dicit, Non obstante quocunque alio testamento, etiam si in eo sint verba derogatoria, talis expressio dicitur specialis, & sufficit ad reuocandum, secundum Car. vbi §.

DE EXEQVIIS.

1 *Exequia pompatica sunt solatia viuorum potius quam subleuatio mortuorum.*

2 *An statuentes quod detur aliquid determinatum pro exequijs dicantur facere contra ecclesiasticam libertatem.*

EXequiæ mortuorum pompaticæ, potius sunt solatia viuorum, quam subleuatio mortuorum, secundum Th. 4. sent. dist. 45. q. 2. ar. 3. in c. Animæ. 13. q. 2.

2 ¶ An

2 ¶ An statuentes circa exequias mortuorum, vt q̄ non deferantur, nisi tot Cruces, dentur tot candelæ, & tanti ponderis, vocentur tantum tot clerici, & huiusmodi incurant excommunicationem laram contra statuentes contra libertatem ecclesiasticam, propter cap. fin. de re. eccl. non alie. Respondeo q̄ variæ sunt doct. sententiæ. Caiet. in ver. Excommunicatione contra offendentes ecclesiasticam libertatem, dicit, q̄ aliqua sunt, quæ ex sua natura sunt contra ecclesiasticam libertatem, siue quis intendat ire contra libertatem huiusmodi, siue non, vt statuere, q̄ non soluantur decimæ clericis, vel eleemosynæ. Vel statuere quod soluant gabellas, & huiusmodi, & sic statuere est prohibitum. Aliqua ex se non sunt contra libertatem huiusmodi, sed per accidens, & statuere huiusmodi non est prohibitum, & quia sumptuosa sepulchra, multitudo luminarium, crucum, varietas religionum, & huiusmodi per se ad pompam temporalem pertinent, quamuis per accidens, vel ex intentione videantur esse contra libertatem Ecclesiæ, ideo moderari hæc ad publicam potestatem pertinet, nec sunt tales statuentes excommunicati, quamuis ista moderatio clericis sit noxia, subtractiua eleemosynarum, & diminutiua cultus diuini. Pa. vero in d. cap. fi. dicit quod circa concernentia cultum diuinum, & refrigerium animæ defuncti non valent statuta laico, quia illa propriè annexa sunt iuri spirituali, & ita generaliter intelligitur text. d. c. fi. & specificando valent de pannis nigris passim non vtendis, quia de mortuis non est multum dolendum, &c. Ant. quoque Confertus Siculus in suo repertorio sic dicit. Statutum non possunt facere laici super mortuariis, quia illa annexa sunt iuri spirituali. Nam de annexis idem est iudicium. cap. Quanto. de iudi. neque circa contingentia cultum diuinum vel refrigerium animæ defuncti statutum valet laicorum, Facit. cap. Quam prosperum. 13. q. Circa concernentia pōpas, &c. valet. Io. de Immo, in d. c. fi. idem sentit, & dom. Pe. de Mon. ibi dicens, quod non valet statutum ciuitatis disponens, quod circa funus non debeant portari nisi tot luminaria, seu dupleria, vel debeant indui de nigro nisi tot, vel non debeant inuitari nisi tot clerici. Hæc ille. Hoc videtur tenere Per. de Pal. & Tho. 4. sent. dist. 18. q. 3. ar. 3. vbi dicit, videtur esse contra ecclesiasticam libertatem, quod rustici statuerunt, quod nullus offerat nisi in magnis festis, aut nisi tantum, aut quod super mortuum non sit nisi talis pannus, vel tot cerci, & huiusmodi,

modi, quia liberæ ecclesiæ est habere liberas oblationes. Hæc ille. In repertorio d. P. de Monte episcopi Brix. in verbo statuto, sic refert. An valeat statutum laicorum, quod pro exequiis mortuorum non expendatur nisi tantum, dico quod non per d. cap. fi. & per hunc text. magister Io. de tab. fecit Brixia reuocari quoddam statutum simile. Idem tenet Feli. in c. ecclesiæ S. Mariæ, de Const. & Lu. Ro. Concludo ergo ex dictis. Primò statuta laicorum circa illa, quæ immediate, & solum dantur pro eleemosyna, vel in refrigerium animæ defuncti, vt quod non detur clericis nisi tanta pecunia, vel nisi in magnis festis offeratur, vel nisi tantum, est contra ecclesiasticam libertatem expressè. Secundo, statutum circa ea, quæ tantum ad pompam, vel ad solatium viuorum sunt, vt quod filij tantum de nigro vestiatur, quod non portentur insignia, & huiusmodi, ex quibus neque ecclesia, neque pauperes aliquid emolumenti recipiunt, valet, nec est contra ecclesiasticam libertatem, secundum Pan. & alios supra. Tertiò, statutum circa ea, quæ concernunt vtrūque scilicet, pompam, & refrigeriū animæ defuncti, vt quod non portentur nisi tot cruces, vocentur tot clerici, induantur tot pauperes, & huiusmodi, nam in his est mundalis pompa, & refrigerium animæ, quia fiunt plures eleemosynæ ex his, quæ remanent apud clericos: fiunt plures orationes, ex quibus omnibus anima defuncti iuuatur, non videtur valere, tum quia est de annexis iuri spirituali, tum quia indirectè saltem fit contra libertatem ecclesiasticam secundum Fel. in d. cap. nouiter, & consequenter incurritur excommunicatione, per d. ca. fi. de imm. eccl. in 6. tum quia plures doctor. tenent hoc, & sic ad hanc partem tanquam veniorem, & securiorem declino. Caucant igitur tale taliter statuentes.

DE EXHÆREDATIONE.

- 1 Exhereditatio quid sit.
- 2 Filia correctæ denegata alimenta remittuntur, & profitens religionem aliquam restituitur.
- 3 Filius licet pœnitentiam egerit de iniurijs factis patri nihilominus exheredari potest à patre.
- 4 Filio existente furioso & nepote sani sensus pater poterit exheredare filium, dummodo nepotem instituat.
- 5 Filius patrem in quibusdam casibus potest exheredare.
- 6 Alimenta negari possunt in omnibus illis casibus, in quibus quis

quis exheredari potest.

7 *Exheredare non licet filios pro ecclesia edificanda.*

8 *Frater à fratre in quibus casibus exheredari possit.*

*Causa
pro qui-
bus ali-
quis potest
exhere-
dari.*

EXhæredatio importat exclusionem ad hæreditatē. Inst. de exhæ. li. per totum. Et nunc non habet locum, nisi pater habeat iustam causam, quam debet in testamento scribere. C. de inoff. test. Ant. sed hodie. Causæ pro quibus quis potest exheredari, communiter. i. 3. ponuntur Auth. vt cum de appel. cog. §. causas. Prima si filius manus in parentes intulit in c. Quintauallis. in gl. de iu. iu. Secunda, pro graui iniuria contra eosdem facta. Tertia, si eos criminaliter accusauit, dummodo causa non sit contra principem, vel Remp. Quarta, si cum maleficis conuersationem habet. Quinta, si maleficus efficitur. Sexta, si parentum vitæ insidiatur. Septima, si cum concubina patris, vel eius nouerca carnaliter se immiscuit. Octaua si pro persona patris, vel debito eius incarcerati, prout potest, fideiubere noluerit, & hoc solum de masculis intelligitur. Nona, si prohibuit eos restari. Decima, si contra parentum voluntatem inter arenas, & mimos perseuerauerit, cum pater illius professionis non fuerit. Vndecima, si filia luxuriosam vitam duxerit, parentibus volentibus eam nuptui dare & dotare pro posse, ne neglexerint hoc facere vsque ad annum 25. Duodecima, si parentibus furiosis debitam non exhibuerunt curam, quod etiam intelligitur de quolibet succedente ab intestato, & hærede instituto. Tertiadecima, si parentes à carceribus liberare potens neglexerit. Item potest addi si ultimam voluntatem noluerit executioni dare, vt in auth. amplius. C. de fideic. Item si filius est hæreticus, cum pater sit catholicus, in d. §. causas, & secundum Fel. in ca. Rodolphus, de refe. col. 3. in prin. Si tanten pater exheredauit filium ex iusta causa, & postmodum reconciliauit se cum illo videtur ralis exheredatio adempta secundum Bar. in l. si quis ita. ff. de adi. leg.

2 ¶ Filiae correctæ denegata alimenta remittuntur, & proficiens aliquam religionem, restituitur, secundum Fel. in cap. pastoralis, de rescr. circa prin. dicit quod in aliis causis similibus, & grauioribus idem intelligitur secundum Ale. cons. 343. quamuis non sint positæ nisi 14. vel 15. causæ exheredationis.

3 ¶ Si filius pœnitentiam agat de iniuriis factis patri, non propter hoc pater perdit auctoritatem exheredandi filium
secun-

secundum Fel. in d. cap. Rodolphus.

4 ¶ Si filius sit furiosus, & nepos sani sensus, pater potest filium exheredare, dummodo nepotem instituat. ff. de cu. fu. l. pe.

5 ¶ Potest filius patrem exheredare in certis casibus, vt dicit Auth. cum de ap. co. Primò, si pater filium accusauit de crimine, excepto crimine læsæ maiest. Si vitæ filij fuerit insidiatus. Si vxori, vel concubinæ illius se immiscuerit, si restari in quo poterat, prohibuit, si cum esset furiosus, curam eius non habuit, si de captiuitate Saracenorum non redemit, & si intestatus moriatur, non succedet pater sed ecclesia, & bona illius pro captiuorum redemptione dabuntur. Omnes tamen istæ causæ tolluntur per religionis ingressum.

6 ¶ In illis casibus, in quibus quis potest exheredari, possunt, & iisdem alimenta negari, supra, Alimentum. §. 8. Limitat tamen, nisi agat pœnitentiam pro quo facit glo. & tex. in l. si. C. de epi. & cle. Et in c. non liceat 19. q. 3. dicitur quod per religionis ingressum omnis ingratitude purgatur. Si filia fornicetur, & pœniteat, pater non tantum tenetur alere vt dictum est, sed etiam dotare, secundum Pa. cap. ex literarum de eo qui du. in ma. quam pol. quia causa dotis non minus est fauorabilis, quam alimentorum, vt no. Cy. in l. non omni. C. de adm. tut. & Bart. in Auth. complexa. C. de ince. & inur. nupt.

*Per in-
gressum
religionis
purgatur
omnis in-
gratitudo.*

7 ¶ Non licet filios exheredare pro ecclesia facienda, in c. quicumque, 17. q. 4.

8 ¶ In tribus casibus frater à fratre potest exheredari, videlicet si vitæ alterius fratris fuerit insidiatus. Si de crimine inscripserit contra eum. Si eum in bonis notabiliter læsit, & etiam locum habet, si frater ab intestato moriatur. Auth. de nup. §. ingratitude, quia frater non succedet, intellige si frater ignorauit fratris ingratitude, secus videtur si sciuit. in l. si. C. de reuo. don. Nec requiritur quod frater alleget causam exheredationis. Similiter vir vxorem, & e contra, possunt exheredare alterum coniugem, vt in d. §. causas. Mater verò meretrix, filiam meretricem exheredare non poterit, secundum Bar. in l. 4. §. Iulia. ff. de testam.

DE EXPENSIS.

1 *Expensæ quomodo faciendæ, vt sint virtuosæ, & non vitiosæ.*

G

2 *Expensæ*

- 2 *Expensarum ratio habenda est in æstimandis facultatibus.*
 3 *Expensas factas in re aliena an male fidei possessor recuperabit.*
Vide etiam 4 *Expensa non veniunt nomine damnorum & interesse.*
 Esod. 21. 5 *Expense quando necessariae, & quando voluntariae dicantur.*

EXpensæ debent fieri secundum proportionem rerum, personarum, & temporum, & tunc sunt virtuosæ, aliter ad vitium declinant auaritiæ, secundum Tho. 2. 2. q. 135. art. 1. Qui aliquem iniuste verberauit, tenetur ad omnes expensas, quas pro curatione facit, & etiã de damno, quod ex hoc patitur. Vide glo. in c. si quis membrorum. 23. q. si. & de iure iur. c. 1. & si. de his quæ deie. vel effu. l. vltima.

1 ¶ In æstimandis facultatibus expensarum ratio est habenda, vt not. glo. in capitu. quoniam de vit. & honesta. cler. ita vt illi fructus æstimandi sunt, qui deductis expensis remanent, vt in l. 1. C. de fruc. & lic. ex.

2 ¶ Expensas factas in re aliena, possessor malæ fidei de rigore iuris habere non potest, nisi tantum necessarias, vt quas facit gratia colligendorum fructuum, cõgregandorum, conseruandorum, & huiusmodi. ff. de peti. hære. l. Si à parte. §. fructus. Alias expensas si quas fecit, perdit. l. Ex argento. ff. de condi. fur. Vtiles vero voluntarias poterit asportare, si sine læsione status prioris id potest fieri. l. domum. C. de rei ven. Expensas autem, quas fecit conseruando rem, vt pascendo equum, curando animal morbosum, in conscientia poterit habere, secundum Monal. ci. de vsura. Item qui fecit aliquod melioramētum, propter quod res utilior est domino, quàm prius, ad arbitrium boni viri in conscientia poterit habere, secundum Monal. dominus verus tenetur satisfacere, quia hoc ad iustitiam pertinet. Si fuit possessor bonæ fidei poterit omnes expensas, quas fecit tollere, si sine læsione rei potest fieri. l. Iulianus. l. 3. ff. de rei ven. Si non possunt tolli, dominus fundi soluet. l. fundo. ff. de rei vindicatio. Idem erit, quando fecit utiliter gerere negotium proximi. ff. de nego. gestis, per totum.

4 ¶ Expensæ non veniunt nomine damnorum vel interesse. Et ideo qui remittit vnum, non remittit aliud. ca. In vestra de in iur. & dam. da.

5 ¶ Expensæ dicuntur necessariae, quando si non fuissent factæ vel res ex toto perisset, circa quam factæ sunt, vel in deterius deuenisset. Voluntariae vero, sunt quæ rem tantum ordinant.

ordinant, sed fructum non augent. l. impensas. ff. de verborum significatione. Et hæc possunt tolli, si sunt separatae, vt pictura in tela. Secus si in muro sic facta, quia rei status læderetur.

DE EXPOSITIONE.

1 *Expositio est facienda secundum mentem, & intentionem illius, qui condidit rem exponendam.*

2 *Lege existente dubia, vel si contrariae sunt opiniones, standum est consuetudini loci.*

IN expositione legis siue canonicae, siue ciuilibis, siue consuetudinis, seruanda est mens, siue intentio legislatoris c. Intelligentia, de verb. sig. Quia verba deseruiunt intentioni, & non econtra. c. Is autem. 22. q. 2. Quæ si non est nota ex verbis, debet sumi ex causa, persona, loco, & tempore, vt in c. Sciendum 29. di. Nec quis præceps esse debet, quando verba clara non sunt ad iudicandum.

2 ¶ Quando lex est dubia, vel contrariae opiniones, & dubium est omnino nouum, standum est consuetudini loci, si de ea constat: est enim in hoc casu optima legum interpretatio, vt in c. Dilectus de consue. Si verò non constat de consuetudine, & verba sunt clara, non debemus recedere, à significatione verborum, nisi absurditatem continerent, vt in c. fin. de verb. sign. Si verò non sunt clara, & eorum intellectus est multiplex, benignior sensus est sequendus. c. fin. de translatoribus. Quòd si non appareat via benignior, de similibus ad similia procedendum est, vt in c. Translato de const. Sed si non est dare simile, & Iudex nescit quid faciat, ad principem recurrendum est, quia eius est interpretari, cui est legem condere, vt in c. Inrer alia de senten. excom. Si autem dubium est in opinionibus doc. iudex non debet recedere à communi opinione, si datur: nisi posset talis opinio communis conuinci euidenter, vel probabilibus rationibus. Quod si non est dari communis opinio, tunc iudicet secundum quod vult dummodo non agat contra conscientiam propter c. Cum æterni, de re iud. lib. 6. Vide tamen Pan. in c. 1. circa si. de const. per hoc enim habes quando iudex secundum sensum suum iudicare possit. Et quid agendum, vbi opinionum varietas est.

Consuetudo est optima legum interpretatio.

Eius est interpretari cuius est legem condere.

DE EXPOSITIS.

1 *Expositi qui dicantur.*

2 *Expositi filij à patre vel alio patre sciente, & ratum habente*

eo ipso à patria potestate liberantur.

- 3 Exponentes taliter filios etiam ex necessitate an excusentur à mortali.

EXpositi dicuntur infantes, serui, liberti, & languidi, si sine cura dimittantur, vel alimenta eis à parentibus patronis, vel dominis negentur: in capit. Vnico de infan. expositis, vt solent aliqui relegato pietatis affectu, pueros ante ecclesie ianuas relinquere cum tanto periculo.

2 ¶ Expositi filij à patre vel ab alio, patre sciente, & ratum habente eo ipso à patria potestate liberantur. Idem dic de seruis, & libertis erga dominos, quoniam à potestate dominica liberantur, & de languidis. Si verò eo ignorante, vel inuito hoc fiat, poterit expositum repetere solutis expensis, &c. in d.c. Vnico, & c. fi. 38. dist.

3 ¶ Exponentes taliter filios, vel alios prædictos, etiam ex necessitate, vt quia alere non possunt, nõ excusantur à mortali, quia quantum in ipsis est, occidunt, nisi tali modo exponerent, quòd de morte periculum esse non posse. Potius debent tales ad hospitale mittere. C. de cad. tol. l. Vnica vel pro eis mendicare. Colligens taliter expositum in conscientia si non intendebat donare, potest expensas repetere, ad quas non tenebatur.

DE ÆSTIMATIONE.

- 1 Æstimatio rei fieri debet tempore contractus.
2 Æstimatio rei in duobus casibus facit venditionem.

Aestimatio rei fieri debet tempore contractus. c. Cum dilecti, de vend. emp. Et debet fieri secundum redditus, quos res æstimata affert, & debet tantum valere, quantum valet id, quod in 20. annis producit. auth. de non alie. §. quia vero leonis. si autem sit res, quæ ecclesie debetur, in 35. annis computatur, athen. de eccl. titul. §. si annuale. Quòd si res infructuosa sit, æstimanda est secundum quòd communiter appreciatur. Hodie enim communiter hoc locum habet in omnibus rebus, quòd res tantum valet, quantum vendi potest, ff. ad Treb. l. §. si hæres. Vide aliquid in ver. empt. §. 4. & 2.

2 ¶ Æstimatio rei in duobus casibus facit venditionem. Primò, cum eo animo fit, vt ipsa præsterur, non autem si fiat vt sciatur, quantum sit deteriorata. C. de iur. dot. l. si inter virum & hoc cognoscitur, quando res æstimata traditur certo tempore finito restituenda. Secundus casus est, quando datur æstimata in contractu, de cuius natura est,

vt dominium transferatur. ff. de iur. dotium. l. quotiens, vt si mulier rem æstimatam dedit viro suo, censetur, vt emisit, secus quando natura contractus repugnat venditioni: in l. seruos. ff. famil. erc. vt cum A. & B. hæredes, faciunt æstimationem de hæreditate, tunc æstimatio venditionem non efficit.

DE FACTO.

- 1 Factum legitimè retractari non potest.
2 Factum illegitimè dicitur non factum.
3 Fieri debere quid & quando dicatur.



FACTVM legitimè, etiam quòd superueniat casus, quo existente non potuisset fieri, non est retractandum, vt si contracto matrimonio, & perfecto, superueniat, affinitas, non propter hoc dissoluitur, secundum quòd in c. Discretionem, de eo qui cog. consan. dicitur, sed quando factum esset raturum inchoatum, & non perfectum, tunc retractandum esset, vt si sponsalibus superueniat affinitas.

2 ¶ Factum illegitimè, dicitur non factum, in c. veniens de pres. non baptiz. sicut inurile, & nullum paria sunt. cap. Inter corporalia de transla. præla. & plus est facto, quam verbo tantum consentire. glo. in c. in causis de elect. *Plus est re facto quam verbo tantum.*
3 ¶ Id dicitur debere fieri, si commodè, & honestè fieri potest, & quòd honestè fieri non potest dicitur non posse. l. Nepos proculo. ff. de verb. sig. Quamuis homo totum suum posse Deo debeat, de necessitate tamen ab eo non exigitur, vt totum, quòd possit, faciat, quia hoc secundum præsentis vitæ statum ei est impossibile, secundum Tho. 4. sen. dist. 15. Non enim legislator torum de facto exigit.

DE FALSARIO.

- 1 Falsarius quis sit, & quòd quis de hoc crimine puniri possit.
2 Falsarij literarum apostolicarum quomodo puniantur. remis. siue.
3 Falsarius quis dicatur.
4 Literas alterius aperiens vt eas legat vt falsarius puniri debet: item quòd si eas ostendat aduersario mittentis. nn. 5.
6 Aperiens literas Papæ non est excommunicatus.
7 Testamentum clausum aperiens ponitur pæna falsi.
8 Falsarius est qui conterit vel lacerat scripturas publicas, vel priuatas ad alium pertinentes.
9 Falsificans monetam falsarius est, & mortaliter peccat.

- 10 *Monetas tondentes vel radentes sunt falsarij, & tenentur de damno.*
 11 *Falsificans mensuras, vel pondera ultra mortale tenetur de damno.*
 12 *Instrumenta facta per notarium falsarium post eius condemnationem non valent.*

Falsarius est, qui crimine falsi tenetur, vel qui falsariorum crimen admittit. cap. Ad falsariorum. de cri. falsi. Et ad hoc quod quis possit puniri de crimine falsi, oportet quod adsint hec tria videlicet mutatio veritatis, dolus, & iactura, secundum Host. nec in scriptura, que fidem non facit, committitur crimen falsi. Vide Pan. in c. quanto, de iur. iur.

2 ¶ Falsificantes literas apostolicas, quomodo sunt excommunicati supra Excommunicatio 12.

Falsitas dupliciter committitur.

3 ¶ Falsarius dicitur, qui absentium nomina in instrumento ponit, vel furtive sigillum surripit, secundum Pan. in d. c. Quanto, & c. Ea de his, que fi. a. praela. Et falsitas non solum committitur dicendo falsum, sed etiam tacendo verum, secundum Bar. in Authen. presbyteri. C. de sacri. san. eccl.

4 ¶ Aperiens alterius literas, vt legat, debet puniri tanquam falsarius. secundum Gl. in cap. Cum olim. l. secunda. de offi. delega. In. tenet quod talis minus peccat, quam si falsificasset sigillum apponendo adulterium, tamen falsarius est. Vide Pan. in d. c. Cum olim. concludo tamen, quod talis aperiens alterius literas non sibi missas, vt legat, mortaliter agit. Nisi quando est superior, vel sub rati habitione facit, vel inaduertenter sine malitia, vel quando non sunt alicuius importantiae, cum talis sit puniendus tanquam falsarius, vel crimine stellionatus. Dicit tamen Archie. Flor. quod si essent literae alicuius, manifeste aduersarij eius, & aperiret dubitans de aliquo graui malo contra se, non peccaret mortaliter, infra literas. §. 1. Hoc enim non esset contra caritatem. plus enim tenetur quis sibi, quam alteri.

5 ¶ Aperiens literas, & ostendens auersario mittentis, potest puniri vt falsarius: Arg. in l. 1. §. is qui. ff. ad l. Cor. de fal. Qui deposita instrumenta ostendit aduersario (vt solent facere mali notarij, & procuratores) incidit in crimen, vt ibi, in d. l. 1.

6 ¶ Aperiens literas Papae non est excommunicatus, cum non reperiat, quia talis neque vitiat radendo, neque apponendo sigillum adulterinum, de quib. iura alleg. loquuntur, ideo

ideo quia in pœnis non debet extensio fieri.

7 ¶ Aperiens testamentum clausum punitur pœna falsi, secundum Pa. in d. c. Cum olim, quod est speciale in testamento, licet non ostendat, quod in aliis non est sic, vt in d. c. Olim.

8 ¶ Comburens, lacerans, vel occultans scripturas publicas, vel priuatas, quae ad alium spectant, ita quod non amplius appareant, punitur crimine falsi, & falsarius est Bar. in l. Paulus. ff. de fal. & ultra pœnam, ad restitutionem totius interesse tenetur. l. Qui tabulas. ff. de fur. quia sufficientem damni causam proximo intulit.

9 ¶ Falsificans monetam est falsarius, & mortaliter peccat, secundum Io. de Imo. in ca. quanto. de iur. iur. & per tex. ibi & tenetur satisfacere personae, vel communitati, vel populo damnificatis. Idem de eo, qui monetam falsam recipit, & postmodum scienter eam expedit, tenetur restituere, & c. Si vero expendit monetam plumbeam, vel stagneam, debet puniri pœ. l. Cor. de fal. quae est deportationis, & omnium honorum publicationis, & c. de pœnis falsificantium monetas. Vnde Pan. in d. c. Quanto. haec enim non pertinent ad confessorem. At quomodo falsificetur, & quanti ponderis debeat esse, non est praesentis considerationis. Vide tamen Pano. in d. c. Quanto Tab. ibi. §. 7.

10 ¶ Radentes, vel tondentes monetas etiam subtiliter, sunt falsarij, & tenentur de damno, secundum Pan. in d. cap. Quanto, in glo.

11 ¶ Falsificans mensuras, vel pondera, ultra mortale peccatum, tenetur restituere damnum. c. 2. de emp. & ven. idem dic de vteute falsis scienter, & puniuntur. in cap. 2. de emp. & vend. l. Cornelia. ff. de fal.

12 ¶ Instrumenta confecta per notarium falsarium, post eius condemnationem commissam in officio tabellionatus non valent, secus ante condemnationem, etiam quod esset falsus, sed non condemnatus, vel condemnatus, sed non in tali officio, secundum Pa. in cap. fraternitatis, de hære. & Bar. in l. 1. ff. ad l. iur. repe. Quomodo autem instrumentum factum a notario reputerur falsum, vel non vide Pa. vbi supra, & an per abrasionem vitietur instrumentum, vide Glo. in d. cap. fraternitatis, & Pa. ibi, non. n. multum facit ad confessorem quid debeat facere notarius quando in margine instrumenti oportet aliquid scribere, vide Tab. ver. falsarius. §. 13. Arch. §. is itaque. 35. q. 1.

DE FAMA.

- 1 *Fama quid sit. & quid ad eam constituendam requiratur.*
- 2 *Fama quomodo probetur.*
- 3 *Famā appetere propter se pertinet ad inanem gloriam.*
- 4 *Non defendens famam suam, videtur mortaliter peccare.*

Fama à Barto. sic diffinitur, est communis opinio voce manifesta, ex suspitione proueniens. Intellige probabili, quia si non esset probabilis, sed certa, aut visa à populo, non esset fama, sed notorium, & manifestū. Not. quod nisi sit locutio, non est fama, quia dicitur à fando, vnde ad famā quatuor requiruntur. Primò, quòd sit communis opin. Secūdo, quòd sit ex suspitione probabili. Tertiò, quòd voce manifestetur. Quartò, quòd sit ab omnibus, vel maiori parte. Ideo dicta paucorum non infamant, secundum Panor. in ca. Tua. de spon. quamuis causent rurorem; qui in hoc differt à fama.

2 ¶ Ad probandam famam duo testes sufficiunt. ff. de testi. l. 3. quamuis admittatur probatio in contrarium, quæ si fuerit clarior, offuscatur effectus primæ. Infamia autem est læsæ dignitatis, qualitas, vita moribusque reprobata per argumentum à contrario.

Infamia quid.

3 ¶ Quia fama non est necessaria propter nos, sed propter alios, ideò eā appetere propter se pertinet ad inanem gloriam, sed propter alios ad caritatem pertinet. Ex S. Tho. 2. 3. quæ. 73. ar. 2. ne scandalizentur, & peccandi occasionem sumant.

Nota.

4 ¶ Quādo quis est inter tales, q̄ parati sunt prosequi diffamationē & ex non defensione famæ, debet sequi magnū detrimentum, si non defendit famam suam cum possit bono modo videri mortaliter peccare, & sic videtur loqui. ca. Non sunt audiendi. i. 1. q. 2. & c. Iubemus, de cō. d. 1. Si autem sumus inter tales, qui non sunt parati sequi diffamationem, sed tantum reprehendere, sufficit nobis cōscientia nostra. Et sic intellige cap. Quòd obest homini. i. 1. q. 3. Debet quilibet curare de bona fama, ne alij de eo scandalizentur, aliter peccat, maximè quando sunt tales personæ, quibus ex officio spectat providere saluti animarum, vt sunt prælati, infra Vindicatio per totum. Vide aliquid in ver. Scādalum. §. 5. & 6. Quomodo debeat restitui fama, infra Restitutio. §. 4. 1. Quando aliquod est certum, vel visum à populo, non est de eo fama, sed manifestum, & notoriū dicitur, vt quis publicè teneat mensam ad vsuram.

DE

DE FAMILIA.

- 1 *Paterfamilias ad quid teneatur.*
- 2 *Paterfamilias an teneatur de magnis impensis famuli infirmantis.*
- 3 *Famulus si promisit seruire per annum, si infirmus steterit pro maiori parte, an teneatur supplere transacto anno.*
- 4 *Famulus si promisit stare cum Socr. per annum & stetit per sex menses an poterit petere medietatem salarij.*
- 5 *Paterfamilias non valens corrigere famulos verbo, vel verberare, expulsiōe uti debet.*
- 6 *Famulus requisitus à superiore, vt reuelet delictum domini, an teneatur.*
- 7 *Paterfam. crudelis faciens iurare familiam de veritate dicēda, an sit ei parendum.*
- 8 *Si quis conuenit cum aliquo patrefa. coquere panes, vel lauare pānos, & c. pro tāta familia, an teneatur si augeatur.*
- 9 *Famulus si non conuenit cum domino de salario, quomodo debet dominus reddere ei mercedem.*
- 10 *Domino nolente famulo debitam mercedem soluere, si famulus subripiat tantum, quantum debet habere, an teneatur restituere.*

Paterfamilias tenetur administrare necessaria ad vitam, & ad disciplinam, tam verbo, quàm exemplo morum, & no. necesse. 47. di. Aliter mortaliter peccat, nisi aliqua circumstantia excuset, vt necessitas, & huiusmodi: & sic intellige. cap. Duo ista. 23. q. 4. Et eo modo tenetur ad disciplinam morum, sicut ad educationem corporalium, & non seruans, est infidelis, vt dicitur 1. Tim. 5. Qui curam suorum & maxime domesticorum non habet, fidem negauit, & c. nō solum de filiis intelligitur, sed etiam de alijs, & de vxore, & seruis.

2 ¶ Paterfamilias non tenetur de expensis magnis famuli infirmantis, quem salario conduxit, secundum Bar. in l. si cum dote. §. Sui autem. ff. Sol. mat. Si autem esset in extrema necessitate, teneretur ei, non vt famulo, sed vt pauperi ex præcepto charitatis. Quò autē ad salarium non tenetur secundum Io. An. Pan. & communiter doct. in c. 1. de cle. ægro. qui casus contingens in persona, quæ locauit operas suas, liberat conductorem à præstatione mercedis. l. Si vno. §. Item cum quidam. ff. loca. Quòd tamen limitat Panor. vbi supra quando salarium debetur tantum ratione personæ, & non ratione aliorum, vt si iudex, cui debetur salarium non tantum pro se, sed etiam ratione familiæ, quam tenet, etiam q̄ infirmatur,

Nota.

Ita tenetur pater ad disciplinam morum. sicut ad educationem.

G

5

infirmetur, debet habere salarium. l. Pecunia. in prin. ff. de de condi. ob cau. Si autem esset consuetudo ut etiam infirmanti famulo daretur salarium, seruanda est, sed secundum Saly. in l. Licet. C. loca.

3 ¶ Si promisit famulus seruire vno anno, & pro parte fuit infirmus, non tenetur transacto anno suplere tempus, secundum Gl. in c. Si propter de rescrip. lib. 6. ff. de sta. li. l. cum hæres. §. sticus.

4 ¶ Titius promisit stare per annum cum Socrate, & stetit tantum per sex menses, non poterit habere medietatem salarij, si hyeme stetit. secundum Bart. in l. diuortio. §. quod in ann. ff. so. ma. sed habebit ad arbitrium boni viri facta bona computatione, ergo si stetit in æstate tantum, habebit plus medietatis salarij ad arbitrium, & c. Argumentum à contrario.

5 ¶ Paterfamilias non valens verbo, nec verbere corrigere famulos, si expulsio, vel necessariorum negatio eis ad correctionem proficeret, debet illis vti. Ar. eorum que not. in c. Non omnes. §. q. 5. Secus si propter huiusmodi licentius peccaret, non tenetur expellere, sed faciat qui potest, quia excusatur. ca. Quorum licet. 47. d. & c. sequenti. Ad plus enim non tenetur quam sciat & possit.

Nota.

6 ¶ Famulus requisitus per obedientiam superiorum ut reuelet delictum domini sui, non tenetur, si criminaliter proceditur. c. Lege Iulia, el. 2. 4. q. 4. Secus si civiliter procedatur, dummodo ex hoc, nullum malum sibi immineat, quia nullus tenetur, cum suo malo bonum temporale proximi procurare. Aliter in denunciatione hæreticorum, vbi de bono spiritali agitur.

7 ¶ Si paterfamilias crudelis, faciat iurare familiam de veritate dicenda, non est ei parendum, secundum Dur. & illicitum fuit iuramentum. Si vero est mansuetus, & probabiliter creditur, quod non nisi rationabiliter procedet, tunc si potest probare, tenetur dicere veritatem. Si vero non potest probare, non debet reuelare, nisi ei qui potest prodesse, & non obesse. & si alio modo iurauit, iuramentum non tenet. Ar. c. Quisquis. 23. q. 4. §. Correctio. §. 7. & 8.

Nota.

8 ¶ Si quis conuenit cum aliquo paterfamilias coquere panes, vel lauare pannos, & c. pro tota familia determinata. ut puta pro 40. personis, aucta familia, vel diminuta, tenentur augere pretium, vel diminuere. Si vero numerus erat indeterminatus, ut sunt conuentus fratrum, qui aliquando sunt

plures,

plures, aliquando pauciores, non augebitur, neque minuetur salarium, licet plures, vel pauciores sint. Facit c. Quato, de cens. & Pa. ibi. Si tamē nimis grauaretur, per iudicis officium sibi prouidebitur, sed in conscientia non tenebitur prouidere tantæ multitudini, & e conuerso, neque conuentus tantum soluere, si notabiliter minuatur, quia contrariorum eadem est disciplina.

9 ¶ Si famulus non conuenit cum domino de salario, & erat consuetus locare operas suas, & dominus conducere famulos salariis, dominus soluet vsque ad summam salarij, quo alium fuisset conducturus. ar. l. Si non sortem. §. libertus. ff. de condi. Sed si conductus fuit pro mercede ad domini arbitrium, sic iudicio boni viri taxabitur, ut not. Arc. in cap. Sunt nonnulli. q. 1.

Nota.

10 ¶ Domino nolente famulo debitam mercedem soluere, si famulus occulte subripiat tantum, quantum debet habere, secundum Ric. in 4. sent. dist. 13. licet peccet in modo accipiendi, tamē non tenetur ad restitutionem. Ego autem dico, quod quando alio modo commodè non potest habere, si secretè sine scandalo, & periculo potest accipere, non peccat, quia non alienum, sed suum accipit, debet tamen si potest, agere prout iustitia exigit, si autem non potest est excusatus. Ab huiusmodi tamen acceptionibus abstinendum est propter scandala, quæ solent omni ex his, & homo non seruat sic semper iustitiæ æqualitatem.

DE FAMILIARITATE.

- 1 Familiaritas clericis cum mulieribus est prohibita.
- 2 Familiaritatem cum demonibus habere non licet.
- 3 Iudex an possit recusari propter familiaritatem magnam patris.

Familiaritas cum mulieribus clericis est prohibita, de cohabita. cleric. & mu. per totum, & c. interdixit. 32. dist. cum propter periculum tum propter scandalum.

2 ¶ Cum demonibus familiaritatem habere non licet secundum Th. 2. 2. q. 90. ar. 2. & 3. quia semper decipere conatur, ut dicit idem 1. q. 89. ar. 4.

Non licet habere familiaritatem cum demonibus.

3 ¶ Propter magnam familiaritatem iudex potest recusari, secundum Pan. in ca. insinuantes de offi. deleg. Fely. & Hof. familiares dicuntur consanguinei, colonus ascriptitius, mercenarius, filius in potestate, & breuiter habitantes in domo c. insinuante.

DE

DE FAVORIBVS HÆRETICORVM.

1 *Fautores hæreticorum, ipso iure sunt excommunicati.*

Fautores hæreticorum secundum Petr. de Pal. in 4. sent. qui aliquando fauent eis facto, mittendo alimoniam, vel huiusmodi. Vel verbo, vt dicendo: isti sunt boni viri, iniustum est eos persequi, &c. vel omissione, vt quando, hi qui potestate funguntur, omittunt eos capere, inquisitore, mandante, vel non fauendo inquisitori, & omnes tales ipso facto sunt excommunicati, sicut hæretici, quando. s. ostendunt vitium suum per aliquem actum exteriorem, vel etiã si omittunt facere, quæ tenentur, secundum Ar. in c. quicumque. de hæ. lib. 6. Item fautor est, qui ad requisitionem inquisitoris non reuelat, sed celat, & qui habet iuramentum reuelandi, & non reuelat. Item qui eos associant, visitant, præstant auxilium ad fugiendum opere, vel verbo fundentes preces pro eis, ne puniantur, intellige omnia supradicta, quando scienter faciunt, & sunt omnes excommunicati, per c. Vt inquisitionis, de hæ. lib. 6. §. prohibemus, §. Excommunicatio. 9. & 10. vide Tab. excommunicatio: 5. casu 4. §. 8. Fauere etiam criminosis hominibus, sine culpa esse non potest, cum illis audacius peccandi præstetur occasio.

DE FŒMINA.

1 *Fœmina ingrediens religionem an tonsurari possit.*

2 *Fœminis an liceat vti veste virili.*

3 *Fœminis quid prohibetur.*

Fœmina ingrediens religionem potest tonsurari, nec obstat c. Vxoratus de conuer. comu. Quia consuetudo etiam excusat. Illud c. non loquitur de tonsura, quæ dicitur clericalis sed de ea, quæ fit vsque ad aures capillos incidendo, & hoc prohibetur mulieribus volentibus in seculo remanere. capit. Si qua mulier. 30. dist. De ingredientibus veto religionem, loquitur Gl. in cle. attendentes, de sta. re. & eas nititur saluare ad consuetudinem. Remanentes verò in seculo, si tonsurantur ex superstitione, vel alio malo fine, mortaliter peccant, per c. Quicumque 30. vbi dicitur anathema sit, secus quando faceret ex necessitate aliqua, ex leuitate. quia cap. Quicumque, intelligitur secundum Arch. ibi, quando ex superstitione faciunt, vel alio fine. malo, qui sit mortalis.

2 ¶ Fœminis prohibetur vti veste virili, in d. c. Si qua mulier, & prohibetur non tanquam mortale de se, sed si hoc fa-

cit

cit malo fine, qui scit peccatum mortale, vt scilicet licentius vacet libidini, & huiusmodi, tunc mortaliter peccat. Et e converso, si vir veste muliebri vtatur eodem modo. Etiam propter scandalum posset esse mortale, à quo quilibet cauere semper tenetur.

3 ¶ Fœminis prohibetur primo prædicare, in c. mulier. d. 32. & docere publicè, quamuis monialis in suo capitulo possit exhortationem facere, sedendo. Secundo, audire confessiones, & aliis benedicere, in cap. noua. de pœ. & re. Tertio, tangere vasa sacra, & sacratas palas. eo. sacratas. 23. q. quanius Caiet. dicat, quòd post primam lotionem possunt tangere, & reperies, §. corporale. Quarto, incensum circa altare deferre, de conf. dist. 1. c. vestimenta. Quinto, accedere ad altare, & ministrare presbytero, vel intra cancellos stare. c. 1. de coh. cle. & mu. Sexto, exercere actum alicuius ordinis. in d. c. noua, iudicis, seu magistratus officium gerere, nisi in casibus, de quibus gloss. in §. 1. 15. q. 3. Septimo, postulare, vel procurare, nisi in propria causa, vel suorum, in d. §. 1. Octauo restitui, vel trahi ad iudicium causa ferendi testimonium contra eius voluntatem, in his, quæ in iure non exprimuntur. Nonò, accusare nisi in certis casibus, de quibus in d. §. 1. & multa alia prohibentur fœminis propter sexus infirmitatem, & facilem peccandi occasionem, quæ etiam nec detru-di pro aliquo debito, vel incarcerari possunt.

DE FESTIS, SIVE FERIIS.

1 *Festa feriæ dicuntur.*

2 *Feria multiplices sunt.*

3 *Appellatio potest interponi in solennibus ferijs, nõ autem prosequi, & alia facere vt hic.*

4 *Festa cur introducta.*

5 *Festa quædam licet de præcepto sint, si tamen consuetudo sit contraria, non seruantur, & num. 6.*

7 *Festa quædam licet in iure non præcipiantur, tamen si consuetudine seruantur, debent sub præcepto seruari.*

8 *Festorum principium, & finis secundum consuetudinem seruetur.*

9 *Peccatur tripliciter in die festo.*

10 *Missam omittens in die festo de præcepto mortaliter peccat.*

11 *Dicens officium, siue orationem, audiendo missam, an vtrique satisfaciatur.*

12 *Festis*

- 12 *Festis diebus an teneatur quis confiteri, &c. & num. 26.*
 13 *Seruilia opera violant diem festum, & qua. numer. 14. 15. 16. 17.*
 18 *Peccatum mortale circa festa quomodo cognoscitur. 19. 20. 21. 22. 23.*
 24 *Festa transferuntur, quo ad officium, non quo ad cessationem operum.*
 25 *Excommunicatio facta contra laborantes in aliquo festo, quomodo intelligenda.*
 27 *Sabbato an sit feriandum.*

Festa secundum Arch. Flo. i. par. tit. 9. c. 7. dicuntur feriae eo. s. quod praestant vacationem ab his, quae in foro iudiciali agi consueverunt.

2. ¶ Feriarum quaedam sunt repentinae, quaedam temporariae, quaedam solennes. Temporariae pro colligendis fructibus dantur tardius, & citius secundum diuersas regiones, in. cap. conquestus. de feri. & in his non potest esse processus iudicialis, nisi de partium consensu in d. cap. conquestus. in fin. repentinae dicuntur, quia repente indicuntur a solo principe, vt in l. omnes. C. eo. tit. & hoc, vel propter aliquam victoriam, vel aliud, solennia sunt festa instituta ab ecclesia, vt in d. cap. conquestus. vnde si princeps, vel ciuitas mandant festari aliquam diem sub certa poena, possunt poenam exigere, sed non ad peccatum obligare, quia ad eos non pertinet festa praecipere. Et his solennibus non fiunt iudicia, etiam de partium consensu, quia in honorem Dei facta sunt, secundum Pan. in cap. fin. de fer. Quae autem per arbitratorum fiunt de amabili compositione, possunt fieri in his feriis. De feria. c. 1. Talis enim pacis mediator est, nec seruile opus exercet.

3. ¶ In his etiam solennibus feriis appellatio potest interponi, sed persecutio non potest fieri, secundum Bart. in l. 1. C. eo. tit. possunt etiam fieri omnia, quae ad pacem pertinent, & pacta, & translationes. Facit cap. de fe. item quando res celeritatem exigit, semper potest fieri. ff. de dam. inf. l. 1. item quando pietas suadet, vt quia causa est miserabilium personarum, in d. cap. conquestus. Item punitiones, & quaestiones circa latrones semper possunt fieri. l. prouinciarum. C. eo. tit. Item quando periculum animarum est in mora. cap. praecipimus. 12. q. 1. Idem dicendum de inquisitionibus haereticae prauitatis. Item extra iudicialia vbi cessat strepitus iudicij, maxime periculum animae imminet.

Valent

Valent etiam instrumenta facta in talibus feriis, & actus voluntariae iurisdictionis, vt emancipare, contractus inire, iustitiam facere, seu scribere, & huiusmodi secundum Pan. in cap. fin. de fer. Index etiam potest absoluere, & excommunicare, vbi causae cognitio non requiritur, in l. actus. C. eo. tit. Et quamuis huiusmodi teneant, tamen facientes peccant, si ex auaritia faciunt, vel dimittant diuina, non autem ex pietate, vel necessitate, quia sic non violatur festum.

4. ¶ Festa introducta sunt in honorem Dei, in quibus abstinendum est ab operibus seruilibus, ex d. c. conquestus, & multis aliis c. colliguntur, & sunt haec, videlicet. Omnes dies Dominicales, Natiuitatis Christi, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, cum duobus diebus sequentibus immediate, Ascensionis, Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, Corporis Christi, quatuor festa S. Mariae, videlicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, & Natiuitatis. Natiuitatis Ioan. Bap. Duodecim Apost. quo ad festa principalia, & non quoad secundaria, vt est Cathedra S. Petr. & Ioan. ante portam Latinam, & c. Stephani, & Laurentij martyrum, Omnium Sanctorum, Inventionis S. Crucis: & haec vbi obseruari consuetum est.

5. ¶ In festis S. Michaelis de mense Septemb. S. Martini, S. Syluestri, Innoc. Dedicationis ecclesiae, & in quibuscunque aliis possumus nos consuetudini patriae conformare, quia quamuis praedicta sint praecipua non videntur vbique obseruari. Haec secundum Caiet. Adde etiam illa festa, quae episcopus cum clero & populo duxerit obseruanda: quia in illa dioecesi debent obseruari, non autem quando episcopus cum clero ordinat contradicere populo ex rationabili causa, secundum Panorm. in d. cap. conquestus. & de cons. dist. 3.

6. ¶ Festa, quae in iure non praecipuntur, tamen secundum communem consuetudinem vbique, vel alicubi seruantur, debent sub praecipuo seruari, si clarum sit dictam consuetudinem introductam esse non ex deuotione tantum, sed de obligatione praecipua, quod difficile est scire, & consequenter de mortali iudicare, sicut ex consuetudine potest introduci, vt ea, quae sunt de praecipuo, non sint de praecipuo, vt patet de tribus diebus rogationum, quae praecipuntur in dict. capit. conquestus. tamen non seruantur ex consuetudine, & eodem modo de Septimana Sancta. Nam

con-

Consuetudo legem efficit, & obligat in conscientia.

consuetudo legem efficit, & obligat etiam in conscientia.

7 ¶ De festo S. Martini, & inuentionis S. Crucis dicit Tab. quod sunt de præcepto, propter c. i. de cons. dist. 3. & c. Crucis ibidem, quæ per consuetudinem non sunt reprobata, sed magis declarata, & huic standum videtur.

8 ¶ Circa principium autem, & finem festorum, patriæ consuetudo seruetur. Et licet communiter festum de vespera ad vesperam seruetur, tamen si ars aliqua, vt futoria, vel barbitonsonia consuevit à media nocte in aliam mediam noctem celebrare festa, talis consuetudo secundum Caiet. ibi potest seruari. Concordare videtur Tab. ibi. §. 15.

9 ¶ Peccatur in die festo tripliciter, vel omittendo diuina præcepta pro tunc, vel faciendo opus seruale, vt committendo aliquid de prohibitis fieri talibus diebus.

10 ¶ Circa primum, omittens missam in die festo de præcepto, & c. mortaliter peccat, si sine rationabili causa facit: & per rationabilem causam intellige omne motiuum rationi consentaneum, etiam quod non sit vrgens, dummodo non adsit contemptus, & quando est minus sufficiens, peccatur venialiter. Non enim formaliter agitur contra præceptum, vt si omittatur missa propter seruitium infirmorum, vel pro custodia domus, vel puerorum, & huiusmodi, de quibus infra. ver. Missa. 29. 30. Et quia non solum corpore, sed etiam mente præsentem esse debemus missæ in festo, ideo si quis durante missa, occupat se mente ad alia cogitanda, vt de mercantia, de venereis & huiusmodi aduertenter, & notabiliter, non satisfaciat missæ: similiter fabulando cum aliis.

Debemus esse præsentem missæ, & corpore & mente. Non tenent hoc Christiani.

11 ¶ Dicere officium, vel aliam orationem, vel pœnitentiã, ad quæ quis tenetur ex præcepto, dum actualiter missa dicitur, non videtur satisfacere, quia sunt duæ obligationes requirentes mentis attentionem. Nam si vult attendere missæ, non potest officio attendere. Sed posito, quod non possit audire, vt quando dicit secreta, an tunc possit quis dicere dictum officium? Caiet. videtur dicere quod potest satisfacere vtrique obligationi, & quod non peccat mortaliter, sicut dum pulsatur organum in missa, quis potest dicere aliquod officium pro illo tempore. Hoc tamen non videtur simile, quia qui dixit Psalmum vnum in officio, dum pulsatur organum, non tenetur attendere tali pulsationi: sed potest se occupare in aliis, vsque ad tempus, quo dicendus est alius Psalmus. Et ideo magis teneo cum summa Syl. in ver. Missa,

Missæ, in si. vbi dicit quod audiens missam, ad quam de præcepto tenetur, simul eodem tempore non potest dicere horas, & c. quia ibi sunt duæ obligationes, quarum quælibet attentionem, & deuotionem exteriorem requirit: Arg. in cap. ex literis. de proba. cum ibi not. in ver. Vices duorum. Audire autem, vel non, aut sit missa propria, vel de mortuis, vel in propria parochia, vel extra, non cadit sub præcepto infra. Missa. §. 39.

12 ¶ Die festo non tenetur quis confiteri, neque vitatio peccatorum hoc præcepto mandatur, sed solus exterior cultus præcipitur, ideo circumstantia festi, non est circumstantia aliorum peccatorum necessaria, secundum Caiet. ibi nisi fieret in contemptum festi, tunc enim necessariò hæc circumstantia confitenda esset.

13 ¶ Secundò violator per opus seruale corporale, & non mysticum, & dicitur seruale, quia ad hoc seruos deputatos habemus. Hæc enim opera impediunt applicationem hominis ad diuina, & mortale peccatum inducunt talia opera facta in die festo. Horum autem operum quædam sunt ex suo genere seruilia, propria seruis, vt mechanica, & c. arare, suere, & c. quædam libera, vt artium liberalium exercitia, vt sonare, legere, scribere, quædam sunt communia liberis, & seruis, vt itinerare, & c.

Opus seruale duplex.

14 ¶ Prima sola opera seruilia prohibentur, reliqua licent, adeo vt etiam opera seruilia, quando transeunt in communia fiant licita. Transeunt autem propter necessitatem corporis, vel animæ, quandoque propriæ, vel alterius vt seruitia infirmiorum, mendicorum, aromatariorum, & huiusmodi, & propter damnum vitandum, vt quia timentur milites, vel tempestas, & huiusmodi, ideo oportet laborare: hoc in tam seruis, quàm liberis incumbit. Quantum vero ad tertium, quatuor ab ecclesia inueniuntur prohibita, quæ opera seruilia non sunt, videlicet, mercatum, placitum, iudicium ad mortem vel pœnam, iuramentum, nisi pro pace vel alia necessitate, vt in c. Omnes, de feri. de secundo, & tertio, supradictum est, quod non solum prohibentur (nisi vrgente necessitate, vel pietate) sed etiam processus, & sententia annullantur, in d. c. conquestus, ex Caiet. vbi supra.

Nota.

15 ¶ Quò ad primum, videlicet mercatum, duo possunt intelligi. Primò, nundinæ quæ bis, vel semel in anno fiunt secundum diuersitatem terrarum, vel mercata, quæ semel, H vel

vel bis hebdomada fiunt. Secundo, actum mercandi. s. emendi, vel vendendi. Si primo modo intelligas nundinas standum est consuetudini, per quam ius abrogatum est, cum prelati hoc sciunt, & tolerant. Si pro actu accipias in multis attendenda est consuetudo, quæ quasi ubique habet, ut ea, quæ diem consumuntur ad minutum, ut panes, carnes, herbaræ, & huiusmodi passim venduntur, & emuntur, & licitum est, nisi episcopus aliquid horum prohibeat, vel reprehendat. Ex Caie. supra.

16 ¶ Quò autem ad placitum, excusantur iudices rurales iudicantes rusticis secundum quasdam consuetudines suas, ne perdant diurnum laborem eis necessarium ad victum: cum pietatis causa hoc fit. De hoc supra. §. 14.

17 ¶ De iuramento intelligitur iudiciale esse prohibitum nisi pro pace, ut supra est dictum. §. 14. ut pro causa fidei, quæ etiam diebus festis agi potest, & consequenter iuramentum præstari.

18 ¶ Ad cognoscendum peccatum mortale circa festa dantur quædam regulæ, quæ etiam seruiunt in multis aliis. Prima est. Attendatur an quis habuerit voluntatem, seu intentionem violandi festum, quia tunc proculdubio mortaliter egit. Si non habuit intentionem, nec etiam fuit tam negligens, ut non curauerit saltem implicitè de obseruatione festi, non peccat mortaliter, neque in omittendo, neque in committendo, quia non propriè contra præceptum facit. Ex hac regula multos à mortali excusabis.

19 ¶ Secunda est, ut quantitatem consideres operis, parum enim pro nihilo reputatur. Ideo laborare parum, ut suere 20. puncta, & huiusmodi, non violat præceptum festi, & dimittendo aliquid missæ, parum, ut est introitus, vel Responsorium, vel simile. Immo dicit Caie. quòd recedentes communicato sacerdote, ante benedictionem, non peccant mortaliter, quia iam doctrina, & sacrificium missæ sunt completa, & non est pars notabilis missæ, quamuis quilibet benedictionem expectare debeat.

20 ¶ Tertia regula est, ut considerentur causæ excusantes opera facta in die festo, quæ sunt sex. Primò, si opera sunt secundum se ordinata ad diuinum cultum, ut portare cruces, sonare campanas, si autem non sunt per se ordinata ad diuinum cultum, sed per accidens, ut colere terras, vel ædificare domos ecclesiæ, ex hac causa non fiunt licita, ut consuetudo Christianorum testatur, nisi hoc fiat licitum propter pauper

paupertatem, & necessitatem alicuius ecclesiæ, de consensu episcopi, non tamen hoc consulendum, secundum Caie. ibi. Secundo, quando ex pietate fiunt, ut exercere pro miserabilibus iudicialia, sicut supradictum est. Alia autem opera pietatis, ut sepelire mortuos, &c. omni tempore fieri possunt. Quæ verò non sunt per se pietatis, in tantum sunt licita, in quantum ad pietatem ordinantur, & necessitas exigit, ut dictum est. Tertio, ex necessitate sui ipsius, vel proximi, siue animæ, siue corporis, siue Reipu. siue damni vitandi, de quibus supra. §. 14. Hi omnes excusantur, si audita missa, & vitato scandalo laborant. Quarto, ex coactione, quando coguntur à superioribus laborare, aliter eis graue malum, vel damnum, vel malum imminet propter quæ excusantur. Si tamen cogentur ad laborandum in vituperium, & iniuriam festi, vel Dei, non excusarentur, quia potius quis mori teneretur, quàm iniuriam Deo facere. Hoc enim esset facile. Quinto, ex lucro transitorio, ut in c. licet de se. siue sit pro capiendis piscibus, qui transeunt, siue pro aliis rebus repente occurrentibus, quæ alio tempore haberi non possunt, dummodo pars lucri ecclesiæ, & Christi pauperibus detur, ut in d. c. licet dicitur. Intellige quando causa lucri fit, si autem fiat piscatio gratia recreandi, non requiritur licentia, quod autem de lucri parte fiat elemosyna, est consilium, non præceptum, ut dicit Tab. ibi, §. 45.

21 ¶ Sextò, ex hoc quòd corporale opus, exercitiū est actus spiritualis, nec est opus seruale, neq; ab ecclesia prohibitum: vnde scribere ad discendum, docendum, consulendum, vel significandum alteri, legere theologiam, philosophiam, & alia, quæ non sunt prohibita, concilia facere, electiones, studere, disputare, & reliqua, quæ ita mentis opera sunt, ut non ad exteriorem materiam proficiscendum sit, licita sunt in festo fieri. Ex hoc excusa pictores, qui ut addiscant figuras ab alijs tractas pingunt, & puellule quæ recamaturas faciunt, ut addiscant, & qui designant in chartis, quæ postmodum volunt fabricare, vel fantasticantur de fiendis. Demum ex consuetudine generali, vel speciali populi Christiani in aliqua patria scita, tolerata, & non reprehensa à superioribus, ut supra dictum est, excusantur multi, ut coqui, tabernarij, nautæ, &c. quia consuetudo potest facere licitum de illicito, & econtra quò ad tempus, secundum Caie.

22 ¶ Quarta regula, Cauetas, ne iudices opus factum in festo licitum, vel illicitum, ex eo quòd fit, vel non fit merce-

Potius eligenda mors quàm Dei offensio. Nota.

Consuetudo potest facere de illicito licitum.

nariè, quia multa opera possunt fieri in die festo ob aliquam causam de antedictis, quòd si venale est, potest mercenariè fieri, nec propter hoc redditur seruale, vt diffusè declarat Caiet. 2. 2. q. 122.

Prima hoc hodie non fieret, sed ita inuoluit consuetudo, vt ferè ab omnibus obseruatur.

23 ¶ Quinta regula, licet ad euitandum mortale sufficiat audire missam, & cauere à seruis opere, tamè qui audit tantum missam in festo, reliquum autem tempus totum exponit in ludis, venationibus, & huiusmodi, grauius peccat, secundum Caiet. ibi, in summa, quia quantum in se est, festà Christiana ridiculo exponit, quod maximè tangit viros graues maiores, & dominos.

24 ¶ Quando transferuntur festà, vt in dominis quadagesimæ, transferuntur quo ad officium solum, non autem quò ad cessationem ab operibus seruilibus, secundum Ar. Flo, quia ecclesia statuit ea obseruanda illa die, qua occurrunt.

25 ¶ Si episcopus excommunicet omnes laborantes in aliquo festo, excommunicatio debet intelligi in casibus non licitis, & si exprimat, neque etiam in casibus licitis, tunc excommunicatio est nulla, quia continet intolerabilem errorem, vt supra dictum est, excommunicatio. §. 16. & est contra ius de feri. c. si. contra quod percipere non potest.

26 ¶ Tabiena in ver. Charitas. §. 20. dicit quòd quilibet existens in mortali, tenetur in die festo saltem semel confiteri de peccatis suis, aliter mortaliter peccat, & existens in gratia, referre se actualiter in Deum ex præcepto, Sil. verò in ver. Dominica. §. 6. tenet contrarium, & rationabilius, vt supra hic est determinatum, ideo sic tenendum, vt etiam tenet Caiet. ibi.

27 ¶ Sabbato non est feriandum, ne videamur iudaizare, nisi propter aliquod festum tunc occurrens, vt patet in cap. Peruenit. de conse. dist. 3. còtra quod quidam diebus nostris, sub fictione reuelationis facta à beata Maria Virgine, efficere volebant.

DE FEVDO.

1 Feudum quid sit, & c. remissiuè.

F Feudum, quia est materia pertinens potius ad forum seculare, quam ad confessores, prætermitto. Si quis tamen voluerit de hoc informari, vadat ad rubricas de feudis, videat summistas in suis locis. An religiosus succedat in feudum, vide Odofre. in auth. ingressio. C. de sac. san. eccl.

DE

DE F I C T I O N E.

- 1 Fingere aliquid quod non est, an peccatum.
- 2 Fictio in sacramentis peccatum mortale est.
- 3 Fingere ad aliquid significandum.

F Ingere aliquid, est ostendere dicto, vel facto, quod non est in rei veritate, est speciale peccatum virtuti veritatis oppositum, si ex hac intentione fiat, secundum Th. 4. sen. dist. 4. q. 3. ar. 1. quol. 2. ad 1. & potest esse peccatum mortale secundum intentionem fingentis, & nocentur sibi, vel proximo illatum, sicut de mendacio dicitur, infra Simulatio §. 1.

1 ¶ Fictio in sacramentis peccatum mortale est, quia sacrilegium committitur, cum fiat notabilis iniuria sacramento, vt cum quis fingit confiteri, vel consecrare.

3 ¶ Fingere ad aliquid significandum, maximè vtile animæ, non est contra veritatem, & consequenter nec peccatum, sicut quando Christus finxit se longius ire, & vt sæpe faciunt prædicatores, j. Simulatio. §. 1. Non est idem fictio iuris, & præsumptio, quia primum, cum veritate stare non potest, secundum verò sic. C. de rei vxo. act. l. vnica.

DE F I D E I V S S O R E.

- 1 Fideiussor quis sit.
- 2 Fideiubere quis possit.
- 3 Clericus an fideiubere possit, & an religiosus. no. 4.
- 5 Fideiussor transit ad heredes.
- 6 Promittens aliquem presentare, & ille fugiat, an teneatur.
- 7 Reus decapitandus si fugiat, eius fideiussor an decapitabitur.
- 8 Fideiussor non potest constitui in causa, vbi pœna corporalis veniat infligenda.
- 9 Fideiussores plures insolidum possunt ante litem contestatam petere diuidi debitum.
- 10 Fideiussor conueniri non potest, presente debitore principali, & indiscusso.
- 11 Fideiussori tenetur creditor credere actiones, quas habet contra eum pro quo fideiussit.
- 12 Debitor tenetur fideiussori de omni damno.
- 13 Fideiussor si soluit vsuras creditori sine consensu debitoris, an eas repetere possit.
- 14 Fideiussor an teneatur vltra terminum præfixum in obligatione.
- 15 Fideiussori licitum est aliquid accipere à debitore vltra sortem ratione periculi.
- 16 Fideiussor quando possit agere contra debitorem.

HI 3

Fide.

Fideiussor est, qui alienam obligationem in suam fidem recipit, principali tamē manēte obligato. Inst. eo. ti. in prin.

2 ¶ Fideiubere potest quilibet habens suorum bonorum liberam administrationem, unde mulier non potest pro viro fideiubere. ff. ad sen. consul. Velle. l. 2. in glo. neque etiam pro altero. l. Quamuis. ff. ad Velle. nisi in sex casibus, qui ibi ponuntur à Tab. ibi. §. 1.

3 ¶ Clericus nullo modo secundum veriore opinionem potest pro laico fideiubere. c. 1. e. tit. & 11. q. 1. r. c. Te quidē, in tex. & in glo. nisi in casu necessitatis, in quo obligaretur subuenire indigenti. ca. Videntes. 12. q. 1. Pro ecclesia tamen, vel pro alio clerico potest, vt in cap. 2. eo. tit. & si fideiubeat, obligatur. ca. peruenit eo. tit. tamen de proprio patrimonio, vel redditibus beneficij quos fecit suos, non autem in præiudicium ecclesiæ, vt limitat Host.

4 ¶ Fideiubere non potest religiosus, in cap. pe. eo. ti. etiam si esset Abbas, nisi hoc fiat de licentia abbatis, & assensu maioris partis capituli, vt ibidem. Non enim habet aliquod proprium, de quo possit disponere.

5 ¶ Hæres fideiussoris obligatur, sicut & fideiussor. l. potest accipi. ff. de fideiussor. Et quia successor prælati, non est eius hæres, ideò non tenetur. arg. eorum, quæ dicuntur secundū Host. supra, quia non est in præiudicium ecclesiæ.

6 ¶ Socrates promiserat præsentare Titium sub pœna C. ducatorum: postmodum Titius commisit crimen, pro quo fuit damnatus ad mortem vel bannitus, & ipse fugit, si Socrates fuit in dolo, vel lata culpa respectu maleficij postea perpetrati, in conscientia tenebitur damno proximi, secus si non fuit in culpa. Talis casus Bononiæ accidit, ita fuit conclusum, vt no. Tab. ibi. §. 5. Et est casus in l. sed & si quis rei. ff. si quis cau. in principio.

7 ¶ Si reus decapitandus fugiat, qui pro eo fideiussit nō decapitabitur, si non fuit in dolo, sed pecunialiter punietur, secundum Cy. in l. Ad Commentariensem. C. de custo. reo. si autem fuit in dolo, punietur pœna arbitraria, glo. in c. Cū homo. 23. q. 5. sed si habuerit ex officio custodiam eadē pœna punietur, si est in dolo, vel si ex eius nimia negligentia fugit, vt in d. l. Cōmentariensem.

8 ¶ In causâ criminali, in qua pœna corporalis venit imponenda, nullus potest interponere fideiussorem, secundū Pan. in rub. de fideiussor. Et sic intelligitur cap. Si clericos, de sent.

sent. ex lib. 6. secus quando talis pœna non venit imponenda. Et est bonus textus in d. c. Cum homo, & in glo.

9 ¶ Cum plures sunt fideiussores in solidum, si sunt omnes presentes, & soluendo, & postulent inter eos debitum diuidi ante litem contestatam, possunt hoc beneficio Adriani posito. C. de cōsti. pecu. l. Diui Adriani vt, nisi illi renuntiauerint, secundum Pan. in c. Peruenit, eo. ti. ff. eo. l. Si dubitet. §. si plures.

10 ¶ Præsentate debitore principali, & indiscusso, fideiussor non potest conueniri, secundum Pan. in d. cap. Peruenit. nisi debitor notoriè sit non soluendo, vel non possit conueniri. Authen. præsentate. C. eo. Et nisi renuntiauerit huic beneficio, vt C. de duo. re. sti. authen. Hoc ita.

11 ¶ Creditor tenetur cedere fideiussori actiones suas, quas habet cōtra eum, pro quo fideiussit, aliter potest ei denegare solutionem debiti. l. Modestissimus. ff. de solu. & l. fideiussoribus. ff. eo. tit.

12 ¶ Debitor tenetur fideiussori de omni damno, quod ei euenit ex sua culpa propter fideiussionem de fo. compe. c. fi. & c. 2. & 3. ed. tit. quia officium suum nulli debet esse dānosum. ff. de fur. l. si seruus communis.

13 ¶ Si fideiussor soluat creditori vsuras sine obligatione, & consensu debitoris, & coactione, non poterit repetere à debitore. Sibi enim imputeretur, si fecit, quod non debuit facere, secundum Pan. in d. c. 2. Si autem etiam fideiussit, vel cum iuramento, vel sine, soluere vsuras sciente, & consentiente debitore in conscientia repetere potest à debitore, si soluerit coactè siue sponte, nisi soluerit in fraudem, vt scilicet faueret vsurario, & imputeretur ipsi debitori: qui sic fideiubere fecit de vsuris, quicquid sit in foro ciuili. Debit enim opponere exceptionem, quando cogebatur soluere.

14 ¶ Si fideiussor vsque ad certū terminum promisit pro debitore, & creditor prolonget terminum debitori absque noua promissione fideiussoris, transacto illo certo termino, fideiussor liberatur, secundum Pan. in cap. Constitutus. eo. Secus si obligatio absoluta, quia tenebitur etiam pro rogato termino debiti: Ar. in c. Cum dilecti. de do. & l. Celsus. ff. de arbitris.

15 ¶ Licitum est fideiussori aliquid moderatum accipere à debitore ultra sortem, ratione periculi, vel laboris, sine nota vsuræ, quia hic non est mutuum, nō autem ratione facti scilicet quia fideiubet, quia tunc esset res iniqua, & multo

minus licet, si adsit fraus, ut quādo cōuenit, cum creditore, ne credat sine fideiussore, ut ex hoc fideiubendo lucretur aliquid, quōd proculdubio dolum innuit.

16 ¶ Fideiussor in tribus casibus potest agere contra debitorem, ut liberet eum ante solutionem, ut elicit Gl. ex rex. d. c. si. eo. tit. ut si diu in debiti solutione stetit. Si debitor bona sua dissipare incipit, si condemnatus super fideiussione fuit, si que ab initio sic conuentum est.

D E F I D E.

- 1 Fides quomodo sit necessaria ad salutem remissione.
- 2 Nullus potest se excusare, quōd nō credit, quia non habet instructorem.
- 3 Articuli fidei pertinent ad fidem directē.
- 4 Dubia de fide determinare pertinet ad Papam.
- 5 Papa an possit errare.
- 6 Errans in his quæ sunt fidei cū pertinacia, mortaliter peccat.
- 7 Fidei confessio quando obliget. & nu. 8.
- 9 Faciens ex aliquo timore actum denotantem infidelitatem, an peccet mortaliter.

Fides quomodo sit necessaria ad salutem, & quid explicitē de necessitate sit credendum, s̄. Credere. §. 1. & 3.

Deus non deficit in necessariis.

2 ¶ Nullus potest se excusare, si non credit, quia non habet instructorē, quia si faceret, quod in se est, Deus, qui non deficit in necessariis, mitteret instructorem aliquē, sed quia non facit quod potest, ideo peccat, & sic si nō credit, imputetur sibi, quia posuit obicem peccando, non faciendo quod facere debuit, secundum Thom. ad Ro. c. 11. lec. 3. col. 2.

L. 116. 22.

3 ¶ Ad fidem pertinent articuli fidei directē, secundum Th. 2. 2. q. 12. ar. 2. & omnia quæ sunt in sacra scriptura per accidens, tanquam prædictorum declaratiua, ibi. artic. 6. ad 1. Et omnia, quæ sunt in doctrina Ecclesiæ, ibi. quæ. 5. quia. Ecclesia vniuersalis in his, quæ sunt fidei errare non potest, ut dicit Pan. in c. A nobis. de sen. exscriptum est enim. Ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. In aliis autē errare potest ecclesia vniuersalis, idest concilium. ut est tex. clarus in d. c. A nobis. vnde dictum Hier. prælatum fuit sententiæ cōcilij, ut patet in c. Tria. 36. q. 2. & cap. placuit. Non autem circa mores bonos potest finaliter errare statuendo, & ordinādo decreta, secundum Tho. quodl. 9. q. vlt. Errare etiam potest in particularibus factis hominum, & iudiciis.

4 ¶ Edere Symbola fidei contra insurgentes hæreses, & determina

determinare dubia in fide, ad Papam pertinet, ut dicit Th. 2. 2. q. 1. & Ar. Flo. 4. par. tit. 8. quia ipse toti ecclesiæ præest, cuius auctoritate cōgregatur synodus, & eius sententia firmatur, & sine eo congregari non potest. Tho. in opusculo contra impu. reli.

5 ¶ Errare potest etiam Papa, quia potest effici hæreticus, sicut Anastasius. d. 19. cap. Anastasius. Et de facto errauit Nicolaus Papa, in illa constitutione. Exiit de verō. sig. dicens Christum & Apostolos nihil habuisse in communi, quantum ad dominium, quæ constitutio postmodum fuit reuocata per Io. 2. 2. per extrauagantem, quæ incipit, Quia nunquam, & c. tamen Papa ut caput ecclesiæ, idest vtēs suorum membrorum auxilio, per consilia & orationes, & faciēdo quod in se est, errare non potest, quia sic sequitur motū spiritus sancti, à quo mouetur, quia spiritus sanctus errare non potest, & consequenter ecclesia, quam regit.

6 ¶ Erras in his quæ sunt fidei, etiā subtilitatibus cū pertinacia, mortaliter peccat, & est hæretic⁹, & sic intelligit Spe. in ti. de her. & c. schisma. 2. 4. q. 1. Si autē errat sine pertinacia, paratus corrigi circa ea, quæ non tenentur explicitē credere, non peccat mortaliter, nec est hæreticus, & sic intelligit S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 6. ad 2.

7 ¶ Fidei confessio cū sit præceptum affirmatiuum, obligat pro loco & tempore, & non semper. Obligat quando propter eius omissionem debitus Deo honor, vel utilitas proximi impēdenda subtraheretur, ut cum quis interrogatus de fide taceret, & propter hoc crederetur, quod ipse non esset Christianus, vel quod fides non esset vera, vel alij à fide auerterentur, secundum Thom. 2. 2. q. 3. ar. 2. in quo casu tenetur quis confiteri etiam morte imminente.

8 ¶ Si turbatio infidelium oriatur de cōfessione fidei manifesta, absq; aliqua utilitate fidei, vel fideiū, in tali casu fidē publicē confiteri non est laudabile. Secus quando aliqua speratur utilitas, vel adest necessitas, iuxta illud, Sinite illos (s. turbari) quia cæci sunt, & duces cæcorum. facit ea. In mandatis. 43. dist.

9 ¶ Faciens ex aliquo timore, actum significantem distinctē infidelitatem, ut immolando idolo, vel portando vestē designatam ad aliquod determinatum signum infidelitatis, & huiusmodi, peccat mortaliter, ut in cap. sicut, satius est mori, quam ut idolothyto. Secus quando non determinatē signaret infidelitatem, & sicut S. Sebastianus ex bono zelo,

H s clamide

clamide militari utebatur. Concordat. Caiet. 2. 1. q. 12. ar. 1. ad 2. §. Apostasia. §. 1. j. Infidelitas. §. 13. nullus timor etiam cadens in constantem excusat à confessione fidei modo dictor nam propter Dei honorem vitā quilibet tenetur exponere

DE FILIO.

- 1 *Filij contra parentes quomodo peccent.*
- 2 *Filiorum differentia.*
- 3 *Filij adoptivi an patri succedant.*
- 4 *Filij legitimi, & naturales semper succedunt.*
- 5 *Filij spirituales in nullo succedunt.*
- 6 *Filij naturales tantum an succedant ab intestato.*
- 7 *Filij spurij an succedant in aliquo, & an eis possit aliquid relinquere. nu. 8.*
- 9 *Filij nati ex concubina an nati succedant cum legitimis.*
- 10 *Filij spurij an heredes relinquere possint.*
- 11 *Filius naturalis quomodo persequens matrimonium efficiatur legitimus.*
- 12 *Filius naturalis tantum si nascatur & antequam persequens matrimonium legitimetur nascatur legitimus, & naturalis an succedet.*
- 13 *Filij nati ex matrimonio ignoranter cum coniugata contractum sunt legitimi.*
- 14 *Filij ex clandestino matrimonio nati an probato matrimonio, legitimi.*
- 15 *Filius natus de sponsa de futuro, an nullo existente impedimento, sit legitimus.*
- 16 *Filius si communiter reputatur legitimus, an teneatur credere matri dicenti illum spurium.*
- 17 *Parentes aliquem nominantes, & tractantes, ut filium, constituunt eum in possessionem filiationis.*
- 18 *Filius non est illegitimus licet tempore generationis ipsius probetur matrem commisisse adulterium.*
- 19 *Filius & filia possunt nubere sine licentia patris.*
- 20 *Filius fam. vivente matre emancipatus an acquirat usum fructum in bonis ipsius.*
- 21 *Filius quomodo possit agere contra patrem.*
- 22 *Filij tenentur parentes amare, & quomodo.*
- 23 *Filius si incipiat studere de tacita voluntate patris vel expressa, tenebitur pater ei subvenire.*
- 24 *Filius natus tempore novem mensium ex muliere nupta secundo die post interfectum maritum cui succedet.*

Filij

Filij contra parentes communiter peccant. Primò per irreverentiam, quæ si notabilis est, peccatum impietatis, & mortale est. Secundò, per inobedientiam dum contemnunt obedire in his, in quibus parentibus subiiciuntur, ut quo ad domesticam gubernationem, & morum instructionem, & si de re importanti mortaliter peccant. Tertiò, omittendo subvenire parentibus in necessitatis articulo, si possunt, tunc enim mortaliter, impiè agunt. Hæc secundū Caiet. ibi summa. Peccant quando parentes propter paupertatem, vel huiusmodi, pro parentibus non cognoscunt.

2 ¶ Filiorum, quidam, secundum Pan. in cap. Tanta, qui si sint legitimi tantum, ut adoptivi, & arrogati, quidam legitimi, & naturales, ut nati ex legitimo, vel putato legitimo matrimonio, quidam spirituales, & legitimi, qui. s. suscipiuntur de Baptismo, vel chrismate. Quidam sunt naturales tantum, ut nati ex concubina retenta in domo loco vxoris, & hi secundū leges non dicuntur spurij. Quidam dicuntur spurij, qui. s. aliter ex damnato concubitu nascuntur.

3 ¶ Primi. s. adoptivi filij, si emancipentur, à parte legitimo. i. adoptante legitime in nullo ipsi patri succedunt, sed si non sunt emancipati, succedunt vnà cum aliis legitimis, & naturalibus. ff. de adop. l. si pater. §. 2. ii.

4 ¶ Secundi autem. s. filij legitimi, & naturales parentibus succedunt ab intestato, & ipsi præferuntur, &c. auth. de here. quæ ab intest. defe.

5 ¶ Tertij. s. spirituales, & legitimi, in nihilo paritibus spiritualibus succedunt, cum hoc nullo iure sit cautum, nec sit in usu.

6 ¶ Quarti. s. filij naturales tantum, succedunt patri ab intestato in duabus vnciis totius hæreditatis, id est, in sexta parte, ex quibus matri medietas debetur, dum modo non constent filij legitimi, &c. auth. licet patri. C. de na. lib. Si autem filij legitimi existant, quid possit eis relinquere, vide C. de na. lib. l. matre.

7 ¶ Quinti. s. filij spurij nati ex coitu damnato, lege civili in nihilo patri succedunt, & secundum leges civiles eis denegantur alimenta, non autem de iure canonico, supra, Alimentum. §. 6. No. secundum Azo. quia ratio par est filiorum ad patres, & patrum ad filios, & eadem pietas, quòd quando, & in quantum filij naturales parentibus succedunt, ita & in tantum, & totiens parentes naturales filiis debent succedere.

¶ Spirituales

8 ¶ Spuriis potest aliquid relinqui à patre propter alimentata, & dotem, secundum Pan. §.

9 ¶ Filij nati ex concubina etiam illustri, succedunt matri, pariter cum legitimis. Inst. de success. cogn. & l. si qua illustris. C. ad orph. Si vero non sunt nati ex concubina, sed vulgo quæsit, & non ex damnato coitu, succedunt matri cum aliis legitimis, nisi mater sit illustris, ut in d. l. si qua illustris. Si autem sunt nati ex coitu damnato in nihilo succedunt etiam matri. Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Et idem dic e converso, quod parentes non succedunt filiis eo casu, quo filij non succedunt parentibus, secundum Bar. in l. si gener. ff. qui ut, in d. Pa. in d. c. tanta.

10 ¶ Parentes non possunt relinquere hæredes filios spurios secundum gloss. in cap. per venerabilem, qui fil. sint legi. extranei tamen non possunt eos instituere secundum Pan. in c. cū haberet de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. quia non prohibentur nisi parentes, ut not. glo. auth. quibus monatu. eff. sui. Omnia namque, quæ prohibita non sunt, expressè licent.

11 ¶ Filius naturalis tantum, siue ex concubina, siue ex alia genitus, si tempore quo fuit genitus, inter parentes poterat esse matrimonium absque omni impedimento, etiam non reuocabili sine dispensatione ecclesiæ, per sequens matrimonium erit legitimus, secundum Pa. in d. cap. tanta. Ino etiam si tempore generationis non potuit esse matrimonium, propter aliquod impedimentum, quod tempore Natiuitatis fuerat sublatum, ut in cap. caue. 28. q. 1. Nec requiritur instrumentum dotale, ut videtur innuere text. Inst. de nup. §. aliquando. & per d. cap. tanta, & sic practicatur, nec obstat si tempore intermedio cum alia matrimonium contraheret, ut not. ibi Panorm. Et non repellitur ab hæreditate, per c. causam, eod. tit. & est legitimus quod ad omnia secundum gl. in d. c. tanta. Et succedit etiam in feudum, secundum Pa. in d. glo. 1. Non autem sic de legitimatis per rescriptum, ut in c. per naturales, in lib. feu. tit. si de feu. contr. q. & Pan. placet.

12 ¶ Si filius naturalis tantum nascatur, & antequam per sequens matrimonium legitimetur, nascatur legitimus, & naturalis, & in hæreditate non succedat nisi primus, secundum Ioan. And. succedit legitimè natus, quia antequam alius fuisset legitimatus iam erat acquisitum ius legitimè nato, qui quamuis sit secundus, quo ad natiuitatem, est
tamen

tamen primus quo ad legitimationem.

13 ¶ Si quis ignoranter cum coniugata matrimonium contraxit, filij nati erunt legitimi, ut in c. ex timore, qui fil. sint leg. Secus si non interuenit matrimonium, quia in primo casu dabat operam rei licitæ, non autem in secundo, etiam quod postmodum sequatur matrimonium inter eos, quia tempore quo nati sunt, non potuit esse coniugium inter eos.

14 ¶ Nati ex matrimonio clandestino, nullo existente impedimento, post approbationem erunt legitimi. Probantur in cap. 2. de clan. despon. Aliqui tenent, quod etiam sunt legitimi existente impedimento, post publicationem remoto impedimento, quia tempore intermedio probatum est filios esse legitimos. Vnde tamen c. si. de cla. despon. §. si quis. quia videtur ibi text. expressus. Hoc tenet Ioan. And. & Butr. Sil. ibi. §. 8.

15 ¶ Natus de sponsa de futuro, nullo existente impedimento, est legitimus secundum Pa. in c. per tuas. qui fil. sint le. aliter si sit impedimentum. Intellige post publicationem. Vide Sil. ver. Legitimus, in pr. & ver. filius. §. 8.

16 ¶ Filius qui communiter reputatur legitimus, an teneatur credere matri dicenti illum esse spurium, ut cedat hæreditati: supra. Adulterium. §. 9.

17 ¶ Si parentes nominent aliquem, & tractent ut filium, etiam quod natus sit extra domum, huiusmodi nominatio, & tractatio, constituit eum in possessionem filiationis secundum Pan. in d. cap. per tuas, & probant filiationem, imò sola fama, secundum Butr. in cap. transmissæ, qui fil. sint leg. si nihil probetur in contrarium, sufficit ad probandum filiationem.

18 ¶ Si probetur matrem Titij commisisse adulteriū tempore quo Titius est generatus, non propter hoc Titius reputabitur illegitimus, si maritus eius secum habitabat, secundum Pan. in d. c. per tuas, & c. Transmissæ, quia cum possit esse legitimus, debemus favore filij præsumere, quod sit filius mariti, secus si erat absens tanto tempore, quod non potuisset generare. Idem dic de filio concubinæ in domo retentæ, quia præsumitur filius concubinarij, secundum gl. in c. Michaël. de ii. presby. nisi contrarium sufficienter probetur.

19 ¶ Filius, & filia possunt nubere sine licentia patris, quamuis non deceat, secundum Thom. 4. sen. dist. 29. art. 4. & 2. 2. q. 104. ar. 5. supra. Dos. §. 6.

20 ¶ Filius

*Hodienon
valet,
quoniam
matrimo-
nium huius-
modi pe-
nitus sunt
abolita.
Nota.*

20 ¶ Filiusfamilias, viuentē matre, emancipatus, acquirit vsumfructum in maternis bonis pro media parte, si est vnus filius, & pater pro alia post mortem patris. C. de bo. mater. l. si viua mater. Idem dic de nepotibus, & pronepotibus. Idem dic etiam, si sunt plures filij, quia pro medietate simul cum patre, sed non emancipatorum vsumfructus apud patrem remanebit, vt in dicta l. si viua. Et hoc non habet locum in bonis aduentitijs, secundum gloss. in d. l. si viua, sed maternis tantum.

21 ¶ Quomodo filius possit agere contra patrem, vide Pa. in c. non est, de spon. & gl. in c. quæretur. 2. q. 7. concluditur quod sic ratione peccati, aliàs, non est admittendus.

21 ¶ Filij tenentur parentes amare non solum corde, sed etiam signo extrinseco: nec à mortali excusantur, quia nunquam parentibus signum amoris ostensunt, sed semper dure loquuntur, & videntur eos odire, quia dicit Hie. lib. de honore parentum: redde amoris vicem. Nā sic agendo, contristant parentes, quod est contra caritatem, & pietatem.

23 ¶ Si filius de voluntate patris tacita, vel expressa incipiat studere, cogetur pater etiam nolens subuenire in necessarijs ad studium, secundum gl. c. ad Mace. l. Macedoniani, nisi ingenij obtusitas obstet, secundum Bald. ibi. Secus si expressè cum causa rationabili prohibuisset.

24 ¶ Berta hodie remansit vidua, viro eius interfecto, altera die accipit maritum, & tempore nouem mensium, vel circa, peperit filiū, quæritur cui succedet, vel primo marito, vel secundo, cum æqualiter vtriusque esse possit: ego dicerem cum Iacob. de Bel. quod succedet illi, cui magis assimilatur, quia vt pluribus filij parentibus assimilantur, & sic per bonas coniecturas proceditur. Si vero nullo probabili modo in notitiam veritatis venire potest, erit eius, in cuius domo natus est. Vel fortè posset dici, quod hæreditas vtraque æqualiter pertinebit ad arbitrium principis, cum non appareat cui magis succedere debeat. Bart. autem reprobatur responsionem de assimilatione: dicerem tamen, quod ex omnibus coniecturis simul iunctis iudicandum esset. Sil. ibi. §. 17.

DE F O R N I C A T I O N E .

1 Fornicatio tripliciter capitur.

2 Fornicatio ex ignorantia excusari non potest.

Fornicatio tripliciter capitur, vno pro omni peccato, secundum Thom. 2. 2. q. 151. art. 2. alio modo spiritualiter pro

pro idololatria. Hierem. 5. Tu autem fornicata es, &c. Tertio, pro omni illicito coitu. c. meretrices. 32. quæstio. 3. Propriè tamen accipitur vt distinguitur contra alias species luxuriæ, & est concubitus naturalis soluti cum soluta omni vinculo, etiam ordinis, & voti, & est peccatum mortale, quia separat à regno Dei, vt dicitur Gal. 5. Est tamen minus alijs speciebus luxuriæ. Quia minus de inordinato, & innaturali habet.

2 ¶ Nullus fornicando excusari potest ex ignorantia, cum hoc sit contra ius naturale, cuius ignorantia neminem excusat. 1. q. 4. per totum. Et totiens quotiens quis ad meretricem accedit, peccat mortaliter. Similiter inducens aliquem ad hoc mortaliter agit, infra Luxuria. §. 1. De clerico fornicatio, supra, Clericus. §. 11. 13. Quomodo filij ex fornicatione nati legitimentur, per sequens matrimonium, supra, Filius. §. 11.

Fornicatio simplex est minus peccatū alijs speciebus luxuriæ.

D E F O R O .

1 Forum quid sit.

2 Forum quomodo quis regulariter sortiatur.

Forum masculini generis, locus est vbi iudicium exercetur, cap. Forus. de re. iur. & sic communiter in iure capitur. Quando vero est generis neutri, vt forum, signat territorium iudicis, vbi habet potestatem in sceleratos. l. pupillis. §. territorium. ff. eo. Quandoque notat locum nundinarum, secundum Pan. in c. Forus. Vnde dicitur forum rerum venialium.

2 ¶ Forum sortitur regulariter quis secundum glo. in c. 1. 3. q. 6. vel per contractum. ff. de iud. l. hæres, vel propter crimē, in d. c. 1. Vel quia reus, quia actor debet sequi forum rei. cap. Neminem. 3. q. 6. Vel propter rem. c. Sane. de fo. compet. vel propter religionem, vt causa iuris patronatus, & decimarum cap. Quanto. de iudi. vel propter virum, quia vxor forum viri sequitur. l. pe. ff. de iur. om. iudi. & propter multa alia. Vide. 3. q. 6. & de fo. compe. ibi sunt multa. c. Ad hoc. Vnde versus.

*Contractus, crimen, reus, & res, religioque,
Vir ratio similis, vel procurat, atque recusat.*

D E F R A V D E .

1 Fraus quandoque mortale peccatum est, quandoque veniale.

2 Fraus, & dolus nemini debent patrocinari.

3 Fraus

3 *Fraus commissa in legem, est peccatum mortale.*

4 *Fraus non fit scienti, & consentienti.*

Differen-
sia inter
fraudem,
& doli.
Fraus ad modum mendacij peccatum dicit, quæ si sit perniciofa in damnum proximi notabile, est mortalis: Secus si circa minimum, aut si iocosa, vel officiosa, vel præter intentionem, tunc in his est venialis. Cum tamen aduertit, tenetur damnum refarcire, & remedium apponere si potest famæ propriæ, ne de eo tanquam de dolofo scandalizentur. Aliter grauitè peccaret, præbendo scandali materiam proximo.

2 ¶ *Fraus, & dolus nemini debent patrocinari, in cap. ex timore, de rescrip.*

3 ¶ *Fraus commissa in legem, vt de persona ad personam de vna re ad aliam, de vno contractu ad alium, & huiusmodi, non est sine peccato, quia præuaticatur lex. Facit no. in c. Intelligentia, de verb. sign. & c. Quanto de priui.*

4 ¶ *Fraus fieri non dicitur scienti, & consentienti. l. nemo. ff. de regu. iur. supra doli. Vide aliquid de hac materia. Quia parum differunt. Nam fraus principaliter in factis est dolus in verbis.*

DE FRIGIDIS.

1 *Frigiditas quomodo impediatur matrimonium remissiuè.*

Frigiditas quomodo impediatur matrimonium, vide infra matrimonium. §. 47. 45. siue sit secundum temporis conditionem, vt in sene, siue secundum materiæ complexionem.

DE FRVCTV.

1 *Fructuum genera quæ sint.*

2 *Fructus percepti bona fide an restituendi.*

3 *Fructus qui dicantur.*

Fructus in corporalibus de quo loquuntur canonistæ quidam, secundum Bar. in l. ex diuerso. C. de rei ven. sunt naturales, vt nuges, pira, &c. Alij sunt partim naturales partim industriales, vt lana, segetes, &c. Alij dicuntur industriales, vt qui acquiruntur ex negotiatione, vel artificio, alij vero, qui non proueniunt ex re, dicuntur ciuiles, vt est pensio domus, vel huiusmodi. l. si naues. ff. de rei ven. Et horum quidam sunt honestè percepti, quidam inhonestè, vt si locauit domum meretrici, vel publico vsurario ad talia officia exercenda. l. Ancillarum. ff. de per. hære. Fructus percepti bona fide vt colligitur ex cap. Grauis. de re. spo. siue naturales, siue

siue industriales, siue cum titulo, siue sine titulo, in cōscientia debent restitui, si extant. Si autem quis eos consumpsit, tenetur restituere tantum, in quantum locupletior factus est, vtputa, quia in eam rem, expendit in quam oportuisset expendere tantum de suo, vel aliqua emit, ex quibus patrimonium suum ampliauit, tamen de fructibus industrialibus rei lucrosæ diminuet, quantum industria sua existimanda est in dicto negotio exercitata, in vtilitatem, seu augmentum dictorum fructuum accipiendorum, quia nemo suis stipendis militat. Si verò non est factus locupletior, de rebus consumptis non tenetur. l. Vtrum. ff. de pe. hære. De lucro facto ex re non lucrosa, vt ex pecunia, non tenetur nisi de interesse expresso, & non de possibili.

3 ¶ *Fructus dicuntur, qui deductis expensis factis colligendorum, congregandorum, & conseruandorum fructuum gratia, superflunt, tam in bonæ, quam in malæ fidei possessoribus. l. si à te. §. fructus. ff. de per. hære. Quanto tempore possessor bonæ fidei possit vsucapere dictos fructus. Vide Sil. ibi §. 2.*

DE FVGA.

1 *Fugere sine peccato an possit, qui iuste quæritur, vt capiatur.*

2 *Incarcerato iniuste an fugere liceat.*

3 *Damnato ad mortem an fugere liceat.*

Fvgere sine peccato potest, qui iniuste quæritur, vt capiatur, siue data sit contra eum sententia, siue nō, dummodo non interueniat violentia contra officiales, qui velint eum capere, quia ipsi habent iustum bellum contra eum. ca. Resistit. ii. quæst. 3. & ex parte fugientis est iniustum. ideo mortaliter peccaret. Et idem est de auxiliantibus.

2 ¶ *Fugere licet incarcerato iniuste, vt patet. Si verò iuste detinetur, & non propter mortem, vel membri abscisionem inferendam, sed propter aliud, puta ad punitionem, non licet fugere. facit quod not. in eius gentium dist. 1. Si propter mortem, vel abscisionem, potest fugere, siue peccatum sit publicum, siue non, siue sententia sit lata, siue nō, secundum Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. siue tamen alicuius offensa, & sine fractione carceris, vel vinculorum, secundum Henr. de Gan. quol. 9. si tamen relinquitur sine vinculis, & clausura potest fugere, etiam quod iudex præcepisset ne fugeret. Idem dicas de auxiliantibus, qui sine violentia, & scandalo possunt auxiliari.*

3 ¶ *Nota tamen, quòd licet damnatus ad mortem possit fugere,*

fugere, vt dictum est, non tamen ad hoc tenetur, sed potest patienter mori supra Accusatio. §. 15. 17. 21. carcere, §. 3. Caiet. tamen dicit quod potest carcerem frangere. Carcer. §. 3. 4. quomodo episcopus non potest fugere, supra episcopus. §. 4. 5. Sil. ibi circa fin. videtur tenere, quod non possit vincula frangere, ne teneatur fugere quod supra ex ratione Caiet. improbatum est.

¶ FVNERALIA, supra Exequiæ, per totum.

DE FVRIOSO.

a Furiosus an profiteri possit, & se obligare Deo vel hominibus.

Furiosus non potest profiteri, nec obligare se Deo, vel hominibus, quia hæc sanam mentem requirunt, quum in se non habet, secundum Panor. in c. Sicut tenor. de regu. 2. noc. Nec eius testamentum valet, neque si daret omnia bona pro anima sua. Facit. c. fi. de succe. ab inte. Neque quod facit imputatur sibi ad pœnam, vel culpam, art. in l. vnica. de homi. An autem possit baptizari, communicari, ordinari, supra in locis suis, &c. Furiosus non facere, sed pati iniuriam potest. ff. de iniur. l. illud relatum. 15. q. 1. c. illud.

DE FVRTO.

- 1 *Furtum quid sit, & an mortale peccatum sit.*
- 2 *Accipiens rem aliquam occultè ab aliquo domino, ipso tamen non renitente, an peccet, & quid si taceat dominus, & dissimulet. & c. nu. 3.*
- 4 *Accipiens rem propriam alteri pignoratam, & surripiens inuito custodiente furtum committit.*
- 5 *Qui rem suam aliter habere non potest, nisi furtivè accipiat, remoto scandali periculo, sine peccato eam accipere potest.*
- 6 *Inuenta accipi possunt cum intentione reddendi, & c.*
- 7 *Bona naufragantium inuenta debent restitui non obstat. & c.*
- 8 *Furti pœna qua sit.*
- 9 *Furtum committens in extrema necessitate vt sibi subueniat, non peccat, & talis veniens ad pinguiorem fortunam, an restituere teneatur. nu. 10.*
- 11 *Paupertas non ita excusat adulterium, vel alia peccata, sicut excusat à furto.*
- 12 *Furans Christianos detentos à paganis, vt eos liberet tempore belli, an teneatur.*
- 13 *Mulier habens virum prodigum, vel lusorem, si abscondit de bonis eius vt provideat in necessitate an committat furtum.*

14 Reli

- 14 *Religiosus, vxor, & filiosa, si rem aliquam furati sunt, possunt contra voluntatem dominorum illam restituere.*
 - 15 *Fur an possit repetere expensas in re furata factas.*
 - 16 *Si excommunicentur qui acceperunt aliquid, nisi restituant, vel qui sciunt reuelent, nunquid si quis in extrema necessitate, vel causa recompensationis acceperit teneatur restituere.*
 - 17 *Consentiens furto sine cuius causa non fuisset commissum, an peccet mortaliter & teneatur ad restitutionem.*
 - 18 *Fures suspendendi si eos pœnitet possunt recipere ecclesiastica sacramenta, & humari in loco sacro.*
- F**urtum, quod secundum Thom. secunda secundæ. q. 66. ar. 3. dicitur occulta acceptio rei alienæ, inuito domino, ex suo genere peccatum mortale est, quia contra iustitiam, & proximi bonum fit. Si autem esset pro re modica, vel in primo motu esset veniale, nisi furando modicum, haberet voluntatem furandi multum, quia tunc ex animo damnificandi proximum notabiliter, mortaliter peccaret.
- 1 ¶ *Si quis rem accipiat ab aliquo domino, quam tamen dominus vult ipsum habere, sed non occultè, vt parentes erga filios, talis occulta accipiens non peccat mortaliter, quia non fit inuito domino, licet non vellet eum habere illo modo. Talis enim modus accipiendi, ad mortale non trahit.*
 - 2 ¶ *Si quis accipit alienum inuito domino, tamen vidente, & tacente, vel dissimulante, vel præ verecundia, vel timore, furtum committit, perinde est ac si contradiceret. ff. de fur. l. pe. secus cessante timore, vel verecundia, quia videtur consentire, ar. cap. Error. 83. dist.*
 - 4 ¶ *Si quis rem propriam, alteri tamen pignoratam, occultè surripit inuito domino custodiènte, furtum committit secundum Caiet. ibi. debet enim iuris ordinem seruare. Res enim aliena est quo ad custodiam, licet non quo ad dominium.*
 - 5 ¶ *Qui rem suam habere non potest aliter, nisi furtivè accipiat, remoto scandali periculo, sine peccato potest accipere. Non enim tunc ius sibi dicit, sed ius naturale exequitur, ex quo ius civile ei impeditur. Tenebitur postmodum facere, vt is, qui rem suam iniuste detinebat, sciat se nõ amplius teneri ad restitutionem, si bono modo fieri potest, ne ipse, vel eius hæres, si vellent restituere, damnum incurrant restituendo, quod contra iustitiam esset.*
 - 6 ¶ *Inuenta accipi possunt cum intentione reddendi, quod si ceteris eorum dominus facta diligenti inquisitione, in-*

I 2

uenitur,

Nota.

*Qui in-
uenta non
denunciat
in suspi-
cionē ca-
dit.*

uenitur, illi restituenda sunt, alioquin furtum committitur, secundum Pa. cap. Ex literis, de fur. Si autem inuenire non potest, reddatur in bonis spiritualibus secundum Calet. ibi. ex quo in temporalibus reddi non potest. Si autem carent domino, quia habentur pro derelictis, ut lapides preciosi inuenti in litore maris, tunc sunt inuentoris. De thesauris tamen seruanda est iuris dispositio, vbi disponit de hoc infra, Inuenta, §. 2. Qui inuenta non denunciat, in suspicionem cadit, ut dicit Pan. in d. c. ex literis.

7 ¶ Bona naufragantium inuenta, debent restitui non obstantibus aliquibus legibus in contrarium, quæ si sunt, non leges sunt, sed corruptiones, & tyrannides, ut dicit Calet. ibi, nec tales à rapina excusantur, ut patet in c. Excommunicati, de rap. & sunt excommunicati, excommunicatio. 78. infra inuenta, §. 3. nisi haberentur pro derelictis tunc essent capientium, nec alicui fieret iniuria.

*Clericus
fur, debet
deponi.*

8 ¶ De pœna furtum, vide Pa. in c. fin. eod. Transco, quia ad confessorem non attinet, sed ad iudicem secularem. Sed de iure canonico, clericus committens furtum debet deponi, & in carcerem detrudi, ad agendam pœnitentiam, ut in c. Cum non ab homine, de iud. & c. Tuæ de pœ.

9 ¶ Patiens extremam necessitatem, & non valens sibi aliter prouidere, si accipit rem alienam, palam, vel occultè, ut subueniat tali necessitati, non peccat, quia cum tunc omnia sint communia, non alienum, sed suum accipit, & non solum ut subueniat sibi potest accipere in tali casu, sed etiam proximo, cum aliter subuenire non potest secundum Tho. supra, ar. 7. & Pan. in ca. Quoniam, de simo. Si autem non sit extrema talis necessitas, accipiens alienum peccat quidem, sed non tantum. Nec sequitur ex hoc, quod propter necessitatem possit quis unum peccatum mortale committere.

*Homo nõ
potest, nec
debet pro-
pter ne-
cessitatem
peccare
mortali-
ter.*

10 ¶ Accipiens alienum in extrema necessitate, si venerit ad pinguiorem fortunam, non tenebitur restituere, quia non alienum propriè accepit, sed quod iure naturæ sibi debebatur, & maximè si res est consumpta, per no. in c. Suggestum, de deci. Consentit Sco. in 4. senten. & est communis opinio. Neque etiam tenetur restituere, qui in magna necessitate accipit, in qua alius tenebatur subuenire, quod si non tenebatur, vel restituere tenebitur, vel ieiunare tribus hebdomadibus c. Si quis. de fur. Intellige tamen nisi is, à quo accipit, esset in æquâ necessitate, à quo auferri non licet, & ablatum restituere ei est obnoxium: quia in pari causa, potior debet

debet esse conditio possidentis. l. si ob turpem. §. potro. ff. de condi. ob tur. cau.

11 ¶ No. secundum Pa. ibi supra, quod paupertas non ita excusat adulterium, vel alia peccata, quæ de se mala sunt, sicut excusat ab acceptione, quia accipere modo prædicto non est furtum, quia alienum non accipitur. Similiter accipere ab usurario, ut restituatur proprio domino, quod ipse facere tenebatur, vel à diuite auaro, ut det pauperi, quod ipse tenebatur facere, non est peccatum, si sine scandalo fiat bono modo, quia tunc geritur negotium usurarij, & diuitis. ar. l. bona fides. ff. depo. Debet enim hoc ratum habere secundum rectam rationem.

12 ¶ Furans Christianos detentos à paganis, ut eos liberet tempore belli, secundum Arch. Flo. 2. parte. tit. 1. cap. 15. §. 1. in nullo tenetur. Tempore verò treguæ, tenetur pagano restituere non hominem, propter periculum animæ, sed æstimationem. Idem de aliis malè ablati, in cap. noli. ar. 23. q. 1. nisi paganus Christianum compulisset ad aliquod mortale, quia tunc est factus penitus liber. quidam tamen dicunt, quod semper possunt liberari, quia semper iniuste detinentur, sed primum dictum fundat se super tregua, & fide data, quæ etiam hosti est seruanda, ut in dicto capit. Noli. sectus si non fuisset data fide, & consequenter peccat, & non videtur teneri ad restitutionem, nisi forte, in quantum in tregua est conuentum, quæ violari non debuit.

*Notè hoc
mulieres.*

*Fides est
seruanda
etiam hosti.*

13 ¶ Mulier habens virum prodigum, vel lusorem, si abscondit de bonis viri contra eius prohibitionem, ut prouideat tempore necessitatis domui, non committit furtum, nec tenetur in hoc ei obedire, quia esset quasi dare gladium furioso, immo benefacit, negotium enim mariti prudenter agit.

14 ¶ Si religiosus, vxor, filius familias, rem aliquam furati sunt, possunt contra voluntatem superiorum illam restituere, si res extat. C. de fur. l. in ciuilem rem. nisi maius scandalum immineret. Si verò non extat, sed ipsa res, vel pretium est versum in utilitatem domini, etiam si filius se restituit decenter, ad quod pater tenebatur, debet de bonis illius tantum restituere, etiam ipso contradicente. Si verò expendit inutiliter in aliquibus, ad quæ superior non tenebatur, ut in vanitatibus contra eius voluntatem non potest restituere, sed si de proprio habet, restituat, aliter restituendo, furtum contra superiorem committeret.

¶ An fur possit repetere expensas factas in re furata, §. Expensæ. §. 4. Pœna furti in legibus taxata, in conscientia solvenda non est. Sat est enim restitutio cum pœnitentia, & damno, nisi per sententiam sit damnatus.

¶ Si excommunicantur, qui acceperunt tale quid Ciceronis nisi restituant, & sub pœna excommunicationis, qui sciunt, reuelent, nunquid Petrus, qui accepit illud sub titulo recompensationis, vel quia erat in necessitate extrema, teneatur restituere, & qui sciunt, reuelare. Respondetur quod si per verba generalia fiat hæc excommunicatio, non teneatur, quia alienum non habet: si autem apponitur etiam sub titulo recompensationis, tunc vel Petrus timet reuelando cogi ad restituendum, & sic non teneatur, quia sic excommunicatio contineret intolerabilem errorem, si autem non timet, debet reuelare secretum tanquam patri, quia sic non habet errorem intolerabilem: quia in tali casu non intendit nisi scire. De scientibus, vide supra. Excommunicatio. §. 31. 32. & infra. Inquisitio. §. 10. aliqui tamen aliter dicunt sed hanc determinationem sequere tu.

¶ Consentiens furto, sine cuius consensu furtum non fuisset commissum, non solum mortaliter peccat, sed teneatur ad restitutionem, si alij non restituant. Secus si sine eius consensu furtum commissum fuisset, quia licet mortaliter peccaverit consentiendo, non tamen teneatur restitutioni, secundum Ric. 4. sen. dist. 15. & sic intelligitur. cap. votum. 2. quest. 1. Qui vero non consensit, tamen habet ratum, & ex hoc non fit restitutio, ultra mortale teneatur restitutioni, quia licet non fuerit furri causa, est tamen causa non restitutionis. Idem dic quando res non fuisset furata, nisi præsumpsisset fur talem habere ratum. Si tamen ratum non habet, non credo teneri, sed furi impuretur tantum.

¶ Fures suspendendi, si eos pœnitet, possunt recipere ecclesiastica sacramenta, & humari in loco sacro, quia hoc in iure non prohibetur. Si tamen in aliquo loco specialiter hoc esset prohibitum, de licentia principis potest fieri, supra. Duellum. §. 6. De materia furti vide multa in ver. Restitutio, per totum. An utens re deposita committat furtum supra. Depositorum. §. 10. Non licet furari pro facienda eleemolynâ. cap. Sorte aliquis. 14. q. 5. nisi in extrema necessitate, vt supra. §. 9.

DE GABELLA.

1 Gabella, & cetera de quibus hic quid importent.

2 Gabella

- 2 Gabella multis modis iniqua esse potest. 3. 4. §.
- 6 Gabbas iustas fraudare ex suo genere mortale est.
- 7 Vectigalia, salinaria, pedagia, & huiusmodi, à quibus iustitiam possint.
- 5 Pedagium nova imponentes sunt excommunicati.
- 9 Gabbas iniustas exigentes mortaliter peccant.
- 10 Gabella personis ecclesiasticis exigere non possunt.
- 12 Graue minum imponendorum qua sint iustæ causa.
- 13 Conducentes homines per vias, possunt mercedem accipere de suo guidagio.
- 14 Gabella, & pedagia an solui debeant, si non fiat id propter quod posita sunt.
- 15 Gabbas iusta, fraudantes an peccent.
- 16 Gabbas exigentes ad quid teneantur.
- 17 Gabbas conducentes, an propter guerras teneantur remissionem accipere.
- 18 Gabella si sint dubia, an sint iustæ, confessores non debent compellere confitentes ad restitutionem.
- 19 Angaria, & perangaria sunt iniustæ compulsionem.
- 10 Munera dicuntur, qua necessario submissa lege, vel imperio.



GABELLA, pedagium, guidagium, vectigal, talia, collecta, pensio, census, præstantia, impositio, duana, angaria, & perangaria, exactio publicam important, aliquando iustam, aliquando non licet differant inter se. De his distinctè vide Syl. ver. Gabella. 1. in prin.

2 ¶ Gabella, quæ & vectigal dicitur. i. exactio pro rebus, quæ vehuntur de loco ad locum, multipliciter iniqua est, secundum Caie. ver. Vectigal, Primò, si imponitur à non habentibus potestatem, vt à tyrannis. Secundò, quando plus grauant minus grauandos, & non seruant æqualitatem proportionis: & hæc apparent, quando exigitur pro his, quæ ad vsu proprium vehuntur, ideo tales sunt iniquæ, & exigentes vectigalia tam pro his, quæ ad vsu proprium quam pro seminibus. deferuntur, & ad fiscum pœna capitis puniri debet. C. de vecti. l. vniuersi, & ad horum solutionem nullus tenetur.

3 ¶ Sunt iniqua quando non exiguntur pro utilitate publica, sed pro bono proprio principis sunt imposita, & consequenter non obligat ad solutionem in conscientia.

4 ¶ Quartò sunt iniqua, quæ imposita fuerunt pro aliqua necessitate, vt pro muris reparandis, & cessant tali causa, adhuc

adhuc exiguntur, quia princeps vult sic, vel si pro aliquo fideo, & illud non fit. Sunt enim manifestæ & violentæ rapinæ nec in conscientia obligant non solventes.

5 ¶ Quintò si imponatur tam super aliis quam supra his, quæ vehuntur negotiationis causa, ex l. omnium. C. de vict. reputantur iniqua vectigalia ipso iure.

6 ¶ Gabellas, quæ iustæ sunt ex omni parte, fraudare, ex genere suo mortale est, quia Reip. nocumentum inferitur, & non tantum ex inobedientia, sed ex pœna apposita contra transgressores. Neque defraudantes huiusmodi quâdo iusta sunt, excusantur à peccato, propter pœnam appositam, neque propter hoc, quod ementes gabellas sciunt quod multi fraudant, ideo vilius emunt, quia neque Iudas excusatur à furto, licet Christus sciret. Et licet fiant multæ fraudes, tamen dicitur: Væ autem homini, per quem scandalum venit. Propterea tales tenentur restitutioni, & si nolunt restituere, non absoluantur.

Math. 18.

7 ¶ Vectigalia, salinaria, pedagia, & huiusmodi, institui nõ possunt nisi ab imperatore, rege, concilio. Papa etiam solo, antiqua consuetudine, cuius principij non extat memoria. c. Super quibus de verb. sig. à ciuitate etiam habete merum, & mixtum imperium, non recognoscante superiorem aliquem in temporalibus, quia eadem ratio videtur de istis. & de legibus.

8 ¶ Imponentes noua pedagia, vel augentes aliqua sine legitima auctoritate, mortaliter peccant peccato rapinæ, & sunt excommunicati quò ad noua imponentes, non autem quo ad augentes. Excommunicatio. 11.

Ministri
rerū in-
iustarum
peccant
mortaliter.

9 ¶ Exigentes gabellas, seu vectigalia iniusta manifestè mortaliter peccant, etiam si ex obedientia hoc faciant. Si autem dubium sit, an sint iniusta excusantur exigentes ex obedientia, non autem alij, quia exponunt se periculo, secundum Cai. vbi supra. Quomodo sunt excommunicati. supra. Excommunicatio. 11. exigentes iniusta pedagia.

10 ¶ Gabellæ huiusmodi à clericis, & personis ecclesiasticis de reb. quas non negotiationis causa deferunt, non possunt exigi. ca. Quamquam. de cen. lib. 6. & contra exigentes est lata excommunicatio, s. excommunicatio 11. & communitas est interdicta. vide ibi. Et dicit Caieta. ibi supra, quod tot requiruntur ad hoc, quod gabellæ, seu vectigalia sint iusta, q. vix vlla iusta sunt, & ppter hoc dicit in d. c. Quamquam quod dictæ exactiones merito sunt damnatæ, quia iniustæ.

11 ¶ Sunt

11 ¶ Sunt etiam iniustæ, quando exiguntur sub nomine collectarum vt excusationem habeant. Non enim iustura est pro rebus, quæ ad vsum vehuntur, collectam accipere. Si tamè communitas aliqua, pro pace, & quiete suorū ciuium, collectam suis ciuibus, vel hominib. (nõ autem forensibus) imponit seruata iustitia distributiua, potest tolerari. Ex quo ipi sic voluerunt, nulli fit iniuria. Et collectæ à solis subiectis exigi debent. Gabellæ autem, & vectigalia ab omnib. transeuntibus per portam, vel passum. Vnde aliquando licet accipere gabellam, & non collectam. Et in impositione collectarum ad hoc quod iustæ sint, & durent, & debent adesse causæ supra dictæ, ex parte finis, & vsus: & sine illis non sunt iustæ, nec obligant in foro conscientiæ: ex Cai. supra.

12 ¶ Causa iusta ponendi huiusmodi grauamina sunt publicæ necessitates, quas Bar. in l. vniuersis. C. de vectiga. nominat stipedia, pòtes, publicas domos, defensiones stratarū publicarum contra prædones, vel piratas in mari, vel fidei, vel patriæ contra infideles, & hæreticos, & similia. Facit c. Si quis Romipetas 14. q. 3. quæ tamen onera debent esse moderata, contra quod communiter hodie fit in Italia, cum ferè omnia sine moderamine, aut iniuste exigantur.

13 ¶ Qui homines conducunt per vias, locantes operas suas, de suo guidagio possunt mercedem accipere, & exigere, secundum Pan. in d. c. super quibusdam, non autem qui tenentur ad hoc, vt domini terrarum, qui tenentur territorij securum tenere, & cum non faciunt, iniuste impositiones recipiunt.

14 ¶ Licet huiusmodi gabellæ, pedagia &c. iuste imposita, possunt, & debet solui, si fiat id propter quod sunt posita, secus si non fiat, secundum Th. 3. li. de re prin. Et dicuntur immoderata, quando soluitur vltra tertiam octauæ partis secundum Bald. C. de iur. annul. aur. & qui huiusmodi iniusta non solvunt, non peccant in conscientia.

Nota.

15 ¶ Fraudates iustas gabellas peccant, vt dictum est, & licet teneantur restituere, quod fraudarunt, non tamen tenentur soluere pœnam, nisi postquam fuerint condemnati, j. pœna. §. 1.

16 ¶ Exigentes huiusmodi gabellas, &c. vel exigentes facientes, tenentur de robariis, quæ ex eorum incuria fiunt in territorijs suis, dum non faciunt, quæ facere tenentur. c. Dominus 14. q. 2. aut tenetur malefactorem exhibere. l. ne quid. ff. de ince. rui. naufra.

I 5

17 ¶ An

17 ¶ An conducens gabellas, & huiusmodi propter guerras superuenientes remissionem mereatur accipere, vide Sil. Gabella. 3. §. 13. j. locatio §. 16.

18 ¶ Quando gabellæ sunt dubiæ, an sint iustæ, sicut cõmuniter hodie sunt, vt diximus, confessores non debent cogere cõfite'tes ad restitutionem, quia exponerent se periculo surripiendi à pœnitente, quod suum est.

19 ¶ Angaria, & perangaria sunt iniustæ compulsiones, siue coactiones, secundum omnes, siue sint obsequia personalia, siue personalia & realia, vt quis propriis expensis laboret: de imm. eccl. c. non munus.

20 ¶ Munera dicuntur quæ necessario subimus, lege, vel imperio. l. munus. ff. de vet. sig. quæ aliquando labore tantum corporalis explicatur, aliquando sumptibus propriis. aliquando utroque modo simul. ff. de mun. & hono. l. h. §. patrimoniorum. Aduertere debent, qui collectas, & huiusmodi onera imponunt, vt pro necessitate faciant, iustitiæ distributiue seruetur proportio.

DE GENERALI CLAUSULA.

- 1 *Generalis clausula qua contineat.*
- 2 *In generali mandato multa sunt, quæ non intelliguntur, nisi exprimantur.*

Generalis clausula continet omnia, nisi testatoris intentio cõtraria appareat ff. de pœn. legata. l. qui pœnam. Nec videtur generaliter quis concedere, quod specialiter non est concessurus. c. quæ res pig. ob. pos. l. in gl. Et generali per speciale derogatur. De resc. c. Pastoralis.

2 ¶ In generali mandato multa sunt, quæ non intelliguntur, nisi exprimantur. c. 1. in gl. de of. leg. Et in generali locutione persona loquens intelligitur excepta. c. petitio. in glo. de iur. iur. Vide aliquid in verbi. Vicarius, §. 8. & 9. Si promitto dare Titio aliquid contra velle omnium hominum, non intelligitur contra velle meum.

DE GLORIA.

- 1 *Gloriam humanam appetere an sit peccatum.*
- 2 *Vana gloria quomodo sit vitium capitale.*

Gloriam humanam appetere, non est ex se malum, sicut neque appetere diuitias, & alia bona, si rationabiliter appetantur, secundum Thom. 2. 2. q. 132. sed vanam appetere gloriam, peccatum est, vt quando appetitur gloria, & honor, de eo, quod non habetur, vel de eo, de quo non est gloriandum, vt de malo, vel de eo, quod quis à

Deo

Deo habet, ac si à se haberet, vel quando nõ refertur ad debitum finem, vel in Deum, aut in proximum, secundum eundem. Non tamen semper est mortale, sed tantum, quando caritati repugnat, vt quando quis gloriatur de aliquo mortali peccato, cum præfert opinionem suam, vel aliorum hominum sacrae scripturae, vt appareat esse huiusmodi, cum in illam vltimum finem ponit, & hoc est quando propter gloriam mundi dimittit id ad quod tenetur ex præcepto Dei, vel superioris, vel contra tale præceptum facit, sicut cum mulier ne infametur, consentit adultero, vt de Lucretia dicitur: ex Tho. supra ar. 3. & Cai. in summa, ibi. Si vero ordinate, & ad debitum finem gloria appetatur, actus virtutis erit.

2 ¶ Vana gloria secundum quod importat appetitum excellentiæ inordinatum, ponitur Greg. lib. 31. mor. vitium capitale cuius filia sunt, Inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, & nouitatum præsumptio. Has declarat Th. 2. 2. supra in fin. Dicuntur enim hæc vitia, filia inanis gloriæ, quia apta sunt ordinari ad eundem finem, qui est manifestatio propriæ excellentiæ.

DE GRATIA.

- 1 *Gratia alicui bannito restituta, an propter hoc intelligatur ad omnia alia restitutus. Et an quis habens de bonis confiscatis talis damnati, & postea restituti, teneatur ad restitutionem. numero 2.*
- 3 *Scriptura an sit de substantia gratia vel legis.*
- 4 *Gratia an mortuo papa expiret.*
- 5 *Papa si concessit alicui, vt dispense eum, & an expiret gratia, si moriatur papa ante dispensationem.*
- 6 *Gratia concessa si reuocetur, non expirat ante certificationem de reuocatione.*
- 7 *Gratia non reuocatur quando iam est alteri acquisitum.*
- 8 *Gratia alicui concessa de immunitate propter multitudinem filiorum, an mortuo aliquo de illis, reuocetur.*
- 9 *Gratia sub conditione facta an duret post mortem cõcedentis.*

Bannitus propter delictum, cuius bona sunt confiscata, si à domino recipiatur ad gratiam, non propter hoc ad omnia restituitur. secundum Sal. & Cy. in l. 1. §. si. ff. de quest. cõtra Ber. sed remittitur culpa, & restituuntur fauores, quando ad plenitudinem gratiæ recipitur, secundum Bal. ibi.

2 ¶ Habens legitima de bonis alicuius damnati, propter eius crimen, & postea restituti per principem ad bona sua, non tenetur restituere secundum Gem. in cap. quamuis: de resc.

resc.li.6. quia iam huic acquisitum est ius. Si vero per talem restitutionem non præiudicetur tertio, sed tantum concedenti, omnia sunt restituenda ei, ar. in c. cum dilecti. de don. ex hoc sequitur, quòd legitimatus post mortem testatoris, non præiudicat venientibus ab intestato, etiam si non adierint hæreditatem, quia talis legitimatio est quædam restitutio naturalis, vt in l. fi. C. de na. Secus si ante mortem testatoris, quia non præiudicat, eo quòd nullum ad hoc ius habeat. l. post emancipationem. ff. de li. leg.

3 ¶ Scriptura secundum communiter doct. non est de substantia gratiæ, vel legis licet variæ sint opi. vide Pan. in rub. de const. in fi. Fel. tamen dicit in cap. ex diligenti, de sumo. in gl. fin. in fi. quòd gratia probatur per scripturam. An autem possit probari per testes, est longa quæstio: tamen concludit, quòd communiter tenetur, de stylo curiæ, nõ posse probari nisi per scripturam, nisi in foro conscientiæ. Vide Tab. ver. gratia. §. 5.

4 ¶ Gratia non expirat etiam mortuo Papa, etiam sine literis, secundum Io. An. in prolo. sexti. in nouella.

5 ¶ Si Papa concessit alicui, vt dispense cum A. non expirat gratia etiam quòd ante mortem concedentis non dispensauerit, secundum Feder. consil. 78. Similiter dic de eo cura quo dispensatum est, vt faciat aliquid, si non facit ante mortem dispensantis potest facere post. c. si cui. de præb. lib. 6.

6 ¶ Gratia concessa si reuocetur, non expirat ante certificationem reuocationis, nisi quòd Papa expressè vellet statim non valere, secundum Gem. c. 1. de cons. præb. li. 6. aliter de concessione ab inferiori, maximè quando alteri præiudicatur, & committitur sine cognitione causæ.

7 ¶ Quando alteri est ius acquisitum, non reuocatur gratia. Et sic intelligitur regula mutare. de reg. iu. lib. 6.

8 ¶ Quando data est gratia alicui de immunitate propter multitudinem filiorum, si aliqui moriantur, non reuocatur gratia, secundum Io. An. in regula, decet, de reg. iu. lib. 6. merca. quia erat iam sibi acquisitum.

9 ¶ Gratia facta cum conditione, quousque aliter ordinauero, durat post mortem concedentis, secundum Ge. in c. si gratiose, de resc. lib. 6. non autem si dicat quousque placuerit nobis. j. Voluntas. §. 1. De gratia diuina sine qua opera nostra meritoria esse nequeunt, dicendum est quòd quilibet tenetur illam habere, & si non habet, imputandum est ei, & non Deo.

DE

D E G V L A.

1 Gula quid sit, & an mortale peccatum, & num. 2. 3. 4.

5 Gula capitale vitium est.

6 Gulae quæ sint filia.

GVla secundum Th. 2. 2. q. 148. importat inordinatū appetitum, vel actum delectationis cibi, & potus, & tunc mortale peccatum est, quando ibi finis vltimus constituitur, iuxta illud Apostoli. Quorum Deus venter est, propter quòd non seruatur ieiunium de præcepto, comeduntur carnes diebus prohibitis, &c. Vel si quis aliquod prohibitum faciat, vel faciendum de præcepto omittat.

2 ¶ Secundo, quando quis comedit vel bibit in graue nocuumentum corporis, vel animæ scienter, vel probabiliter, secus si ignoranter, vel pro modico detrimento, tunc est veniale.

3 ¶ Tertiò, si vsque ad vomitum, vel ebrietatem comedit, vel bibit aduerterter, secundum quòd supradictū est. Ebrietas. §. 1. mortale est. Agit enim contra naturam.

4 ¶ Quartò, si hoc fiat propter finem, qui sit peccatū mortale, vt ad luxuriandum, est mortale peccatum, aliter communiter est veniale, cum non sit contra caritatem Dei, vel proximi.

5 ¶ Gula capitale vitium est, secundum Gre. cuius species sunt. 5. in 30. lib. mor. f. prope, lautè, nimis ardentè, & studiosè, prope, id est ante tempus. in c. Solent, de con. dist. 1. Lautè, quia cibos deliciaiores quærunt c. 1. dist. 41. Nimis, scilicet comedendo, quo ad quantitatem. Ardentè, æstuan- Modi quibus peccatur in gula. do immenso desiderio. in d. c. Studiosè, id est, nimis accuratè præparando. c. 3. 41. dist.

6 ¶ Filiae gulæ sunt secundum Gre. 31. li. mor. hæ, videlicet ebrietas, hæbetudo mentis, inepta læritia, multiloquium scurrilitas, & immunditia, de quibus vide in locis suis. Dicuntur. n. huiusmodi vitia gulæ filiae eo quòd ex ea orrum habent. Nam gulæ vitium rationem perturbat, ex quo irrationales motus interius, & exterius consequuntur.

D E H A B I T V.

1 Habitum debitum omittere vel occultare multis modis potest esse peccatum.

2 Religiosi dimittentes habitum suæ religionis an sint excommunicati.

3 Seculares vtentes habitu religioso an peccent, &c.

H A B I T V M

HABITVM debitum omittere, vel occultare, cum sit contra, vel præter rationem, peccatum est, quod multis modis contingit. Primò si mulier veste virili utatur verè, contra quod prohibetur Deut. 22. & 30. d. c. si qua mulier, ubi dicitur Anathema sit mulier induens vestem virilem, quæ si faciat superstitiosè, vel propter luxuriam, mortale est, si ex vanitate, vt in laruis, & repræsentationibus secus est. Quod si quis hoc in vsu habuerit, non debet pati, sed ab episcopo admoneri sub excommunicationis pœna, quòd si non desistat, debet excommunicari, sup. Fœmina. §. 2. sic enim licentior ad peccandum faciliter fieret mulier. Clerici vtentes habitu laicorum, vel prohibito, peccant, supra, Clericus. §. 10.

2 ¶ Religiosi dimittentes habitum suæ religionis quomodo sunt excommunicati, supra. Excommunicatio. §. 3. Apostasia. §. 6. Ex causa tamè rationabili potest quis dimittere, vt dum vult se balneare, vel honestè recreare, & postmodum assumere. Aliter dimittens, vel occultans dum procedit in publicum, ita vt non cognoscatur religiosus mortaliter peccat, & incidit in canonem: cle. vt periculosa. ne cle. vel mo. Et licet inter doc. sit magna diuersitas, tamen quia talis ita occultans habitum vt à cõuersantibus cum illo non reputetur religiosus, vagandi materiam habet, ac si materialiter habitum dimisisset, quæ vagandi occasio pro ratione ponitur in canone, ideo talem non euadere sententiã, etiam quòd materialiter non deponat, crediderim: & ita tenet Caiet. ver. Excommunicatio. cap. 61. Et Syl. videtur idem sentire, ver. Excommunicatio. 9. §. 24. notabili. 4. & in ver. Habitus. §. 3. dicit allegans Archie. quod monachus vtens habitu clericorum secularium, vt non appareat monachus, vel non cognoscatur, vel propter verecundiam, vel propter vanitatem, non euadit mortale, nec sententiam, supra, Excommunicatio. §. 3. Caueant itaque religiosi ab habitus occultatione.

3 ¶ Seculares vtentes veste religiosa, siue masculorum, siue fœminarum causa ludi, ex leuitate, siue irrisione, & turpitudine, non videntur mortaliter peccare, quia nullo iure hoc est probabile. Si autem hoc faciant causa vituperij, secundum glo. in c. cum decorem de vit. & ho. cle. cum prohibitum sit vti habitu monachali, vel alio religioso, & hoc faciens grauitè punitur, in athen. de san. epi. §. vlt. colum. 9. consequenter mortaliter videntur peccare. Imo etiam quòd non

non fiat hac de causa, si tamen fiat cum ludibrio, vt cum deferunt lasciuè, verè, vel apparenter, vt in mascaris, seu laruis, videntur omnino mortale, quia est magna irrisio Dei in suis sanctis. Similiter cum deferuntur à mimis, & histrionibus vituperosa exercentibus. C. de epi. audien. l. mimæ Pan. in d. cap. cum decorem, dicit ludibria esse rerum inhonestarum narrationes. An Christianus assumens habitum infidelium peccet, supra fides, infra, infidelitas. §. 13. Seculares non vtentes habitu secundum morem patriæ peccant, vel non secundum eorum statum, infra, Ornatus. §. 1. Monachus ad curam ecclesiæ secularis assumptus, ab habitu monachali non absoluitur, nisi ob scandalum vitandum. c. Deus, de vi. & ho. cle.

DE HASTILVDIO.

1 *Hastiludium quid sit, & an mortale peccatum.*

Hastiludium, quod fit, quando duo milites currunt cum lanceis, vnus contra alium, quia ibi communiter non interuenit mors, seu mutilatio, non est ex suo genere mortale peccatum. Et similiter quicumque alius ludus militaris, similem habens conditionem. Si tamen verum est, ibi, vt in pluribus, non adesse periculum personale, propter quod torneamenta damnantur, de tor. cap. felicitis infra. Torneamentum per totum. Et cum hoc mortale non sit, licebit dominis permittere huiusmodi, & aliis cum delectatione inspicere.

DE HÆREDITATE.

1 *Hæreditas quid sit.*

2 *Heres quomodo succedebat de iure gentium.*

3 *Defunctus si ab intestato moritur, vel inualidè testatur qui quomodo succedant.*

4 *Clerico mortuo ab intestato habenti bona propria qui succedant.*

5 *Clerici quomodo laici succedant.*

6 *Filius quibus de causis excludatur ab hæreditate patris.*

7 *Consuetudo quod mortuo aliquo sine liberis, succedat dominus illius terre, an valeat.*

8 *Bona religiosi cui acquirantur, & quid si ingrediens erat tantum vsufructuarium. num. 9.*

10 *Ingrediens religionem si collata sint bona ea lege, vt nõ alienentur*

uentur à familia an succedat monasterium.

- 11 *Hæres institutus solum in certa parte, totam hereditatem, aliam non dato hærede, adire potest.*
- 12 *Hærede instituto in vna parte A. & B. vniuersali hærede nolente adire, an A. adire possit.*
- 13 *Hæres an teneatur pro relicto defuncti.*
- 14 *Hæres tenetur soluere legata relicta etiam sine debita solemnitate, dummodo constet de mente defuncti.*
- 15 *Hæres an teneatur ultra vires hereditarias.*
- 16 *Hæredes si sint plures in solidum, an quilibet in solidum teneatur, vel quisque proportione.*
- 17 *Hærede pupillo an differatur solutio debitorum, vel legatorum.*
- 18 *Hæres rogatus restituere hereditatem, an possit aliquid de ea vendere, & in quibus casibus.*
- 19 *In bonis ingredientis religionem non capacem hereditatis qui succedant.*
- 20 *Substitutio facta de aliquo in defectu liberorum expirat per ingressum religionis, & quid si ingrediatur in fraudem substituti. num. 21.*
- 21 *Substitutio an expiret per religionis ingressum, si ad illam clausulam generalem, Sine liberis, addatur legitimè descendentes.*
- 23 *Masculis existentibus quomodo succedant feminae.*
- 24 *Hæres tenetur prius debita defuncti quam legata soluere.*
- 25 *Hæres qui potest institui, & qui non. num. 26.*

Hæreditas est successio in ius vniuersum, quod defectus habuit tempore mortis, secundum Bart. in Rubric. ff. de acq. hære. Et ea data, vel vendita transit ius patronatus, & omnia iura, secundum Inn. in cap. Ex literis, de iur. patro.

2 ¶ Secundum ius gentium, hæres non succedebat in ius vniuersum defuncti, sed capiebat bona tanquam vacantia, ex hoc sequitur, quod hæres non tenetur in conscientia (quæ sequitur hoc ius) ultra vires hereditatis. C. de iur. deli. l. fin.

3 ¶ Quando defunctus ab intestato moritur, vel inualidè testatus est, qui, & quomodo succedant, vide Sil. Hæreditas. §. 1. & Tab. ibi. §. 2. 3. & 4. hæc enim ad confessorem non spectant, sed ad causidicos potius.

4 ¶ Clerico mortuo ab intestato, habenti bona propria, de quibus poterat disponere, succedent in talibus agnati, prout

prout iura disponunt. Si verò non habebat huiusmodi bona, succedet ecclesia, cui tempore mortis seruebat, vel altare, cui tantum seruebat, quod altare habebat bona distincta ab ecclesia ipsi deputata: not. in c. fi. 12. q. vlti. nisi sit presbyter ex seruitute promotus ad sacerdotium cum consensu dominorum, de cuius bonis si ab intestato decedat, quatuor sunt partes, de quibus vna Episcopo, vna pauperibus, vna ecclesie, & vna parentibus dabitur, nisi esset talis hæreticus, quia tunc succedit Ecclesia, vt in c. 1. de suo. ab inte.

Nota.

5 ¶ Clerici succedunt laicis eo ordine, quo aliis, quia iura eos non excipiunt, immo, & religiosi, qui possunt habere proprium in cõmuni, non obstante vicio ingratitude commissio in seculo, per c. fi. 16. q. fi. & fratres prædicatores ex privilegio (vt dicit Arch. Flo. quamuis sunt mendicantes) Sixti quarti, quod incipit Considerantes. Quomodo autem succedant, vel non, in feudo, vel emphyteusi, vide Tab. Feudum. §. 6. & 9. & emphyteusis. §. 2. & 3.

6 ¶ Ab hæreditate patris excluditur filius, vel alius propter quinque. Primò, si pater fuit hæreticus, nam hæreticorum bona ipso iure sunt confiscata. capit. Cum secundum, de hæret. lib. 6. Secundo, quando pater læsæ maiestatis crimen commisit. C. ad l. Iuli. mai. l. quicquid. intellige hoc crimen, quando commissum est in eum, qui superiorem non cognoscit tantum, secundum Sali. in d. l. quicquid, & quod talis esset eius subditus. cle. pastoralis, de iud. Tertiò, si pater occidit, vel mutilauit rectorem illius Ecclesie, in qua feudum habebat, quod deberet ad filios transire ca. In quibusdam. de pœnis. propter quod nec eius filij, vsque ad quartam generationem, in collegio clericorum debent admitti, nec ad prælaturam in aliqua religione, vt in d. cap. Quibusdam. Episcopus tamen potest dispensare ex quo conditor canonis non sibi reseruat. Ar. in c. Nuper. de sent. excom. Quartò, si filius, qui potest succedere, furioso debitam curam non impendit, si tamen in scriptis fuit monitus, vt curam eius haberet: Auth. vt cum de appel. cog. §. Causas. sed succedet ille, qui in domo sua propriis sumptibus vsque ad mortem procurauit, euacuata institutione eius, qui neglexit. Quintò, si eos, quibus succedere debebat, in captiuitatem mori per suam negligentiam permisit, in d. §. causas, & etiam in casibus, quibus potest exhæredari, supra. Exhæredatio. §. 1. Quomodo filij naturales, vel legitimi succedunt, supra Filius, per totum.

*Causa
exhære-
dationis.*

7 ¶ *Consuetudo*, quæ est in aliqua terra, quòd mortuo aliquo sine liberis, dominus terræ totum quòd illius erat, accipit, cum sit præscripta, eum excusat, quia hoc pactum ab initio fuisse allegare potest.

8 ¶ *Bona ingredientis religionem ab intestato*, veniunt religioni, siue sit mendicantium, siue non, per cap. In præsentia. de proba. Et prædicatores habent priuilegium Sixti, vt supra, & aliud eiusdem, quòd incipit, Nuper per nostras. Pa. dicit in d. c. In præsentia, quòd quò ad minores, non tamen credo eos etiam priuilegia habere, & secundum Pan. supra, non succedet aliquod monasterium particulare, sed erit in potestate superioris prouidere, sicut sibi videbitur. Consuetudo tamen in ordine prædicatorum est, vt ille conuentus succedat, cuius frater dicitur esse filius professus, nisi transferatur filiatio per generalem.

9 ¶ *Si ingrediens erat tantum usufructuarius*, transibit usufructus in monasterium vsque ad mortem ingredientis, & non ultra, secundum Pa. vbi supra.

10 ¶ *In collatis tali ingredienti*, ea lege, vt non alienentur sed in familia remaneant, nihilominus succedet monasterium, vt tenet Io. An. & est Arc. in l. i. ff. de fun. instr. Si autem prohibitum est, vt ad extraneum perueniant, non succedet secundum Pa. supra.

11 ¶ *Hæres institutus solum in certa parte*, qui non proprie dicitur hæres, sed legatarius, vt in l. quotiens. C. de hæredi. insti. secundum Pa. in c. Quia ingredientibus. de test. & Fe. de confi. 126, alio non dato hærede, totam hæreditatem adire potest, cessante dolo, testatorem ducente ad hoc.

12 ¶ *Si A. instituat B. Hæredem in certa parte*, & dicat, nolo quòd de bonis meis plus possit habere, sed sit contentus, &c. & alius hæres vniuersalis institutus nolit hæreditatem adire B. non potest illam adire, vt in l. quoties. ff. de hære. insti. §. Sed si duo: sed venientes succedentes ab intestato, quia testamentum non reperitur hæredem habere, cum non possit quis pro parte decedere intestatus, & pro parte testatus. l. ius nostrum. ff. de re iu.

13 ¶ *Hæres quantum est de iure canonico*, & in conscientia tenetur pro delicto defuncti, quando agitur contra eum pro satisfactione, & hoc sequuntur communiter doct. & sic intelligenda sunt glo. in c. ex presentium, de pig. & c. i. de sol. & vsu. c. tua nos. in quantum scilicet hæreditas, se extendit, quicquid sit secundum ius ciuile. Pa. vero in c. si. de sepul. dicit

dicit hoc verum, quando defunctum pœnituit, sed in conscientia, siue pœnituit, siue non tenetur.

14 ¶ *Hæres tenetur in conscientia soluere legata relicta etiam sine debita solennitate*, dummodo constet de voluntate defuncti, secundum Pa. in c. Quia plerique de im. eccl. quia ex sola voluntate defuncti oritur obligatio naturalis, vt tenent Cismotani doc. & hanc opin. dicit Albe. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. esse tenendam.

15 ¶ *Hæres non tenetur satisfacere ultra vires hæreditarias his, quibus defunctus erat obligatus*, si fecit inuentarium, si verò non fecit, tenetur in foro contentioso, vt in l. fin. C. de iu. deli. non autem in conscientia, secundum Ioan. An. & Pa. in d. c. plerique. licet Fed. in confi. 21. dicat, quòd in conscientia etiam teneatur primum tamen melius, quia æquius.

16 ¶ *Si sunt plures hæredes, quilibet non tenetur in solidum soluere debita, vel legata*, sed ordinariè quilibet pro parte sua hæreditaria tenetur. C. de act. hæc. l. pro hæreditariis. Fallit tamen in septem casibus, quos vide in Tabie. Hæres. §. 6.

17 ¶ *Si hæres est pupillus, non propter hoc differetur solutio debitorum, vel legatorum*. vt in l. sub prætextu. C. de act. hæc. Hoc enim tenere alienum, inuito domino, esset.

18 ¶ *An hæres rogatus restituere hæreditatem*, possit aliquid de ea vendere. & in quibus casibus, Tab. ibi. §. 8. Sil. hæreditas. 4. nu. 2.

19 ¶ *In bonis ingredientibus religionem non capace hæreditatis, succedunt venientes ab intestato*, secundum communem opinionem. Arg. Auth. bona. C. de bo. præscri. nisi prædicta bona fuerint ei relicta sub cõditione, vt, si discesserit sine liberis restituantur, quia tunc in pias causas erogari debent. Casus est in §. sed hoc in præsentia. Auth. de sanct. epi. in fin. & hoc sequitur Ang. in quadam disputatione.

20 ¶ *Substitutio facta de aliquo in defectu liberorum*, expirat per ingressum religionis, per Glo. in c. In præsentia. de proba. Si talis est priuatus, vel rogatus restituere priuato. Intellige postquam tenuit monachatum, secundum Gl. in §. hac præsentia. Auth. de sanct. epi. Si autem substituitur ecclesia, vel locus religiosus, vel alia pia causa, non expirat substitutio, vel fideicommissum: in d. §. sed & hoc concor. Pa. in d. c. In præsentia. Quod si talis non ingreditur monasterium, sed efficitur clericus, non euanescit substitutio per Gl. in d. c. in præsentia, nisi efficiatur clericus, vt in ecclesia perpetuo remaneat,

vel ut redditus expendantur in pias causas, ut in d. Aut. dicitur. Si autem dedicat se, & sua ecclesie seculari, & non sit clericus, non euacuatur substitutio, in d. gl.

21 ¶ Si quis religionem ingreditur in fraudem substituti non euacuatur, secundum Pa. in d. c. In presentia, & probatur frays, probando comminationes factas substituto per hæredem. 20. q. 3. c. fin. sed si non intravit, sed monasterium hæredem instituit non expirat, secundum Archi. in c. Si qua. 19. q. fi. & hæc via communior est sequenda, etiam secundum Rosei. ver. legare. §. 24.

23 ¶ Si ad illam clausulam generalem, si sine liberis, addatur ex se legitime descenditibus vel ex suo corpore natis per religionis ingressum expirat substitutio, secundum Bart. cuius rationes vide in Ar. Fl. 3. par. tit. 10. c. 4. §. antep. licet quidam

Conditio impediens matrimo. spirituale, vel corporale habetur pro non adiecta. alij contrarium teneant. Sed si fiat substitutio cum ista conditione, quod monasterium non ingrediatur per ingressum illius non expirat, secundum Pa. in d. c. In presentia, Quia conditio impediens matrimonium spirituale, vel corporale habetur pro non adiecta. l. cum tale. ff. de condi. & dem. Unde mulier non tenetur restituere relictum sibi cum onere restituendi, si non nupserit. l. Quotiens. ff. de cond. & dem. & legatum factum si non nupserit tenet, etiam quod nubat. ff. eo. l. filia. Et si relinquitur puella, 20. si nupserit, 10. verò si intret monasterium, habebit nihilominus. 20. secundum Alb. in l. deo nobis. C. de epi. & cle. & Ric. Malumb. in l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. & non facit differentiam virum sit filia, vel extranea, non enim peioris est conditionis religionem intrando, quam nubendo, immo melioris.

23 ¶ In quadam ciuitate est statutum, quod existentibus masculis, feminae non succedant, sed solum dotentur de bonis paternis. Petrus habet filium Io. & filiam Bertam, sed antequam dotetur Berta mortuo patre, moritur, & Io. relictæ filia Antonia tantum, quis succedet? Antonia, vel Berta eius amita? Respondet Vgolinus de Fontana, quod succedet Antonia, & non Berta, quia ex morte Petri ius fuit acquisitum Ioan. filio, cui succedit filia, cum non sint masculi, & Berta dote contentabitur sua tantum, secus si Io. filius esset mortuus ante patrem, relictæ filia Anronia. Facit ad hunc casum, l. empti. C. de hæ. vel ac. ven.

24 ¶ Hæres tenetur prius debita defuncti, quam legata soluere, quia debita sunt anteriores obligationes, si tamen sine dolo venientibus legatariis prius soluisset, si nihil am-

plius

plius habet de hæreditate, non poterit molestari à creditoribus. sed ipsi creditores habebunt regressum contra legatarios, quia ipsi habent, quod illis debebatur. infra restitutio. num. 35.

25 ¶ Hæres institui potest quilibet non prohibitus à lege, ut in c. cum apud. de spon.

26 ¶ Multæ personæ prohibentur institui hæredes. Et primò hæreticus, seu paganus. c. si quis episcopus. de hære. Secundo credentes, receptatores, & defensores hæreticorum. eo. c. excommunicamus. el. 1. Tertio apostata. Quarto collegium illicitum. Quinto deportatus. C. de hære. inst. l. 1. Sexto damnatus ob crimen famosum. Septimò, insecutor Cardinalium, de pœ. c. Felicis. in 6. Octauo, excommunicatus tempore institutionis, vel mortis, vel aditionis hæred. ff. de hæred. instit. l. sed si in conditione. §. solemus. Nonò spurij nati ex damnato coitu, supra. Filius, num. 7. Decimò incestuosus cum monacha. c. Si quis sollicitauerit. in glo. 27. quæst. 1. Undecimò committens læsæ maiest. crimen. c. Si quis. de pœ. dist. 1. Duodecimò, simoniaci secundum aliquos, quia videntur pares lædentibus maiestatem. Tertiodecimò, qui non possunt habere neque in proprio, neque in communi, ut erant minores cle. Exiui. de verb. sig. §. cupientes. Hæres quomodo tenetur ad vota defuncti implenda, infra votum. §. 24. De generibus & speciebus substitutionum hæredis, vide Syl. hæreditas. §. 4.

Hæres esse qui prohibentur.

DE HEREMITA.

- 1 *Heremita quis sit.*
- 2 *Heremita an ad votum aliquod teneantur.*
- 3 *Heremita an gaudeant privilegio clericali.*
- 4 *Religiosi an possint eligere vitam heremiticam.*

Heremita est qui verè, & purè solitariam vitam eligit, in cap. Qui verè. 16. q. 1. in glo. & ad prælaturam potest vocari tantum auctoritate Papæ. Pan. in c. Cum monasterium. de elect. Et hi non habent determinatam regulam, vel vitam, secundum glo. in d. c. Qui verè. Nec vita eorum, strictior est vita monachorum.

2 ¶ Heremita qui elegerunt vitam solitariam in spiritu libertatis habent solenne votum castitatis, non autem obedientie, secundum Th. 2. 2. q. 189. & propriam habere possunt.

3 ¶ Heremita huiusmodi gaudent privilegio clericali, secundum veriore opinionem, licet aliqui oppositum dicant. Vide supra, Excommunicatio. l. numer. 8. d. utrimodo

K. §. aliqui

alicui regulæ sint astricti, vt limitat Arch. vel gaudenti hoc priuilegio.

Periculo-
sissimum
est habita-
re solita-
riè.

4 ¶ Religiosi cum scientia suorum prælatorum possunt eligere vitam hæremiticam, idest solitariam, tamen semper sunt religionis habentes tria vota nec expedit quòd prælatus talem licentiam tribuant nisi valde perfectis, qui aliorum regimine non egent, secundum Tho. 2. 2. q. 88. arti. vltim. Periculosissimum enim est habitare solitariè.

DE HÆRESI.

- 1 Hæresis crimen infidelitatis est.
- 2 Hæreticus an sit non credens ex ignorantia.
- 3 Suspecti de hæresi, nisi ad arbitrium episcopi se purgauerint, possunt excommunicari.
- 4 Hæreticus an sit, qui propter metum facit aliquod signum infidelitatis.
- 5 Hæreticorum bona sunt ipso iure confiscata.
- 6 Hæreticorum bona confiscata sint.
- 7 Hæreticorum defensores fautores, eorumque filij vsque ad secundam generationem nullum ecclesiasticum beneficium obtinere possunt.
- 8 Filij hæreticorum declarata contra parentes sententia hæresis, sui iuris efficiuntur.
- 9 Hæreticus mortuus potest condemnari, & contra eum procedi.
- 10 Testes contra hæreticos qui admittantur.
- 11 Famuli hæreticorum, serui, liberti, &c. statim vt ad probationem hæresis processum est, liberantur.
- 12 Hæretici quomodo puniantur.
- 13 Instrumenta publica &c. pro hæreticis fieri non possunt.
- 14 Hæreticorum fautores, receptatores &c. qua pœna puniantur.
- 15 Pœna imposita tradito brachio seculari non potest per inquisitorem mitigari, vel mutari.
- 16 Hæreticus est non credens sacra scriptura, ac etiam determinatis ab ecclesia circa fidem, num. 17.
- 18 Hæresis vitio superbiæ assimilatur.
- 19 Hæresum inuentiones qui remissivè.

Hæreticus
mens
te an sit
excommu-
nicatus.

Hæresis crimen infidelitatis est ex duob. constans scilicet errore in his, quæ ad Christianam fidem pertinent, & pertinacia. Aduerte tamen propter hanc pertinacia, quoniam quedam sunt credenda, vt iam ab ecclesia determinata (vt quòd spiritus sanctus procedat à patre, & à filio) & in huiusmodi non requiritur alia pertinacia, nisi non credere, quia satis videtur pertinax, qui dictis sacrae scripturae vel determinationi

nationi ecclesie non quiescit. Aliqua autem sunt ambigua non determinata ab ecclesia, nec clara in sacra scriptura, & qui non credit illa, non est hæreticus, nisi sit adeo pertinax, quod etiam si ecclesia hoc determinaret, nollet credere. Aduerte secundo, quod licet quis sit tantum mente hæreticus, non est excommunicatus, quia ecclesia non iudicat actum mentis nudum, sed si adiungatur aliquis actus exterior, etiam si sibi tantum loquatur incidit. Caie. ibi, concord.

2 ¶ Si quis autem non crederet etiam quæ sunt determinata, per consilia, vel sacram scripturam ex ignorantia, vel simplicitate, licet errare, non tamen esset hæreticus, quia pertinax non est. Requiritur autem quòd sit baptizatus & aliquid fidei teneat. aliter censeretur infidelis, vel apostata, secundum Arc. Fl. & omnes huiusmodi sunt excommunicati, s. Excommunicatio. 9.

3 ¶ Suspecti de hæresi, nisi ad arbitrium episcopi se purgauerint, possunt excommunicari. c. ad abolendam, de hæ. & si excommunicatione animo indurato sustinuerint, tunc velut hæretici sunt condemnandi. ca. excommunicamus, el. 1. hære. lib. 6. tamen prius specialiter fuerint requisiti ad respondendum de fide, & se de tali suspicione purgent. c. Cum contumacia, de hære. lib. 6. Et si pro contumacia in causa hæresis fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, pro hæretico habetur, secundum Pan. in c. fi. de pœ. in glo. & vt hæreticus punitur, d. c. Cum contumacia. Si autem pro alia causa fuit excommunicatus, & per annum sustinuit non pro hæretico, vel de hæresi conuicto damnandus est, vt in d. c. Cum contumacia, sed pro suspecto habendus est, vt est tex. in d. c. fi. nec hæc suspicio est violenta, sed tantum probabilis, secundum Inn. & poterit sibi purgatio canonica indici, in qua si defecerit, pro conuicto habeatur, in c. inter, de purg. cap. & d. c. Excommunicamus, presumitur enim malè sentire de sacramentis ecclesie, secundum Pan. ibi, & de potestate ecclesie, quia non curat de excommunicatione. d. c. fi.

4 ¶ Qui propter metum osculatur sepulchrum Mahumeti, vel vitur signo Iudeorum, vel infidelium, & huiusmodi, & non credit sic mente, non est hæreticus, vel excommunicatus, licet mortaliter peccet, vt s. Apostata. num. 4. fides. nu. 6. Infidelitas, num. 1. Occultare autem propriam fidem, quando quis non tenetur confiteri, & propter rationabilem causam, non est malum, secus in casu quo quis tenetur confiteri. Cum hæreticis nullus debet commercium habere, vel eos in

propria domo recipere, & magis sunt cauēdi heretici quam alij, propter periculum. secus si pro bono anime illorum, periculo cessante, extra de hære. c. Sicut ait, & ibi Pan.

5 ¶ Hæreticorum bona sunt ipso iure confiscata, & statim commissio criminis, hodie perdunt dominium. cap. Vt inquisitionis. de hære. §. prohibemus. in 6. Intellige quando sunt damnati, vt in dicto cap. ad abolendam, sed si ad misericordiam acceptantur, debent eis bona dimitti. cap. Accusatus. §. porro, de hæ. Et licet filij sint catholici, tamen propter patris delictum hæreditate priuantur. c. Vergentis. de hæret. c. Cum secundum leges, c. lib. 6. nisi filij reuelassent patris delictum, vel ex longa possessione dicta bona præscripsissent. c. fin. li. 6. de præscr. vxor tamen dotem suam non perdet, nisi ipsa scienter cum hæretico contraxisset. c. Decreuit, eo. lib. 6. emancipatio post criminis perpetrationem valet, vt excusentur. c. Quæcunque, eo. tit. bona tamen ecclesiarum non confiscantur, sed ecclesijs applicantur, cle. nolentes. eo. & contra facientes excommunicantur, ibi.

9 ¶ Quauis de confiscatione huiusmodi bonorum multa sint statuta, & ordinatio, tamen hodie fit, & fieri debet, vt inquisitor, qui habet prouidere omnib. quæ ad inquisitionem pertinet habeat omnia. Nam Io. in extrauaganti iubet omnia diuēdi, & dari ad adiutorium officij. Ideo, neque camera Apostolica, neque Imperialis, neque communitas, neque officiales habebunt aliquid secundum iura noua, neque episcopus, sed solus inquisitor. ex quo ipse habet prouidere de carcerib. & alijs. De hoc extat consilium Dom. Ludouici Bolognini. Vide hanc q. bene determinatam à magistro Io. Tab. ibi. §. circa medium.

7 ¶ Hæretici credentes, receptatores, defensores, fautores, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem nullum ecclesiasticum beneficium, vel officium publicum adipisci possunt, vt in d. c. Quæcunque. intellige secundum lineam paternam, quo ad secundam generationem in masculis, in feminis quo ad primam. Vide c. Statum, el 2. eo. lib. 6. Et si clericus ad preces horum pestilentium, dignitates, personatus, vel quæcunque ecclesiastica beneficia scienter est adeptus, ipso facto illis est priuatus, & ad similia inhabilis, si ignorater, ratum de illo est priuatus, sic habito, in d. c. Quæcunque, de hære. eo. tit.

Hæreticorum mortuus potest ideo damnari.

8 ¶ Hæreticorum filij declarata sententia de hæresi contra parentes eorum, sui iuris efficiuntur. Et intelliguntur emancipati

cipari à die commissi criminis, emancipatio facta post non tenet, in d. c. Quæcunque, vt supra §. 5. dictum est. Hæreticis credentes, & c. appellare nō possunt, per d. c. Vt inquisitionis.

9 ¶ Contra hæreticum mortuum, contra quem in vita nō fuit processum, potest procedi, & cōdemnatio fieri, quod est speciale in hoc crimine. c. Sane. 14. q. 2. Quomodo autem procedatur, vide Tab. ibi, §. 11. Et inquisitor ossa eius poterit exhumari facere, & comburi, si discerni ab alijs possunt. c. 2. de hæ. lib. 6. & hoc infra quinquēnium debet fieri, quod tutius est, & non vltra, vt C. de apost. l. si quis defunctum, vel vsque ad 22. alios, & vltra.

20 ¶ Contra hæreticis credentes, & huiusmodi, ad testificandum admittuntur etiam excommunicati, participes, & socij criminis. c. In fidei fauorem, eod. tit. libr. 6. & officiales excommunicati, contra eos suum officium possunt exercere requisiti ab inquisitore vel ab alio, qui possit requirere. c. præidentes, eo. titu. lib. 6. neque eis aliquid relinquendum est in testamentis, nec heredes instituendi sunt, per c. si quis episcopus. de hæ. lib. 6. & episcopus, vel clericus oppositum faciens est excommunicatus, in d. c. Si quis episcopus. quod est argumentum detestandi valde criminis.

11 ¶ Famuli, serui, liberi, & alij aliqua obligatione hæreticis astricti, si tamē sunt manifesti, vt ad probationem processum est, ab ipso facto liberantur, c. si. eo. tit. etiam à promissione solutionis iuramento firmata, vel pœna, vt not. gl. ibi. Intellige tamen, si non acceptantur ad misericordiam.

12 ¶ Hæretici quomodo puniantur pœna ignis, & secularibus iudicib. relinquuntur, vide c. Excommunicamus, el 1. eo. tit. & quomodo degradantur. Vide Tab. ibi. §. 15. Sunt etiā priuati ecclesiastica sepultura. c. sicut, eo. tit. & qui eos sepulture ecclesiasticæ dāt, ipso iure sunt excōmunicati. c. Quicūque, eo. tit. lib. 6. Intellige prædicta, nisi pœniteat eos, quo casu etiam quod forent relapsi possunt eis dari sacramen. c. Super eo. lib. 6.

13 ¶ Pro huiusmodi hæreticis credentib. & c. nullus tabelio publica instrumenta, vel scripturas facere potest, nec aduocatus in aliqua causa, vel facto potest patrocinium præstare eis, nec litigantib. sub eorum examine aliter ab officio sunt suspensi, & perpetuo infames, c. si aduersus de hered.

14 ¶ De pœna fautorum, receptatorum & c. Vide c. Excommunicamus, el 1. & quomodo admittuntur ad abiurationem. Ego Berengarius, cons. dist. 2. & d. cap. Ad abolendam.

K 5 post

*Ecclesia
bona non
debet mi-
sui.*

post debent absolui, & quomodo c. Cum desideres, de scet. ex. & postea imponatur quod solet iniugi. d. c. Ego Berēgarius. Sine tamē huiusmodi impositione ex causa potest absolui secundum Inn. in c. A nobis, el. 2. de sen. excom. Potest etiam inquisitor pœnam pecuniariam imponere, quæ arbitraria est, vt dicit c. ad abolendam, & Inn. 4. declarauit quædam extrauaganti, quæ incipit, super extirpatione quod posunt eas imponere, & expendere in sustentationem officij inquisitionis, etiã clericis, si habent patrimonium propriũ, alias non, quia ecclesiarum bona non debent mitui, c. 2. de hare. Alias etiam pœnas potest imponere, in d. c. ad abolendam, & c. Excommunicamus, quas si non perficiat, est damnandus, in d. c. Excommunicamus. §. si quis.

15 ¶ Pœna imposta tradito brachio seculari, non potest per inquisitorem mitigari, vel mutari, quia iam post sententiam definit esse iudex. in c. Cum literis, de offi. deleg. secus si acceperit ad misericordiam. c. Vt commissi. §. illorum, eo. libr. 6. quia non definit esse iudex, & istæ pœnæ arbitrariæ sunt.

16 ¶ Qui non credit sacræ scripturæ acceptatę ab ecclesia, est hæreticus. Nam ex hoc sequitur, quod spiritus sanctus nõ sit locutus per Prophetas, vel quod falsũ dixerit, vel quod ecclesia erret circa ea, quæ sunt fidei, quod (vt s. Cõcilium, nu. 3. diximus) esse non potest.

17 ¶ Qui non credit determinatis ab ecclesia circa fidem vel bonos mores, sed oppositum pertinaciter affirmat, est hæreticus, quę pertinacia deprehenditur, quando declarato errore, stat quis pertinax, quãdo deprehensus à iudice in huiusmodi non vult abiurare, nec resilire, modo supra dicto. Dubitare etiam de huiusmodi cum consensu rationis, est hæresis, & mortale peccatum, quia dubius in fide dicitur infidelis, c. Dubius, eo. debet igitur Christianus in credendis firmus esse, nec dubitare.

18 ¶ Hæresis ad vitium superbiæ potest reduci, & est magnum peccatum, quia subuertit fundamentum totius boni operis, sine quo salus esse non potest.

19 ¶ De inuentis hæresibus, vide directorium inquisitorum. Tab. ibi §. 27. usque 53. Quomodo inquisitores se debent habere erga hæreticos. Vide Sil. ver. hæresis. 2. & 3. Si hæreticus fecit aliquem actum exteriorem, vel dixit verbum hæreticum, etiam sibi soli secretè, est excommunicatus in cœna domini, &c.

DE

DE HERMAPHRODITA.

1 *Hermaphrodita an testis esse possit in testamento.*

2 *Hermaphrodita an possit ordinari.*

Hermaphrodita habens vtrunque sexum, qui magis ad fœmineum declinat, nõ potest esse testis in testimonio, sicut nec mulier, secun. glo. in c. Si testes. 4. q. 3. Secus si magis ad masculinum vergit. Si est paritas secundum Gul. censetur vt mulier, & ita non admittenda nisi vt mulier, sed gl. non determinat.

2 ¶ Si virilis sexus magis ircalescit, non tamen debet ordinari, quia est quid monstruosum, arg. in cap. Illiteratos. dist. 36. si ordinetur, characterem recipit, non autem si est sexus par, vel fœmineus, magis, secũdũ d. Gul. quõ autem ad contrahendum, debet considerari sexus validior, quõd si sit par, eius electioni stabitur, secundum d. gl. & Bald. in l. queritur. ff. de sta. ho. & hæc dicit esse Gul. determinationẽ, quæ etiam rationalis satis videtur.

¶ **HYPOCRISIS**, supra, Fictio, & j. Simulatio.

DE HISTRIONE.

1 *Histrionum ars in quo consistat, & quomodo liceat.*

2 *Histrionibus aliquid dantes an mortaliter peccent.*

Histrionum ars consistit in dando delectationem aliis indictis, vel factis, ideo si debitis circumstantiis exerceatur, non est peccatũ, secũdũ Tho. 2. 2. q. 169. ar. 3. Respectu materiæ potest esse peccatum, vt si versetur circa dicta, vel facta inhonesta, vel ponendo diuina, vel scripturam sacram in iocum, vel dicẽdo iniuriosa, despectiua, adulatoria, & huiusmodi. Peccatur etiam respectu loci, temporis, negotij personarum, dum horum aliquid non observant. Ex fine etiam contingit peccare, dum nimis cupiunt hominibus placere. Et communiter est veniale: nisi quando interuenit materia ex suo genere mortalis, vt iniuria proximi, cõtempus diuinorum & similia. Et propter hæc annexa, hæc ars damnatur, cum dantibus. cap. Donare. dist. 86. Istis negatur communio. c. Per dilectionem. de conse. dist. 2. quod tamen non fieret nisi propter mortale.

2 ¶ Dantes eis aliquid vt in tali crimine, vel officio damnato perseuerent, mortaliter peccant, secus si dant, quia sunt in extrema miseria, vel ne eos diffament, vel alio pio respectu, & d. ca. Donare. debet intelligi de illicitis modis. Dicit Gul. quod qui dat huiusmodi histrionibus, vel maledicit, ne

de

de ipsis mala loquantur, eosque infament, non peccare eos credit.

DE HOMICIDIO.

- 1 *Homicidium, id est iniusta hominis occisio, mortale peccatum est: duplexque est.*
- 2 *Occidens hominem ex intentione mortaliter peccat.*
- 3 *Occidens aliquem credens esse in mortali, an peccet.*
- 4 *Latrones notorii possunt sine alijs probationibus suspendi.*
- 5 *Hominem interficiens defendendo immediate res suas, an peccet.*
- 6 *Medici si eum, cuius curam susceperunt, mori permittunt, an peccant.*
- 7 *Inuasus qui potest fugere, & per ignominiam non vult, si interficiat inuasorem, an peccet.*
- 8 *Occidere aliquem impunè quando liceat.*
- 9 *Inuasus ab alio ut det pecuniam, an teneatur dare.*

1 **H**omicidium, id est iniusta hominis occisio, mortale peccatum est, quia contra iustitiam, & proximi caritatem. Aliquando est per se intentum, aliquando per accidens. Occidens autem aliquem innocentem voluntariè, mortaliter peccat. Excusantur tamen iudex, & ministri, innocentem, occidentes secundum allegata, & probata, quia licet sit innocens in conscientia, non tamen in foro exteriori, & apud homines: Excusantur etiam milites ex obedientia euntes ad bellum, quod reputatur iustum, si ibi aliquos occidunt, etiam in veritate, innocentes, licet non reputentur, secundum Caiet. ibi in summa supra. Bellum. §. 4. Excusatur carnifex, & exequens iniustam sententiam, non continentem errorem manifestum propter eandem rationem, officium suum exequitur.

2 ¶ Occidens hominem ex intentione, & non habens publicam auctoritatem, semper mortaliter peccat, siue mereatur mortem, siue non. Eodem modo occidentes non zelo iustitiæ, sed odio, vel alia mala intentione mortaliter peccant, similiter reus est homicidij, qui se defendendo alium occidit, quando, scilicet se defendit, ut occidat, vel non est defensione contentus, nisi occidat. Secus si quis occidunt, quia se defendunt, nec intendunt occidere sed se ipsos tueri. Peccant etiam occidentes aliquos etiam si mereantur occidi, non seruato iuris ordine, de his, quæ sunt de substantia. Ex hoc sequitur, quod nunquam liceat se ipsum occidere, quia

quia nemo sui iudex est, secundum Caiet. ibi supra. ideo hoc mortale censetur.

3 ¶ Occidens aliquem, & credens ipsum esse in mortali, & consequenter damnari, dummodo non interficiat contra iustitiam, etiam quod se defendendo hoc agat, non peccat: quia non intendit eius damnationem, sed suam defensionem, vel iustitiæ executionem. Similiter quis potest defendere proximum inuasum ab aliquo, vel liberare membrum proprium, ne scilicet mutiletur, vel turpiter vulneretur, vel pro necessariis ad vitam, & virtutem, ne perdat res suas, vel suorum, cum moderamine semper. Caiet. ibi. & Thomas, secunda secundæ quæstione sexagesimaquarta articulo sexto, ad secundum. Quando quis non potest res suas aliter defendere, quin defendendo sequatur inuasoris occisio, licitè occiditur. Plus enim quis tenetur curam rerum suarum habere quæ sunt adminicula vitæ suæ, virtutis, & felicitatis, quam alienæ vitæ: non tamen debet mortem intendere, sed defensionem, nec hoc modo inuasorem occidens fit irregularis, de homi. cler. Vnica Caiet. vbi supra.

4 ¶ Quando latrones inveniuntur in crimine notorio ut in viis, possunt sine aliis testibus, & citatione suspendi à iudice, quia factum notorium est ibi loco accusatoris, & testium, faciens publicam sententiam & excitans publicam voluntatem ad publicum actum, secundum Caiet. ibi.

5 ¶ Si quis immoderatè se, vel alios, vel res suas, vel huiusmodi defendendo, hominem interficit, mortaliter peccat, ut proiciendo immoderatè sagittam, lapidem, vel huiusmodi, relaxando visum, dando medicinam, tenendo pueros in lecto cum periculo suffocationis, &c. & cum ex aliquo opere indiscreto, & inaduertentiâ, quam quis debebat attendere, interuenit homicidium. Item homicidæ sunt, qui cum possint, & teneantur prohibere homicidium, negligunt, ut sunt officiales domini, &c.

6 ¶ Item negligentia medicorum, si eum cuius curam susceperunt, mori permittunt ex negligentia in studendo, vel visitando, & huiusmodi, est mortalis. Item qui non occurrunt alicui patienti extremam necessitatem, si possunt, sine periculo propriæ vitæ, rei sunt mortis illius, ut non pascentes morientes fame, & huiusmodi, Supra. Eleemosyna. §. 2. & tertio. Omnes enim huiusmodi sunt causa homicidij per accidens. Eodem modo qui non tuerur inuasum, cum possit, vel non auisat eum contra quem tractatum est de mor-

te, & hæc omnia cum moderamine fieri debent. Et notandum quòd si quis prædicta faceret, vel omitteret, licet mors, quæ tenebatur, non interueniret, cum tamen intenderet mortem faciens, vel omittens per se, vel per accidens, mortaliter peccauit, per accidens enim fuit, quod non fit sequuta mors. An liceat unicuique bannitum occidere, supra, Bannitus. §. primo.

7 ¶ Si quis inuasus potest fugere, quia fuga esset sibi iniuriosa, & magnum dedecus, non vult fugere, sed se tueri, & sic defendendo inuasorem interficit, non peccat mortaliter secundum aliquos, & hoc mihi placet, quia si pro iactura rerum licet defendendo occidere, vt dictum est, multò magis pro honore. Vnde secundum Arch. Flor. licitum est mulieri se tuenti, ne opprimatur, occidere opprimere volentem, quando aliter facere non potest: quanquam ad hoc non teneatur: potest enim patienter tolerare, & voluntate reniti, sicut inuasus potest fugere, si vult, non tamen tenetur. Pro vita tamen spiritali alterius, quis tenetur mortis periculum subire: vt si puer peste laborans sine baptismo esset moriturus, quilibet potens teneretur in hoc casu exponere se morti, ne sine Baptismo decederet, secus de communione, quia sine illa posset saluari. Tenemur enim plus animam proximi diligere, quam vitam nostram corporalem. Prælati autem, quibus animarum cura commissa est, ad plus tenentur, supra, Episcopus. num. 3.

Occidere impune, & sine peccato quando licet.

8 ¶ Sunt aliqui casus, in quibus permissum est impunè occidere, vt nocturnum depopulatorem, vxorem in adulterio deprehensam, & huiusmodi, de quibus dico, quod si lex tantum permittat, tales occidentes poenam legis euadunt, sed non culpam mortalem. Si autem lex concedat vt occidantur, tunc non peccat occidens, quia factus est legis minister quilibet, vt communiter facit circa bannitos, dummodo hoc faciant zelo iustitiæ, & vt eius executores. Et sic intellige gl. in c. Cum homo. 23. q. 5.

An inuasus ab aliquo vt det pecuniã, teneatur dare.

9 ¶ Si quis inuasus ab aliquo occidendus, nisi tantam pecuniæ summam dederit, an teneatur dare. gloss. in prin. d. 83. dicit esse diuersas opiniones, & ipsa videtur tenere, quod non, si esset prælatus. Caritas tamen videtur cogere, quòd si habet talis vltra necessitatem vitæ suæ, & suorum quibus tenetur prouidere, tenetur dare talem pecuniã, & saluare vitam, quia tunc est in extrema necessitate, non valens aliter euadere mortem. Idem dic de proximo posito in extre-

ma necessitate, quòd habens de superfluo, tenetur eum à morte liberare, quando mors est sibi iniusta, & præcipuè si habet publicam potestatem, supra, Eleemosyna. §. 3. De irregularitate, quæ ex homicidio oritur, infra, Irregularitas. §. secundo. vsque ad 64. de homicidio puerorum suffocatorum, infra, Irregularitas. §. 51.

DE HOMINE.

1 Homo liber an pignorari possit.

2 Homo liber an possit dari obses.

1 **H**omo liber non potest impignorari, nec dari in subfidium aliarum rerum deficientium. Facit c. Lator, de pig. Imò recipiens cum perdit debitum, vt no. gl. in c. ex rescripto. de iu. iu.

2 ¶ Homo liber, non ex consuetudine potest dari obses, non solum à Papa, & Imper. sed etiam ab aliis dominis, & ciuitatibus, quamuis superiorem recognoscant secundum gl. in l. 2. C. de patri. qui si. dist. & præcipuè pro pace seruanda, secundum glo. in c. Vt pridem. 23. q. 8. non autem pro pecunia, cum nõ possit in pignus dari, vt supra. Quomodo potest vendi, vt supra, Emptio. §. 12. Potest etiam vendi, vt filius à patre ob paupertatem. C. de pa. qui si. distr. l. 2.

DE HONORE.

1 Honorari qui debeant.

2 Diuites propter quid honorandi sint.

3 Honoris appetitus quomodo sit peccatum.

1 **H**onorari debent principes, parentes, & senes etiam quòd sint vitiosi, vel quia repræsentant virtutem alterius, vel quia sunt signum virtutis, secundum Thom. 2. 2. q. 63. ar. 3. Si autem sunt virtuosus, duplici honore sunt digni: honor enim virtuti debetur. Ideo tales non honorans peccat, quando adest tempus: sed magis qui eos spernit, cū scriptum sit, qui vos spernit, me spernit. Et quando fit notabilis irreuerentia, vel fit cum Dei contemptu, est mortalis, infra obedientia. nu. 12. licet sola virtus honorari debeat, iuxta Philosophum. 4. Ethic.

2 ¶ Diuites honorandi sunt non propter diuitias, sed quia maiorem locum in communitatibus tenent, aliter esset peccatum acceptionis personarum, secundum Tho. ibi supra, si vt diuites honorentur.

3 ¶ Quomodo appetitus honoris sit peccatum supra, Ambitio.

Honor debetur maioribus.

1. Tim. 5.

Luc. 10.

bitio. numero 1. Et quando licet desiderium, licet etiam oblatum acceptare, cum hoc negare esset ridiculum valde, & irrationabile.

DE HORIS CANONICIS.

- 1 *Hora canonica sunt septem, & quis ad eas teneatur. num. 2.*
- 2 *Beneficiati existentes in minoribus an possint horas, ad quas tenentur, dicere per alium.*
- 3 *Religiosi professi non sacriati an teneantur dicere officium.*
- 4 *Moniales an teneantur dicere officium.*
- 5 *Clerici non beneficiati, nec in sacris, an teneantur dicere officium.*
- 6 *Monachis obligatus dicere officium secundum consuetudinem sui ordinis, si dicat secundum curiam, an peccet.*
- 7 *Officium Beate Virginis an dicendum sit ex obligatione, vel consuetudine.*
- 8 *Officium mortuorum quando dici debeat.*
- 9 *Litania, Septem Psalmi, &c. an de præcepto dici debeant.*
- 10 *Papa an dispensare possit cum beneficiato, ne dicat officium.*
- 11 *Excommunicatus minori excommunicatione an teneatur dicere officium, & an cum alijs dicere possit.*
- 12 *Prælati mutare possunt officium quo ad accidentalia, non autem quo ad substantialia.*
- 13 *Iniungendum an sit illi, qui prætermisit officium, ut illud repetat.*
- 14 *Si quis aliquid omiserit in medio officij, vel in principio, an debeat totum repetere, vel id quod omissum est dicere.*
- 15 *Dimittens officium propter infirmitatem an peccet mortaliter.*
- 16 *Tempus dicendi officium quod sit.*
- 17 *Missam dicere ante matutinas mortale est.*
- 18 *Attentio debet esse in celebratione officij, & num. 20.*
- 19 *Officium in quo loco dici debeat.*
- 20 *Existens in choro si suum versum submisit dicat, & alterum audiat, an satisfaciatur.*

1 **H**Oræ canonicae sunt 7. Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorium, & Matutinae. c. 1. de celeb. miss. ad quas non tantum presbyteri, sed & omnes clerici in sacris existentes tenentur de præcepto. Ar. de presb. cap. cum secundum Apostolum, & 91. d. c. 1. etiam quod non habent beneficium, ratione ordinis sacri. Concord. doct. Et si non sint in sacris, tamen sunt beneficiati, tenentur. 92. dist. c. si. & Pau.

Pa. in d. cap. 1. Intellige dummodo possint fructus percipere beneficij, quia qui de altari non viuit, altari seruire non tenetur, etiam quod beneficium sit modicum, tenentur, secundum Card. in cle. 1. de cele. miss. etiam si beneficium sit factum ex patrimonio. Hoc idem Tho. q. 6. q. 5. Et omittens sine rationabili causa mortaliter peccat, quia recipiens temporalia ad spiritualia obligatur.

2 ¶ Qui autem haberet simplicem præbendam, sine aliqua spiritualitate, quæ etiam potest laico dari si non sit in sacris, non tenetur propter hoc dicere officium, quia hoc datur ei pro alijs meritis, non dicitur simpliciter beneficiatus, sicut qui habet redditus ab ecclesia pro officio matriculari, ut magister in Theologia, & huiusmodi. Tales non sunt clerici, nec in choro recipiuntur.

3 Beneficiati existentes in minoribus non possunt horas, ad quas tenentur, dicere per alium, secundum Pa. in c. 1. de cele. miss. quia hoc est onus personale. Idem Io. An. qui in c. presbyter, de cele. miss. dicit hoc tenere Theologos, quavis Landul. oppositum tenuerit. possunt tamen officiare ecclesiam suam per alium idoneum, iusta causa interueniente. Tenentur etiam ad officium mortuorum, quod ordinariè dicitur in ecclesia, ubi sunt beneficiati, secundum Tho. quol. 6. q. 5. art. 2. & quol. 1. q. 7. ar. 1. siue sint in sacris siue non.

4 ¶ Religiosi professi non existentes in sacris, secundum Caie. ibi, non tenentur de iure dicere officium, neque ex professione, neque ex victu, quia eis debetur, ex quo dedicati sunt perpetuo seruitio Dei, fortè ex consuetudine tenentur, de qua dicit se nihil scire. Contrarium tenent communiter alij, ut Pet. de Pal. D. Arch. Flor. Tamen hoc nullo iure probant. Ideo opinio Caiet. melior videtur. De conuersis dicit Caiet. quod non est dubitandum illos non teneri, neque qui sunt de tertio habitu, sed eis ex suis constitutionibus iniunguntur quædam orationes, & non ex præcepto ecclesiae, quia ut dicit magister Vinc. Bandel. in constitutionib. in cap. De conuersis, recipiuntur ad opera seruilia, & secundum Pan. in cap. Non est. de reg. circa prin. sunt famuli monasteriorum. Tutius tamen est ut clerici professi dicantur, propter cap. Licet de voto. Nouitij autem non tenentur, quamuis Pet. de Palu. videatur tenere oppositum: primum tamen tene, quia verum nondum enim sunt religiosi, neque voto affecti.

5 ¶ De monialibus dic pariformiter sicut de religiosis professis

Recipiens
temporalia
ad spiritualia
obligatur.

Clerici non
professi
an teneantur
ad horas cano-
nicas.

fessis tantum, quia non videntur teneri nisi ratione consuetudinis. De aliis autem, ut sunt Iesuati, heremitæ, & huiusmodi, licet habeant votum, & non possint redire ad seculum, non credo eos magis teneri, quam clerici religiosi non exigentes in sacris, vel conuersi. Possunt tamen ex consuetudine, quæ esset inter eos de officio dicendo, ex qua crederent se ex præcepto obligatos, teneri. Tab. tamen ibi. §. 8. videtur dicere quod tenentur, quando non possunt ad seculum redire. Hæc ratio nihil valet, aliter & conuersi tenerentur.

6 ¶ Clerici autem non beneficiati, nec in sacris, ad aliquod officium ex præcepto non tenentur, & ad hoc satis valet communis consuetudo. Nā Doctores quando loquuntur de clericis in sacris, vel beneficiatis teneri, nil de non beneficiatis, & non existentibus in sacris dicunt, licet Pa. in d. c. 1. videatur dicere (secundum quod credit) quod teneantur. Verus tamen est non teneri.

7 ¶ Pro officio debent dicere 7. horas canonicas de præcepto, de consuetudine autem quilibet dicat officium secundum ordinem suæ Ecclesiæ, vel suæ religionis, ita quod ista consuetudo non obligat ad mortale. Nam si monachus diceret officium secundum curiam, vel diceret nonam ante sextam, vel faceret de sanctis, quando debet fieri de feria, non propter hoc mortaliter peccaret, secundum Caiet. ibi, quia non mutat substantialia officij, sed accidentalia tantum, grauer tamen delinquit quando ex negligentia facit, mutans officium pro libito. Fratres tamen prædicatores ex suis constitutionibus habent, quod sint contenti officiis Ecclesiarum, ad quas declinant.

8 ¶ Ad officium B. Mar. quando regulariter dicitur in choro, tenentur omnes ex consuetudine ecclesiæ, quæ consuetudo ad præceptum obligat, sicut ad aliud officium. Secus quando non dicitur in choro, licet bonum sit, ut priuatè tunc dicatur. Hæc secundum Pa. & Ioan. de Lig. in c. 1. de celebr. mis. & cle. 1. eo. Pe. de Pal. 4. sen. di. 15. q. 5. art. 6.

9 ¶ De officio mortuorum, quando in die animarum dicitur, tenentur omnes, sicut ad aliud officium. Quando autem alias dicitur, tenentur, secundum consuetudinem suæ ecclesiæ, vel religionis, secundum Pet. 4. dist. 15. & T. ql. 6. §. In ordine prædicatorum est consuetudo, quod dicitur semel in hebdomada totum officium mortuorum, nisi sit impedimentum, & omnes ad hoc tenentur. Aliis autem diebus dicitur tantum tres lectiones, & ad hoc non tenentur nisi hebdomadarius,

*Officium
diuinum
mutare
non licet
absque
peccato.*

darius, diaconus, & subdiaconus, & ille qui notatus est in tabula promissa defunctorum. Et isti non possunt propria auctoritate committere alteri, ut pro eis dicat, sed bene cum licentia prælati, vel cantoris qui in choro vices prælati gerit, & ratio horum est, quia hoc videtur esse onus personale. Et huic concordat Arch. Flor. Sil. verò ver. Hora. §. 6. dicit, quod non videtur onus personale, ideo possunt committere. Primum tamen videtur melius, sed in similibus consuetudo multum facit. ideo seruanda, quando de ea constat.

10 ¶ Litanias autem dicere quando fit de feria secundum Sil. ibi, supra non est de præcepto, nec Psalm. pœnitentiales, vel psalterium in die pasceue non existentibus in choro, quia patres nostri noluerunt nos ad præceptum obligare in huiusmodi, Magister tamen Vincen. Band. vbi supra, dicit fratres ad litanias teneri, licet post quamcunque horam possint dici, & hoc securius videtur.

11 ¶ Papa secundum Pa. in d. c. 1. nō potest dispensare, quod qui tenentur dicere officium, non dicant, cum hoc sit de iure diuino. Potest tamen dispensare, quod non dicant hoc vel illud. Alij dicunt, quod potest, dummodo per aliquod aliud recompensent beneficium, vel alio modo laudent Deum, non beneficiati. Et hoc magis placet Sil. & Land. & Ioan. de Lig. in d. cle. contra quos arguit Pa.

12 ¶ Excommunicatus minori excommunicatione tenetur dicere officium, & cum aliis potest dicere secundum omnes. Si vero maiori tenetur, debet dicere, sed non in ecclesia, vel cum alio, aut quasi in officio suo, sed per modum orationis, sine Dominus vobiscum. c. Si quis episcopus damnatus. 11. q. 3. Excommunicatio enim non liberat eum ab hoc onere, etiam si sit degradatus, & fuit in sacris, vel si non fuit in sacris tamen beneficiatus, quamdiu tenet beneficium, tenetur, quia hoc est onus, & non honor, ar. in cap. legi. 16. q. 1.

13 ¶ Prælati possunt mutare officium quod ad accidentalialia, ut si debeat fieri de feria, fiat de sancto, & huiusmodi, nō autem quod ad substantialia, secundum Magistrū Vincentium in const. fratrum præd. dist. 1. cap. 1. quia secundum Arch. Flor. præceptum huiusmodi non est determinatum circa modum. Peccant tamen mutantes sine rationabili causa, non tamen secundum eundem magistrum Vincentium possunt innouare aliquid ad perpetuò durandum per modum constitutionis, vel consuetudinis generalis circa diuinum officium. Sicut non possunt tollere consuetudines communiter approbatas,

*Cantor
in choro
gerit vicē
prælati.*

*Papa aut
possit di-
spensare
super di-
uino offi-
cio.*

14 ¶ Non est iniungendum illi qui prætermisit officium ut illudmet repetat, sed aliquid aliud, ut Septem Psalm. vel psalterium secundum quantitatem officij dimissi, ut congruitas officij quò ad tempus non tollatur, secundum Th. quol. 3. ar. 29. Talis tamen pœnitentia est arbitraria secundum omnes, & præcipuè secundum Inn. & Arc.

Consulatur hic infirmi, & prædicatores.

15 ¶ Qui dimisit aliquid in medio, vel in princip. officij, nõ oportet repetere totum officium, sed id quod omissum est, vel aliquid aliud dicere, secundum Vul. Si autem partem notabilem dimisit, secundum Arc. recipiat totum, si vult mortale euadere. Et si dixit Nonam ante Sextam, non est opus replicare, sed sufficit dicere omissa, secundum Pet. de Pa. Similiter qui propter aliquod legitimum impedimentum dimisit horas, ut propter infirmitatem, vel prædicationem, non tenetur altera die illud replicare, sicut de ieiunio omissio propter rationem iam dictam. Secus quando eodem die potest satisfacere. Et qui audit legi lectiones, vel antiphonas, & huiusmodi in choro, non oportet, quòd ipse replicet, sed sufficit attentè audire, nisi exerceat se, in choro, qui non potest ita attendere, caritas enim facit, ut quod vnus facit alteri tribuatur, quòd est bene notandum.

Prædicatores, & lectores quando non peccant non dicendo officium.

16 ¶ Dimittens officium ex infirmitate multum infesta vel quando dicendo multum conturbatur, non peccat mortaliter & in hoc statur iudicio medici, secus quando esset modica infirmitas. Pa. in d. c. 1. Nec tenetur illud audire, vel repetere postmodum, secundum Inn. & Pa. c. Ex parte, de obser. ie. Similiter non dicens officium, quia sine culpa sua caret libro, vel non videt, vel huiusmodi non peccat mortaliter. Debet tamen satisfacere dicendo aliquid aliud loco officij, cum hoc sit ex naturali lege. Prædicatores autem, & lectores, qui propter vitandum magnum scandalum, vel non impediendum magnum fructum non dicunt officium, non peccant mortaliter, nisi fortè fuerint negligentes, cum potuissent prius dicere, & noluisent. Similiter ex obliuione excusantur, nec repetere tenentur, transacto tempore congruo, ut dictum est supra.

Hora officij an possit præueniri.

17 ¶ Tempus, quo debet dici officium priuatè secundum Caie. ibi, est totus dies à vespera præcedentis diei vsque ad mediam noctem diei sequentis, ita tamen quòd solas matutinas liceat dicere vesperæ diei præcedentis, reliquas autem horas vsque ad mediam noctem diei sequentis. Multum tamen tardare ex negligentia, licet non sit mortale, graue tamen

tamen veniale est, si sine rationabili causa fac. Possunt tamè præuenire horam consuetam dicendo matutinas in sero, ut quietius, & commodius dicant, vel ob aliquam honestam causam, ut consultatur in iure, in c. presbyter. de ce. mis. De officio autem quòd collegialiter dicitur, est sancitum in lege, de. 1. de ce. mis. quòd dicatur debitis horis secundum consuetudinem, & ordinationes ecclesiarum. Prætermittere autem tales rubricas etiam ex negligentia, dummodo communiter seruetur consuetudo, non videtur mortale remoto contemptu, dicit tamen Sil. ibi. §. 8. quòd prælati ecclesiarum collegiatarum, & cathedralium mortaliter peccarent, si notabiliter sine rationabili causa horas propriis horis non dici facerent, propter illud verbum d. clem. sancimus. Hora autem debita non debet accipi punctualiter, alioquin post primam immediatè non posset dici tertia, sed secundum communem consuetudinem, nisi aliquo imminente scandalo.

18 ¶ Dicere missam ante matutinas secundum Arc. Flo. est mortale, quia contra consuetudinem totius ecclesiæ, de cons. d. 2. c. His reb. Si tamen aliquis casus, vel rationabilis causa adesset, ut pro vitando scandalo, & non inuenitur qui celebret, & simile, non credo esse mortale, & ita tenet Sil. ver. missa. 1. §. 6. neque etiam mortale est cantare missam collegialiter ante primam, ex simili causa, secundum eundem Sil. ibi.

19 ¶ Modus vacandi officio, & illud docendi præcipitur in c. Dolentes. de ce. mis. videlicet, quòd studiosè, & deuotè dicatur diuinum officium, tam diurnum, quàm nocturnum, estq; præceptum non de officio dicendo, sed de modo, in quo præcepto nihil aliud exigitur, nisi quòd quis animo vacandi Deo horas inchoet, & in contrarium iste animus non mutetur, dum soluit diuinum officium. Ideo qui in officio aduertit se cogitare hoc, vel illud, quæ sunt ab officio extranea, sed non aduertit, quòd ab officio distrahatur, quamuis voluntariè illa meditetur, non propter hoc animus habitus à principio vacandi officio est mutatus in contrarium, quia nunquam habuit iste animum recedendi à vacando Deo in illo officio. Est enim hoc facile, quia sufficit, quòd intendat vnum de his quatuor, videlicet, vel ne erret in verbis, dicendo vnum pro alio, vel quòd attendat ad sensum verborum, applicado effectum ad id, quòd verbis significat, vel ad gratiam petitam in oratione, vel officio, ut ad caritatem, vel simile, vel ad Deam, seu Christum. Vnde nunquã mortaliter

*Attentio
in officio
divino di-
cēdo qua
requira-
tur.*

peccatur in hoc remanente primo proposito, ut dictum est secundum Caiet. ibi, supra. Quando autem quis actualiter remoueret talem attentionem, ut cum intentione nolendi amplius attendere officio, vel occuparet se in aliquo, quod requirit attentionem, ut numerando pecunias, vel huiusmodi, mortaliter peccaret: quia contra hoc praeceptum ageret. Secus si tale opus non requirit attentionem, ut est ambulatio. Talis autem attentio potest esse actualis, virtualis, & habitualis. habitualis sola non sufficit secundum Thom. in 4. sent. distin. 13. Actualis est valde difficilis, & non est necessaria, secundum eundem Tho. Virtualis autem est necessaria, & haec praecipitur in d. ca. dolentes quando dicitur deuotē.

Nota.

20 ¶ Sufficit ergo, ut cum quis incipit dicere officium, vel quod ante habeat aliqualem actualem intentionem satisfaciendi, vel dicendi officium, & quod non dimittat voluntariē ab illa intentione, nec se occupet in aliquo exercitio, quod multum mentem occupet, & quando sentit mentem ad cogitandum alia conuersam, studeat reuocare, vel saltē non deliberet animo persequi talem cogitationem contrariam intentioni primae, & hoc est facile. Quis enim vult dicere officium, & non aliqualiter cogitat actu quid vult facere, profecto nemo, nisi qui fatuus est. Ex dictis S. Th. & Pe. vbi supra elicita sunt praedicta. Ex multis, enim ab illis dictis, haec pauca collegimus.

Nota.

21 ¶ Quod ad locum officium debet dici in ecclesijs collegiatis, regularibus, & cathedralibus in choro, ut in d. cle. 1. Et praelati, vel illi ad quos pertinet facere hoc obseruari, si sine causa rationabili non faciunt, mortaliter agunt. d. cle. 1. Illi autem qui deputati sunt ad chorum, tam beneficiati, quam religiosi debent dicere in choro, nisi ex iusta causa dispensentur. 92. di. c. vlt. & quando ex contemptu, vel quando ecclesia multum, vel notabile damnum incurteret, ex eorum absentia, & non haberent legitimam causam, mortaliter peccarent, per d. c. h. vbi dicitur, quod qui non conuenerit, deponatur a clero, quod non fit, nisi propter mortale. Si autem sine contemptu, & ex causa hoc faciant mortaliter non peccant, ex qua causa praelati possunt dispensare in hoc, dummodo in priuato dicant.

22 ¶ Qui in choro existēs suum versum submissa voce dicit, alterum autem audit, secundum Cai. ibi, non satisfacit, ergo mortaliter peccat, si non replicat. Tab. autem ibi. §. vlt. tener

tener quod satisfacit. Prima tamē opinio innititur bonae rationi, quia talis sic dicens communicat cum aliis in choro, & consequenter totum officium non dicit, ut praecipitur in c. presbyter, de ce. mis. Alij fundant se super consuetudine, quae si extat nescio, immo videtur oppositū, quod ferē omnes alta voce dicunt, qui possunt. Mihi magis consonat opinio Cai. quia super meliori ratione fundari videtur, ut praepro satisfaciat.

DE HOSPITALI.

1. *Hospitale constructum absque autoritate episcopi an possit ad humanum usum redire.*

2. *Hospitale sine autoritate episcopi etiā cum oratorio construī potest, non autem debet ibi celebrari sine eius autoritate.*

Hospitale constructum absque autoritate episcopi, & deputatum ad Hospitalitatem viuente aedificatore, potest ad humanum usum redire, secundum Pan. in cap. ad haec, de reli. domi. Licet, enim cuiusque de domo sua facere hospitale, & si placet trahere ad statum pristinum. Ad hoc facit c. inter dilectos, de don. Secus autem est mortuo aedificatore, auth. de ecclesijs, tit. §. si quis aedificatione. Intelligitur nisi aliter ante mortem ordinasset constructor quod executioni mandari debet, ut in d. §. si quis.

2. ¶ Hospitale sine autoritate Pontificis, etiam cum oratoria construī potest, secundum Host. sed non debet ibi celebrari sine autoritate episcopi. Ar. in c. Vnicuique. de con. dif.

1. & hoc putat verius Pa. all. rex. ca. inter dilectos. de don. secundū vnā leg. Et idē Io. And. post Vinc. & Tac. An hospitalia ad episcopos pertineant, & quis eorum possit esse rector, quia hoc magis ad forū exterius pertinet, quam animae, vide Tab. & Sil. ibi, qui copiosius tractat. Ego autem pertranseo. Hospitalium rectores si reditus hospitalium in ipsos usus non expendunt excusationem non habent. Ad hoc enim deputati sunt.

DE IACTANTIA.

Iactantiae peccatum quando incuratur.

Iactantiae peccatum incuratur, quando quis se plus quam sit, ut appareat, verbis extollit, secundum Tho. 2. 2. q. 112. Est enim species mendacij, ideo iuxta naturā mendacij mortale, vel veniale iudicandum est. Similiter quia iactator non solum mentitur sed se laudat, ideo attendendum est, an talis laus sit perniciofa, iocosa, vel officiosa. Tertiō, est arrogantia

*De visita-
tione, &
guberna-
tione ho-
spitalium
vide in
Cō. Trid.
Ses. 7. c.*

*22. c. 8.
Ses. 24.
c. 8.*

*Laus
multa
plex.*

quam similiter oportet considerare, an sit perniciofa. Quarto, est lucrum, quod quandoque quaritur, & considerare oportet, an sit proximo nociuum notabiliter. Quinto, est gloria, de qua oportet videre, an in ea constituatur finis. Sexto, est vanitas, quæ communiter venialis est. Quando ergo iactantia perniciofa est notabiliter proximo ex intentione, aut de aliqua materia contra Deum, vel proximum mortalis est, aliàs venialis, secundum Caiet. ibi. Et secundum Greg. ponit inter species superbix. Et si iactantia propriè in dictis conftet, tamen quandoque in factis inuenitur, quando scilicet facta vim verborum habent.

DE IDOLOLATRIA.

- 1 Idololatria quid, & an mortale.
- 2 Idololatriam committit dans hostiam non consecratam alicui non adorans.
- 3 Idololatria grauissimum peccatum est secundum se.

Idololatria, qua per exteriora signa alteri quàm vero Deo diuinus cultus exhibet, peccatū mortale est, quia curturā creatori equalē facit, estque superstitionis species, de qua in loco suo dicitur, cum de superstitione erit sermo. Idololatræ ex metu, etiam quod quis non libèter neque infideli animo faciat, mortale est, quia contra honorem Dei, & mendacium perniciosum est.

Nota.

2 ¶ Dans alicui hostiã nō cōsecratam pro consecrata idololatriam committit, non autè adorantes, secundum Th. q. 1. q. 6. ar. 2. credunt enim consecratam esse.

3 ¶ Idololatria est grauissimum peccatum secundum se contra præceptum primæ tabulæ. Tho. 2. 2. q. 84. art. 1. sicut in terrena repu. grauissimum esse videtur, quod honorem regium quis alter det, quàm regis: quia quantum in se est, totum Reip. ordinem conturbat: sic grauissimum esse videtur, quod aliquis diuinum honorem creaturæ attribuat. Potest tamen esse minus graue hæresi, cum idololatria ignorantè peccet hæreticus scienter fidem corrumpat.

Idololatria potest esse minus peccatū hæresi.

DE IEIUNIO.

- 1 Ieiunium quantum ad necessitatem quid requirat.
- 2 Ieiunij dies qui sint.
- 2 Ieiunare qui teneantur.
- 4 A ieiunio qui excusentur. & num. 8.
- 5 Episcopus in ieiunio aliquando potest dispensare. & num. 9.
- 6 Ieiunij

- 6 Ieiunij præceptum an obliget ad mortale.
- 7 Ieiunare an teneatur alio die, qui quando tenebatur non ieiunauit.
- 10 Comedere non potest cibos prohibitos quis, licet sit dispensatus in ieiunio.
- 11 Ieiunium factum in mortale ad quid valeat.
- 12 Ieiunium an frangant facientes collationem vt dicitur, grossam.
- 13 Carnes edere sexta feria sine causa rationabili est mortale.
- 14 Ieiunium frangens semel, an pluries vel semel peccet.

Ieiunium quantum ad necessitatem, Primò, requirit qualitatem ciborum, scilicet abstinentiam ab esu carniū. In quibusdam ieiuniis ultra hoc abstinentum est ab ouis, & lacticiis, vt in quadragesima, in aliis autem ieiuniis mos patriæ seruandus est. Si autem in aliquibus locis etiam consuetum esset in quadragesima vti butyro, ex quo ecclesia scit, & tolerat excusantur vtentes à mortali. Secundò, quantum ad horam conuenientem dico, quod ante nonam, id est meridiem, ieiunantes non debent comedere, secundum Tho. 2. 2. q. 147. ar. 7. Pan. in rub. de ieiun. & nona grosso modo computatur, nisi aliter obstet cōsuetudo, quia si consuetum esset hora tertia, vel sexta comedere tempore ieiunij, potest seruari, secundum Caiet. ibi. Sicut non multi religiosi consueverunt comedere ante meridiem per multum spacium, & tempore S. Tho. nona erat hora tertia post meridiem, quia dicit, quod hora nona est, quando Christus emisit spiritum, vt patet 2. 2. supra. Tertio, quantum ad comestionem, necessaria est vna tantum comestio, secundum Tho. vbi supra. & sic habet cōsuetudo. Sumere autem aliquid in sero, vel ultra prandium ad sustentationem naturæ, est bis comedere, & consequenter frangere ieiunium, secundum Th. supra. sumere autem aliquid extra prandium potius ratione medicinæ, ne vinum noceat, vel vt quis possit dormire vel propter coleram, vel credentiam, vel huiusmodi, quando non fit in fraudem ieiunij, non frangitur ieiuniū, etiam sumendo sine siti ex cōsuetudine, videtur tollabile, quia parum pro nihilo reputatur. Sumere etiam modicum panis propter eandem rationem non damno, maximè quando sic habet cōsuetudo: Pan. in d. rub. In mane autem sumere collationem, quia non est consuetum, non puto licere, nisi ex aliqua causa legitima, vt ratione complexionis,

Vide aliquid in Concil. Trid. Sess. 23. cap. de defectu ciborum ieiunij. & c. Hora ieiunij.

Ieiuniū, quando verè frangitur, & quando non.

negotij, vel huiusmodi, adeò quod sit per modum medici-
næ, & non comestionis.

2 ¶ Secundò quantum ad dies, quibus est ieiunandum di-
co quòd huiusmodi dies magis noti sunt ex consuetudine,
quam ex iure, secundum Caiet. ibi, & sunt isti, quadragesima,
quatuor tempora, quæ quater in anno veniunt, videlicet

Post Pen. Cru. Lu. Ci. sunt tempore quatuor anni.

Vigiliæ Nat. Domini. Penteco. Assump. B. Ma. omnium san-
ctorum, omnium Apof. nisi Io. Ia. & Philippi, Nati. S. Io. Bap.
Laurentij, & non plures, nisi consuetudo stet in cõtrarium.
Ista quæ dicta sunt esse de præcepto, partim sunt de iure,
partim sunt de consuetudine, habente vim iuris. Ideò secũ-
dum Pet. de Pal. in 4. dif. 15. Arc. Fl. & alios doct. frangens di-
cta ieiunia sine causa rationabili, siue ex negligentia, siue
ex gula, etiam remoto contemptu mortaliter peccat. Vide
Thom. 2. 2. supra ar. 3. ex quo idem concluditur. Hanc viam
sequitur etiam Caiet. ibi, circa finem dicens, quòd ex com-
muni interpretatione videtur vinculum præcepti obligãtis
ad mortale transgressores, ex inobedientia, vel contemptu,
quando sine causa rationabili, vera, vel æstimata, vel autho-
rizata, nõ habita speciali aut generali gratia summi Põtifis,
quia tunc scienter ageretur contra opus præceptum. Et
dicit, quòd hoc non asserit secundum ius scriptum, sed se-
cundum communem interpretationem, quæ præcepto æ-
quipollet.

Ieiunare. 3 ¶ Tertiò quantum ad obligationem, dico omnes, ad hoc
qui tenentur esse præcepto. generale præceptum teneri, nisi causa rationabilis eos ex-
cuset, quæ est vel impotentia, vel necessitas, vel pietas me-
lioris boni. Et reputatur rationabilis, siue sit vera causa, siue
æstimata, vel autorizata (vt diximus) vt cum quis dubitat
infirmari, si ieiunet, etiã quòd sit falsum habetur pro ratio-
nabili causa, cum sic existimat, & ratione huius credit se ex-
cusari, vel si dubitat, facit cum licentia episcopi, vt possit
frangere ieiunium. Ex impotentia, excusa pueros vsque ad
21. annum completum, senes, vt sexagenarios, & alios qui
non possunt. Tempus enim senectutis indeterminatum est.
Infirmo, & manifestè debiles ex consilio medicorum ha-
bentium Dei timorem, prægnantes, & lactantes, pauperes,
qui hora prandij sufficientem cibum habere nõ possunt, se-
cus si possunt, tunc tenentur & ipsi ieiunare, nisi aliud impe-
dimentum existat.

4 ¶ Necessitas etiam excusat, quoscunque oportet facere
aliquod

aliquod opus necessarium ad salutem corporis, vel animæ,
vel statum temporalem, vel ad vitandum damnum, vel ad
acquirendum aliquid de raro euenientibus, vel oportet la-
borare quantum potest, cum quibus non stat ieiunium, ali-
ter non potest se, suamque familiam decenter alere, vestire,
dotare, tenere filios in studio, &c. Hinc excusantur omnes,
qui ex necessitate cuiuscunque debiti operis non possunt
ieiunare. Lex enim ieiunij non impedit opera necessaria, nec
debita. Et breuiter, quicumque non potest officium sibi de-
bitum perficere ieiunando, potest sine mortali soluere ieu-
niium, vt prædicatores, lectores, aduocati, &c. Etiam vxor, si
ob ieiunium non possit debitum viro reddere, vel exosa ob-
turpitudinem efficeretur, & similiter vir erga vxorem, non
teneretur ieiunare, secundum Caiet. ibi.

5 ¶ Quartò, quia ieiunium præcipitur, vt ad maius bonum
inductiuum, propterea excusantur qui incumbentes alicui
bono maiori, quam sit ieiunium, vt sunt opera misericordiæ
corporalia, vel spiritualia, si propter ieiunium oportet hæc
dimittere. In illo enim casu maius bonum impediretur, quòd
ecclesia non intendit. Ex hoc patet, quòd quis non potest
assumere peregrinationem dimisso ieiunio, quia maius bo-
num est ieiunium quam peregrinatio, quæ corporalis exer-
citatio est. Si tamen talis peregrinatio esset necessaria, vel ex
ea maximè Dei honor augetur, vel adesset magnus feruor
in peregrinatione, quæ omnia maius bonum iudicarentur,
& cum hoc non possit ieiunare liceret dimisso ieiunio pe-
regrinationem assumere. Conc. Caiet. ibi, & facit c. Nõ me-
diocriter, de cons. dist. 5. Prudens ergo confessor ex his iudi-
care poterit.

6 ¶ Quia dictum est, quòd rationabilis causa excusans est,
quando quis existimat sine magno periculo vel infirmita-
tis vel alterius nocuenti non posse ieiunare, vel suadetur
à timoratis, & credit sic esse, licet non sit, & nisi hoc crede-
ret, non frangeret ieiunium, & ex hoc non immineret scan-
dalum, nec alteri periculum. Ideo multæ personæ à trans-
gressione huius præcepti excusantur non ieiunãtes. Propter
quòd confessor sit prudens, ne tales damnet, sed excusa-
tionem illarum accipiat, maximè quando dicunt, quòd
libenter ieiunarent, si possent, & quando ieiunant ter in
hebdomada credentes non plus posse facere satisfaciunt. Et
quando causa est dubia, recurrendum est ad auctoritatem
superioris, videlicet Episcopi si adiri potest, vel parochiani,
cum

Vigilia alicuius festi quando potest mutari ab episcopo. cum Episcopus non potest adiri, qui episcopus non solum poterit dispensare, iudicando causam rationabilem, sed etiã commutare in aliquod aliud, causa non existente rationabili. Potest etiam idem episcopus mutare vigiliam alicuius festi, si in aliquo solenni festo euenit, vt vigilia Ioan. Bap. si in festo corporis Christi veniat potest facere, quod in vig. Corporis Christi ieiunetur, & post in vig. S. Ioan. comedantur carnes. Idem de aliis vigiliis Sanctorum, quia ecclesia nõ consuevit ieiunare vigiliis Sanctorum in solennitatibus, sicut non ieiunat vigiliam Ioan. Euangelistæ, non est autem sic de vigiliis quatuor Temporum. Conc. Pa. & Inn. in d. rub. & hoc euenit 1519. & sic fuit factum per ordinarium.

7 ¶ An hoc præceptum de ieiunio obliget ad mortale? Dicit Caiet. ibi, q̄ non inuenit in iure præceptum aliquod, q̄ sit antonomatice præceptum obligans ad mortale, licet sit præceptum quod distinguitur contra consilium. Dicit tamen quod ex communi interpretatione videtur vinculum præcepti obligantis ad mortale transgressores ex inobedientia, vt supra dictum est. Vnde non negat transgressores mortaliter peccare etiam remoto contemptu: sed dicit ex iure scripto, se non cognoscere, quod in fructione ieiunij quis incurrat mortale absque contemptu. Et quia communis sententia Doct. est, quod est præceptum ad mortale obligans, ideo hoc indubitanter tenendum, cum & hoc habeat vniuersalis ecclesie consuetudo, cuius principij non extat memoria.

8 ¶ Qui non ieiunauit vno die, quo tenebatur, non tenetur alio die ieiunare, secundum Pa. in cap. i. eo. sicut de horis canonicis dictum est, nisi aliquando ratione voti, vt cum votum est de ieiunio principaliter, & secundario de die, vt si infra mensem vouit ieiunare, & non ieiuno, transacto mense adhuc teneor, vel si iniungatur à confessore per annum omni sexta feria ieiunium, si non ieiunat feria sexta tenetur sabbato ieiunare. Si autem votum principaliter est de tempore ob deuotionem, vel celebritatem, vt de ieiunando in vigiliis B. Mariæ vel huiusmodi, transacta vigilia non tenetur, factus est enim impotens ad votum implendum. Onus enim erat temporis sicut sunt ieiunia ecclesie, infra Votum. §. 27.

9 ¶ Quò ad dispensationem dictum est, quod episcopus dispensare potest ex causa, vt infra dicitur secundum Caiet. bi. Tab. autem dicit secundum mentem Pan. in d. rub. post Inno. & S. Thom. 4. sent. dist. 25. q. 3. art. 2. quod solus Papa dispensat

dispensat in ieiuniis per ecclesiam inductis, nisi ex causa in debente ieiunare, ex qua potest episcopus dispensare. In ieiuniis autem ex voto episcopus potest dispensare, etiam sine causa existente in eo, qui vouit, secundum Pan. vbi supra. Et si causa est nota, non indiget dispensatione, sed si non est nota, indiget declaratione, quæ potest fieri per quemcunque habentem iuris notitiam, quia non est dispensatio. In ieiuniis impositis per penitentiam fit dispensatio, vel per superiorem, vel per æqualem confessorem.

10 ¶ Qui dispensatur in ieiunio, non propter hoc dispensatur, vt comedat cibos prohibitos. Ideo comedendo sine rationabili causa, vel alia dispensatione peccaret mortaliter, quia contra præceptum, vel consuetudinem ageret. Item dicit Arch. Flo. quia duplex est præceptum, vnum de non comedendo vitia, aliud de ieiunio.

11 ¶ Ieiunium factum in mortali, et si non valeat ad vitam æternam, secundum Albe. valet tamẽ quò ad satisfactionem mandantis ecclesie, vel confessoris, vt nouum peccatum non incurratur, quod fieret non ieiunando. Et quia prodest castitati, & relinquit post se effectum bonum.

12 ¶ Facientes collationem grossam secundum consuetudinem Ro. Cu. vel tinelli non frangunt ieiunium, quia tales videntur generaliter dispensari, secundum Caiet. ibi, quia Papa scit, & tolerat, & quia seruant suam consuetudinem antiquam, quæ consuetudo legem videtur interpretari. ideo excusantur.

13 ¶ Comedere carnes feria 6. sine rationabili causa mortale est, contra præceptum in d. c. de esu carnium. de cons. d. 3. nisi in die Nati. Domini, in quo licet, nisi quis habeat ex voto, vel regulari obseruatiã, vt in c. fi. de ob. ieiun. & multò magis si venerit in sabbato licebit. Vnde prælatus potens dispensare cum fratre, q̄ comedat carnes, potest etiam dispensare, quod comedat in die Nati. si feria 6. venerit, vel sabbato, secundum Sil. ver. Ieiunium. circa fi. & fundamentum huius ponitur à Pa. in c. fi. eo. quia per illud c. tollitur ius commune, & remanet votum & religio, sed in religione vt puta prædicatorum, potest prælatus dispensare, ergo, &c. Sic etiã Tabi. credit. Qui autem vouit non comedere oua feria 6. tunc non poterit comedere carnes, cum plus sit quam comedere oua. Quidam tamen dicunt, quod oportet ad intentionem vouentis recurrere, & hoc credo melius. Neque sabbato comedendæ sunt carnes, vbi est consuetudo, se-

cus si non est consuetum, vt in Catalonia.

14 ¶ Qui frangit ieiunium semel tantum peccat, quando scilicet frangit, non totiens quotiens comedit, quia post quā fregit factus est impotens ad seruandum pro illo die, sed qui quotidie in Quadrag. frangit, quotidie peccat, quia potest quamlibet diem seruare, sic tenet etiam Caiet. ibi circa si. In votis factis de ieiunio recurrendum est ad intentionem uentis, sicut in aliis votis.

DE I G N O R A N T I A.

1 Ignorantia peccatum quomodo incurritur.

2 Scire qua teneatur quilibet mentis compos. & num. 3.

4 Ignorantia affectata qua dicitur.

5 Ignorantia inuincibilis qua fit.

6 Ignorantia crassa vel supina qua dicitur.

7 Ignorantia qualiter excuset a peccato.

8 Occidens hominem proiciendo sagittam, vt volucrem interficiat, an peccet, & quid si sit ebrius, num. 10.

1 Ignorantia peccatum incurritur, cum quis potest, & debet scire aliquid, siue iuris, siue facti, & nō facit, quod potest vt sciat siue hoc negligat, vt liberius sine scrupulo peccet, siue per solam negligentiam hoc fiat: quia negligit id, ad quod tenetur, quod si sit de necessariis ad salutē, mortale est.

2 ¶ Quilibet mentis compos tenetur scire communia fidei, & iuris, quæ communiter a fidelibus Christianis, communiter instructis a parentibus & prædicatoribus, & cōuersatione Christiana sciuntur, vt sunt articuli fidei in Ecclesia solemnizati, vt articulus de Trinitate, de Incarnatione, Passione, & huiusmodi supra, Credere. §. 2. Decem præcepta, præceptum de confessione, communione, ieiunio ecclesie saltem in communi, quod non est periurandum, furandum, &c. quod quadragesima, vigiliæ de præcepto sunt ieiunandæ, quamuis nesciat, quæ sint illæ: ex S. Th. 2. 2. q. 72. art. 2. conc. Caiet. ibi.

3 ¶ Item quilibet tenetur scire ea quæ ad officium suum aut gradum, aut votum spectant: quoniam his ignoratis nesciret se recte habere in occurrentibus, vt dicit Caiet. ibi. Sicut si ignarus officium confessoris assumat, vel huiusmodi.

4 ¶ Ignorantia affectata dicitur, quando quis nō vult scire quæ tenetur scire, sed placet ei nescire, vt liberius peccet & hæc ignorantia non excusat a quacunque pœna, nec minuit pecca-

peccatum, quia non minuit voluntarium, sed auget: ideo aggrauat peccatum, ex intentione voluntatis ad peccandum, quod constat, quia noluit (vt malè ageret) intelligere.

5 ¶ Ignorantia inuincibilis est, quando quis non potest scire, vel ex grossitie intellectus, vel ex maxima difficultate, vel quia recte consulentem non habet. Et hæc peccatum nō habet, quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest, nisi vellet officium assumere contrarium suæ ignorantie.

6 ¶ Ignorantia crassa vel supina est, quando homo nescit etiam ea, quæ sunt communiter scita ab omnibus, quando de facili potuit aliquid scire & non curauit indagare, secundum Pa. in c. Apostolicæ, de cler. excom. mi. & hæc excusat non a toto, sed a tanto, id est non a mortali, si est circa præcepta legis diuinæ, vel iuris naturalis. cap. Si quis oderit. 24. quæst. 1. & c. qui ea. di. 38. quod intellige, quando negligentia est lata, vt quia est contra contenta, in dictis legibus expressè, & non subtiliter, vel reductiue. No. quod non quolibet tempore ignorans actu peccat, sed quando tempus est acquirendi scientiam, quam non habet, sicut in aliis peccatis omissionis contingit.

7 ¶ Conclude ex dictis, quod ignorantia secundum Tho. 2. 2. q. supra omnino inuoluntaria, siue sit inuincibilis, siue eorum, quæ quis non tenetur scire, omnino a peccato excusat. Ignorantia autem, quæ non tollit voluntarium, sed minuit, vt est crassa, & supina, minuit peccatum, non tamen a mortali excusat. Similiter ignorantia, quæ est causa peccati, vt cum quis volens occidere inimicum, patrem occidit, quem si cognouisset, non occidisset, non excusat ab parricidio, sed a patricidij circumstantia. Ignorantia affectata auget peccatum, vt dictum est.

8 ¶ Dico ergo, quod faciens aliquid ex ignorantia, quod non est contra legem Dei, vel naturæ credens illud nulla lege prohibitum, licet sit prohibitum, si talis ignorantia non sit affectata, nec crassa, quia laborat pro viribus scire necessaria sibi, ideo libenter audit prædicationes, & disputationes vbi hæc solent declarari, & facit quod communiter faciunt alij sibi similes: si est religiosus libenter studet, & interrogat, excusatur in foro animæ ab omni culpa, & excommunicatione in conscientia. cap. Cognoscentes, de costi. Non enim plus exigitur, quam possit homo. Secundum autem forum exterius aliter iudicabitur, nisi fortè ignorantiam probauerit, quia in d. c. Cognoscentes, determinatur,

Nemo peccat in eo, quod vitare non potest.

Nota.

Ab homine nihil plus exigitur quàm possit.

quod

quòd volens ignorantiam suam probare ad euitandū peccatam audiendus est. Concor. Syl. verf. Ignorantia. §. 7.

Nota. 9. ¶ Proiciens sagittam vt volucrum interficiat, & transeūtem hominem interficit, si fecit debitam diligentiam, & posuit signum, ne quis transeat, vel clamauit vt aduerterent, si aliquis ibi fuisset, vel erat in tali loco, in quo non erat verisimile aliquem esse, vt in deserto, & aduertit si quis fuisset, excusatur in foro animæ, quia fecit totum, ad quod tenebatur, & hoc homicidium fuit penitus inuoluntarium. Si verò in his fuit negligens, non excusatur, & tunc secundum notabilem negligentiam, vel non notabilem plus vel minus iudicabis. Nam quilibet debet aduertere, quæ facit, aliter si fit inconsideratus, sibi imputabitur.

Nota. 10. ¶ Si ebrius aliquem interficiat, mortaliter peccat, si in potestate eius fuit inebriari, & non, & tamen noluit cauere, tunc omne sequens ex tali ebrietate illi imputabitur. Secus si sine culpa sua factus est ebrius, & non potuit se facere custodiri, vt futurum periculum caueret. Tunc enim quia talis ebrietas illi non imputatur, nec consequenter malum sequens, quod vitare non potest, cum non sit sui compos, Quando autem lex, vel statutum ignorantes puniat, vide Pan. in cap. 2. de consti. in gl. fi. Cy. in l. si quis non dicam. C. de epi. & cle.

Quomodo Ebrius imputetur peccata.

DE ILLEGITIMIS.

1. Illegitimi qui dicantur, & quomodo legitimentur.

2. Filij an erant legitimi, si post contractum matrimonium quibus ordinetur, inuita vxore, & ignorante.

1. Illegitimi filij, qui sunt, & quomodo legitimentur, supra, Filius. §. 11. & infra, Legitimus. §. 2. ignorantia promotoris, & promoti illegitimi ad ordines, excusat eos. Nam omnes illegitimi, manci, spurij, nothi, prohibentur ordinari.

Filij sacerdotum non possunt promoueri ad ordines in Ecclesia patris. c. Innotuit de electio. Filij autem sacerdotum geniti, antequam pater ordines sacros suscipere, possunt promoueri ad ordines quoscunque, & ad dignitates, nisi in illa Ecclesia, in qua patres eorum fuerunt prælati, vel canonici, secundum Ray. Quod intellige ad easdem dignitates, vel præbendas, quam quorum patres tenuerunt. Ad alias autem non in eadem ecclesia poterunt canonicari, & promoueri, viuentibus eorum patribus, & in eadem ecclesia in officio suo manentibus. cap. Ad hoc. de fil. presb. supra, beneficium. §. 21. Quomodo cum eo potest dispensare episcopus, supra Beneficium. §. vigeli.

vigesimotertio, vsque ad 34. multa ibi, circa huiusmodi dicuntur.

2. ¶ Si quis post contractum matrimonium ordinetur ad sacros ordines vxore inuita, vel ignorante, filij erunt legitimi. Secus autem ipsa consentiente, vel sciente, & non reclamante. c. Seriatim. d. 32. Et ita iuxta distinctionem hanc opiniones Ray. & Gof. quæ videntur contrariæ, possunt concordari. Syl. ibi. §. 4.

DE IMAGINIBVS.

1. Imaginibus cælestibus, & astronomicis an liceat vti.

2. Zuuinglij, & Feliciani hæreticorum opinio circa imagines.

3. Imagines sanctorum non sunt violandæ.

4. Imago Christi non est pingenda sub forma agni.

5. Crucis imago quomodo adoranda, & an in terra sculpi debeat.

1. Imaginibus cælestibus, siue purè astronomicis vti, ad effectus quosdā subiectos corporibus cælestibus, omni remota superstitione, vt fumigationum, characterum, & huiusmodi, quæ ad cælestes influxus nil faciunt, non est peccatum. Huiusmodi enim characteres, fumigationes, &c. ad secreta dæmonum, quorum societas nobis prohibetur, videntur pertinere, secundum Caiet. ibi in summa.

2. ¶ Zuuinglius hæreticus, & Felicianus, dicebant sanctorum imagines destruendas, nec Christianos eis vti debere: sed dico vsum imaginum approbatum fuisse in concilio secundo Niceno, in Constantinopolitano sub Ireneo, in aliis tribus Conciliis, Lateranen. sub Greg. 1. & 3. sub Stephano, & in concilio Francfordien. & fuit damnata hæc hæresis Felicianana. Nam imagines pinguntur pro idiotis, vt qui literas nesciunt, ibi addiscant, quod imitentur, vt de con. d. 3. in c. Prælatum. Quomodo autem adorari debeant, supra, Adoratio. §. 6.

3. ¶ Imagines sanctorum non sunt violandæ, in d. c. Pa. Perlarum, sed adorandæ: ibi, in c. Venerabilis. Et prohibitum est eas in terram prosternere, lapidibus obruere, & huiusmodi, c. Si canonici, de offi. ord. lib. 6. Irreuerentiam enim hoc continet.

4. ¶ Imago Christi non est pingenda sub forma agni, sed hominis, c. Sanctam synodum. de consec. dist. 3. quia præsentem veritate, cessare debent figuræ, quod etiam credit glo. ibi.

5. ¶ Quomodo imago crucis est adoranda, supra, Adoratio. §. 7. quam sculpi in marmore, vel lapide in terra positis,

M non

Conc. Tri. Sess. 25. cap. mand. de inuoc. ven. reliq. san. & sacr. imaginibus.

non licet. & videtur mortale, quia gravissima poena lex contrahentes punit. C. nemini lice. sig. fal. l. vnica. Ideo valde sunt reprehensibiles, qui in sepulchris in terra positis cruces sculpunt. Qua autem adoratione sit crux adoranda, supra, Adoratio. §. 7. similiter quomodo sanctorum imagines sint venerandae. ibi, §. 6.

DE IMMUNDITIA.

1 Immunditia in effusione seminis, quando sit mortale.

2 Immunditia in rebus corporalibus peccatum est.

Eph. 5.
Gal. 5.

1 Immunditia in effusione seminis contra ius matrimonij voluntarie, peccatum mortale est, quia Apostolus dicit tales excludi à regno Dei. Immunditia vero in emissione superflui in vomitu, & similibus ex gula procedentium, communiter est veniale. Mortale autem, quando propter delectationem quis pronocat, se ad vomitum nulla alia ratione, nisi vt iterum comedit, secundum Tabie. Videtur enim contra naturam turpiter agere, & notabiliter gulosus, vel quando exponit se periculo alicuius notabilis mali corporalis, vel spiritualis. Videtur enim tunc ponere vltimum finem in delectatione gulae.

2 ¶ Immunditia corporalis, quando quis immunde, & sordide comedit, & viuit, peccatum est, quin recte rationi dissonat, sed communiter veniale, in rebus non sacris, in sacris vero, si notabilis est mortaliter peccatur, quia diuina reuerentia offenditur, & sub praecipio prohibetur iure canonico, in ca. Relinquit, de custo. eo. supra, Corporalia. §. 5. Aduertant hic sacerdotes, in sacris, & praesertim in his, quae circa missam sunt, vt immunditiam vitent.

¶ Immunitas supra, Emunitas.

¶ Impedimentum, infra, Matrimonium.

DE IMPUBERE.

1 Impubes quis dicatur.

2 Impubes an testis esse possit in maleficijs.

1 Impubes dicitur homo vsque ad annum 14, completum in masculo, in femina, vsque ad 12. inclusiuè. C. quando tu. vel cur. l. vlt. & quantum ad determinationem ecclesiae, licet secundum naturalem dispositionem quandoque in tali aetate, non sint apti ad generandum, & sic non dicerentur impuberes, vt in c. Puberes, de despon. impu. quia tamen in hac aetate communiter pubescere incipiunt, ideo ecclesia sic statuit, & tunc possunt contrahere matrimonium, vt in c. impuberes, & c. Continebatur, de despon. impub. Nō autem

ante,

ante, nisi proximi essent pubertati, & malitia suppleret aetatem, in c. de illis, el. i. eo.

2 ¶ Impubes testis esse non potest in maleficijs. ff. de testi. l. in testimonium quantum ad plenam probationem, sed ad iudicium potest examinari, & dictum eius est sufficiens ad iudicium, secundum Bar. in l. talis. C. de his quib. vt in di. Non tamen debet torqueri, licet soleat terri, & habena vel ferula caedi. ff. ad Senatusconsult. Silleia. l. i. §. impubere. Nec possunt impuberes, & furiosi, capitalē committere fraudem, id est, poenam, pro qua capite sint puniendi. ff. de edil. edict. cum autem. Quamuis in aliquibus ante hoc tempus incipiat pubertas, tamen hoc est tempus in iure decretum; Pubes namque proprie lanugo est, quae maribus in ann. 14. in feminis 12. circa pudenda nasci consuevit.

¶ INANIS gloria: supra Gloria.

DE IMPIETATE.

1 Impietas mortale peccatum an sit.

2 Impietas, qua parentibus, & consanguineis, & conciui- bus debitus cultus subtrahitur, aut iniuria irrogatur, mortale peccatum est ex suo genere, & valde graue, contra primum praecipium secundae tabulae, & hoc si fiat animo nocendi, vel inhonorandi talem, vt talis est, nisi quando esset pro re minima, & in primis motibus animi. Si autem non sit animus despiciendi beneficium, patriam, parentes, vel huiusmodi sed ex alia causa, tunc indica mortale, vel veniale secundum materiam, circa quam versatur impietas, & adde peccato maiorem grauitatem, sicut fit in peccato ingratitude, secundum Caiet. ibi. Pariter etiam peccatur contra supradictos in omittendo ea, quae quis exhibere tenetur.

Pubes
proprie,
quid sit.

DE IMPUDICITIA.

1 Impudicitia quid sit, & quando peccatum. 2. & 3.

1 Impudicitia vitium est, quando quis vacat actibus, tactibus, osculis, & amplexibus libidinosè, hoc est causa delectationis sensibilis, quae ibi sentitur, etiam si nullum opus aliud intendat, & si fiat à non coniugibus, mortale est, secundum Caiet. ibi, quia huiusmodi delectatio ad generationem est ordinata, sicut & ceteri actus venerei, & propterea nisi fiat propter generationem licitam, peccatum est, ob priuationem proprii finis, quia dixit Apostolus. Quod impudicitiam agentes, regnum Dei non consequentur. Dicit enim quod huiusmodi actus impudici eiusdem sunt moris,

M 2

quibus

Gal. 5.

cuius esset coitus consummatus inter illos: ita quod si fiant inter consanguineos, ad incastum spectant, & sic de aliis. Et concludit, quod si fiant inter coniuges, erunt veniale, si inter alios, mortale, quia hi actus, multò viciniore sunt actui cō-

Nota.

summato, quam cogitatio morosa, quæ in sola mente consistit. Si autem fiant huiusmodi ex benevolentia, ut quando visitant se inuicem homines secundum morem patriæ remota omni mala intentione, non sunt peccata. Vnde con-

Licitum

est dele-

ctari in

visu pul-

chræ mu-

lieris, sed

non in ta-

ctu.

cludit licitum esse delectari in visu pulchræ mulieris, non autem in tactu: quia visus de natura sua non ordinatur ad coitum sicut tactus. Ex his autem dictis, videtur valde periculosa vita hominis, qui, dum se tangit, vel fricando, vel mingendo, & sentit aliqualem delectationem, & placet sibi, mortaliter peccaret. Ego autem sic intelligo, quod quando homo aduertit, & perfectè deliberat delectari in huiusmodi tactibus veneris, vel in se ipso, vel cum alio, etiam quod nolit consummare actum extra matrimonium, mortaliter peccat, quia delectatio talis ex se mortalis est, nec propter hoc vita hominis est periculosa, quia hoc facere, contra naturam est, idèò naturaliter à ratione extraneum esse debet. Concordat Tab. in verbo Osculum, & Cogitatio morosa, Sil. ver. Delectatio. Sed in hoc videtur à Caiet. dissentire, quia ipse Caiet. non vult esse simile de visu, sicut de tactu, illi autem videtur includere tam visum, quam tactum, & etiam verba. Dicerem tamen quod si homo videndo pulchram mulierem, non solum delectatur de eius pulchritudine, sed etiam deliberat delectari de illa delectatione libidinosa, quæ ordinatur ad actum de se, licet non intendat actum illum, mortaliter peccat. Similiter quando in verbis turpibus idem intendit, & in visione rerum pudendarum. Hæc enim omnia excitant motus carnis, & concupiscentiam, ex quibus talis delectatio oritur. Nec credo quamlibet delectationem modicam esse mortalem, propter imperfectionem actus, sicut in aliis peccatis est.

2 ¶ Si hæc prædicta fiant à coniugibus, vel sponsis de præfenti, excusantur. Si autem sint sponsi de futuro, & credunt eis ista licere, quia sic consuetum est, poterunt aliquo modo excusari. Si autem huiusmodi tactus fiat causa affabilitatis, secundum morem patriæ, & sine mala intentione, licebunt, dummodo non fiant in partibus pudendis. si autem mulier sineret se osculari ab aliquo malo animo. & posset vitare sine scandalo, tenetur hoc facere, ne occasionem ruine ei præ-

beat.

beat. Si autem non potest, non peccat, sed ei imputetur, si scandalizetur, sicut phariseorum scandalum. Idem dico de viro erga mulierem. Tunc enim nō est scandalum actiuum, sed passiuum.

3 ¶ Quid si mulier nupta seipsam tangat inhonestè, dicerem quod si hoc facit, ut præparet se ad actum matrimonij cum viro suo, dummodo non sit periculum de pollutione extra actum matrimonij, non peccat mortaliter, & idem de viro, quia hoc ordinatum est ad id, quod licet. Si autem faciat tentum ob delectationem, ut quia virum tunc non habet & vult delectari saltem in tactu, mortaliter agit, peccato molliciei, quia pro tunc hoc sibi non licet, quia non ordinatur ad actum matrimonij, cum virum non habeat. Caiet. autem in verbo, Matrimonium, dicit, quod tactus coniugum inter se ob delectationem tantum, non sunt mortales, nisi propter periculum pollutionis extra vas, sicut de ebrietate. Ut cum quis multum bibit cum periculo inebriandi, &c. Si autem intendant explicite pollutionem, vel non curant, etiam si eueniat, sed essent contenti, quod eueniret, etiam quod non intendant, mortaliter agunt, secundum Caiet. supra: exponunt enim se ipsos periculo mortalis culpe, quam ostendunt sibi non displicere ut decet.

DE INCANTATIONE.

1 *Incantatio omnis mortale peccatum est.*

2 *Inuocatio Dæmonis occulta multis modis cognoscitur.*

1 **I**ncantatio omnis, ex genere suo mortale peccatū est, nam ibi semper est dæmonis expressa, vel tacita inuocatio, ex aliqua superstitione adiuuenta, ad aliquem dæmonis cultum. Vnde exercens huiusmodi incantationes, non excusatur à mortali, nisi ex imperfectione actus, ut quia non credit ibi interuenire dæmonis inuocationem, sed bona fide arbitratur dare operam rei licitæ, quæ quidem ignorantia videtur tantum habere locum in personis idiotis, quando non sunt monitæ. Post monitionem autem, si non desistant, non excusantur: quia cessat bona fides. Nec excusantur qui ignoranter fecerunt, qui tamen si sciissent nihilominus fecissent. Concordat Caiet. ibi in summa. Quia ignorantia, causa peccati nequaquam extitit.

2 ¶ Occulta dæmonis inuocatio ex multis cognoscitur. Primò, ex aliqua conditione vana adiuncta tanquam necessaria, ut cum dicitur, quod oportet talia verba esse scripta

*Nota hic
contra in-
nem con-
suetudinē
cōpluriū.*

in charta caprina, vel manu sinistra, vel à Virgine, & huiusmodi. Hoc enim nihil facit ad verborum virtutem. Secundo, quando ad effectus naturales adhibentur aliqui characteres significatiui, quos dæmones ipsi intelligunt. Tertio, quando ponuntur nomina, vel omnino incognita, vel nescitur ad quid pertineant. Quarto quando effectus expectatus ex huiusmodi excedit virtutem naturalium agentium, vt nosse cogitationes cordis, satiari statim hominem, vel aliud animal, & huiusmodi, quò ad medicinalia: Quinto, quando quæritur effectus vanus ex verbis sacris, vt, si dicendo versiculum psalmi, mouetur annulus, manifestum est quòd Deus non operatur ad huiusmodi vana, sed dæmon, qui gaudet honorari verbis, & rebus sacris. Sexto, ex adiunctis quibusdam verbis falsis, vt quòd Iesus dixit vxori suæ, vel quòd habuit spasmodum, vel febres, &c. vel quando adiunguntur apocrypha, vel incerta. Est enim mirabile, quòd Christus, qui tantam virtutem dedit apostolis ad miracula facienda, hæc secreta eis non reuelauerit, quibus vetulæ, & hi pessimi homines videntur dotari. Omnia ergo hæc relinquenda sunt penitus, quia superstitiosa, & mala censentur Caie. ibi concor. in sententia. Inuocatio, per totum Superstitio. §. 3. Diuinationo per totum, Augurium. §. 2. Vide ibi aliquid. Qui autem huiusmodi superstitiosa nolunt dimittere ad consilium confessoris, etiam quòd simpliciter fecerint, non absoluantur.

DE INCENDIARIIS.

- 1 Incendiarij qui dicantur.
- 2 Incendiarij ad quid teneantur.
- 3 Rapiens bona eorum, qui incendium patiuntur, ad restitutionem tenentur.
- 4 Vicinus timens domum eius incendi ex domo vicini iam incensa, si eam diruat, an teneatur ad restitutionem.
- 5 Incendiariorum pœna.

INCENDIARIJ dicuntur, qui malo animo, auctoritate propria incendunt aliena, vt domum, villam, segetes, & huiusmodi 12. q. 2. cum deuotissimam, & mortaliter peccant nō solum ex iniuria illata proximo, sed etiam propter damnum. Si verò præter intentionem, ex negligētia hoc veniat, erit mortale, vel veniale iuxta negligentiam incendētis, de qua negligentia, infra, Negligentia, per totum. Si enim dabat operam quis rei licitæ, adhibita debita diligētia, vt quia proprium agrum incendebat, & casu euenit, quod ventus

portauit

portauit ignem ultra quam suspicari potuisset, in culpa non erit. Si verò volūtariè, vel lata culpa hoc fecit, tenebitur restituere totū damnum. c. si egressus de iu. iu. Si autem culpa leuis, vel leuissima fuit, licet mortaliter non peccauerit, tamen secundum ius tenetur ad restitutionem, dummodo teneatur de leui, & leuissima culpa, quod si sine aliqua eius culpa fuit, ad nihil tenebitur, quia sine culpa pœna non inferatur, aliter iniquum esset.

- 2 ¶ Incendiarij non solum tenentur de rebus incensis, sed de rebus perditis propter incendium. ca. si. de iniu. fuerunt enim causa amissionis harum rerum ob incendium.
- 3 ¶ Rapiens bona illorum, qui incendium patiuntur restitutioni tenentur, nisi haberentur pro derelicto. c. si quis domū, de iniu. contra enim voluntatem possessoris rapiunt.
- 4 ¶ Qui iusto metu timet propriam domum incendi ex domo vicini iam incensa, & eam diruit, non tenetur ad restitutionem secundum leges, quia nec iniuriam illi, nec dānum fatere videtur, cum res esset æque peritura. ff. ad l. Aq. l. si quis fumo. §. quod dicitur. Si autem non fuit iustus metus ad simplum damnum tenebitur, secundum Host. debebat enim bene aduertere.
- 5 ¶ Incendiarij sunt excommunicandi, & post denunciationem absolui non possunt, nisi ab apostolica sede. de sen. ex. c. tua, supra, excommunicatio. 23. De iure vero civili puniuntur pœna ignis vel deportantur, proiiciuntur bestiis vel aliter. ff. de incen. l. qui ædes. Incendiarij locorum sacrorum, vel priuilegiatorum, ipso iure sunt excommunicati. vide supra, Excommunicatio 23.

¶ INCERTA, infra restitutio. §. 20.

DE INCESTU.

- 1 Incestum peccatum mortale est.
 - 2 Incestus quomodo impediatur matrimonium.
- INCESTUS peccatum mortale est, quod committitur ex commixtione carnali sine dispensatione inter affines & cōsanguineos, vsque ad quartū gradū inclusiue, & tanto grauius, quanto magis contra naturalem reuerentiā debitam est. Et ad idem peccatum spectat consensus, cogitatio, tactus, & huiusmodi erga affines, & consanguineos, etiam si nō sit volūtas consummandi, vel potentia naturalis, vt impuberibus. Vnde bonum est quòd pueri non dormiant cum puellis consanguineis, quia licet non possunt consummare actura, possunt tamen mortaliter peccare, se mutuo

M 4

tangendo,

§52 INCONSIDERATIO. INCONSTAN-
tando, ut dictum est supra impudicitia §. 1. hoc consiliū
affert Archi. Fl.

2 ¶ Quomodo incestus impediatur matrimonium, infra,
Matrimonium. §. 57. Est etiam hoc peccatum grauius adul-
terio, quia magis contra naturam, & leuius vitio contra na-
turam, & sacrilegio, secundum Tho. 2. 2. q. 15. art. 12. & §. sunt
enim 32. q. 7. c. quemadmodum, & c. seq. Accedens ad monia-
lem incestum committit, quia sponsa patris nostri est, & a-
dulterium, qui alterius sponsa est, & sacrilegium. c. Virgini-
bus. 27. q. 1.

DE INCONSIDERATIONE.

1 *Inconsideratio quando sit mortale.*

2 *Inconsideratio aliquando dicitur impedimentum rationis.*

1 **I**nconsideratio voluntaria, quando scilicet quis non
vult actu considerare priuatiuè, vel vult considerare,
sed non quod debet, videlicet ea, quæ sunt necessariò faci-
da pro salute, vel dicenda, vel appetenda, vel cauenda, est
peccatum mortale, quia notabilis negligentia circa salutem
animæ vel propriæ, vel alterius est. Si autem contingat face-
re aliquem actum, quem scit esse prohibitum, & tamen tunc
actualiter non considerat ex sola inconsideratione, quod si
consideraret, non faceret, ut quia comedit carnes, nō aduer-
tens, quòd sit feria sexta, non peccat mortaliter, quia non vi-
detur esse in nostra potestate, ut occurrant nobis omnia,
quæ scimus: & multominus peccat, qui quæsiuit, & confide-
rauit, & post factum se deceptum inuenit. Peccatum enim
mortale contra intentionem accidere non potest, iuxta mē-
tem Caie. ibi.

2 ¶ Inconsideratio aliquando etiam dicitur impedimentū
rationis à bono iudicio agendorum, propter delectationem
veneream, & tunc est filia luxuriæ. Quando sit mortalis, vi-
de supra, Cæcitas mentis per totum. Consideratio secundū
Tho. 2. 2. q. 54. ar. vlt. pertinet ad iudicium, ideo defectus recti
iudicij ad vitium inconsiderationis spectat.

DE INCONSTANTIA.

1 *Inconstantia quando peccatum sit, & quando incurritur.*

1 **I**nconstantia peccatum est, quando incurritur, cum
homo à bono, ac debito proposito recedit, non exe-
quendo illud, quia ab ordine rectæ rationis deuiat. Et est
mortale, quando dimittit necessaria ad salutem, alias venia-
le. Et secundum Tho. 2. 2. q. 353. est filia luxuriæ, in quantum
præceptum bonum impeditur, propter delectationem ve-
neream,

veneream cum ex impetu concupiscentiæ impeditur ne exe-
quatur id, quòd decreuit esse faciendum. Hi enim etsi ani-
mo decreuerint carnalia relinquere, ad lachrymulam fœmi-
næ mollescunt.

DE INCONTINENTIA.

1 *Incontinentia peccatum est, & quando incurritur.*

1 **I**ncontinentia peccatum est, quod incurrit homo ha-
bens rectam intentionem, cum vincitur à passioni-
bus luxuriæ, iræ aut honoris appetitu. Et inuenitur in perso-
nis quæ non sunt multum bonæ, nec multum malæ, quæ
passiones non habent plenè domatas. Et tunc mortale pec-
catū est, cum permittit se aliquis vinci à passione, ita quòd
in aliquod mortale consentit, alias veniale, conformat Caie.
ibi, in summa, de qua & Tho. 2. 2. quæst. 156. Et hæc maxi-
mè dominatur cholericis, & melancholicis, secundum Tho.
vbi supra ar. 1. Post Philosophum in septimo libro Ethic. &
ratio S. Tho. ibi affertur.

DE INDITIO.

1 *Inditium quid, & quot ulex. nu. 2.*

3 *Inditia quæ sufficiant, an possit dari regula.*

4 *Inditia, ut sufficiant quid requirantur.*

5 *Inditium sufficiens sola fama non facit.*

6 *Confessio participantis in crimine, an faciat inditium contra
socium.*

1 **I**nditium plenum est rei diuinitio per signa sufficiē-
tia, per quæ animus in aliquo tanquam vero quie-
scit, & plus inuestigare non curat: Bal. in l. ea. quidem. C. de
accu. Semiplenum vero est præsumptio fortiter mouens a-
nimus ad aliquid credendum. ff. de prob. l. cum probatio.
quod probatur ad minus duobus testibus, ut dicunt doct. in
l. si. C. fam. herc. & Bar. in l. si. ff. de quæst. qui testes citabun-
tur, & iurabunt, aliter non præiudicabunt, ut not. l. si quis. ff.
de adul.

2 ¶ Inditium est triplex, scilicet leue, quod est abiiciendū,
nisi in causa fidei, violētum, quod probationem non requi-
rit: & probabile, siue vehemēs, quod semiplenam probatio-
nem facit, & sufficit ad torturam. Vnum tamen inditium re-
gulariter non sufficit, secundum Bar. in l. i. §. occisorum. ff.
ad Sillæ. Tenet tamen processus, si non opponatur, nō tamē
reus damnari potest, etiam per tormenta confessus, & post
ratificans, ut est tex. cum gl. & ibi Barto. in l. pen. ff. de quæst.
secus quando spontè, & sine tortura confiteretur, secundū Per.

de Anch. in cle. i. de homi. Vnum tamen aliquando sufficere, ut si testis vnus integer, & bonæ famæ, de visu testificaretur super facto, & non super inditio, quia tunc posset poni ad torturam ad inquirendum, secundum Bar. in d. l. pe. & no. per doct. & glo. in l. si quis. C. ad l. Iul. maie.

3 ¶ Non potest dari certa regula, quæ inditia sufficiunt, sed dimittendum est iudicis arbitrio, secundum Pan. in ca. Cum in contemplatione. de reg. iu. Similiter relinquendū est eius iudicio, quando sufficiat vnum, vel plura requirantur, secundū Ang. in li. de malef. Duo etiam leuia cōstituuunt, vnum sufficiens ad torturam, secundum Bar. in l. si. ff. de quæst.

4 ¶ Indicia non sufficiunt, nisi reo, & aduocato suo detur copia, secundum Bar. in l. custodia. ff. de pu. iud. nisi quando iudex procedit ex mero officio, & non ad querelam: Ang. in l. si vacat. C. de bo. vacan. & b. And. in d. c. Qualiter, & quādo el. 2. de accu.

5 ¶ Inditium sufficiens sola fama non facit, secundum Bar. in l. i. §. Idem Cornelio. ff. de quæst. nisi coniungantur alia inditia. In ciuilibus tamen iuncta cum vno teste, plenam probationem facit, ut in c. Veniens. el. 1. de test. Secus in criminalibus. Aliquando etiam ipsa sola purgationem canonicā inducit.

6 ¶ Confessio participantis in crimine, non facit inditium contra socium secundum Bar. in l. i. §. si seruus. ff. de qōni. Similiter nec pater, nec filius, nec alij commensales, ut no. Bar. in d. §. Idem Cornelio, quando scilicet nulla alia inditia vrgentia procedunt. Ideo socius de socio non est interrogandus, in l. fin. C. de accu. nisi in quibusdam criminibus, ut est hæresis, assassinatio, & c. Bar. in l. reperi. ff. de quæstio. infra Inquisitio. §. 4. Vide tamen Pan. in c. Quoniam. de test. & in c. i. de confes. quando socij possunt interrogari quia aliquando faciunt inditium. Vide etiam Syl. ibi. §. 5. De inditiis, vide Caie. 2. 2. q. 69. ar. 1. & 2. vbi dicit, quod inditiū debet manifestare factum, & personam, & debet manifestari reo, ut sciat in quo articulo sit.

DE INDIGNATIONE.

1 Indignatio quid sit, & quando peccatum.

Indignatio est filia iræ, ex qua homo afficitur contra aliquem, quia indignū existimat, ut sibi tale quid fecerit propter quod reputat illum indignum sua conuersatione, & affabilitate, ex quo sequitur, quod non vult illum audire, nec ei loqui vel videre, & propter inordinatam passionem est

est peccatum, & communiter veniale, nisi per accidens, ut ratione scandali, vel quia non vult loqui ei in casu, quo sub præcepto teneretur, secundum Tho. secunda secunda q. 158. art. 7. Potest etiam esse sine peccato, quando ex iusto rationis iudicio procedit, secundum illud Gre. indignatur iusti, sed nō dedignantur. Hoc est non habentes inordinatū affectum. Secus si propter hoc subtraherent aliquod de necessitate impendendum, quia mortalis esset.

DE INDVLGENTIA.

- 1 Indulgentia quid sit.
- 2 Indulgentia potest dare quilibet sacerdos in foro conscientie.
- 3 Papa solus potest dare indulgentias vniuersales, per totum mundum.
- 4 Non sacerdos, & existens in peccato mortali, potest dare indulgentias.
- 5 Indulgentia ut valeat quatuor requirantur. & nu. 10. 11.
- 6 Indulgentiarum effectus quis.
- 7 Indulgentiarum thesaurus quis sit. nu. 8.
- 9 Dispensatio thesauri indulgentiarū pertinet ad solos prelatos.
- 12 Indulgentias accipere an sit benefactum.
- 13 Indulgentia ut aliqui proficiat, quid requiritur.
- 14 Opus factum pro indulgentia obtinenda an oportet quod fiat in gratia.
- 15 Indulgentia non datur nisi pro peccatis actualibus post baptismum.
- 16 Indulgentia pro merè temporali dari non debet.
- 17 Indulgentie quas penas remittant.
- 18 Confessio actualis an requiratur in recipiente indulgentiam.
- 19 Indulgentiam an recipere possit vnus pro alio.
- 20 Prelati an possint vti indulgentia alteri facta, & c.
- 21 Si quis exbursum pecuniam, ut habeat indulgentiam, & c. interim reuocetur bulla, an habeat indulgentiam.
- 22 Indulgentie indiscrete predicari non debent sub præcepto anathematis.
- 23 Articulus mortis quando intelligatur.
- 24 Absolutionis generalis forma qua sit.

De hac materia, vide in Conc. Trid. Se.

Indulgentia, prout importat remissionem pœnæ, secundum Felin. in quodam sermone de indulgentia, est remissio pœnæ temporalis, pro peccatis actualibus pœnitentiū, in decreta non remissis in absolutione sacramentali facta à prelato ecclesie, ex causa rationabili, pro recompensatione de pœna gentijs. indebita.

21. c. 5. & Scf. 25. de Indulgentijs.

indebita Christi, & sanctorum quæ non valet existenti in peccato mortali, vt dicit S. Thom. 4. sen. dist. 20. art. 5. quol. 1. Vnde in omnibus indulgentiis dicitur, Contritis, & confessis saltem in forma ecclesiæ. Et quia sunt respectu pœnæ, & non culpæ, licet aliquando in aliqua indulgentia contineatur remissio à pœna, & à culpa, tamen tali tenore nunquam à sede Apost. emanat, vt dicit Fel. in d. tract. Et secundum eundem Fel. vbi supra, sufficit quòd sit sine peccato mortali, quando accipit indulgentiam, & non quando impetrat, vel quando vadit pro accipienda indulgentia, vel quando facit illud, pro quo datur indulgentia, vt eleemosyna, ieiunium, vel huiusmodi. Hoc non placet Caiet. vt infra. §. 14.

Indulgentia nõ valet existens in peccato mortali.
 2 ¶ Quilibet sacerdos confessor secundum Inn. in c. Quòd autem. Zab. in cle. religiosi. Pa. in c. sicut dignum de ho. col. 1. & alios in conscientia potest dare indulgentiam sibi confitentibus, ideo bonum est, vt sacerdos in impositione pœnitentiæ dispense cum confitente circa residuum pœnæ, si maior esset imponenda, vt ibi dicit Pa. Nec obstat ca. Accedentes, cum similibus cap. quibus prohibetur dare indulgentias, quia aliud est dare indulgentias per literas, aliud in foro conscientia in absolutione pœnitentis per sacerdotem, cui non est restricta potestas in indulgentiis in foro pœnitentia licet sit restricta in foro exteriori per bullas, vel publicè concedere indulgentias, vt prelari faciunt vt dicit Inn. vbi supra. Potest igitur hoc modo sacerdos, indulgere dies, & annos, prout vult, dummodo iustè, & discretè faciat. Idem respondeas ad auctoritatem S. Thom. 4. sent. dist. 20. art. 4. quol. 1. Et hoc potest facere sacerdos vi clauium. Sil. in verbi. Indulgentia. §. 5. dicit: quòd sacerdos potest pœnitentiam debitam minuere peccatori, nõ applicando menta per modum indulgentia, sed augendo erubescitiam, & contritionem virtute clauium, & exhibendo ministerium in sacramento, in quo Deus aliquid remittit, & orando pro peccatore, & etiam minuendo pœnam canonum. Et ab alio iniunctam in casu, quo minui, & mutari potest, quantum ad aliquid particulariter iniunctum, sed non sic, quin verè peccator teneatur ad illud, aut ad æquiuale, si illud meruit hinc, vel in purgatorio, quod facit indulgentia.

3 ¶ Papa solus secundum Thom. vbi supra potest vniuersaliter per totum mundum indulgentias vniuersales, vel particulares dare, secundum quod sibi placet, dummodo det rationabiliter, vt infra dicemus. Habet enim plenitudinem potesta-

potestatis Pontificalis, quasi rex in regno. Ad hoc est cap. Quòdcunque 24. q. 1. item Legatus in terminis suæ legationis potest facere indulgentias perpetuas, sicut & perpetua statuta, per cap. si. de offi. leg. in sua prouincia etiam Archiepiscopi. Episcopi verò, & alij à Papa possunt facere indulgentias, secundum quod eis est taxatum, & concessum, secundum Thom. supra. Quantum autem possunt, est c. Cum ex eo, de pœ. & re. Taxatum est, quod Episcopi possunt dare indulgentiam 40. dierum, in dedicatione verò ecclesiæ vnum annum, c. Dum ex eo. & c. nostro de pœ. & remi. Fel. in dicto tract. dicit quòd legatus Papæ, etiam non sacerdos, Archiepiscopus, & episcopus sunt pares in dando indulgentias. Vicarius episcopi non potest dare, nisi habeat specialem licentiam. Concilium generale potest dare indulgentias plenarias, vt dicit Ab. in quodam sermone, non autem capitulum, sede vacante. In his, quia sunt de iure positio, decretis stare oportet.

4 ¶ Non sacerdos, & existens in peccato mortali dummodo habeat iurisdictionem ecclesiasticam, potest dare indulgentias, secundum Thom. supra, quia potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionem, quæ nõ tollitur per peccatum mortale. Ideo æquè valet indulgentia data à peccatore sicut à iusto.

5 ¶ Ad hoc quòd indulgentia valeat, quatuor communiter requiruntur. Primò, causa rationalis, vt. s. detur pro honore Dei, vel utilitate, aut necessitate ecclesiæ. Secundò auctoritas dantis. Tertiò dispositio recipientis. Et hæc tria in bullis Papæ signantur. Quartò, quòd fiat id, pro quo datur indulgentia. Et communiter doc. dicunt quòd non debet dari sine importanti causa, secundum Fel. in d. tracta. ne thesaurus ecclesiæ vilescat: Facit c. legimus, 93. dist. Sed quia ista materia est multum difficilis, ideo quædam, quæ notauit ex Caiet. in quodl. Tomo 1. adducam, vt clarior hæc materia de indulgentiis fiat.

6 ¶ Quoniam certum est, indulgentias succedere loco pœnitentiarum iniunctarum (testante ecclesia) consequens est, vt effectus indulgentia sit idem, qui futurus erat ex satisfactione pœnitentiæ iniunctæ. Constat autem, quòd per satisfactionem pœnitentialem iniunctam dignè executam, pœna temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam clementiam soluitur, sicut credit vniuersalis ecclesia. Igitur per indulgentiam loco satisfactionis succedentem, si veraciter,

Iurisdictione non tollitur

per peccatum mortale.

citer, ac dignè acquisita fuerit, soluetur tantum de pœna temporali, pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam, quantum apud eandem æquiualeat acquisita, indulgentia, & hinc sumenda est necessitas Thesauri, pro quo not. q̄ remissio peccatorum, est effectus passionis Christi: ita quod cuiuscunque remittitur peccatum, siue quo ad culpam, siue quo ad pœnam, fit ex virtute passionis Christi. In remissione reperitur misericordia, & iustitia: misericordia in hoc, q̄ miseriam peccatoris computat Christus quasi suam, iustitia autem, in quantum meritum Passionis Christi communicatur peccatori, quasi ipse peccator pateretur, & sic peccator debitum Deo soluit quasi de suo, non per seipsum, sed per Christi communionem acquisito, ut patet in Baptismo, in quo fit plenaria peccatorum remissio, quia plenissimè commemoratur, & consepelitur Christo. Fiat ergo talis ratio. Ad remissionem peccatorum, siue quo ad culpam, siue quo ad pœnam, per sacramenta habendam, requiritur aliquis thesaurus, ut puta meritum Christi remanentium in diuina acceptatione: ergo à fortiori ad remissionem peccatorum, quo ad pœnam tantum per indulgentiam, exigitur aliquis similis thesaurus. Est igitur ad efficaciam indulgentiarum necessarius aliquis thesaurus: nō minus, quàm ad efficaciam sacramentorum. Sed posset quis quærere, ex quibus constet iste thesaurus, ex quo fiunt indulgentiæ, & quomodo prelati concedatur.

Remissio peccatorum est affectus Passionis Christi.

7 ¶ Respondetur, quod ex quo indulgentia pura succedit satisfactioni pœnitentiæ, solum modo quo ad vim satisfactiuam, manifestè sequitur, quod thesaurus indulgentiarum est thesaurus satisfactionum, quæ per opera pœnalia, & meritoria fiunt, ideo idem dicitur thesaurus passionum, & meritorum, quatenus satisfactoria sunt, & ex eo quod vnus pro alio in temporalibus, & in spiritualibus potest satisfacere, ideo ea quæ sunt reposita in hoc thesauro, satisfactiones sunt, non quæcunque satisfactiones, sed solæ superflue ibi sunt reconditæ. Satisfactiones enim quibus satisfaciunt indignerunt pro seipsis, iam cesserunt in solutionem pœnarum debeatam pro propriis peccatis, & propterea non possunt pro aliis soluere. Et simile est iudicium pro aliis satisfactionibus, quæ pro quibusdam determinatè fiunt, oblatae sunt, quia & ipse effectum suum sortitæ sunt, & quia satisfactiones in thesauro repositas oportet pro alienis soluendis posse offerri, ideo huiusmodi satisfactiones oportet esse

super

superfluas. At nunc quæratur quorum sint istæ superflue satisfactiones, quia quidam dicunt nec in Christo, nec in sanctis esse tales superfluas satisfactiones, ut Franciscus de Mairo. 4. sent. dist. 19. quia tales satisfactiones fuerunt remuneratæ in Christo, & in Sanctis. Durandus verò dicit, quod Christi fuerunt merita superflua, de Sanctis verò dubitat. 4. sent. dist. 20. quia fuerunt remunerata. Secundò, quia non habebant intentionem satisfaciendi pro alio, quæ requiritur ad hoc, quod meritum alteri applicetur, ut dicunt Doctores.

8 ¶ Huiusmodi autem opiniones falsas esse reputo, & dico quod thesaurus iste fit ex superabundantia meritum, & passionum Christi, & Sanctorum. Et ex hoc thesauro fiunt indulgentiæ, & hoc iam ab Ecclesia determinatum est, & per rationem, & auctoritatem potest probari. Primò quoad Christum, qui est caput ecclesiæ, & gratia eius est gratia capitalis, ideo meritum Christi se habet ad membra eius sicut meritum priuati hominis se habet ad corpus suum. Et propterea sicut quilibet homo meretur non solum animæ, sed etiam corpori suo, ita Christus non solum sibi, sed etiam aliis meruit, & maius quàm sibi, quia nobis meruit beatitudinem animæ, quam sibi non meruit, cum à principio conceptionis fuerit beatus. Et hæc merita Christi non fuerunt plenè remunerata. Merita autem sanctorum secundum, quod sunt satisfactoria pro pœna temporali peccatis actualibus debita, remunerari non possunt in ipso sancto, qui non est debitor alicuius pœnæ temporalis pro suo actuali peccato. Et quia multi Sancti plus satisfecerunt, quam propria peccata exigent, oportet dicere, quod satisfactiones suæ, in quantum excedunt sua debita, non sunt remuneratæ in ipsis Sanctis. Et licet huiusmodi merita, sint remunerata in ipsis, quo ad præmium essentialè, & accidentalè, tamen dicuntur aliquo modo non remunerata, quò ad solutionem pœnæ, quia prima remuneratio nō tollit, vel nō minuit vim satisfactiuam. Quòd autem Sancti plus satisfecerint, quam demeruerint, patet Iob. 6. vbi dicitur. *Utinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quâ patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret.* Quo autem Sancti intenderent pati pro aliis, patet, Colos. 1. vbi dicitur. *Adimpleo ea, quæ sunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.* Vnde sancti passi sunt secundum Dei ordinationem, disponentem sanctos pati pro

membris

Plures sancti plus passi sunt quam sua peccata exigent.

Iob. 6.

membris Christi. Est ergo thesaurus iste ex meritis Christi, & sanctorum superfluis, vt dictum est. Neque iste thesaurus post diem iudicij erit vanus, sed ad gloriam Christi & sanctorum, & ad commendandam liberalitatem saluationis electorum, & quod reprobis, non defuit saluationis remedium. Et quamuis solum meritum Christi esset sufficiens pro pœna omnium purganda, tamen vt sancti Christo assimilentur, conueniens est, vt eorum merita ponantur in hoc thesauro indulgentiarum.

9 ¶ Quod autem ad prælatos ecclesiæ huius thesauri dispensatio pertineat, patet per determinationem Leonis X, qui determinauit, quod dispensatio huius thesauri conuenit prælatis ecclesiæ, & maximè Papæ etiam sine sacramentis, quia bona communia ecclesiæ, quæ possunt dispensari aliter quam per sacramenta, à præside ecclesiæ communicari possunt. Huiusmodi autem sunt merita Christi, & Sanctorum, in hoc thesauro reposita. Nam Sancti potuissent huiusmodi bona communicare membris ecclesiæ, si voluissent absque sacramentis, ergo sunt sine sacramentis communicabilia ex natura sua. Et licet Papa non habeat potestatem excellentiæ, & consequenter non possit conferre totalem effectum sacramenti sine sacramento, tamen bene potest partialem effectum conferre, cuiusmodi est remissio pœnæ temporalis pro actuali peccato debita. Propterea sine sacramentis potest dare indulgentiam.

Nota. 10 ¶ Ad hoc autem quod huiusmodi indulgentiæ valeant, requiritur causa rationabilis, sine qua non essent validæ, sed indiscretæ, & sic eneruarent satisfactionem pœnitentialem. cap. Cum ex eod. de pœn. & re. Et sic si darentur pro causa prophana, vt pro nutriendis meretricibus, nullæ essent. Similiter ad efficaciam tantæ indulgentiæ, puta annorum centum, vel mille, exigitur rationabilis causa, non solum indulgentiæ sed etiam tantæ quantitatis, qua non existente, indulgentia est inualida. Nam sicut Papa non potest ex solo imperio volûtatis bona temporalia donare, sed ex causa rationabili, ita neque hæc bona spiritualia, quæ cariora sunt temporalibus, aliter esset non dispensator sed dilapidator. Ex hoc sequitur, quod tanta causa sit pro tanta indulgentia, & maior pro maiori secundum proportionem, aliter causa non esset rationabilis, & consequenter indulgentia inualida. Nō enim esset rationale, quod iste pro vno ieiunio haberet. C. dies de indulgentia, & alius vt sic haberet mille annos.

Nota.

¶ Et

¶ Et quoniam posset esse dubium, an causa expressa in bulla esset rationabilis, & homines semper in ambiguo esse, ideo dico, quod causa indulgentiæ expressa in bulla, nisi manifestum contineat errorem, semper debet præsumi rationabilis, sicut sententia lata à iudice iusta præsumitur, nisi continet manifestum errorem. Non tamen causa expressa in bulla in veritate est rationabilis semper, quia Papa in istis potest errare, cum non sint de his, quæ pertinent ad sententiam iudicalem fidei, licet ad fidem pertineat, quod indulgentia rite data valeat, non tamen in particulari, quod hæc valeat, nisi supposito, quod rite sit data. Non tamen discernendum à nobis an causa sit rationabilis, vel ne, nisi error manifestus appareat & quo ad causam, & quo ad quantitatem indulgentiæ. Et prædicatores nunquam debent assertiue prædicare huiusmodi, sed recitatiue, vel opiniatiue, ne falsa prædicent, & alios in errorem inducant. Et quando dicitur, quod indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, intelligendum est negatiue, id est non plus valent quam sonant. Vel intelligitur de discretis, quo ad causam. Vel intelligitur in foro exteriori, in quo statur præsumptioni iuris, & sic populus in huiusmodi non decipitur ab Ecclesia, sed vel à dante, vel aliunde, si falsæ sint.

12 ¶ An autem sit benefactum accipere huiusmodi indulgentias. Respondetur quod in pœnitentialem satisfactionem dignè executam, vt in ieiunio quadruplex effectus consideratur. Hoc enim opus primo bonificat operantem, & ad alia bona opera disponit. Secundo, medetur ex eo quod est tale opus, vt ieiunium, quod est medicina contra carnis concupiscentias, & elemosyna contra auaritiam. Tertio, ex eo quod ex caritate procedit, meritorium est vitæ æternæ. Quarto ex eo quod pœnale est satisfactorium etiam pro pœna temporali pro peccato debita inuenitur. Indulgentia autem non succedit loco satisfactionis pœnitentialis, nisi quo ad vltimum effectum, scilicet satisfactionis. Non enim ex vi indulgentiæ homo fit bonus, nec meretur, sed tantum soluit pœnam, quam per pœnitentiam soluisset. Et propter hoc Doctores consulunt assequentibus indulgentias adimplere nihilominus suas pœnitentias, & meritum longè melius prædicant, quam indulgentias. Vnde dico indulgentias, causam, siue occasionem esse sæpius multorum malorum: maximè quando dantur in tanta abundantia, quia propter istas, homines negligunt bona opera, & pœnitentias facere, &

Quomodo intelligenda est illa regula, indulgentiæ tantum valent

quantum sonant. In satisfactione pœnitentialem consideratur quadruplex effectus.

Nota.

Ideo Ecclesia in vltima Sess. Conc. Tri.

N

magis

*decreuit
vt obser-
uetur in
tota Ec-
clesia vt
remoueā-
tur omnes
abusus
indulgen-
tiarum.*

magis ad peccandum sunt procliuī, & multi ieiunarent, & abstinereēt à carnibus in Quadragesima, sed quia per vnum carlinum habēt indulgentiam, non abstinēt, & sic ex indiseretis indulgentiis, venit ruina Ecclesie. Non tamen propter hoc vilipendendæ sunt indulgentiæ, quæ tollunt pœnam, quæ nos impediret ab ingressu patriæ celestis. Sed quādo indulgentia mixta est cum opere bono, vt puta cum ieiunio potest esse melior quā satisfactio pœnitentialis, quoniam habet vltra indulgentiam, omnia quatuor officia, quæ opus bonum (vt diximus) efficiunt.

*Indignus
aliena sa-
tisfactio-
ne nō con-
sequitur
vt re in-
dulg. fru-
ctum.*

13 ¶ Ad hoc quod indulgentia proficit alicui, non sufficit quod sit in gratia, sed aliquid aliud requiritur. Pro quo not. quod pœnitentes sunt in duplici differentia. Quidam libenter recipiunt pœnitentias à confessoribus, & implent per seipsum, & istis benè dispositis profunt indulgentiæ. Aliqui autem sunt tepidi, qui licet sint in gratia, rogant tamen sibi dari paruissimam pœnitentiam, & gaudent, cum parua datur, & cum illam minimam executi fuerint non curant aliam facere, & cum possent satisfacere pro pœna peccatorum, negligunt, & istis sic negligentibus, non profunt indulgentiæ, ex quo patet quod quasi omnes remanent decepti. Quod autem istis non profunt, patet, quia indignus aliena satisfactione pro pœna sibi debita, non consequitur veraciter fructum indulgentiæ. Distributio enim donorum diuinorum in solis dispositis locum habet, quæ dispositio non inuenitur in indignis, sed quilibet in gratia constitutus negligens satisfacere per seipsum, est indignus: ergo tali non prodest indulgentia, licet sit in gratia. Vnde antiqua forma bullarum, vel indulgentiarum, dicitur, verè pœnitentibus, in quo verbo intelligitur, quod vis effectus pœnitentialis in pœnitente vigeat secundum veritatem, & nō tantum per exclusionem contrarij, & sic verè pœnitens hoc modo, non potest esse nisi sollicitus ad satisfaciendum per seipsum. Ex quo patet, quod negligentes non consequuntur indulgentiam. Constat etiam per aliud verbum, cum dicitur. De iniunctis sibi pœnitentiis. Nam pœnitentia non iniungitur nisi parato satisfacere, ex quo duo sequuntur ex tali forma verborum, videlicet, quod indulgentia nō absoluit nisi ab iniunctis pœnitentiis, & tantum paratos ad satisfaciendum. Ex quo sequitur, quod quis frustra faceret sibi imponi magnam pœnitentiam, non intendens per se solvere, sed per indulgentias. Intellige tamen præparatum ad satisfaciendum per id quod

quod imponitur, vel per aliud æquiualens, vel maius.

14 ¶ An autem requiratur, quod opus factum pro indulgentia obtinenda fiat in gratia, sunt opiniones, vna Fely. de qua §. §. i. alia Cai. vbi supra dicentis, quod requiritur gratia in faciente opus, pro quo datur indulgentia, siue sit idem tempus operis, & indulgentia, vt cum datur indulgentia visitantibus aliquam ecclesiam, vel tempus sit diuersum, vt cum datur indulgentia semel in vita, & semel in morte accipientibus crucem, & huiusmodi. Et hoc patet ex forma consueta indulgentiarum, in quibus dicitur, omnibus confessis, & verè pœnitentibus, qui visitauerint, vel manus adiutrices porrexerint, &c. Ex qua forma constat coexigi ad tale opus gratiam. Vnde opus pro quo datur indulgentia debet esse viuum, & non solum quando indulgentia accipitur pro se, sed etiam quando accipitur pro alio existente in gratia. Et si dicatur, quod sicut eleemosyna facta in peccato mortali pro aliquo existente in purgatorio valet, ita & indulgentia debet valere, &c. responderetur, quod eleemosyna tali modo facta, non valet defuncto per modum satisfactionis, sed per modum supplicationis, iuxta quod scriptum est, Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa oret pro vobis, non tamen valet pro indulgentia acquirenda, quoniam indulgentia habet vim satisfactionis viuæ. Supplicatio autem mortua, soli innitur misericordie Dei. Quidam vero dicunt, vt Arch. & Tab. ibi. §. 4. sufficit esse in gratia quādo indulgentia suscipitur, & adducit Tho. in ql. 2. ar. vlt. qui tamen non dicit hoc. Oportet igitur Cai. videtur securior.

15 ¶ Indulgentia non datur nisi pro peccatis actualibus, post baptismum, quia peccatum originale, & alia ante baptismum perpetrata, per baptismum tolluntur, quo ad culpam, & quo ad pœnam, si in adulto contritio adsit.

16 ¶ Indulgentia pro mere temporali dari non debet, nec potest, sine simonia, secundum Th. vbi §. sed bene pro temporali ordinato ad spirituale, vt pro eleemosyna: data pro ædificatione ecclesie, & huiusmodi, & hoc ex cōmuni consuetudine patet. Pro pure etiam spiritali dari potest, sicut Inn. IIII. dedit indulgentiam omnibus orantibus pro Rege Francie, & id pro quo datur indulgentia debet esse voluntarium, & non necessarium, vt est remissio iniuriarum, solutio debitorum, & huiusmodi. Et debet esse etiam aliquo modo pœnale, vt ieiunium, &c.

17 ¶ Per indulgentias quo ad forum Dei, & ecclesie fit remissio

missio pœnæ residuæ, post contritionem, confessionem, & absolutionem, & satisfactionem qualemcunque, quæ prius fuisset facta, siue fuerit iniuncta siue non. Quod quidem residuum pœnarum quis deberet pati hic in præsentî vita, vel in purgatorio pro actualib. peccatis, siue sit à confessore imposita siue à lege, siue à iusto Dei iudicio. Aliquando totaliter remittitur, vt cum indulgentia est plenaria, aliquando secundum partem iuxta indulgentiæ formam, vt in d. c. cum ex eo. Hanc opi. sequitur, Fel. post Landul. vnde secundum Th. supra non est de necessitate, quòd qui accepit hanc indulgentiam plenariam, faciat pœnitentiam taxatam à confessore, quanquam expediat, & hæc quantum ad forum pœnitentiale habent intelligi, quia per indulgentiam non remittitur pœna data à prælatis, in capitulo, quia forum hoc iudiciale est magis quam pœnitentiale. Oportet etiam quod fiat id, quod dicit bulla, vel dans indulgentiam, aliter indulgentiam non consequitur. Not. ea, quæ supra diximus ex Caie. de pœnitentiis iniunctis. Quando autem datur indulgentia tot dierum, vel tot annorum, varij varie intelligunt, & credo paucos veritatem huius scire. Quidam communiter intelligunt non dies vel annos purgatorij, quia aliud est forum in vita, aliud post mortem: sed sunt anni, vel dies huius mundi, vt si est indulgentia 10. dierum, tanta pœna remittatur, quanta remitti posset per pœnitentiam communiter factam spatio 10. dierum, secundum taxationem factam à iure, vel à sacerdote, vel à diuina iustitia. Alij dicunt, quòd valent sic, vt si quis debeat pœnitere 40. dieb. ieiunando, vel aliquid aliud faciendo; & Episcopus det illi 40. dies de indulgentia, non amplius tenetur ad talem pœnitentiam. Pa. tamen in d. c. cum ex eo. dicit, quòd valent pro pœna purgatorij, & pro pœnitentia iniuncta. Quicquid sit, Deo totum committo. Vide tamen Sil. ibi, §. 4. & Tab. §. 13. & Pan. vbi supra.

Nota de Indulgentiis, quæ dantur tot annorum vel tot dierum.

Nota.

18 ¶ Non requiritur actualis confessio in recipiente indulgentiam, licet dicatur in bulla confessis, & contritis, secundum Pa. in c. omnis vtriusq; de pœ. & remi. sed sufficit contritio, cum proposito confitendi tempore debito secundum formam Ecclesiæ, quia tales dicuntur confessi iuxta dictam formam, bonum tamen est conteri. Nam ex vi huius sacramenti, multotiens ex attrito fit quis contritus, & magis ad indulgentiam dispositus.

19 ¶ Vnus pro alio potest accipere indulgentiam, si ambo sint

sint in caritate, & in bulla dicatur, quòd qui facit tale opus pro aliquo, habeat indulgentiam, secundum Tho. supra. Potest etiam quis accipere indulgentiam pro mortuis existentibus in purgatorio, si bulla hoc contineat, & accipiens sit in gratia, existente causa rationabili, hoc enim consuevit face- re Ecclesia. Concor. S. Thom. sen. dist. 45. quæst. 2. art. 3. quol. 2. Possunt etiam religiosi valere indulgentiæ secundum Tho. supra dist. 20. art. vlt. quol. 2. dummodo faciant ea, quæ dicit indulgentia, cum licentia prælati si exigitur, vt dare eleemosynam, exire claustrum, & huiusmodi. Non enim sunt minus adiuuabiles meritis aliorum, quam seculares. Vini quoque & clerici ecclesiæ visitandæ ob indulgentiam, licet parum laborent visitando illam propter indulgentiam habendam, consequuntur tamen tantam, quantam hi, qui centum milibus veniunt, secundum Tho. supra quia remissio non proportionatur labori, sed intentioni dispensantis illa menta. Et qui veniunt, sed propter multitudinem ingrediendi non possunt, dummodo faciant alia, quæ dicit bulla, habent indulgentiam concessam. Regula generalis in indulgentiis est, quòd tantum valent, quantum sonant, vt dictum est §. 11. ideo seruandus est & attendendus tenor bullæ, vt fiant quæ ibi continentur, & eo modo quo dicitur. Ingredientes religionem approbatâ, & profitetes animo perseverandi in bono, consequuntur plenariam indulgentiam, secundum Tho. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. cum seipso Deo offerant.

21 ¶ Prælati possunt vt indulgentia alteri facta ex rationabili causa, quanquam non possint sibi ipsi facere, secundum Tho. 4. sen. dist. 20. ar. 5. q. 4. vbi rationem adducit bonam.

22 ¶ Si quis exburfauit pecuniam, vt habeat indulgentiam mittendo pro subsidio ad terram sanctam, vel alibi, & isto interim reuocatur talis indulgentia, in qua reuocatione non apparet expresse voluntas Papæ contraria, quòd non velit à die bullationis valere, quod tamen communiter non fit, talis habebit indulgentiam: secus si apparet de voluntate contraria secundum Doct. c. 1. de con. præ. lib. 6.

23 ¶ Indulgentiæ indiscretæ non debent prædicari sub præcepto, & interminatione anathematis, vt in cle. religiosi de priu. ideo contrafaciens mortaliter peccat, & dicuntur indiscretæ, secundum glo. quando non sunt concessæ. i. non sunt veræ, vel validæ, vel secundum Car. ibi, si sunt concessæ, tamen indiscretæ. Secundum autem Pa. dicuntur indiscretæ, quando excedunt quæritatem, vt quis plus det quàm possit,

Remissio non proportionatur labori, sed intentioni dispensantis. Ingredientes religionem approbatam cum animo satisfaciendi, consequuntur plenariam indulgentiam.

vel quando probari non possunt, Ar. de prob. c. quoniam, v. dentur tamen tunc tantum mortaliter peccare, quando pronunciat veras, vel non validas indulgentias. Quomodo absolventes à pœna, & à culpa sint excommunicati: supra Excommunicatio 49. & in dicta cle. religiosi. Si tamen quis à Papa haberet, posse plenariè absoluerè.

24 ¶ Si quis habet indultum, quo possit absolui plenariè in articulo mortis, articulus mortis intelligitur presumptus, etià si non sit verus, vt qñ cõmuniter presumitur, quod quis moriturus sit, tunc potest fieri talis absolutio, & nõ moriatur, tunc spirat indultum, & remanet absolutus de factis vsque ad illam horam. Si autem forma indulti dicat, quod consequatur effectum indulgentiæ in casu quo moriatur, tunc si non moriatur, non sequitur effectum, nec per absolutionem illam spirat indultum, ideo dicat absolvens, Absoluo te si hac vice morieris. Item dic, si in forma indulti fiat mentio de vtero articulo mortis, quia non consequitur, si nõ moriatur, quia intentio concedentis est reseruare vsque ad mortem, secundum d. Fel. post Arc. Flo.

24 ¶ Forma huius absolutionis generalis nõ est sacramentalis, ideo alij vno modo, alij alio modo faciunt. Si est determinata in bulla, facio illam, si non, vide Sil. & Tab. verbo Indulgentia, quia ibi ponunt, quæ tamè mutari possunt per alia verba. Vide Arc. Flo. in 3. par. tit. 20. cap. 3. ibi multa circa hoc dicuntur.

DE INFAMIA.

- 1 Infamia triplex est.
- 2 Infamia iuris quomodo incurritur.
- 3 Infamis infamia iuris an efficiatur quis ex confessione delicti in iudicio.
- 4 Infamia iuris quid tollat.
- 5 Infamis est quis condemnatus de falsa testificatione.
- 6 Princeps potest à sibi soli subiectis infamiam tollere.
- 7 Promoueri potest restitutus per imperatorem absque alia dispensatione.
- 8 Infamia canonica quomodo incurritur.
- 9 Infamia facti quomodo incurritur.
- 10 Infamia facti in criminalibus an repellat à testimonio.
- 11 Infamiam non faciunt dicta paucorum, & leuium.

Infamia secundum Pan. in c. Testimonium, de testi. est triplex, videlicet iuris, quæ dicitur, ciuilis, canonica, & facti. Prima dicitur, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso fa-

cto

cto in casibus, in quibus iure cauetur duntaxat, vt qui de facto conuictus est per sententiam, vel qui pro lucro pugnat in arena, per tex. & glo. cap. porro. 3. q. 7. Omnis infamis secundum leges est infamis secundum canones, per tex. in c. Omnes vero. 6. q. 4. & per Innoc. c. Qualiter, & quando de accusatio. Et propter hanc infamiam quis repellitur à testimonio, quia fides est fundamentum testimonij, in c. forsus, de verb. sign. in fin. quia iste iuris dispositione priuatur.

2 ¶ Infamia iuris incurritur. Primò, si Imperator alicui militi aufert insignia, vel aliquem mittat in exilium. ff. de his qui no. infra. l. quod ait, §. ignominioso. Secundo, q̄ exercendo, & exigendo vsuras. ca. vsurarum. 3. q. 7. Tertio, si quis apprehendatur in adulterio. ff. de rit. nup. l. palam, vel si contrahit cum duab. vel simul habet duas. ff. de his qui no. infra. l. quid igitur, & c. Nuper à nobis. de biga. Quarto per lenocinium, vel prostituendo filias, vel nepres. l. athletas. ff. eo. tit. Quintò, pugnando cum fera. ff. de post. l. 1. & in d. l. athletas. Sextò, faciendo ludibrium sui corporis, ioculando, maximè in ludis periculosis. per gl. 2. ff. de his qui no. infra. Et qui bis exercet actum alicuius artis, dicitur talis, vt si mulier bis admittit adulterium, dicitur adultera, secundum Pan. in c. cum decorem. & de vi. & ho. cle. Et secundum Arc. in c. illud. di. 12. in malis actibus, & delictis, binus actus sufficit ad probandam consuetudinem, quamuis Inn. in d. c. cum decorem. videatur dicere, quod non huius quæst. decisionem ponit. Pa. in c. f. consue. col. 2. & Bar. in l. quibus. ff. de leg.

3 ¶ Ex cõfessione delicti in iudicio, nõ redditur quis infamis infamia iuris, sed requiritur sententia, vt no. Pan. in c. At si clerici. de iud.

4 ¶ Infamia iuris, secundum Pan. in ca. heli. de simo. tollit executionem ordinum, exercitium cuiuscunque dignitatis, & honorem questum, & querendum, vt dicit tex. l. infamia. C. de decur. Et ideo prelatus sententiam non expectet, sed resignet sponte à principio, & sic euitabit infamiam, quæ infamia priuat dignitatib⁹, & honoribus circa titulos beneficiales, secundum quod putat Pan. in c. querelam. de in. iu. & collatio facta infami, ipso iure est nulla, per regulam infamibus, de re. in. lib. 6. & l. 2. C. de dig. facit. c. inter dilectos. de exce. prel.

5 ¶ Cõdemnatus directè à iudice ordinatio de falso com-

N 4

missio

Infamia
triplex.
Fides est
fundamē-
tum testi-
monij.

In malis
actibus
binus ac-
tus suf-
ficit ad
probandū
consuetu-
dinem.

missio, si officio testificandi, est infamis, ut in c. cum dilectus, de or. cog. circa si. secus si directè non fuit actum contra eum, sed ut à testimonio repelleretur. Ar. in d. c. Cum dilectus. Sè- tertia tamen arbitri non infamat. ff. de his qui no. infal. quid ergo.

6 ¶ Solus princeps, à sibi subiectis, potest infamiam tolle- re, & Papa similiter à suis subiectis, directè secundum Pan. in c. Cum te, de sen. & re. iu. indirectè autem aliquando epis- copus dispensat in casibus sibi à iure permissis, ut super infam- ia adulterij cum super adulterio dispensat.

7 ¶ Restitutus per Imperatorem, non eget alia dispensa- tione, ut promoueat secundum Pan. in d. c. Cum te. dum- modo egerit pœnitentiam. Idem dic de restituto, per regem non recognoscentem superiorem. Vel si crimen fuit noto- rium, episcopus dispensare poterit.

8 ¶ Infamia canonica per quodcunque peccatum mortale incurritur, ut in cap. infames. 6. quæst. 1. & cum datur perse- uerantia in crimine indubitanter repellit ab accusatione, & testimonio, sed sublato crimine, secus est ut cõmuniter te- netur, Glo. in c. Illi qui. 6. quæst. 1. Panor. in d. ca. Testimo- nium.

9 ¶ Infamia facti incurritur aliquando à crimine, aliquan- do ex aliquo alio, ut quia fuit incarceratus, vel quia fuit p- pter crimen à testimonio repulsus, ut in d. c. Testimoniũ, & aliis multis modis. Vide Tab. ibi. §. vlt. Vel quãdo apud gra- ues, & bonos viros ex aliquo facto infamatus est.

10 ¶ Infamia facti, in criminalibus repellit indubiè à testi- monio, & in causis grauioribus secundum Bal. nisi quod ad præsumptionem, in aliis admitti creditur, plus & minus, se- cundum quantitatem infamiæ, iuxta text. c. Licet. de prob. Et tollitur hæc infamia quò ad iuris effectum per emenda- tionem, cum tollatur per purgationem, quod minus est per c. Decretum. 15. q. 5. & in c. Cum iuuentute, de præsum.

11 ¶ Infamiam non faciunt dicta paucorum & lenium. Et not. quòd omnis infamis siue iuris, siue facti repelli debet à promotione, siue sit dignitas, siue ordo, quia portæ dignita- tis infamibus patere non debent, per regulam. Infamibus, de re. iu. lib. 6. nec tales possunt esse iudices, vel procurato- res, per d. regulam, quamuis possint esse arbitri. c. Tria. 2. q. 7. Repelluntur ab accusatione. l. qui accusare. ff. de accu. & à po- stulando. l. 1. ff. de postu. Inducit querelam inofficiosi testa- menti, & c. l. fratres. C. de inoffi. testa. Inducit purgationem
canonicam

*Portæ di-
gnitatis
infami-
bus pate-
re nõ de-
bent.*

canonicam, si videtur iudici. c. Veniens. de accu. Et quamuis collatio facta talib. ipso iure sit nulla per d. regulã, Infami- bus tamen quod debeant priuari beneficio, non est textus.

DE I N F E R N O.

1 *Infernus ubi sit.*

Infernas damnatorum secundum Thom. 4. sen. distin. 45. probabiliter creditur esse in medio terræ. Ideo si quis hoc negaret, non videretur hæreticus. Negare tamè infernũ esse, & Christum ad inferos descendisse, hæreticum esset, quia cõtra sacram scripturam expresse est. Dicitur enim de diui- te in Euangelio, Mortuus est dives, & sepultus in inferno. *Luc. 16.* & c. Et in symbolo dicitur. Descendit ad inferos & c. Forè e- tiam esset hæreticum pertinaciter tenere Christum nõ de- scendisse ad limbum patrum nisi secundum virtutem, & nõ secundum essentiam, propter illud Apostoli. Quid est, quòd *Eph. 4.* ascendit, nisi quia descendit primum inferiores partes terræ, ideo sicut secundum essentiam verè ascendit, ita anima Chri- sti secundum essentiam descendit, & hoc fide tenendum. Ita tenet Tho. 3. pare. quæst. 52. articu. 2. Non tamen scio hoc esse adhuc ab ecclesia statutum.

DE I N F I D E L I T A T E.

1 *Infidelitas dupliciter potest sumi.*

2 *Infidelitas quomodo incurritur.*

3 *Infidelium actiones quomodo sint peccatum.*

5 *Hæretici qui semel fidem receperunt, & postmodum retroces- serunt, sunt ad fidem compellendi, & corporaliter puniendi.*

5 *Fideles an cum infidelibus conuersari possint, & nu. 9.*

7 *Infidelium ritus an tolerari possint.*

8 *Infideles quando possint molestari, & priuari officijs suis.*

10 *Infideles delinquentes in criminibus ecclesiasticis puniuntur per Papam, si in alijs per Imperatorem.*

11 *Christianis an liceat in bello iusto uti auxilio infidelium.*

12 *Infideles non admittuntur in testes, contra Christianos.*

13 *Infidelium habitum an aliquando sumere liceat.*

Infidelitas opposita fidei, quæ theologica virtus est, se- cundum Th. 2. 2. q. 1. art. 1. dupliciter potest sumi, scilicet purè negatiuè, & contrariè. Primo modo nõ est peccatũ, sed magis habet rationem pœnæ, qua talis ignorantia diuinorũ ex peccato primi parentis sequuta est: tamen taliter infide- les damnant propter alia peccata, quæ sine fide euitari non possunt. Si autem sit infidelitas nõ solum puræ negationis,

Isa. 15.

Infidelitas species.

ficut est in pueris, sed priuationis, vt est in multis qui possent habere fidem si vellent, & negligunt audire, tunc est peccatum, iuxta illud. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, scilicet infidelitatis, secundum Aug. ibi. Contrariè enim sumpta, distinguitur in tres generales species scilicet eorum qui nunquam crediderunt in Christum, vt sunt pagani: eorum, qui crediderunt in figura, vt sunt Iudæi, & eorum qui crediderunt in veritate nuda, vt sunt Christiani hæretici: Et quamuis species infidelitatis sint quasi infinitæ, secundum quod sunt diuersorum hæreticorum, non oportet confessorem de huiusmodi sollicitum esse, sed tantum curare medicamen afferre peccanti, & ab errore remouere, & in fide illum firmare.

2 ¶ Incurritur autem hoc peccatum primo ex intentione cum scilicet quis in his quæ ad necessitatem fidei spectare nouit, ab ecclesia dissentit, deliberatè credendo oppositum & hoc est mortale maximum. Et si talis Christianus est, dicitur hæreticus, & est excommunicatus, supra Excommunicatio. 9. Secundo accidit, quò ad primos animi motus, vt cum ex aliqua tentatione, vel aliquo occurrèti articulo, quis aliquantulum videtur vacillare de his quæ ad fidem pertinent, non tamen deliberate consentit: tunc veniale est peccatum propter imperfectionem actus. Tertio ex parte ignorantie, vt quia scit quidem hoc ad fidem spectare, sed nescit se in hoc errare, vel quia nescit hoc ad fidem spectare, ideo affirmat, & asserit errorem, quem tamen non credit errorem. Tunc si talis interdicit stare in his, quæ sunt fidei non incurrit peccatum mortale, quia non formaliter, sed tantum materialiter errat. In tali errore fuit Cyprianus martyr, vt in c. præter hoc 32. c. Possent tamen contingere peccatum, ex nimia adhesionem vel pertinacia, vel superbia, & huiusmodi. Consentit Car. in summa ibi, Ideo à tali pertinacia maximè cauendum est omnibus, quoniam huiusmodi hominem hæreticum constitueret.

4 ¶ Omnis actio infidelium quæcunque sit, relata ad finem suam infidelitatis, vt si ieiunent gratia seruandi legem suam, peccatum est, secundum Thom. vbi supra, & per glo. ad Rom. 14. super illud. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Vbi dicit glo. Omnis infidelium vita est peccatum. Et sequitur, quia omnis infideliter viuens, vel agens, vehementer peccat, ideo est peccatum mortale, aliter vehementer non diceretur. Infidelitas hæreticorum, grauius peccatum est.

est simpliciter loquendo, omnibus peccatis ad infidelitatem pertinentibus secundum Thom. vbi supra, quia promissæ, & cognitæ fidei renituntur, & quia plus aliis peccatis nocet, dum fundamentum omnium bonorum subuertit.

5 ¶ An liceat de fide disputare, supra, disputatio. Hæretici, qui semel ad fidem receperunt, & postmodum retrocesserunt, sunt ad fidem compellendi, & corporaliter puniendi, ar. 45. dist. c. de Iudæis. Alij autem infideles non: quia credere voluntarium est. Sunt tamen compescendi, ne fidem blasphement, vel illi iniuriam faciant, aut eam quoquomodo impediunt, secundum Tho. supra, & per principes puniendi sunt, per c. In nonnullis, de Iudæis, & per Host. ibi. An pueri infidelium inuitis parentibus sint baptizandi, supra, Baptismus. §. 68. quoniam doct. sunt opiniones variæ, concluditur tamen negatiuè. Vide ibi.

6 ¶ Conuersari possunt cum infidelibus secundum Tho. supra, fideles firmi in fide, quando ex eorum conuersatione magis speratur infidelium conuersio, quam fidelium subuersio. Simples autem sunt prohibendi, ne sine magna necessitate cum eis conseruetur: maximè nimis familiariter & præcipuè in his, quæ prohibentur, in capit. Nullus 28. quæst. 1. videlicet quod non manducet de azymo, non habitent cum eis, non vocent aliquem infidelem in suis infirmitatibus, non accipiant ab eis medicinam, non se balneent cum eis, & contrafaciens si clericus est, deponatur, si laicus excommunicetur: igitur videntur mortaliter peccare, si sine necessitate, vel dispensatione Papæ sciant. Non enim sine graui peccato tanta poena infligeretur, infra Iudæus. §. 2.

7 ¶ In his autem quæ ad cultum suam infidelitatis spectant, nullo modo communicare licet, vt dare vel videri aliquod pro vsu sacrificiorum, tunc enim quis esset particeps criminis, & consequenter peccaret mortaliter. Quomodo autem non possunt habere officia publica super fides, vide in capit. Nulla. 54. dist. & cap. Constituit 17. q. 4.

8 ¶ Infidelium ritus possunt tolerari, licet ipsi in eis semper peccent tamen tolerantur, ne peiora eueniant. vel aliqua bona impediuntur, quibus remotis, tolerandi non essent, secundum Thom. supra. Ar. in d. c. Consuluit. de Iudæ. Vnde secundum Pa. in c. Quod super de voto, post In. non licet Christianis expellere eos de regnis suis, & eorum bona auferre, quando non sunt Christianis infesti, nec delinquant contra

Infideles non possunt habere officia publica super fideles.

legena

legem naturalem, nec legem datam. Et maximè hoc non licet priuatis Christianis secundum Oldra.conf. 51. principibus verò licet, quando imminet periculum fidei, alias non. Vide tamen quæ dicit Thom. in opusc. ad Ducissam Lotharingia.

9 ¶ Infideles possunt molestari, & priuari dominis suis, si sint molesti Christianis, vel delinquant in legem, vt dictum est, secundum Innoc. vt dicit Panorm. in d. c. Quod super. Excipere videtur terram sanctam. Item si non recognoscant dominium ecclesie, quia omnis potestas data est Christo, cuius Papa est vicarius secundum Host. vide Thom. secunda secundæ. q. 65. art. 8. ad 2. Infideles, maximè Turcæ, quia Christianis infesti sunt, & multa bona acceperunt à Christianis, possunt priuari, de Iudæis autem vide epistolam Thom. ad Ducissam Lotharingia, vbi concluditur, quòd propter peccatum sunt addicti seruituri, & sic res eorum domini possunt accipere tanquam suas. Quomodo autem expediatur, ibi dicitur. Vide extra de Iudæis, & dist. 54. c. Nec solum ecclesia.

10 ¶ Si infideles delinquant in criminibus ecclesiasticis, puniuntur per Papam. Si in aliis, per Imperatorem, in mixtis vero locus erit prætenentis, vt communiter tenetur, licet Innoc. videatur attribuere rotam iurisdictionem Papæ. Nota tamen Pan. in d. c. Quod super. post. Innoc. qui dicit, quòd omnes infideles, ad ouile Petri, qui est Vicarius Christi pertinent.

11 ¶ Christianis licitum est in bello iusto vri auxilio infidelium secundum Pan. in d. c. quod super, & Oldra. conf. 67. quia & Machabæi viri sancti iniere fœdus cum Romanis, qui erant Gentiles, & fideles iuste adiuuant dominum infidelem in bello iusto. 11. q. 3. c. Iulianus, supra, bellum. §. 41.

12 ¶ Infideles non admittantur in testes contra Christianos. c. non potest. 2. q. 7. & Pan. in c. 1. de hære. infra, Iudæus. §. 13. quia si sunt infideles Deo, & hominibus erunt infideles.

13 ¶ Infidelium habitum licet aliquando ex causa rationali Christianis assumere, sicut fecit Sanctus Sebastianus, dummodo in tali habitu non sit aliquod principaliter institutum, ad discernendum professores alicuius infidelitatis, tunc non liceret, supra Apostata. §. 4. Fides. §. vlt. quia tunc mentiretur contra suam professionem. An liceat disputare cum infidelibus, supra Disputare. §. 1. An ille qui nunquam audi-

audiuit de fide possit excusari, supra, Fides. §. 2. Nam si in naturalibus exulente necessitate, Deus non deficit, multo minus in his, quæ ad hominis salutem pertinent.

D E I N F I R M I T A T E.

1 *Infirmetas anime qua dicatur.*

2 *Peccatum ex tali infirmitate quando mortale dicatur.*

3 *Infirmetas anime quando est inuoluntaria excusat à peccato.*

4 *Passio præcedens iudicium rationis aliquo modo peccatum alleviat: sequens autem aggravat.*

6 *Famulus infirmus an debeat habere salarium remissiuè.*

Infirmetas anime dicitur quando impeditur anima à propria operatione, propter inordinationem partium ipsius, vt quando irascibilis, & concupiscibilis affectus passionibus, non subduntur rationi. Thom. prima secundæ. q. 77. ar. 3. & tunc peccatur.

2 ¶ Peccatum ex tali infirmitate tunc mortale dicitur, quando est cum deliberato consensu rationis, circa mortalia, vel procedit ad actum peccati mortalis, vt homicidij, vel huiusmodi, secus in subitis motibus, quibus ratio non potest occurrere. Thom. vbi supra, ibi enim non est rationis deliberatio cuius est ordinare.

3 ¶ Infirmetas anime, quando totaliter inuoluntaria est excusat à mortali penitus, quia non potest esse peccatum, quod omnino est inuoluntarium, vt si quis bibendo, & vini potentiam non cognoscendo, inebrietur, & postmodum percutiat aliquem, excusatur à mortali, quia talis passio fuit inuoluntaria. Si autem infirmitas hæc sit voluntaria directè, vel indirectè, non excusat. Dicitur voluntaria directè, quando voluntas fertur in illud, vt quando quis intendit inebriari. Indirectè, quando voluntas infertur in causam, vt cum quis non vult inebriari, vult tamen vinum immoderate bibere, timens tamen, & non curans de ebrietate. Ideo qui ex aliqua passione aliquem interficit, vel fornicatur, quod tamen non intendebat à principio, tamen quia potuit prohibere talem passionem, & debuit, & non fecit, indirectè voluit id quod secutum est, videlicet, homicidium, vel fornicationem. Thom. 1. secundæ, supra, & de ma. q. 3. ar. 10. ad 4.

4 ¶ Passio præcedens iudicium rationis, secundum Thom. quæstione de ma. q. 3. art. 11. aliquo modo peccatum alleviat sequens

sequens autem agrauat, sicut benefaciendo passio præcedens minuit meritum, sequens autem auget. Signum est enim, quòd motus voluntatis fortior, ideo magis in benefaciendo meretur; & in male agendo peccat. Vnde passio non est meriti vel peccati minoris causa, sed motus voluntatis, cuius passio signum dicitur.

Peccatum esse nõ potest quod inuoluntarium.

¶ An famulus infirmus debeat habere salarium, vide supra, Famuli. §. 2. Infirmi à ieiunio, & multis aliis obligationibus, de consilio medici timorati excusantur.

DE I N G R A T I T V D I N E.

- 1 *Ingratitudo quid sit, & quod gradus habeat.*
- 2 *Ingratitudinis circumstantia an sit necessario explicanda.*
- 3 *Peccata dimissa quando propter ingratitude redire debentur.*

Ingratitudo secundum Tho. secunda secundæ. q. 107. & Arch. Flo. 2. par. tit. 3. cap. 9. est vitium, quod committitur, quando beneficiatus non retribuit suo benefactori id quod debet, habetque tres gradus. Primus, quando non retribuit, sed malum pro bono accepto dat. Secundus, quando dissimulat, vel beneficium vituperat. Tertius, quando non recognoscit beneficiũ, sed maleficium reputat, & opponitur virtuti gratitudinis, quæ ad iustitiam pertinet, ideo semper est peccatum, cum virtuti opponatur. Materialiter autem sumpta, peccatum generale est quia in omni peccato inuenitur, cum omne peccatum sit contra Deum benefactorem nostrum. Formaliter verò est speciale peccatum, & etiam mortale in omittendo, quæ necessario sunt facienda, non retribuendo, quæ necessario sunt tribuenda, non regratiando, & non recognoscendo in casu in quo hæc sunt necessario facienda. Mortale est etiam, si fiant aliqua, quæ necessario erant omittenda, vel si ex animo interiori contemnatur beneficium, hoc enim directè contrariatur charitati debite benefactori. Possit tamen hoc esse veniale ratione actus imperfecti, quia tunc contemptus, non esset perfecti contemptus. Alias ingratitude veniale peccatum est, plus, & minus, secundum maiora, & minora beneficia accepta.

2 ¶ Circumstantia ingratitude, non est necessario explicanda in confessione, nisi quando agrauat infinitè, licet non mutet speciem, secundum Caiet. ibi in summa, ut quando offensa in benefactorem est notabilis.

3 ¶ Propter ingratitude peccata dimissa redire dicuntur ad

ad hunc sensum, quia peccatum sequens, maius est cæteris paribus, quam si aliquod nunquam fuisset remissum. Ideo bonum est confiteri circumstantiam ingratitude, ut peccati grauitas appareat, ut dicit Gul. de pœn. distinctio. secunda. cap. Illa peccata, sed non de necessitate secundum Tho. quarto senten. distin. 22. Benefaciens à beneficio cessare debet, quando ex beneficio quis peior efficitur, secundum Thom. secunda secundæ supra, &c. Omnis. 5. q. 5. sic enim beneficium mali occasio fieret. Quando propter ingratitude reuocatur donatio, supra. Donatio. §. 14.

DE I N H V M A N I T A T E.

1 *Inhumanitas peccatum est durioris cordis.*

Inhumanitas peccatum est durioris cordis, quod misericordie virtutem tollit, nec alteri comparitur, & habet duas pessimas radices, videlicet superbiã, quia tanti homo se existimat, ut credat se à malo lædi nõ posse. Quãdoq; autè auaritiã, cum propter auaritiã renuit quis subuenire in necessitate positus. Tho. 2. 2. q. 118. art. 8. Est autem peccatum mortale, quando in articulo necessitatis quis potest alteri succurrere, & nõ vult, ut dictum est, supra. Eleemosyna. §. 2. & 3. Vnde inhumanus curandus est à superbia, auaritia, & omissione, quæ eum opprimunt.

DE I N I V R I A.

- 1 *Iniuria quid sit, & quomodo fiat.*
- 2 *Iniurians animo iniuriandi formaliter, mortaliter peccat.*
- 3 *Imputans aliquem de aliquo crimine non malo animo, sed ut iustitia locum habeat, an peccet, vel teneatur.*
- 4 *Iniurias remittere quo ad affectum animi quilibet tenetur.*
- 5 *Iniuria quæ dicantur enormes.*
- 6 *Iniuriator ad quid teneatur iniuriato.*

Iniuria propriè, secundum vsum loquendi, est id, quòd fit contra alicuius honorem. ff. eo. l. 1. Et fit primo, re, ut cum manus violenta infertur. 17. q. 4. ca. Si quis suadente. Secundo, fit verbis conuitiando, vel contumeliam dicendo capit. Olim, de iniur. Tertio, literis, cum librum cartam, vel historiam ad alicuius infamiam pertinentem quis scribit, componit, vel edit, vel malo dolo fieri facit, ut cum permittit scripturam cadere in terram, ut inueniatur. ff. de verbo, signific. l. latè, vel appendit in muro, aut huiusmodi, siue hoc faciat proprio nomine, siue alieno, vel si prædicta fecerit

fecerit per aliud quam per scripturam, vt per picturam, vel aliud signum vergens in dedecus proximi. §. q. i. cap. Quidam. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. ait prætor, ne quid infamandi causa fiat.

Iniurians animo iniuriandi formaliter, & lædendi proximum notabiliter in fama, sine dubio mortaliter peccat, agit enim contra charitatē. Secus pro re parua. Si autem non habet animum iniuriandi tamen vel facto vel verbo, vel aliter facit aliquid non aduertens quod debuit aduertere, vt si iocosè, posuit cedula, in qua continebantur infamationes, licet non hoc intenderet, tamen peccauit mortaliter, quia debuit considerare quid ageret, & quod hoc ex se malum erat sicut de eo, qui occidit inaduertenter quod debebat aduertere. Si autem dixit, vel fecit aliquid, quod de se non importabat nisi paruam infamiam, vel nullam, habens tamen animum satis iniuriandi, mortaliter peccauit, sicut qui parum furatur, animo furandi multum, si posset. Plus enim pensatur animus apud Deum quam actus, quia voluntas pro facto habetur apud ipsum. de pœn. dist. i. cap. Omnis, & cap. Noli. Si autem facit aliquod non aptum de se generare magnam infamiam, & sine animo malo, vt puta, ex ioco, tamen sequitur magna infamia, non propter hoc mortaliter peccat, quia animus malus non fuit, & factum non per se erat malum graue, ex quo verisimiliter sequi posset grauis infamia.

3 ¶ Imputans aliquem de aliquo crimine, vel dicendo ipsum esse spurium, vel infamem, accusando, vel denuntiando vel testificando secundum iuris formam, siue malo animo, sed vt iustitia locum habeat, non peccat, cum faciat quod facere debet, nec tenetur de iniuria. ff. eo. l. eum qui. Idem si facit excipiendo, vt repellat à testimonio. cap. Ex parte, de testi. vel ab ordine, vel beneficio. cap. Super his, de accus. quia nemo vtens iure suo, alteri dicitur facere iniuriam, de elect. cap. Cum Ecclesia. Si autem hæc dicat tantum ad infamandum, quod præsumitur, quando non habet iustam causam dicendi, tunc facit iniuriam, & condemnandus est per d. c. Ex merito. 6. q. i. ei autem habet causam, tamen non mouetur propter hoc, sed ex odio, vel ira, intendens principaliter illius infamiam, & non iniustitiam, non euadit peccatum mortale, cum agat contra charitatem proximi, & adit animi malignitas.

4 ¶ Iniuriam remittere, quo ad affectum animi, quilibet tenetur

tenetur sub præcepto, quia est præceptum Christi dicentis, Dimitte, & dimittemini, & sine tali remissione, proximus amari non posset, sicut præcipitur in Euāgelio. Licet tamen aliquando vindicare iniuriam zelo iustitiæ, & non luore vindictæ, vt pro emendatione peccatoris, vel ad cohibendum eum, vel pro pace aliorum, vel pro iustitiæ conseruatione, vel pro honore Dei, vel alius bonis respectibus. Th. q. vnica, de virtu. & 2. 2. q. 25, infra, Vindicatio, per totum.

5 ¶ Quæ iniuriæ dicantur enormes, supra, Enormis. §. 3. An liceat pro iniuria repellenda se tueri, & iniuriantem, percutere incontinenti? Respondent Doctores quod sic Pa. in c. Olim. de restit. spol. el. i. post Bart. Quia si pro rebus potest percutere, à fortiori pro fama. Tamen si percuteret clericus occidendo, vel mutilando, licet non esset excommunicatus, efficeretur tamen irregularis, in cle. Si furiosus, de homi. Intellige prædicta cum moderamine, supra, Homicidium. §. 5. infra, Irregularitas. §. 43. non tamen licet post percussione repercutere, quia non esset defensio, sed vindicta, quæ reseruat iudici, secundum Inno. in d. cap. Olim. nisi forte timeretur geminata percussio, secundum eundem Inno. licet quidam oppositum tenuerint.

6 ¶ Iniuriator tenetur satisfacere de iniuriato de damno dato, siue in rebus, siue in fama, hoc. n. est de lege naturæ. & ultra hoc, de iniuria tenetur veniam petere, nisi esset prælatus, qui in corrigendo modum excessisset. Vel nisi ex hoc maius malum timeretur, tunc aliter nolens hoc modo satisfacere, non debet absolui, quia est in mortali, & incontritus, nisi iniuriatus liberaliter iniuriæ actionem remittat, quo ad conscientiam, vt dici. ver. Iniuria. §. 5.

DE INIVSTITIA.

1 *Iniustitia an sit peccatum mortale.*

Iniustitia, qua quis opus iniustum committit, ex suo genere est peccatum mortale, secundum Tho. 2. 2. quæst. 59. art. vlt. in quacunq; materia inueniatur, quia nocumētum proximo infert, quod est contra charitatem. Si autem per accidens committatur iniustitia, vt cum non intendit quis proximum offendere, nec scit se quenquam lædere, non est mortale, nisi nocumēti magnitudo, aut negligentia sciendi, reducat actum ad suum genus, vt si quis ex loquacitate aliquem notabiliter infamet, etiam quod talem infamiam non intenderet. Debebat enim aduertere quid poterat se-
qui. Vel si quis proiecit saxum, quod solent transire homines, & inter

O

& inter

Apud
Deum vo-
luntas ha-
betur pro
facto.

Nemo vt-
tens iure
suo, alteri
facit iniu-
riam.

Mat. 6.
Luc. 6.

Sicut om-
ne opus
virtutis
potest dici
actus iu-
stitiæ ita
e conuerso.

& interficit aliquem, quia tenebatur cōsiderare casum. Alias est peccatum veniale, vt pro re parua, vel in primis motibus. Quando autem ignorātia potest excusare, vide supra, Ignorantia, §. 5. 8. & 9. Sicut omne opus virtuosum, potest dici actus iustitię, ita omne peccatum, actus iniustitię, quia contra Deum est, cui secundum iustitiam obedire tenemur.

DE INOBEDIENTIA.

- 1 *Inobedientia an mortale peccatum sit.*
- 2 *Legis præcepto non obedire quando lex est iusta, & c. peccatum mortale est.*

Inobedientia, qua quis suo superiori, in his, in quibus subiicitur, non obedit, si hoc fiat ex intentione non obediendi, est peccatum mortale ex genere sup: quia iniuriam facit superiori contemnens eius præceptum. Nam id est contemnere præceptum, & nolle ex intentione obedire præcepto. Sic enim patet, quod præcepto non vult subdi. Et quia paria sunt nolle ex intentione obedire, & contemnere, & contemptus vbique damnabilis censetur. ideo mortale peccatum est. Et hic intellige per præceptum, non tantum illud præceptum formale obligans ad mortale, vt cum dicitur in virtute spiritus sancti, &c. vel præcipiendo mandamus, & huiusmodi. Sed omne mandatum quomodocunque obligans subditum ad obediendum, prout præceptum in moralibus distinguitur contra consilium. Intellige etiam inobedientiam formaliter scilicet ex intentione. Aliter veniale est, vt pro re minima, vel ratione actus imperfecti. Si autem non obediatur non ex intentione non obediendi, sed ex negligentia, vel alia causa, tunc peccatum iudicandum est secundum materiam, circa quam est. Nam, si circa præcepta Dei, vel præcepta formalia superiorum, peccatur, mortaliter nisi impotentia, vel causa sufficiens excuset, infra Obedientia, §. 12. Præceptum. §. 4.

1 ¶ Non obedire legis præcepto, quando lex est iusta, acceptata, & non abrogata per contrariam consuetudinem, est peccatum mortale, etiam quod talis lex sit pœnalis continens tantum vnum præceptum, vt dicendo, qui percusserit aliquem vulnere, soluat 10. aureos nisi adsit ignorantia, non crassa, & non affectata, quæ possit excusare, vel nisi probabiliter crederet, quod si adesset legislator, non vellent in tali casu obligare, vel nisi quando contrāfaciens legi, non credit contrāfacere intentioni statuenti, etiam quod secundum

v epita

veritatem contrāfaceret, quod tamen existimat non esse. Et hæc determinatio est secundum mentem S. Tho. 4. sen. dist. 15. & 2. 2. quæst. 147. vbi loquitur de ieiunio, & Pan. in rub. de obser. ie. Et sicut dictum est de præceptis statutorum, ita dicendum est de præceptis prælatorum, quo ad culpam, quia obligant, siue sine pœnalia, siue non, nisi quando lex, vel præceptum declararet non obligare ad culpam, sed tantum ad pœnam, sicut fit in constitutionib. fratrum prædicatorum infra. Lex. §. 4. Distinctio, quam ponit Henr. de Gan. in quo de præceptis statutorum, est inutilis.

DE INQUIETVDINE.

- 1 *Inquietudo mentis est filia auaritiæ.*

Inquietudo mentis, est filia auaritiæ. Nam ex hoc quod quis valde, vel ad aliquid afficitur, circa illud mentem occupatam tenet, vel circa negotia secularia ex affectu auaritię, vel circa venerea, vel circa alia secundum diuersum affectum hominum. Et communiter veniale peccatum est, quando versatur circa materiam venialiter malam. Si vero circa materiam malam mortaliter, vt esset fornicatio, vel huiusmodi, & cum animo deliberato, tunc mortale esset peccatum secundum Caiet. in summa, ibi. Si ob mentis inquietudinem quis omittat, quæ ad salutem necessaria sunt, vt confessionem, & similia, talis inquietudo, mortalis est.

DE INQUISITIONE.

- 1 *Inquisitio quomodo facienda.*
- 2 *Inquirere tenetur quilibet praelatus contra subditum.*
- 3 *Inquisitus de aliquo crimine, confessus an possit de alijs ingri.*
- 4 *Inquisitus, & confessus crimen an debeat interrogari tanquam testis.*
- 5 *Inquisitus an possit recusare iudicem tanquam suspectum.*
- 6 *Iudex procedere an debeat contra singularem personam sine instantia partis.*
- 7 *Iudex procedens ex officio quæ seruare debeat.*
- 8 *Manifestare an teneatur quis maleficium, si praelatus mandauerit sub aliquo præcepto vt quicumq; scit, manifestet & c.*
- 9 *Delictum si sit manifestum, & delinquens occultus, an teneatur se manifestare si sententia excommunicationis sit fulminata contra eum, qui tale quid fecit, nisi manifestet.*
- 10 *Religiosi quæ seruare teneantur in iudicijs.*
- 11 *Religiosus de crimine vehementer præsumptus, & veritatem nolens recognoscere, potest poni ad torturam.*
- 12 *Crimina in religioso quæ dicantur.*

Inquisitio per quam iudicialiter proceditur ad inquirenda crimina, si sit specialis contra certam personam, ad poenam imponendam, requirit clamorosam infamiam precedentem, ut in c. Qualiter, & quando el. 2. de accus. Non autem quando est generalissima, vel generalis super aliqua prouincia, vel loco, de acc. c. sicut olim. Sed si fiat contra specialem personam, aut sit contra praelatum secularem, & tunc non debet fieri, nisi tanta praecedat infamia, ut sine scandalo, vel periculo dissimulari non possit, ut in d. cap. Qualiter, & quando, vel sit contra subditum secularem, & tunc sufficit praecessio clamorosa infamiae, etiam sine scandalo, & periculo, ut in d. c. Qualiter, & quando. Aut sit contra regulam, & tunc, aut agitur ad poenitentiam, vel correctionem, & non est necesse seruare hunc ordinem, sed de facili procedi potest, ut in c. Reprehensibilis de appell. Aut inquiritur contra praelatum regularem, & debet iste ordo seruari, sed non ad vnguem, sicut non seruatur in praelatis, qui remouentur ab administratione secundum voluntatem Abbatis, ut in cap. cum ad monasterium de sta. reg. Quaedam vero sit inquisitio non ad poenam imponendam, sed ex debito officij, ut puta, quod quis non contrahat matrimonium, propter aliquod impedimentum, vel non promoveatur ad praelaturam, vel electus non confirmetur, si reperiatur vitiosus, &c. & sic non praerogatur talis infamia, ex quo fit ex debito officij. Ad hoc facit cap. postquam, cum multis similibus, de elect. Et quod dictum est infamiam debere praecedere, limitat Pan. quando fit inquisitio per ordinarium de suo mero officio, tunc non est necesse recipi testes super infamia, sed satis est, sibi constare, ut in d. cap. Qualiter, & quando. vbi tantum exigitur, ut ad aures superioris peruenerit a viris prouidis, & honestis. Secus in delegato, vel ordinario procedente ad instantiam partis. Pa. in cap. cum oporteat, de acc. & c. delicti. De quibus possit inquisitio fieri. Vide Sil. quaest. 2.

2 ¶ Quilibet praelatus potest, & tenetur contra subditum inquirere, ne subditorum sanguis de manibus eius exquiratur in die iudicij. de offi. or. cap. Irrefragabilis. Quomodo autem practice procedatur in inquisitione, vide Ta. ibi. §. 1. & 2. & Sil. ver. Inquisitio. 1. q. 5. Archiep. & Fl. 3. par. tit. 9. & c. 7. 8. & 9.

3 ¶ An inquisitus de aliquo crimine, & confessus possit de omnibus

omnibus aliis inquiri, supra Accusatio. §. 30. quia Caiet. tenet contra Pet. de Pal.

4 ¶ Inquisitus, & confessus crimen, non debet interrogari ad hoc quod sit testis, quia cum sit infamissimus non potest facere sufficiens iudicium, secundum Bal. supra Indicium. §. 6. sed interrogatur, ut per eius dictum veritas ab aliis possit inueniri.

5 ¶ Inquisitus potest recusare iudicem, si habet eum suspectum, c. cum speciali, de appel. ut, quia ex odio procedit, vel quia est criminossus, Arg. c. iudicet 13. q. 7. Potest etiam negare infamiam praecessisse, & consequenter iudicem hoc primo cognoscere oportebit.

6 ¶ Iudex non debet procedere contra personam singularem inquirendo, sine instantia partis, secundum Pa. in c. Ad nostram, el. 2. de iureiu. sed libello dato, & seruato ordine iuris, etiam si factum sit notorium, nec valet citatio nisi parte perente, nisi sit causa miserabilium personarum, quae se tueri non possunt, ut limitat Bart. ff. de dam. infect. l. 4. §. hoc autem iudicium. Semper debet adesse accusator, secundum Tho. 2. 2. q. 67. art. 3. publica infamia, locum accusatoris tenet. secundum Tho. ibi. ad secundum, & euidentia facti. In denuntiatione vero, quia non intenditur peccantis punicio, sed emendatio, & non agitur contra reum sed pro eo, non est necessarius accusator, ut dicit Tho. ibi supra. Infra, Iudex. §. 3. denuntiatio. §. 2.

7 ¶ Iudex procedens ex mero officio recipit iuramentum ab illis, contra quos fienda est inquisitio, non autem, quando procedit ad instantiam alterius, nec instruat aduersarium qui habet probare ea, quae denunciant. Secundo non tenetur recipere probationem super famam, satis est enim quod constet, ut dictum est, secus si procedit ad instantiam partis, de accu. c. cum oporteat. Tertio, non admittit probationes contrarias super bona fama, secus si ad instantiam partis. non enim ita praesumitur contra iudicem, sicut contra partem, ut in c. Nostra, de procu. & in cap. Ad audientiam de praeser. Quarto, fit liris contestatio, sicut quando proceditur parte perente, c. Cum dilectus, de pur. c. Quinto, possunt recipi testes publicatis attestationibus, quia cessat timor subornationis, secus quando proceditur parte perente. Haec Pa. in d. c. Qualiter, & quando, el. 2. in Glo. 1.

8 ¶ Quid si praelatus mandet sub praeepto, excommunicatione, vel iuramento, ut quicumque scit aliquem, vel aliquos

Nota.

quos fecisse tale maleficium, teneatur hoc manifestare? Respondeo secundum Bar. in l. in ciuilem. C. de fur. & Pan. in c. Qui cum fure, de fur. Sit prima conclusio. Si potest manifestare furtum sine manifestatione furti, & sine præiudicio proprio quando mandatur in communi, in omni euentu tenetur sciens reuelare, aliter peccat. Secunda conclusio, quando notorium est, talem fecisse hoc maleficium, tenetur reuelare. Tertia conclusio quando non est publicum, tamen potest probare per duos testes, sine ipso, tenetur reuelare, non tamen propriis expensis, nec ei, qui passus est iniuriam, sed iudici, secundum Host. in capit. Episcopus 35. quæstio. 6. vel illi, cui iudex præceperit reuelandum. Quarta conclusio, Si hoc non est notorium, nec possum probare per duos testes non timor, imo non possum reuelare tanquam iudici, per cap. Plerumque. 2. q. 7. nec prælatus potest mihi præcipere ut isto modo reuelem. Facit cle. nolentes, cum Glo. de here. Quinta conclusio: Si omnino credo, quod prælatus procedet non tanquam iudex, sed ut pater ad emendationem delinquentis, & non ad pœnam, quidam dicunt quod tenetur dicere secrete, aliter non dicendo, faceret contra caritatem, intellige quando omnino credit posse prodesse, non tamen incurreret excommunicationem latam, non reuelando. Non enim scit hoc iudicè, ut excommunicatio intendebat, nec præceptum, vel iuramentum transgrediretur. Si autem quis habeat in cōfessione, nullo modo debet dicere per quodcumque præceptum. Si autem alio modo habet in secreto, vel sub iuramento, non sic tenetur celare, sed potest reuelare in quantum iura sinunt, quia sic intelligitur tale iuramentum, supra. Excommunicatio. §. 31. circa prin. Denunciatio. §. 2.

Nota.

9 ¶ Sed quid si in excommunicatione dicatur, quod manifestet, etiam si tenetur sub titulo recompensationis? Excommunicatio. §. 32. Furtum. §. 15. Respondet Ang. ver. Furtum. §. 41. quod sententia debet intelligi, quando non est certus, aliter si præciperet, sententia contineret intolerabilem errorem, quia perinde esset, ac si præciperet dare suum proprium, quod non est intelligendum, sed de eo, quod tenetur sine certitudine. Si enim ibi exprimit, etiam quod iuste detineat, tunc talis sententia continet intolerabilem errorem. Si autem in sententia contineatur etiam sub titulo recompensationis, tunc debent verba civiliter intelligi, id est, si iuste detinet, unde iuste talis clausula potest apponi, nec sic continet errorem intolerabilem, & communiter transeunt

Doc.

Doc. & videntur bene determinare.

10 ¶ Si delictum est manifestum, & delinques occultus, & fulminatur sententia excommunicationis contra eum, qui tale quid fecit, nisi se manifestet, vel restituat, &c. quod potest fieri, per cap. Quidam. §. q. 1. tunc delinquens non tenetur se manifestare, nec incurrit sententiam, quando in hoc casu secreto non habet Iudicem nisi Deum, prælatus autem potest genere præcipere, in specie autem nullus tenetur, nisi ad sint inditia. Aduerte tamen, quod etsi non teneatur seipsum prodere, tenetur tamen satisfacere, si potest aliter excommunicatur, secundum Caic. 2. secundæ. quæst. 69. artic. 1. & præsertim quando sub disunctione ponitur, sicut in dicto capitulo Quidam: Si autem fieret talis excommunicatio per modum statuti, quod semper respectu futuri fit, tunc ligaret oculum delinquentem, ut dicit Gl. in cle. 1. de hæ. Et hoc habes, quod quando prælatus præcipit super occultis omnino non tenetur quis respondere, quia in hoc non est suus iudex, supra, Excommunicatio. §. 31. Hæc à cōfessore bene sunt pōderāda nec pro excommunicato habeat, qui non reuelauit in casu, quo non tenebatur reuelare.

11 ¶ Religiosi, etsi non teneantur sequi apices iuris in iudiciis, sicut & in electionibus, ut patet per suas constitutiones maxime in ordine prædicatorum, tenentur tamē seruare ea, quæ sunt de essentia iuris, ut quod non procedant sine accusatore, vel infamia, & huiusmodi, ac sine testibus: hæc enim prætermitti non possunt, cum sint de essentia iudicij, sine quibus iudicium esset iniquum. vide Arc. Flo. 3. par. ti. 9. c. 15. infra iudex. §. 23.

12 ¶ Religiosus de crimine vehementer præsumptus, & veritatem nolens recognoscere, potest poni ad quæstiones, id est, tormenta, quia quamuis secundum iura civilia liber homo ad tormentum poni non debeat, sed serui tantummodo. ut ff. de q. per totum, tamen quia faciens peccatū est seruus peccati, ut dicitur Ioan. 8. ideo talis ut seruus, poni potest ad quæstiones, ut §. q. 1. c. Illi. Et potest arrestari, seu detineri, ut dicit Benedictus. 12. in statuto ad minores, nullo tamē modo est à quæstionibus inchoandū, de reg. iur. ca. Cum in contēplatione, quia siue prælatus siue alius de eius mandato, ut vim inferens clerico parato corrigi, & obedire volenti, excommunicatus est, de sent. excom. cap. Vniuersitatis, & hoc tenet Host. & Arc. & si statim hoc fieret, nulla præsumptione præcedente, esset appellandi locus, per cap. Non

O 4 solent.

solent. 2. q. 6. Quæstiones autem huiusmodi circa clericos, debet esse moderatæ, propter periculum excommunicationis, & propter hoc quod iudicium pessimum est, quod ex suspitione, vel extorta confessione fit, vt in cap. Si sacerdotibus. 6. q. 6. de q. l. feruus, quia aliqui contemnunt, aliqui potius mentiri volunt, quam pati.

13 ¶ Enormia crimina in religioso dicuntur omnia mortalia, ar. in d. c. Illi, & pro quolibet tali potest quilibet religiosus arctari ad custodiam, si expedit correctioni, non autem ad pœnam, sed pro his quæ exprimentur in statutis sui ordinis, vel eis equiparantur arbitrio discretorum. Non est tamen de facili clericus incarcerandus, quia excommunicatus est, qui inuidiosè clericum detinet per c. Nuper, de sent. excom. nec propter incarcerationem quis efficitur infamis, nisi quando iuste carceri emancipatur. supra. Infamia §. 9. Nam de carcerè, & cathenis quis quandoque ad dignitatè egreditur, vt de Ioseph legimus c. Et de Petro & Paulo.

DE INQUISITORE.

- 1 Inquisitor heretica prauitatis cuius aetatis esse debeat.
- 2 Inquisitor an possit se intromittere de incantationibus, sortilegijs, quæstionibus vsurarum, &c.
- 3 Inquisitorum non est cognoscere an aliquid sapiat manifestè heresim.
- 4 Inquisitores non possunt quomodolibet abuti portatione armorum, nec habere nisi officiales necessarios.
- 5 Inquisitor quando potest inducere silentium quæstuarijs, & prædicatoribus.
- 6 Inquisitor sine episcopo, & econtra quando potest procedere contra hereticos vsque ad incarcerationem, & tormenta, & sententiam.
- 7 Inquisitor potest procedere simpliciter, & de plano, absque strepitu, & figura iudicij.
- 8 Religiosi etiam sacerdotes, qui in seculo officiū tabellionatus exercuerunt, etiam in officio inquisitionis exercere possunt.
- 9 In facto heresis potest procedi etiam infamia non procedente.
- 10 Testes quando repetendi sint in generali inquisitione.
- 11 Statuta locorum per quæ directè, vel indirectè officium inquisitionis impeditur non valent.
- 12 Inquisitor potest brachium seculare invocare contra hereticos per censuram, &c.

13 Inquisitor

- 13 Inquisitor quam prædicationem tenere debeat, c. si primus ad locum suæ inquisitionis venerit.
- 14 Inquisitor contra quos possit procedere.
- 15 Iudæi & infideles quando per inquisitorem possunt puniri.
- 16 Inquisitor potest compellere testes ad iurandum, & omne admittere, de quibus hic.
- 17 Inquisitor testes torquere, vel aliter punire potest, & quando.
- 18 Inquisitio potius æquitate quam iuris rigori adherere debet.
- 19 Inquisitor quomodo procedere possit.
- 20 Inquisitor cum diocesano potest interpretari statuta edita contra hereticos.

Inquisitor hereticæ prauitatis debet attingere quadragesimum annum in cle. dolentes. de hæ. & constituuntur inquisitores per generales, & prouinciales, ac ministros ordinis prædicatorum, & minorum, secundum glo. ibi, qui à sede apostolica est commissum mortuo summo pontifice, à quo habet auctoritatem, & à quo dicuntur institui. nō expirat eorum auctoritas. cap. ne aliquid, & de hæ. libr. 6. & sunt delegati Pape, & non ordinarij, vt in c. Vt officij de heret. libr. sexto. Et possunt remoueri per eos, per quos instituuntur, ex priuilegio, & ex rationabili causa, & non libera, vt dicitur in Directorio inquisitorum, & litteris Papæ, & sunt perpetui, nisi instituantur ad beneplacitum sedis, vt in capit. Gratosè. de rescript. & possunt instituere sibi vicarios vnum, vel plures, per dictam glo. & non necesse dictos vicarios, habere quadraginta annos, sed sufficit quod habeant triginta, vt declarat Clemen. VII. in breui directo magistro Paulo Buttigelle, quod incipit. Cum sicut, & quod vidi, & scrip.

2 ¶ Inquisitor non potest se intromittere de incantationibus, sortilegijs, quæstionibus vsurarum, nisi in quantum sapiunt manifestè heresim, vt in c. Accusatus, de hæ. libr. 6. & ibi glo. Et hæc sunt, quæ sapiunt manifestè heresim, videlicet, Circa aras idolorū emittere nefarias preces, offerre sacrificia, demones consulere, & eorum responsa suscipere. 26. q. 2. cap. Hi qui vel associant sibi propter fortes exercendas hereticos, vel prædicta faciunt cum corpore vel sanguine Christi, vel in fortibus, vt possint habere responsa, puerum rebaptizant, vel his similia, vt ibi dicit glo. item adorantes aliquam creaturam tanquam Deum, vel exhibentes reuerentiam de demonibus, vel vocantes eos sanctos, vel inuocantes eos ad aliquod eis impossibile, vt ad futura conungen-

Q 5

ria

tia sciendum vel ambutes aliquo sacramento & huiusmodi, sapiunt manifestè hæresim. Et sic intellige d. glos. & qui diceret usuram nō esse peccatum, vel fornicationem, & huiusmodi, de his potest inquisitor videre, immò sibi mādatur, in cle. Vnica de vsu contra eos procedat.

3 ¶ Ad inquisitores non pertinet cognoscere, an aliquid sapiat manifestè hæresim quia iurisdicatio est sibi attributa cōditiōe existente, vt not. glo. in d. c. Accusatus. Si tamen certum est, quod sapit hæresim, sed dubitatur an sit manifesta, potest recipere probationes, an sit manifesta, & vt intelligit glo. esse manifestum, id est notorium, quod celari nequit v. la. tergiversatione, c. ex parte, de verb. sig.

4 ¶ Inquisitores non possunt quomodolibet abuti portatione armorum, nec habere nisi officiales necessarios in cle. dolentes, de hæ. nec in crimine hæresis procedere contra Episcopum, nisi in literis eorum fiat mentio specialis, quod possunt, in c. inquisitores, de her. in 6. nec procedere prædicatorum inquisitores, contra fratres minores, nec contra aliter sunt excommunicati per extrauag. Pauli 2. Excommunicatio. 95. Nunc autem possunt procedere modo declarato, per cle. 6. in dictis literis, Cum sicut. Vbi sic dicitur. Tibi, nec nō omnibus, & singulis aliis inquisitoribus dictæ hæretice prauitatis ex ordine fratrum prædicatorum maxime Lombardie, per vniuersalem Italiam constitutis, & deputatis, & cōstituendis, & deputandis, eorumque vicariis in virtute sanctæ obedientie, & in remissionem peccatorum vestrorum districtè præcipiendo mādamus, quatenus omnibus, & singulis etiam Carmelitarum & aliorum ordinum mendicantium religiosi, vel non mendicantibus de huiusmodi peste diffamatis aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, super huiusmodi, ac qualibet alia hæresi silentium imponatis, & postquam per vos siue vicarios vestros, aut vestrum, vel eorundem vicariorum aliquos siue aliquem præsentem monasteriorum, conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæresis huiusmodi vel errores disseminati forent, aut inibi propinquorum præmoniti fuerint, nisi tales infra mensem a die admonitionis computandum debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admoneri fidem facere teneantur, & si præsidentes ipsi talia prædicarēt, admonitionem præsidis vicinioris

Inquisitores fratrum prædicatorum non possunt procedere contra fratres minores nec contra.

vicinioris conuentus, vel loci respectiue facere sufficiat, contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam, si fuerit condemnatoria, cum consensu ordinarij procedatis. Contra Carmelitas tamen confestim positus vsque ad capturam procedere, dum prædicant populo, vel publicè disputant erroneas conclusiones.

5 ¶ Inquisitor potest inducere silentium quæstuariis & etiam aliis prædicatoribus quādo pro negotio fidei congregationem facere contingeret, vel quando afferrent impedimentum eidem negotio. c. Vt officium, de hæ. lib. 6. Et pro eodem negotio potest conuocare populum. ca. Vt commissi, de hæ. lib. 6. & peritos congregare. d. c. Vt commissi.

6 ¶ Inquisitor sine Episcopo, & econtra, potest procedere contra hæreticos in omnibus, vsque ad incarcerationem ad pœnam, tormenta, & sententiam condemnatoriam exclusiue, nisi quando non possent habere copiam adinuicem infra 8. dies post requisitionem. cle. 1. de hæ. & c. officium. eo. & quomodo officiales debent iurare fidelitatem, ibi di. clem. & plura alia.

7 ¶ Inquisitor potest procedere simpliciter, & de plano, absque strepitu aduocatorum, & figura iudicij. c. si. de her. lib. 6. Quæ verba quomodo intelligatur habes in cle. sæpe contingit. de verb. sig. debet tamen procedere per accusationes, citationes, iudicia, testes, & huiusmodi quæ sunt de essentia iudicij. Et quando inquisitor timet in conscientia de periculo testium, deponentium, accusatorum, si eorum nomina publicarentur, tunc non publicè, sed secretè coram Episcopo, vel eius vicario in absentia illius, & aliquibus aliis personis prouidis, & honestis, iurisque peritis, totū processum, super quo deliberandum est, manifestè, & de eorum consilio, ad sententiam, vel condemnationem potest procedere, & talibus plena fides adhibeatur, licet eorum nomina non fuerint publicata. Et possunt inquisitores præfati præcipere sub pœna excommunicationis latæ sentent. ne reuelent nomina prædictorum, non tamen potest Episcopo hoc præcipere, nec Episcopus inquisitori, sed Papa præcipit eis, in virtute obedientie, ne reuelēt. Cessante tamen periculo, debent nomina publicari. s. accusatoris, & testium. Et quando procedit per viam inquisitionis, excommunicati, participes vel socij criminis, admittuntur ad testimoniū contra hæreticos, receptatores, & huiusmodi, si ex circumstantiis verum dicere præsumatur. can. in fide in 6. eod. Secus quando procederetur per

per

per viam accusationis, vel exceptionis, quia tales non admittuntur. secundum Io. An. ibi. Vnde melius est per inquisitionem procedere, si potest.

8 ¶ Religiosi etiam sacerdotes, qui in seculo officium tabellionatus exercuerunt, possunt etiam exercere in officio inquisitionis, per c. Vt officium, lib. 6. eo. Et potest inquisitor accipere duas personas loco vnius notarij, quando nō adest, vbi supra, qui subscribant se, dicendo, Accepit nos pro sufficientibus.

9 ¶ In facto hæresis potest iudex procedere ad inquisitionem, etiam infamia non præcedente, sed sufficit quod habeat vnum, vel duos testes, vel aliquod inditium bene probatum, quia ex suo mero officio procedit, & imponitur sibi, quod procedat per cle. multorum. de hære. Et quia semper procedit contra crimina periculosa de aliorum subuersione, ideo non est necesse, quod procedat infamia. In hoc enim fallit regula, secundum doct. & Barb. & consil. 72. & etiam Fe. in c. Excommunicamus. lib. 6. vbi ait, Eo ipso quod quis discedit à communi conuersatione fidelium circa cultum diuinum, potest contra ipsum absque alia infamia inquiri de hæresi, vt si circa diuina, vt audire missam, vel alia sacramenta est valde negligens. Indicium enim est hæresis occultæ.

10 ¶ Quando proceditur in generali inquisitione, & ita quod nec explicitè est nominata persona, & fiunt aliquæ depositiones de aliqua persona speciali, & crimine speciali, vt communiter in inquisitione hæresis fit, necesse est ante sententiam, vel torturam, vel ante omnem inquisitionem specialem, reperere eosdem testes inquirendo specialiter contra talem reum depositum, & de illo crimine speciali, secundum Panor. in c. Ad petitionem, de accusa. in 1. not. Ang. de Are. in tract. suo de maleficiis, dicit quod prudens iudex debet primo recipere testes super delicto, & reo in speciali. Secundo citare reum & examinare ipsum. Tertio si negat adducere testes coram eo. Sed hoc non est necessarium in inquisitione hæresis, vt dictum est, immo consuetudo est in oppositum, vt testes liberius deponant, & est in fauorem fidei hæc consuetudo, ideo seruanda, ne alij retardentur à denunciatione.

11 ¶ Statuta locorum, per quæ officium inquisitionis directè, vel indirectè impediretur, vel quomodolibet retardaretur ipso iure non valent, & rectores locorum illorum per censuram

penitentiam possunt cogi, vt reuocent, vel moderentur, ne impediant dictam inquisitionem. c. Statutum, de hære. lib. 6.

12 ¶ Inquisitor potest inuocare brachium seculare contra hereticos per censuram. in d. c. Vt officium, & statutum de duabus dictis, in c. Nonnulli, de rescri. non impedit inquisitionis officium, in d. c. Statutum. Potest etiam secundum Io. And. procedere contra hereticum in sua diocesi repertum, licet alibi commiserit crimen, & contra personas quascunque non solum de sua diocesi, sed etiam alienigenas, & forenses, si ibi delinquant, etiam si essent exempti, vt sunt religiosi, quia iste reatus excludit omnem dignitatem, vt in d. c. Vt officium, &c. Vt commissio. eod. lib. 6. vbi habetur, quod etiam possunt procedere contra eos, qui recesserunt de sua prouincia, & potest trahere testes de vna diocesi ad aliam, per d. c. Vt officium, infra tamen terminos suæ iurisdictionis, si tamen fratres aliqui essent priuilegiati, vt sunt predicatorès, & minores per priuilegium Sixti 4. & forrè aliqui alij, non posset contra eos procedere, sed ipsi à suis prelati essent corrigendi.

13 ¶ Practicam quam tenere debet inquisitor, cum primum ad locum suæ inquisitionis venerit, vel citando reos, vel recipiendo depositiones, & accusationes, formando processum, &c. vide amplè in directorio inquisitionis, & in Sūma, Tab. ibi. à §. 20. vsque ad 27. inclusiue. quæ omnia breuitatis causa prætermitto, quia huiusmodi ad confessorem non spectant.

14 ¶ Inquisitor ex suo officio potest procedere contra suspectos de hæresi, contra credentes, receptatores, defensores, fautores eorum, impediens officium suum directè, vel indirectè, vel retardantes, per d. c. Vt officium, & c. Excommunicamus, de hære. & per literas Alexan. 2. & Verba. 4. quæ incipiunt, præ cunctis, contra blasphemantes, quando sic blasphemando dicunt aliquod hereticum, vt Deum partialem, impotentem, & huiusmodi, & si in talibus volunt perseuerare pertinaciter, sunt seculari curiæ tradendi tanquam impœnitentes. Si autem hoc mente non tenent, sed sæpè prorumpunt in huiusmodi verba, sunt iudicandi, vt vehementer suspecti. De his diffusè habetur in dicto directorio. Potest etiam procedere contra Christianos transeuntes ad Iudæos, vel Sarracenos, contra Infideles, qui baptizati retrocedunt, & contra eorum fautores &c. siue sint Christiani, siue non, vt in c. contra Christianos, de hære. lib. 6. & per extrauag. Nicolai 4. quæ incipit, Turbato corde, & Thom. secunda

secunda secundæ quæst. 10. artic. 8.

15 ¶ Si Iudæi vel infideles delinquant circa contemptum fidei nostræ, vel impediunt inquisitionis officium, aut committant aliquid in contumeliam, vel contemptum Saluatoris, ut vituperando Ecclesias, altaria, paramenta, sacramenta, & huiusmodi, per inquisitorem possunt puniri, secundum Ios. de Cal. in quodam consilio ad inquisitores, quia ipsi inquisitori commissa est defensio fidei, ut d. c. ut officium. Præterea si non possent, sequeretur quod infideles essent melioris conditionis quam Christiani, quod dicendum non est. Idem tenet Direc. 2. part. c. 46. & licet ipsi non possint dici hæretici, tamen quia peccant in materia inquisitori subiecta, propter hoc contra eos procedere potest inquisitor. De hoc extant literæ clem. 3. Gre. 1. & sic fuit conclusum Bononiæ per Doc. Ad hoc Pa. in c. Postulasti, de Iudæ. Nam Iudæus ratione delicti potest fieri de foro Ecclesiæ, in d. c. pastoralis.

Testes qui admitti possunt contra hæreticos. 16 ¶ Inquisitor potest compellere testes ad iurandum de veritate dicenda eidem in causa fidei, & eos pluries examinare, in d. c. Ut officium, & potest in fauorem fidei admittere excommunicatos, participes, socios criminis, periuros, infames, criminosos, seruos contra dominos, hæreticum contra hæreticum, credentes, fautores, receptatores eorum, uxorem, filios familiares, de hæ. c. in fidei, lib. 6. non autem capitales inimicos, art. in c. accusatus. §. licet. eo. in vi. & prædictos non admittit pro. sed contra, in d. c. filij, eo. lib. 6. ar. c. in fidei, & in Glo. quia tales non admittit, nisi ut in iure exprimitur.

17 ¶ Inquisitor potest torquere, vel aliter punire testes, quos manifestè deprehendit in causa fidei esse falsos, & eum, qui contra infontem falsò, & scienter, medio iuramento imposuit crimen hæresis, quia hoc est de iure communi, licet nihil de hoc habeatur in privilegiis inquisitorum, vel in cano. de hæreticis, hoc tamen fieri potest, ut declarat Pau. de Liaza. in cle. 1. de hære. super ver. Aut tormentis exponere, &c.

18 ¶ Quamuis inquisitor possit aliquem de iuris subtilitate damnare per duos testes non singulares, secundum quod dicitur in Direc. 3. parte. quæ. 71. non tamen debet facere de æquitate, quia in criminalibus, probationes debent esse luculentiores. C. de prob. l. vlt.

19 ¶ Inquisitor secundum declarationem Io. And. in cle. sæpè contingit, de verb. sign. potest procedere sine libello, sine contestatione litis, tempore feriarum inductarum in fauorem hominum amputando dilationes, abbreviando lites,

repe

repellendo frustratorias exceptiones, refrenando appellationes, iurgia partium, multitudinem testium, dando simul terminum ad ponendum, & articulandum, primò, & secundò, ad procedendum omnia acta, & monumenta causæ, interrogando partes, ubi suadet æquitas, non citando peremptoriè ad sententiam, quam profert stans, vel sedens, & non facta conclusione. Citare tamen tenetur, & recipere petitionem in scriptis, vel verbo tenus nunc scribendam in actis. & sic in processu de substantialibus dimitti non debet aliquid, sed summarie id est breuiter fieri. Aliæ autem solennitates omitti possunt, dummodo iura alterius non lædantur contra naturalem æquitatem. Vnde ius commune seruandum est, ad quod omnes tenentur de const. c. 1. & hoc est procedere summarie, simpliciter de plano, sine strepitu, &c.

Procedere summarie quid sit.

20 ¶ Inquisitor cum diocesano possunt interpretari statuta edita contra hæreticos, ut patet in literis Innoc. 4. Immo solus inquisitor, ut in litteris Alexand. 4. quæ incipiunt, Præcunctis. Potest absolueri hæreticos ab excommunicatione, ut in d. capit. Ut officium, non tamen reperitur, quod possit dispensare super irregularitate, si incurrisset quo ad sacros ordines, Glo. fin. in capit. Nos consuetudinem. d. 12. Potest dispensare cum pœnitentibus traditis carceri perpetuo, & aliis pœnitentiis iniunctis, ut in cap. Ut commisi. de hæ. lib. 6. potest procedere contra tales pœnitentiatos, si non adimplent, si fugiunt è carcere tãquam contra impœnitentes, de hæ. cap. Excommunicamus. el 2. Potest dare pœnitentias pecuniarias, pro sustentatione officij sui, ut patet per Direc. & Io. Cal. potest dare indulgentias plures, ut patet ex privilegiis Pontificum, & ipse habet plenariam indulgentiam, ut patet ex literis Inno. 4. & etiam si in dicto officio moritur. Alia, quæ potest inquisitor, vide in dire. Hæc enim pauca posui quasi quoddam summarium. Qui plura voluerit scire, directorium videat inquisitorum.

DE INSENSIBILITATE.

1 *Insensibilitas quid sit, & quando peccatum mortale.*

Insensibilitas secundum Cai. supra, peccatum est, quod committitur, quando sine rationabili causa, quis intantum abhorret, & fugit delectationes sensibiles, quod propter hoc non vult comedere, non vult se vestire, ut decet, subtrahit debitum coniugale uxori, & alia necessaria ad propriam vitam, vel debita proximo negligit, & tunc est mortale peccatum, quamuis

quamuis in paucis hoc peccatum reperiatur. Qui verò secundum virtutem temperantiæ, ab huiusmodi abstinent, insensibiles non dicuntur. Thom. 2. 2. q. 142.

D E I N T E N T I O N E.

- 1 Intentio bona non sufficit ad bonum opus.
- 2 Effectus sequens actum voluntatis non addit.
- 3 Opera humana tribus modis alicui applicantur.
- 4 Operatio quando sit meritoria, vel non.

Nota hic
differentiã
inter bonã
intentionẽ,
& bonã
voluntatẽ,
& vellei-
tatem,

Intentio bona non sufficit ad bonum opus, vt cum quis furatur, vt det pauperibus, quia intentio bona est, opus autem malum. Tho. 2. sen. d. 38. art. 5. Sed si bona est voluntas, sufficit ad bonum opus, quia bona voluntas habet intentionem, & bonum obiectum, sed tamen voluntas sine opere, quando adest facultas operandi, non sufficit ad meritum, nec verè est voluntas, sed velleitas. Si non adsit facultas, sufficit ad meritum essenziale, quod totum à voluntate informata charitate est, non autem ad præmium accidentale secundum Tho. 1. 2. q. 20. art. 5. & 2. senten. dist. 4. art. 3. Mala autem voluntas, & intentio sufficit ad malum, etiam sine opere.

¶ Effectus sequens actum voluntatis, si est intentus, addit ad bonitatem, vel malitiam eius, vt ebrietas sequens potationem vini, si autem non est intentus, nec præcogitatus, si sequitur de necessitate nature, aut in pluribus, etiam addit, si autè vt in paucioribus, & per accidens, nõ addit. Non enim datur iudicium de re aliqua, secundum illud quod est per accidens. Thom. 1. 2. q. 20. art. sed secundum illud, quod est per se, vel vt in pluribus, quia quasi determinata sunt.

¶ Tribus modis opera humana possunt cum intentione applicari alteri, vel quãdo duo sunt in charitate, vt vnus pro alio opera sua, quia sic se habet sicut mēbra vnus corporis, quorum vnus pro alio satisfacit. Vel quando prælatus etiam non existens in charitate applicat opera bona suorum subditorum existentium in gratia aliis in gratia existentibus, vel per modum indulgentiæ, supra indulgentia. §. 9.

¶ Omnis operatio procedens ab intentione humana delibata, si est ordinata, & facta ab existenti in gratia, est meritoria, alias non est meritoria licet sit bona, ex Th. 1. 2. q. 18. art. vt sunt opera virtutum moralium, & huiusmodi. Est tamen aliqua operatio, quæ non semper est meritoria, vel demeritoria, vt mortale opus, factum ab eo, qui sine gratia est, est enim bonum, sed non meritorium,

D E

D E I N T E R D I C T O.

- 1 Interdictum quid est, & eius effectus.
- 2 Episcopus potest interdictum suum suspendere sicut & tollere.
- 3 Interdictum ecclesiasticum quid sit, & quocumque. nu. 4.
- 5 In interdicto Papa quadam veniunt consideranda.
- 6 Ad observationem interdicti quilibet tenentur, & quando, & num. 8.
- 9 Ad vnum interdictum quandoque sequitur aliud, quandoque non.
- 10 Interdicto clero, an interdicti intelligantur religiosi.
- 11 Interdicta familia, an intelligatur etiam clericus de familia.
- 12 Non interdicti an possunt celebrare in loco interdicto.
- 13 Interdicto populo, & c. vnus loci an veniat etiam locus.
- 14 Interdictus quilibet specialiter, quocumque vadat, semper est interdictus.
- 15 Existens in populo non interdicto, si efficiatur de interdicto, etiam ipse interdictus censebitur.
- 16 An absentes inuoluantur interdicto.
- 17 Habitantes in populo interdicto si non sint de illo populo, an censeantur interdicti.
- 18 Interdicta terra alicuius principis, de qua intelligatur.
- 19 Interdicto loco sub nomine regni, vrbis, & c. quid interdictum intelligatur.
- 20 Interdicta aliqua speciali persona à diuinis, nullum actum exercere potest.
- 21 Interdictum aliquando à iure aliquando ab homine emanat, & quomodo.
- 22 Interdictus quando dicatur locus à iure.
- 23 Interdictum ab homine quandoque fertur generale, quandoque speciale.
- 24 Mulier an interdicere possit.
- 25 Exempti an interdicti possint.
- 26 Canonici sine licentia episcopi, an possint interdictum ponere in aliqua ecclesia.
- 27 Canonicus simplex quando possit ecclesiam interdicere.
- 28 Interdictum si feratur ab homine, quæ forma seruanda sit.
- 29 Interdicti sententia ad hoc vt liget, quid sufficiat.
- 30 Interdictum non seruantes hic nominatim excommunicantur.
- 31 Interdictum quomodo relaxetur, vel suspendatur.
- 32 Interdictum an quoad aliquos possit relaxari, & quoad aliquos non.

D

33 Inter

- 33 Interdictum positum per inferiorem iudicem an possit per maiorem relaxari.
- 34 Interdictum an relaxetur, si Papa det licentiam celebrandi in aliqua ecclesia interdicta.
- 35 Episcopus non potest dare licentiam celebrandi in ecclesia interdicta.
- 36 Interdictum ab homine, a quo possit relaxari.
- 37 Papa, si reseruauit sibi excommunicationem, quae est circa interdictum, an relaxationem ipsius sibi reseruasse videatur.
- 38 Interdictum ad certum tempus ante illud non potest relaxari.
- 39 Interdictum qualiter nouo iure seruandum sit.
- 40 Priuilegia fratrum predicatorum circa interdicta.
- 41 Priuilegia quaedam reuocata per decretalem Bonif. 8.
- 42 Interdicti generalis moderatio. & 43.
- 44 Interdicti tempore quae sacramenta concedantur. 45. 46. 47.
- 47 Clerici, & religiosi non interdicti, & qui seruauerunt interdictum an possint sepeliri in loco sacro.
- 49 Priuilegiati post cap. Alma, possunt sepeliri in caemeterio.
- 50 Sepelientes personam interdictam vel tempore interdicti extra ecclesiam vel caemeterium, efficiuntur irregulares.
- 51 Confratres religiosorum, qui ex priuilegio admittuntur ad diuina, an possint in ecclesia interdicta sepeliri.
- 52 Cooperantes sepultura prohibita tempore interdicti, ut apertientes, &c. sunt excommunicati.
- 53 Matrimonium an tempore interdicti, & inter personas interdictas concedatur.
- 54 Celebratio diuini officij an concedatur tempore interdicti, per c. alma.
- 55 Interdicti tempore qui admitti possint ad diuina.
- 56 Irregularitatem an incurrant hi qui non sunt clerici, & ingerunt se in diuinis tempore interdicti.
- 57 Monachorum, & monacharum uolantium interdictum pena.
- 58 Interdictum non seruantium poena.
- 59 Audiens diuina tempore interdicti an fiat irregularis, & peccet.
- 60 Interdictus ab ingressu ecclesiae si in ecclesia celebrat, fit irregularis.
- 61 Interdictus ab ingressu ecclesiae, celebrans scienter in loco interdicto, siue coram personis interdictis, &c.
- 62 Celebrans vel faciens aliquid diuinum in ecclesia polluta, an efficiatur irregularis.
- 63 Clericus interdictus, vel non interdictus benedicens aquam

- in loco interdicto sit irregularis.
- 64 Irregularitas an incurratur per benedictionem mensa tempore interdicti, & quid de alijs benedictionibus.
- 65 Interdictum violantes an mortaliter peccent.
- 66 Clericorum nomine veniunt moniales tempore interdicti.
- Interdictum est censura ecclesiastica. c. Querenti, de ver. sig. & non debet inferri nisi monitione praemissa. c. reprehensibili. de appel. Debet tamen in scriptis fieri cum expressione cause rationabilis. c. Medicinalis. eo. lib. 6. Non suspenditur per sequentem appellationem. c. Ad haec de appel. Causat etiam irregularitatem per celebrationem, sicut excommunicatio. c. is cui, de sen. excom. lib. 6. Huius quoque absolutio fit mediante iuramento de parendo, &c. c. Venerabili. de sen. excom. Ligat etiam iniustum, dummodo non sit nullum. ii. q. 3. c. Sententia. Impedit insuper electionem actiue, & passiuè. c. cum dilectus. de consuet. Debet a superioribus etiam obseruari. c. Cum ab ecclesiarum. de offic. or. Durante sententia interdicti, nullus potest testari. c. Apostolica. de excom. Quando superior vult relaxare sententiam interdicti, debet vocare partes, de app. lib. 6. c. Romana. §. Debet autem. Etiam si vult pronuntiare esse nullam. Omnis interdictus est suspensus, & non econtra, secundum Ioan. de Cal. in tra. de interdicto, & cum interdicto extra diuina potest participari, nisi participatio esset simpliciter interdicta. cap. Episcoporum. de priui. lib. 6. Item interdictum potest ferri in personam, & locum c. fi. de senten. excom. lib. 6. quod episcopus non incurrit, nisi specificè exprimat. c. Quia periculum. de sent. exc. lib. 6. & si est generale, non potest ad cautelam relaxari. c. Praesenti. de sen. exc. lib. 6. secus de excommunicatione, & suspensione. c. Praeterea el. 2. de appel.
- ¶ Episcopus potest interdictum suum suspendere, sicut & tollere, ut dicit Pan. in cap. ad haec. de app. & appellatio facta post talem suspensionem tenet. Ar. c. Praeterea de app. quamuis Ioan. de lig. videatur oppositum tenere, tamen dicimus quod ista suspensio intelligitur remotio interdicti cum conditione, & sic bene potest fieri, sicut & de excommunicatione, cap. Eos de sen. excom. lib. 6. Item si feratur interdictum ad tempus, ut puta, donec satisfecerit, facta satisfactione, cessat interdictum sine alia absoluteione, quod non est in excommunicatione, secundum Pa. in c. non est nobis, de spon. & Inn. cum bonae, de eta. & qual. Est etiam text. cum Glo. in cle. i. de deci.

Omne
interdi-
ctus est
suspen-
sus, & no
econtra.

4 ¶ Interdictum ecclesiasticum, de quo nunc est sermo, est quaedam prohibitio, quando in aliqua terra, vel ecclesia, vel personis, interdicitur administratio sacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, seu executio aliquorum spiritualium, secundum Inn. ita quod interdiceret aliquem locum, nihil aliud est secundum eundem, quam interdiceret homines habitantes ibi, ab certis sacramentis ibi accipiendis, & a sepultura, & quod clerici ibi publice celebrare, & sacramenta conferre non possint, in d.c. Non nobis, & quando prohibentur omnia spiritualia, tunc dicitur strictum, quando vero quaedam tantum, dicitur largum, de quibus infra dicemus.

5 ¶ Interdictum est triplex, ut colligitur, ex doc. videlicet, locale, personale, & locale, & personale simul, ut in cap. Si sententia, de sen. ex. lib. 6. ut quando interdicitur ciuitas, provincia, & huiusmodi, dicitur locale. Personale vero quando populus, clerus, collegium, & huiusmodi interdicitur. Aliquando est locale, & personale simul, ut quando & locus, & personae sunt interdictae. Et quodlibet istorum est duplex, videlicet, generale, & particulare, ut distinguit Pis. & bene. Generale quando interdicitur provincia, tota ciuitas, vel huiusmodi: Particulare vero, quando interdicitur, de multis ecclesiis vna, vel paucae, vel aliquae. cap. Cum in partibus, de verb. signifi. & ibi Pan. Et nota quod generale interdictum, non potest pro debito pecuniario poni. per constitutionem Bonif. sine speciali licentia Papae, infra. §. 27. Similiter interdictum personale est duplex, scilicet generale, quando interdicitur populus, collegium, vel huiusmodi, & tunc omnes sunt interdicti de populo, vel collegio. cap. si sententia, de senten. excommu. lib. 6. Aliud est particulare, quando interdicitur persona singularis nominatim, vel per circumlocutionem, quae tenet vim proprii nominis, de appel. ca. Præterea. el. 2. Vel si in vno delicto plures nominentur, ut dicendo omnes qui tale delictum fecerunt, vel facient. Et tales personae interdictae, siue generaliter, siue particulariter, quocumque vadunt semper sunt interdictae, quamdiu durat interdictum, vel absoluantur, nec possunt audire diuina, etiam secundum moderationem c. alma, de sent. excom. lib. 6. quia illud cap. loquitur de generali interdicto loci, & qui sunt nominatim interdicti, ut dictum est, sunt vitandi in diuinis, sicut excommunicati. c. Episcoporum. de priui. lib. 7. non autem extra diuina, ut dictum est supra. §. 2. ut in mēsa, communi locutione, & similibus.

Interdictum duplex.
Alia interdicti diuisio.

6 ¶ Quia Papa potest interdiceret simpliciter, & secundum quid, secundum quod sibi placet, ideo in interdicto Papae consideranda sunt verba, quomodo sonant, si admittit baptismum paruulorum, interdicit adultorum, si admittit poenitentiam morientium, interdicit sanorum, potest enim omnia interdiceret præter baptismum paruulorum, & poenitentiam morientium, & præter illa, sine quibus ista duo non possent bene fieri, ut est viaticum, & missa semel in hebdomada, secundum antiqua iura, ut in d.c. Non est nobis, & c. Quod in te. de pœ. & re. Credo tamen Papam posse omnia non necessaria, si vult, ex causa interdiceret, quae sunt de iure positio, non sic autem alij prelati, quia contra ius commune non possunt, secundum Pa. in cap. pastoralis, de app. etiam si esset delegatus à latere per Gl. in c. fin. de hæ. lib. 6. & Pan. in d.c. Ad hæc de app. Vnde in interdicto Papae, eius verba bene sunt consideranda.

Prælati inferiores non possunt quae sunt contra ius commune.

7 ¶ Ad obseruationem interdicti tenetur quis, quando publice promulgatum est. cap. Quod dicitis 16. dist. Et sufficit, quod quis sciat vicinos, & maxime metropolitanam ecclesiam seruare, & recepisse sententiam. cap. 1. de postu. præl. Et omnes religiosi tam exempti, quam non exempti, quando sciunt matrem ecclesiam seruare, tenetur & ipsi seruare, ut dictum est supra. Excommunicatio. 52. nisi super hoc habeant priuilegium.

8 ¶ Per extraneam Martini V. quae incipit. Insuper ad euitanda, non tenetur quis seruare interdictum ecclesiasticum à iure, vel ab homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, communitatem, vel locum certum à iudice promulgata, vel denunciata specialiter, & expressè §. 39. Imò dicit Sil. ibi, interdictum 2. §. 1. se non credere interdicti sententiam ligare, in qua non ligat excommunicatio.

9 ¶ Aliquando ad vnum interdictum sequitur aliud, aliquando non. Nam clero interdicto, non intelligitur interdictus populus, nec econtra, nisi aliud in sententia exprimat, & nomine cleri in materia fauorabili veniunt religiosi, religiosae: & conuersi, & conuersae, non autem in materia odiosa, arg. in Glo. c. 3. de sup. negli. præla. Interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non sunt interdicti, ideo extra ipsam possunt audire diuina. dicto cap. Alma. Si autem populus est interdictus, omnes subeuntes onera, & honores populi, siue sint comites, siue Marchiones, vel Barones, sunt

interdicti, cum de populo censentur, secus si tales sint sui iuris, vel ex consuetudine, vel ex privilegio imperiali, ita quod in nullo participant cum corpore vniuersitatis, secundum Io. Cal. Interdicto populo, singulae personae sunt interdictae, quae sunt de populo, in d. cap. Si sententia. tam in tex. quam in Gloss. cum personis habitantibus suburbia, & continentia circa ciuitatem, vel villam, de quibus expressè non apparet, quod pertineant ad aliam vniuersitatem. Et quia sicut vna persona interdicta, alia non intelligitur interdicta, ita & de vniuersitate secundum Io. Cald. Et nomine suburbiorum intelligimus burgos ducentes recta ad ciuitates, vel terras. Continentia autem sunt domus circa ciuitatem, quae si taliter distent, quod commodè populus ab his ad ciuitatem ad audiendum diuina accedere non possit, vt per vnum miliare, non dicuntur pertinere ad vniuersitatem ciuitatis, aliter sic, secundum Archid. Flo. sed melius dicitur, quod hoc relinquatur iudicis arbitrio, secundum Gl. in c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. qui arbitrabitur tantum debere extendi, quantum, ratio exigit, ne scilicet censura ecclesiae vili pendatur.

10 ¶ Interdicto clero non videntur interdicti religiosi, quia haec est materia odiosa. Et interdicto clero alicuius Ecclesiae, non est interdicta ecclesia: ideo alij clerici licite celebrant in ea, in d. c. Si sententia. Verum interdicta ecclesia, erit interdicta capella, seu coemeterium, quae se contingunt. cap. si ciuitas. de sent. excom. lib. 6. Non autem si non sunt contigua, sicut polluta Ecclesia, intelligitur coemeterium contiguum pollutum, & non econtra. Nec vno coemeterio polluto, aliud cohaerens muro mediante, erit pollutum, c. i. de conse. alta. vel eccle. lib. 6. ex quo sequitur quod interdicta ecclesia, vel coemeterio, alia ecclesia cohaerens interdictae, vel coemeterium mediante muro alio interdicto cohaerens non intelligantur interdicta. De hoc vide Petr. de Pal. 4. sen. dist. 18. supra, Coemeterium. §. 2. & 3. Contigua autem secundum Philosophum sunt, quorum vltima simul.

*Contigua
que sint.*

11 ¶ Interdicta familia alicuius, intelligitur etiam interdictus clericus, qui de eius familia est, secundum Inn. quia in hoc non videntur distingui. Eodem modo interdictis omnibus Doctoribus ciuitatis, clerici, qui sunt Doctores videntur interdicti, nisi aliter appareat de intentione interdicens. Hoc tamen non placet Sil. qui adducit Glo. in d. c. Si sententiam, sed haec Glo. secundum Tab. non dicit hoc.

12 ¶ Non

12 ¶ Non interdicti, si veniant ad locum interdictum, non poterunt ibi celebrare, neque audire diuina, quia terra interdicta, omnibus est interdicta.

13 ¶ Interdicto populo, vniuersitate, collegio, vel communitate alicuius loci, non intelligitur propter hoc locus interdictus, secundum Io. And. in d. c. Si sententia igitur poterit ibi celebrari, exclusis interdictis, quia hoc non est prohibitum. Dicit tamen Ioan. Cal. quod esset consulendum, vt non celebraretur ibi, quia interdicti audirent voces celebrantium alta voce, & campanas, & sic vili penderetur censura Ecclesiae. Et haec moderatio videretur satis rationabilis, propter multa scandala vitanda, quae oriri possent.

14 ¶ Quicumque est specialiter interdictus, vel de populo interdicto, taliter quod dedit causam interdicto, quocumque se transferat semper remanet interdictus, donec tollatur interdictum, in d. cap. alma. §. illis. Si vero non fuit in culpa, & penitus desinit esse de populo interdicto, secundum Cal. non est amplius interdictus, quia interdicti causa in eo cessat. Asten. vero dicit, quod talis indiget absolutione, cum vere fuerit interdictus, & non cessat totaliter causa cum populus remaneat interdictus quod fuit causa illius interdicti.

15 ¶ Existens in vniuersitate, vel populo non interdicto, si efficitur de alia vniuersitate, vel populo interdicto, efficitur interdictus, sicut alij, quia fit membrum illius communitatis, ideo debet eodem iure censeretur, per c. i. d. 12. nec obstat, quod quando lata fuit sententia non erat de illo populo, quia nouis personis supernuenientibus non mutatur populus. c. deniq. 7. q. 1. Si quis perpetuo banniat de aliquo populo interdicto, non est amplius interdictus, nisi sit specialiter interdictus, vel causam dederit interdicto. Secus si ad tempus banniat secundum Io. Cal. quia non totaliter cessat esse de populo interdicto. Eodem modo dic de tali ingresso religionem, quia post professionem non est interdictus. Ante professionem talis non debet ordinari, si tamen ordinetur, tenet arg. in capitulo. Religio. de sen. excom. libro 6.

16 ¶ Absentes de populo tempore sententiae, & non consentientes, imò contradicentes culpae propter quam lata est interdictum, secundum Io. An. in d. cap. Si sententia, & Ioan. Cal. inuoluuntur interdicto, quia poena interdicti

P 4

puniuntur

*Nota.
Nam cum
sancto
sanctus
eris, &
cum inno-
cente in-
nocens
eris.
Psa. 17.*

puniuntur etiam non peccantes. d. ca. Non est. licet quo ad Deum sint infantes.

17 ¶ Habitantes in populo interdicto, quia tamen non sunt de illo populo, non censentur interdicti. in d. c. si sententia. Pueri, qui doli non sunt capaces, non sunt interdicti, secus si sunt doli capaces, & mulieres similiter sunt interdictæ, quia & ipsæ sunt de populo, sicut viri. Pueri tamen non capaces doli, quamuis numquam intelligantur interdicti, tamen in terra interdicta non possunt diuina audire, quia non est eis hoc iure concessum, sicut alij non interdicti audire ibi diuina non possunt.

18 ¶ Quando interdicatur terra alicuius principis, intelligitur de ea quæ est vel simpliciter sua, vel quo ad dominium iurisdictionale, vel absolutè propria, vel de ea quam tenet ab alio in feudum, vel in emphyteusim, quia in illis casibus spectat ad eum vrile dominium, & de terra, quæ pertinet ad eum ratione dotis vxoris, quia maritus constante matrimonio est dominus dotis vxoris, & de terra pignorat si interdicatur terra, quam tenet. Secus si tantum interdicatur terra sua, secundum Ioan. An. Et si talis dominus habet terras in diuersis prouinciis, vel locis, & eas habet diuisas sunt interdictæ, secus quædo habet pro indiuiso, ne innocens puniatur. Ar. in c. si. r. q. 4. si veram talis acquirat terram, de nouo non erit interdicta, nisi in sententia dicitur tam de ea, quam habet, quam de ea, quam habiturus est. Verum etiam si vendit, vel perdit terram interdictam, remanet adhuc interdicta, cū hoc onus trāseat cum re ipsa. c. Pastoralis, de deci. Hæc omnia Io. Cal. Similiter dicendum de illa terra, in qua tantum habet vsumfructum quod sit interdicta, quia vsumfructus in multis casibus est pars domini. l. 2. ff. de vsumfr. & secundum Ioan. Cal. secus est quædo solum habet proprietatem, ne accessorium trahat principale, quod esset contra naturam eius insti. de re. diui. §. quod si partem.

19 ¶ Interdicto loco sub appellatione regni, vrbis, castri & huiusmodi, suburbia, & cōtinētia illius loci sunt interdicta, vt supra §. 9. dictum est, & in c. Si ciuitas. de sen. exc. li. 6. etiā quod ipsi dicti burgi, & continentia non essent in aliquo subiecti dicto loco interdicto si proferens interdictum habebat iurisdictionem specialem super dicta suburbia, & continentias. Si autem non habebat etiam intelligi videntur interdicta, non ab homine, sed à iure per cap. Nuper, de sent. excom. Et ratio est, quia si in illis locis propinquis celebra-

retur

retur omnes possent ire, & audire diuina &, sic sententia ecclesiastica vilesceret, huic videtur assentire Pe. de Pal. 4. senti. di. 18. ar. 1. casu 3. vbi bonam adducit rationem.

20 ¶ Quando aliqua persona singularis simpliciter interdicatur à diuinis nullum actum exercere potest. Si verò interdicatur ab aliquo actu respiciente diuina, actum expressum exercere non potest, neque omnem alium in eo inclusum, vel quemlibet actum, sine quo actus interdictus exerceri nõ potest, per cap. Sollicitudinem, de appel. Vnde interdictus à sacerdotali ministerio, pontificale non potest exercere, quia sine sacerdotali non exercetur. cap. Ex literis de excess. praela. sed interdicto pontificali actu, potest quis celebrare sine pontificalibus, & interdictus à sacerdotali actu, potest cantare euangelium. ca. Significauit, de corpo. vitia. Et per hanc regulam solues casus multos. Et si sacerdos cui interdicta sunt sacerdotalia, conficiat corpus Christi fit irregularis. c. 1. de cle. excom. mi. infra, Suspendio, §. 10.

21 ¶ Interdictum aliquando emanat à iure, aliquando ab homine. A iure autem emanat, primo, contra collegium, vel vniuersitatem ciuitatis, vel loci, cogentis ecclesias, vel ecclesiasticas personas soluere guidagia, vel pedagia, vel ab eisdem extorquent pro propriis rebus, quas non negotiationis causa ducunt, in 6. de cen. capit. Quanquam. qui etiam sunt excommunicati, supra, Excommunicatio. 11. Secundo contra vniuersitatem locantem domos vsurariis ad exercendum scenus. Vide in cap. 1. de vsu. libr. 6. & quando contra eos lata est excommunicatio, supra, Excommunicatio 80. Tertio, contra vniuersitatem, quæ repræsalias concedit contra personas ecclesiasticas, in 7. in iniur. & dam. capit. Si pignoratur: & est lata excommunicatio. supra, Excommunicatio. 31. Quarto contra non seruantes seruanda de electione Rom. Pont. & est lata excommunicatio in 6. de clericis. periculum, supra, Excommunicatio. 81. Quinto, contra quamcunque ciuitatem præter urbem, quæ consentit dando auxilium, consilium, fauorem occidentibus, percutientibus Cardinalem, vel infra mensem, non punientem huiusmodi enormitatem, cum facultas affuerit: & est lata excommunicatio. capit. Felicis de pœ. in 9. supra, Excommunicatio. 2. Sexto contra ciuitatem, quæ proprium episcopum percusserit iniuriosè, vel temerè, vel ceperit, vel bannierit, vel consilium, auxilium, &

P 5

huiusmodi

huiusmodi dederit, vel hoc facientes sciēter defensauerit, in cle. de pœ. ca. Si quis suadente. Casus autem. c. Clericis. de imm. ecc. libr. 6. per cle. quoniam. eod. titu. est reuocatus. Septimo, contra clericos, vel religiosos inducentes aliquem ad vouendum, vel promittendum de sepultura, si in eorum ecclesia cum postmodum sepeliant, & infra decem dies ecclesie in quo debebat sepeliri, non restituunt omnia etiam non petita: & cadauer si petatur, ipso facto eorum ecclesie, & cœmeteria sunt interdicta, quousque satisfecerint. cap. A. nimarum, de sepul. in 6. Octauo contra regnum, vel alium locum, quando dominus eius impedit ne legatus, vel nuncius Papæ possit exequi officium suum in extrauaganti. Super gentes. de offi. le. libr. 6. & etiam est lata excommunicatio in extrauaganti Io. 11. supra. Excommunicatio, 72. Not. quod in omnibus supradictis casibus, licet terra, ciuitas, vel ecclesia sit ipso iure interdicta, tamen nullus tenetur seruare tale interdictum ante denunciationem per iudicem fiendam, & celebrans ante, non incidit in irregularitatem, per constitutionem concilij Constantien. seu declarationem, de qua infra. §. 39. Not. quod celebrans in predictis casib. nō statim est irregularis, vt dicit. Cal. quia in iure non exprimitur.

22 ¶ Specialiter autem quandoque locus interdicatur à iure. Primò quando ecclesia est polluta per iniuriosum homicidium, vel iniuriosam sanguinis effusionem, aut humani feminis studiosè procuratam, de conse. dist. 1. c. si motum, & in 6. de hom. cap. vnico. Et tunc si est interdicta, quod ante reconciliationem non debent officia diuina ibi celebrari, per d. c. Si motum, supra, Consecratio, §. 4. 5. 6. Cœmeterium, §. 2. Secundo, quando propter discordiam patronorum, Episcopus claudit hostia ecclesie, & tollit inde reliquias, & mādāt nullum sacrum ministerium ibi celebrari, donec redeat ad concordiam de iure patro. cap. 1. & 2. Si tamen proferret sententiā, non esse à iure, sed ab homine. Tertio, si ecclesia est simoniacè consecrata. capit. Ecclesia. 1. quæ. 1. Quarto, si principaliter pro quæstu fuit consecrata. cap. Si quis basilicam. de conse. d. 1. Quinto, si est cōsecrata sine licentia diocesani episcopi. capit. præcepto. de conse. di. 1. Sexto, si sine reliquijs, vel in loco deserto, cap. Placuit, de conse. dist. 1. Septimo, si hæreticus traditur sepulture ecclesiasticæ scienter. de hær. lib. 6. c. Quicumque.

23 ¶ Ab

24 ¶ Ab homine etiam fertur tam generale quàm speciale. Papa interdicat. c. Tāta de exces. præla. Legatus etiam interdicat. c. Nouit. de of. deleg. Similiter delegatus. cap. sanè el 2. de of. dele. quod clarum est quando in literis ponitur, consueta clausula, scilicet. Per censuram ecclesiasticam compellendo, & c. c. Quærenti de verb. signi. etiam si simpliciter sine dicta clausula datus sit, habet hanc potestatem, vbi maximè est in iure expressum. c. De causis. el 2. de of. dele. Item per episcopum contra eos, qui sunt suæ iurisdictionis, non tamen debet suspendere, vel interdiceret clericos, aut eorum ecclesias perpetuo, vel ad longum tempus, nisi de consensu capituli. ca. 1. de exces. præl. maximè quando procedit ex officio: regulariter tamen sententia eius regulariter, & de iure est timenda. 2. quæst. capit. 1. Item electus confirmatus licet non consecratus, potest, quia hoc est iurisdictionis. ca. Trāmissum, de ele. Item inferior prælatus habens iurisdictionē ordinariā potest in sibi subditos. cap. Cū inter, de consue. Qui autem, & quando inferiores habeant iurisdictionē ordinariā notatur in capitul. Cū ab ecclesiarum, de offi. ord. Item capitulum, sede vacante potest. capite is qui, de ma. & obed. quia est iurisdictionis, in qua capitulum succedit.

24 ¶ Mulier, etiam prælata interdiceret non potest, quia hoc pertinet ad potestatem clauium, c. Noua. de pœ. & re. Et breuiter omnis potestas, quæ potest excommunicare, potest & interdiceret, tam locum quàm personam generaliter, vel quantum ad aliquem actum, diuisim, vel coniunctim, secundum quod videtur sibi expediens, per capit. Cum inter vos. de cōsue. Quomodo episcopus possit interdiceret, Tab. Interdictum. 2. §. 2.

Omnia qui potest excommunicare potest etiam interdiceret.

25 ¶ Exempti autem, & priuilegiati, in quantum exempti sunt & iuxta tenorem suorum priuilegiorum, quæ essent inspicienda ab episcopis, & alijs non possunt interdici directè, vel indirectè, cū in hoc super eos iurisdictionem non habeant, aliter facientes puniuntur. in capite Quando, de priuile.

16 ¶ Canonici sine licentia episcopi non possunt ponere interdictum in aliqua ecclesia, vel loco. c. Quæ sunt, de his quæ fi. à ma. par. cap.

27 ¶ Simplex canonicus habens præbendam, cui annexa est ecclesia, in cap. extirpandæ, de præbend. in qua secundum consuetudinem exercet iurisdictionem specialem, potest

Nota.

rest illam interdicere. cap. Super eo. de præbend. lib. 6. Idem si iurisdictionem haberet in territorio ex consuetudine. cap. Nouit, de iudi. Nullus tamen sine licentia sedis Apostolicæ, pro pecuniario debito, potest aliquem locum interdicere, per extrauagantem Boni. 8. quæ incipit, Prouide, vt supra dictum est. §. 5.

28 ¶ Quando ab homine fertur indirectum ob contumaciam, secundum Io. Cal. debet præcedere monitio, & forma tradita in c. 1. de sent. exc. lib. 6. & sic intelligitur d. c. Reprehensibilis. de appel. & propter defectum monitionis, aliquando est nullum, aliquando iniustum, vt de excommunicatione supra dictum est, Excommunicatio. §. 11. Si autem propter delictum feratur, non est necessaria monitio. cap. In loco. §. q. 4. & sic intelliguntur doctores in ca. Ad hoc, de appel. & sub tali forma verborum profertur, videlicet. Nos propter talem causam, Ecclesiam, vel talem terram Ecclesiastico supponimus interdicto. c. Cum in partibus, de verb. sign. & dicitur Ecclesiastico, ad differentiam legalis interdicti. Et quia interdictum, & excommunicatio, quo ad formam conueniunt, ideo not. quæ de forma excommunicationis, supra dicta sunt, excommunicatio. §. 13. Potest etiã interdicti sententia ad placitum iudicis præferri, puta interdicendo missam cantus, vel horas, vel sepulturam, & huiusmodi, & ab ipso excipere, & inuoluere, quos vult: & quãdo placet, vt cum talis erit præsens, & c. r. Non est nobis. de spon. & secundum Doctores non potest poni sine rationabili causa. c. Medicinalis. de senten. exc. lib. 6. & c. Quæsiuit, de his quæ fiunt à ma. par. cap. vbi Inno. & Host. intelligunt, quod ob culpam personæ particularis, non est ferenda interdicti sententia, nisi quando est dominus loci, in d. c. Non est vobis, & c. Petistis, de priui. vbi not. Pa. posse ferri propter delictum domini, capituli, vel alicuius communitatis. Et dicit Petr. de Palu. vbi supra. q. vlt. art. 7. quod si rationabiliter non feratur, lator incidit in pœnam. d. c. Cum medicinalis, vt etiam dicit Inn. in c. cum ad Ecclesiarum, de offi. ord. Pœna. d. c. Et, quod qui competenti monitione non præmissa, sententiam promulgat, ingressum Ecclesiæ per mensam sibi nouerit interdicti, & c. alia nihilominus pœna multandum si expediret, & c.

29 ¶ Ad hoc quod interdicti sententia liget, sufficit publica promulgatio, nec est necesse eam singulorum auribus incutari. cap. Quid dicitis. d. cap. 16. & sufficit quod quis sciat Metropolitanam Ecclesiam recipisse sententiam, & seruare

seruare publicè. capit. 1. de post. & ignorantia probabilis excusat, pro quo Glo. in clement. 1. eod. non autem crassa. Et dicit Pa. in cap. Apostolicæ, de cler. excom. mi. in 1. not. quod non oportet, quod quis sit multum curiosus in sciendo, dummodo non sit nimis desidiosus: argum. in l. hæc supina. ff. de iur. & fact. igno. Nec etiam oportet omnibus credere, vt dicit Pet. de Palu. supra, vni, vel paucis, quia qui cito credit, leuis est corde, nisi ille, vel illi facerent dubium probabile.

30 ¶ Omnes religiosi tam exempti quàm non exempti, scientes matricem Ecclesiam suæ ciuitatis, vel terræ, obseruare quodcunque interdictum positum auctoritate sedis Apostolicæ, vel ordinariorum, tenentur, & ipsi seruare, & non seruantes excommunicationem ipso facto incurrunt, supra Excommunicatio. 32. etiam quod sit nullum. Vide ibi de priuilegio, quod habent fratres prædicatores congregationis Lombardiæ à Leone X. & quæ sit matrix Ecclesia, & quomodo non tenentur seruare, ipsa non seruante, etiam quod sit verum interdictum ex priuilegio, secus si non haberent priuilegium, quia tenerentur seruare, & non seruantes iuris pœnas incurrunt.

31 ¶ Ad tollendum, vel relaxandum, vel suspendendum interdictum, non est aliqua certa forma verborum, sed nullo verbo potest tolli, vel relaxari, vt dicendo reuoco, remoueo, vel absoluo, & similia. Et si est ad tempus, vel sub conditione, ex seipso desinit, quod non est sic in excommunicatione, vt not. Doct. in ca. si. de matri. contract. inter Eccl. quia interdictum solum habentis auctoritatem, intentione relaxatur, & ita quomodocunque suam intentionem exprimat sufficit.

32 ¶ Quando persona est simpliciter interdicta, & aliqui volunt satisfacere, debet quo ad eos relaxari interdictum, sicut de excommunicato petente absolui. c. cum contingat, de off. deleg. Secus quando interdictus est tantum locus, vel populus, vel vniuersitas, singularis persona, quæ non peccauit, non est absoluenda, nec requiritur satisfactio. c. 2. de cõsti. sed qui peccauerunt, satisfaciant, & absoluantur.

33 ¶ Quando interdictum rationabiliter est positum per inferiorem iudicem, maior eo non debet relaxare sine condigna satisfactione, & consensu illius, qui tulit, c. cum ab Ecclesiarum, de off. ord. Nec Archiepiscopus potest relaxare interdictum, vel alias sententias latis ab officialibus suffraganeis.

fraga

fraganeorum, omiſſis iſtis, qui tulerunt, cap. Romana. eo. lib. 6. niſi contraria conſuetudo obſtet, & niſi ratione appellacionis, & tunc ſi allegatur, quòd ſententia eſt nulla, non eſt neceſſe eum abſolui, poteſt tamen ad cautelam. Si alligatur iniuſtitia, quæ eſt notoria, ſuperior debet iſtum ſine remiſſione abſoluere. Si verò notorium eſt, ſententiam eſſe iuſtam, non debet abſoluere, ſed remandare. In dubio autem ſuperior poteſt abſoluere, vel remandare ad abſoluendum, ab eo, qui ſententiam tulit.

34 ¶ Si Papa dat licentiam celebrandi in aliqua Eccleſia ſpecialiter interdicta, non propter hoc relaxatur interdictum ſecundum Hoſti. in c. vt priuilegia. de priuileg. quia poteſt ſuſpendere, vel remouere cum conditione, vt redeat, vel pro illo caſu tantum.

35 ¶ Episcopuſ non poteſt dare licentiam celebrandi in Eccleſia interdicta, ſecundum Hoſti. in c. Ad hæc, quoniam, de app. hoc pertinet ad ſolum Papam. c. cum & plantare, de priuileg. ſecus à ceſſatione à diuinis poſita ab ipſo, vel eo inferiore, ſecundum Inn. in d. c. Vt priuilegia. Item licet poſſit limitare ceſſationem à diuinis, non tamen contra diſpoſitionem iuris, vt puta quòd non poſſit celebrari ſubmiſſa voce, &c. quia non habet authoritatem contra diſpoſitionem iuris. Confirmantur prædicta per Ber. in d. c. ad hæc quoniam. Licet hi, propter quos poſitum eſt interdictum non ſeruent illud, alij ſeruare tenentur. Secus qm̄ hi non ſeruāt, in quorum fauorem poſitum eſt. c. peſtis. de priuileg. Et dicuntur violare, quando maiores vel eorum maior pars violat. arg. in c. ſi. de procu. Et oportet quòd habeant animum perfeuerandi, quòd ex eorum actibus poteſt percipi. Item ſecundum Ioan. Cal. proferens interdictum, vel ſuperior eius, Papa excepto, ſi violat illud, incurrit pœnas, quia ſunt à canone, in d. c. iſ qui. & c. i. de conſti. ideo quamuis proferens non ſeruet, alij tamen ſeruare tenentur. ar. in canonibus. 16. q. 1. niſi non ſeruando illud relaxare intendat, & hoc dixit, tunc nec ipſe, nec alij tenentur ſeruare, quia ſic eſſet ſublato. Sed ſi tantum mente fecit ſine aliquo exteriori ſigno, nec ipſe, nec alij non ſeruantes, euadunt pœnas, de re iu. c. 1. Papa tamen ſola mente poteſt reuocare, quia princeps non ſubiicitur legibus. ff. de legibus. l. princeps. Ignorantes tamen mentem Pontificis, non ſeruando peccarent.

36 ¶ Interdictum poteſt relaxari ſi eſt ab homine, ab eo qui tulit, vel à ſuperiore, non ab inferiore, ſicut de excommunicatione

eatione dictum eſt. c. quarenti. de ver. ſig. ſi verò ſit à iure, & conditor iuris non reſeruauerit, Episcopuſ poteſt relaxare, & nõ inferior ordinariè, maximè ab interdicto loci. c. nuper. de ſent. exc. Secus ſi reſeruauit, quia ipſe ſolus poteſt, ſecundum Arch. vel ad certum tempus poſuit.

37 ¶ Quando Papa reſeruauit ſibi excommunicationem, quæ eſt circa interdictum, videtur ſibi reſeruauit relaxationem interdicti, quia ex eadem radice naſcitur, ideo eadem lege tollitur. Hoc tamen non placet Io. And. quia ſecundum eum, quando ex duobus vnus reſeruatur, alterum videtur concedi, arg. in gl. cl. i. ſecundum Io. And. in c. cupientes, de ele. lib. 6. §. cæterum. ver. ſuſpenſos.

38 ¶ Si interdictum eſſet terminatum ad certum tempus à iure, ab ordinario ante illud tempus non poſſet tolli, ex quo limitatur. d. c. nuper, quòd aliud ſit in excommunicatione, faciunt not. per gl. in c. cupientes. §. cæterum, in verſ. ſuſpenſos. de ele. lib. 6.

39 ¶ No. quòd ea, quæ dicta ſunt ſupra, de obſeruacione interdicti, intelliguntur prout ſtat in corpore iuris, ſed Martinuſ V. per extrauagantem, quæ incipit. Inſuper ad euitandum, moderatur ſic. Nõ tenetur quis obſeruare interdictum Eccleſiaſticum à iure vel ab homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, collegium, vniuerſitatem, Eccleſiam, communitatem, vel locum certum, à iudice publicata, vel denunciata ſpecialiter, & expreſſe, conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque, ſaluo ſi quem pro ſacrilega manuum iniectioe in clericum, &c. vide Arch. Fl. 3. par. 11. 28. c. vl. qui eam recitat, & quomodo fuit approbata in concil. Vide etiam Pan. in cle. 2. de ſent. exc. & Fel. in c. Rodul. de reſc. Quidam concludunt, quòd Papa per hanc conſtitutionem non intendit excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari, & quòd quicumque excommunicatus quacunque excommunicatione, ita notoriè quod non poſſit aliqua tergiverſatione celari, aut iuris remedio excuſari, etiam quod non ſit denunciatus in genere, vel in ſpecie, eſt vitandus: aliter hoc eſſet fauere excommunicatis ſuſpenſis, & huiuſmodi, vt quidam dicunt, ſupra, excommunicatio. §. 90. Abſolutio. §. 30.

40 ¶ Fratres prædicat. habent ſuper hoc multa priuilegia à Bonifacio, Martino, Alexandro, & Sixto, quorum literæ ſunt Bononiæ in conuentu S. Dominici. Et primò poſſunt tempore

tempore generalis interdicti vbiq̄ue tam in suis Ecclesijs, quam in alienis, clausis ianuis, interdictis, & excommunicatis exclusis, nō pulsatis campanis, & submissa voce, celebrare diuina, recipere ecclesiastica sacramenta, dummodo non dederint causam interdicto, vel eis non interdicatorum specialiter, vel Ecclesia in qua volunt celebrare, non sit specialiter interdicta. Secundo possunt recipere pueros suis seruitijs deputatos ad diuina & suorum negotiorum procuratores, ac eos qui continuè, operibus eorum insistant, si tamen isti nō fuerint causa interdicti aut specialiter interdicti, vel excommunicati, ex priuilegio Boni. quod incipit, Virtute. Item tempore strictissimi interdicti quilibet conuentus fratrum prædicatorum quotidie vnā missam celebrare potest cum duobus, vel tribus tantum ministris, expulsis omnibus, qui non sunt de ordine prædicatorum. Cle. meritis vestrar, &c. item quando in locis, vbi habitant, contigerit poni interdictum per quod prohibeantur Ecclesiastica sacramenta omnia, exceptis baptismo paruulorū, & morientium pœnitentia, non obstantibus quibuscunque priuilegijs concessis, &c. possunt nihilominus confiteri peccata, & absolui, & temporibus cōsuetis, secundum morem eorum recipere communionem, & vnctionem extremam, diuina officia celebrare simul, ianuis clausis, &c. & exclusis omnibus qui de tali ordine non sunt, nisi in literis Apostolicis impetratis fieret mentio de ordine prædicatorum, & de hac indulgentia specialiter Honorius. item omnes sententiæ interdicti, suspensionis, & excommunicationis latæ per quoscunque prælatos contra fratres prædicatores, contra priuilegia eorum, sunt ipso iure irritæ. Si autem contra aliquos occasione eorundem fratrum, sunt irritandæ. Alexan. item à nullo legato, nisi à latere, possunt suspendi, vel interdici, vel excommunicari, nisi in eorum literis de ordine prædicatorum specialis mentio fiat. Cle. ex ingentibus. Item quod prælati eorum, fratres sibi subditos, vel ad eos declinantes, possunt absolueri, ab omni censura Ecclesiastica, à iure, vel ab homine generaliter promulgata, etiamsi præsumpsissent in locis interdictis celebrare. Bonif. item quod in Italia, viri, & mulieres de pœnitentia S. Domini nuncupati, possunt recipere Ecclesiastica sacramenta tempore interdicti, nisi dederint causam interdicto. Honorius. item quod alienare possunt ex causa, & in melius commutare, non obstante, quod res fuerit relicta cum conditione, quod non possit alienari. Sixt. I I I.

41 ¶ Aduerte tamen, quod omnia priuilegia, quæ præcesserunt decretalem. Alma. Bonifa. V I I I. & sunt illi contraria, sunt reuocata per d. c. Alma, circa si. vide ibi gl. Sequentia verò d. c. Alma. tenent, & præcedentia nō contraria d. c. Alma, non reuocantur: & prædicta priuilegia supra, non sunt reuocata, vel quia non præcesserunt, vel quia non sunt contraria d. c. Alma. vel quia ibi nō sit specialis mentio de ordine prædicatorum. Et Sixtus I I I. in priuilegio quod incipit, Regimini. motu proprio, & propria scientia confirmat omnia priuilegia prædecessorum suorum, inter quæ est priuilegium Alexan. 4. quod incipit, Pro reuerentia, in quo concedit prædictis fratribus, quod in vigiliis, & festiuitatibus, S. Dominici, S. Petri martyris, & octo diebus immediatè sequentibus, vt tempore generalis interdicti, in suis ecclesijs, & oratorijs, possint diuina officia solenniter celebrare, excommunicatis dumtaxat exclusis. Item priuilegium cruce signatorum Inno. 4. non est reuocatum, ideo possunt admitti ad diuina, quamuis Petr. de Pal. 4. sent. 18. quæstio. 8. articul. 5. dicat, quod est reuocatum, quia non considerauit, quod d. cap. Alma. loquitur de actiue celebrantibus, & de nouo est concessum per Clem. V I I. per breue directum magistro Paulo Buttigellæ. Consuluit tamen Ioan. Cal. in quodam consilio *Fratres ad fratrem Paulinum Forliuic. quod inquisitor tempore prædicatorum interdicti non conferat crucem non interdictis, vt possint interesse diuinis. quia posset præsumi id fieri in fraudem, & contemptum censuræ ecclesiasticæ. argu. in c. vt priuilegia, de priui. Si tamen principaliter moueantur zelo fidei, possunt crucem recipere, ideo de hoc possunt moneri, quando petunt cruce signari.*

42 ¶ Interdictos, & excommunicatos, ante receptionem crucis volentes recipere crucem, potest inquisitor absolueri, & post dare crucem, vt tenet Tab. Interdictum. 3. §. II. quia in dicto priuilegio datur auctoritas absoluendi ab his, quas incurrerunt, quod est de præterito, quia facit mentionem de quibusdam sententijs, quæ præcesserant hoc priuilegium, ergo & crucis acceptionem. Non autem secundum Io. Cald. prius recipere, & postea absolueri ab excommunicatione, quia dicitur in priuilegio circa fin. dummodo prius absoluantur, tamen illud verbum intelligitur de admissione ad diuina, quam absolutio debet præcedere, non de crucis acceptione. dicit tamen Pa. in c. ex publico, de conuer. coniug. quod non est honestum hoc fieri, si tamen fiat,

tenet. Nec ad religionem recipiendus, secundum Ray.

43 ¶ In generali interdicto loci, standum est moderationi cap. Alma, & c. quoniam. de sent. excom. lib. 6. In aliis autem standum est iuribus antiquis. Moderatio autem horum c. est. Primo, quod singulis diebus possint in ecclesiis, & monasteriis, missæ, & alia diuina celebrari sicut prius, voce tamen submissa, ianuis, clausis, nō pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, & vno istorum prætermisso, esset violare interdictum secundum Ho. & Io. And. & Io. Cal. si clericus alius celebrans in loco interdicto faceret vñ de prædictis, vt sonare campanam, esset irregularis secundum communem opi. quia participat in crimine criminoso. c. nuper. de sent. exc. Secundò, quod in his festiuitatibus, videlicet, Natalis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ, & Corporis Christi, per Mart. V. Omnium sanctorum pulsatis campanis diuina celebrentur, & mortuorum, secundum Pet. de Palu. quia hoc videtur rationale, exclusis excommunicatis tantum, ita tamen quod illi propter quos positum est interdictum, non appropinquent altari, id est non faciant offertorium. cap. quia in omnibus de vsu. & secundum communem opin. incipit, dies in vespers vigilæ, vsque ad vespers festi incluse, quamuis aliqui largiorem faciant interpretationem, includentes etiam missam vigilæ Natiuitatis, Paschatis, & Pentecostes, completorium festi, quod placet Pet. de Pal. quia in beneficiis larga interpretatio debet fieri, & in dictis festis potest aqua solenniter benedici, fieri aspersio, panes, & fructus benedici, & laicis interdictis ministrari, nuptiæ solenniter benedici. s. in festo Assumptionis Beatæ Mariæ tantum, benedici virgines, calices, altaria, paramenta, abbates, & c. quia non sunt sacramenta, sed officium. De sepultur. vide infra. §. 47.

Com. opi.

In beneficiis debet fieri larga interpretatio.

44 ¶ Sacramentum baptismi, tam adultorum, quam paruulorum, tempore interdicti conceditur, in c. Quoniam, de sent. exc. lib. 6. & catechismus, & consequenter totum officium baptismi, quod si honestè extra ecclesiam fieri potest, securius est, secundum Ioan. Cal. & si fieret in ecclesia specialiter interdicta, non incurreretur irregularitas secundum eandem, quamuis Io. Mo. oppositum videatur tenere. Et vt creditur, & supra dictum est, posset prohibere baptismum adultorum, non autem alius eo inferior, ideo benè consideranda sunt verba Papæ, & tenor litterarum eius. Baptismum autem paruulo

paruulorum non posset, quia est sacramentum necessitatis. Item conceditur confectio chrisimatis in die Iouis sancto, secundum c. Alma, videlicet ianuis clausis, & c.

45 ¶ Conceditur & chrismatio tam adultorum, quam paruulorum, secundum Pa. in c. Responso, de sen. exc. & d. c. Quoniam. Item pœnitentia tam sanorum, quam morientium, exceptis excommunicatis propter dictum, & illis quorum culpa, vel dolo, lata est sententia interdicti, vel si dederunt consilium, auxilium, & c. nisi prius satisfecerint, vel dederint idoneam cautionem, vel si non possunt, iurauerint quam primum possunt facere. Intellige prædicta secundum iura noua, quia iura antiqua solum excipiunt pœnitentiam morientium, in d. cap. Non est, & c. Quod in te. & cap. Responso. Item conceditur viaticum existentibus in mortis periculo c. Pœniteates. dist. 50. Et potest portari cum lumine, & campanula, sic enim habet generalis consuetudo, & de lumine est. cap. Sacra, de cel. mis. & non est prohibitio etiam presentia personarum interdictarum, si casu adsint, quia permissio intelligitur secundum statum personæ cui permittitur de priui. c. Porro, sed infirmi conditio requirit stantes, nec est prohibitum inspicere hostiã extra pixidem, & adorare tempore interdicti, nisi cum diuina officia actualiter celebrantur, c. 1. de senten. excom. circa principium. An autem prægnantibus, & intrantibus mare, vel bellum, possit dari tempore interdicti viaticum, Io. An. in d. c. Quod in te, dicit, quod non debent dici decedentes, vnde nisi aliud appareat periculum, est abstinendum. Pa. autem in d. c. Quod in te, dicit consideranda esse pericula, & hoc mihi placet, & iuxta illud est dandum, vel non dandum viaticum. Item conceditur vt missæ dicantur singulis diebus clausis ianuis, & c. supra dictum est, & d. c. Alma, intelligitur tantum de interdicto generali loci, & non personæ, secundum Archi. Flo. 3. par. tit. 17. cap. 4. in aliis stabitur iuri antiquo. Et hæc est communis sententia Doctor. Et clerici extranei, vel alibi beneficiati, possunt admitti tempore generalis interdicti, in Ecclesia non interdicta ad celebrandum, vel concelebrandum, vt videtur tenere Io. And. & Io. Cal. probat multis rationibus.

46 ¶ Item ordinati clerici siue laici, interdicti si sunt non possunt, quia hoc esset participare in sacramentis, a quorum participatione sunt remoti, nisi in casibus permissis, cap. si. de cler. excom. mi. Neque conferri possunt ordines in loco

Quæ inter

interdicto, quia prohibentur ecclesiastica sacramenta ministrari exceptis certis casibus de quibus iste non est, in d. cap. Alma & c. Non est. Pan. tamen dicit in c. Non est nobis, de spon. quod possit attentari, quod ut non interdicti, loco interdicto possint ordinari propter necessitatem, quia ex quo conceduntur aliqua, quæ non possunt conferri nisi per clericos, ergo indirectè permittitur clericorum ordinatio, sicut dicitur de consecratione chrismatis. Per. de Pal. 4. sent. dist. 18. quæst. 8. art. 5. conclusione 6. tenet primum, quia ordines in solenni missa dantur, quæ tunc solemniter dici non potest.

47 ¶ Extrema unctio, in d. c. Quod in te, expressè prohibetur etiam clericis, & religiosis non interdictis secundum Io. Cal. & Ioan. And. ibi, etiam in illis quatuor festiuitatibus, de quib. supra in d. c. Alma, & Pan. in d. c. Quod in te. Per. verò de Pal. supra relinquit hoc dubium insolutum. Sepultura etiam ecclesiastica negatur laicis tempore interdicti, siue locus sit interdictus, siue persona interdicta specialiter, vel generaliter, in d. c. Quod in te, etiam quod egerit penitentiam: ideo extra ecclesiam, & cœmeterium sepelientur. Et si contra iura fuissent sepulti, non sunt exhumandi remoto interdicto, cum res peruenerit ad illum statum, à quo incipere potuit. Qui vero fuerint in campis sepulti, & non fuerint culpabiles, vel apparuerunt in eis signa contritionis, poterunt remoto interdicto exhumari, & in sacro sepeliri, per. A. nobis, de sen. excom.

48 ¶ Clerici, & religiosi non interdicti, & qui seruauerunt interdictum, possunt sepeliri in sacro cum officio iuxta moderationem. c. Alma. licet Per. de Pal. supra dicat cum silentio, quod intelligitur, quod submissè dicatur officium, & missa, nisi esset interdictum strictum, quando remouetur extèrio, c. Alma. & sine campanæ pulsatione, quia hoc est de solennitate exequiarum, quæ prohibetur. In prædictis tamen solennitatibus, quando licet celebrare solenniter, ita & solenniter sepeliri, secundum Felyn. & Ioan. Cal. quamuis quidam contrarium dicant. Laicos verò secundum Io. And. & Gem. non sic videtur posse solenniter sepeliri, quia prohibetur iure antiquo, & in nouo non conceditur, contrarium autem verius credo, quod & Sil. tenet, verbo Interdictum §. 4. nisi sint specialiter interdicti, vel causam dederunt interdicto, consentit Cal. & clerici officiantes secundum Fede. non sunt irregulares tunc. An autem hoc priuilegium concessum clericis de sepultura habet locum in speciali interdicto, vel tan-

tum

tum in generali, est diuersitas opinionum. Inn. in fin. de excess. præla. dicit quod intelligitur tantum in generali. Host. ibi tenet quod etiam in speciali. Io. And. tenet de generali tantum, quia d. c. Quod in te, loquitur de generali in duobus locis, pro alia opinione est d. c. Ut priuilegia.

49 ¶ Priuilegiati post d. cap. Alma. super admissione ad diuina, & ad receptionem sacramentorum, possunt sepeliri in cœmeterio secundum Ioan. Cal. & idem videtur si solum sunt priuilegiati super auditione tantum, per regulam, cui communicamus uiuo, etiam communicamus mortuo. Eodem modo si sint solum priuilegiati super participatione sacramentorum secundum eundem Ioan. Cal. Et si sint penitentes, potest pro eis orari, & recipi mortuaria, & oblationes. Et non solum intellige de Ecclesia, sed etiam de cœmeterio, per d. cap. Ut priuilegia, licet quidam dicant sufficere locum deputatum esse sepulturæ, contra quos est c. Nemo. de conse. dist. 1.

*Regula.
Cui com-
municamus
uiuo,
cōmuni-
camus
etiam
mortuo.*

50 ¶ Sepelientes personam interdictam, vel nō interdictā, sed tempore interdicti loci, extra Ecclesiam, vel cœmeterium cum officio diuino, clerici sic officiantes, efficiuntur irregulares, non autem si sine officio sepeliant. Commendatio tamen animæ iuxta mortem secundum Ioan. Cal. potest fieri, quia videtur annexa absolutioni, quæ permittitur. Quomodo sepelientes sint excommunicati supra. Excommunicatio. 44.

51 ¶ Confratres religiosorum, qui ex priuilegio admittuntur ad diuina, non possunt in Ecclesia interdicta sepeliri, licet alibi possint eligere sepulturam, in d. cap. Ut priuilegia.

52 ¶ Cooperantes sepulturæ prohibitæ tempore interdicti ut aperientes, fodientes, portantes crucem, funus associantes pro more, vel amicitia, clerici diuinum officium facientes non prohibentur qui possunt, & debent, omnes secundum Ioan. Cal. sunt excommunicati, quia videntur omnes participes criminis, ad hoc c. Nuper de senten. exc. supra excommunicatio. 44.

53 ¶ Conceditur matrimonium tempore interdicti, & inter personas interdictas secundum Pan. in d. cap. Non est quia & ab excommunicatis, & infidelibus contrahitur. De solennizatione autem illius, dictum est supra. §. 53. quia prohibetur etiam si alter tantum esset interdictus, sed si uxor esset de populo interdicto, & non dedit causam, & uir sit de

Q 3

popu

populo non interdicto, & extra locum interdictum, tunc ambo poterunt benedici, quia mulier desinit esse de populo interdicto, secundum Io. Cal.

54 ¶ Conceditur celebratio diuini officij secundum modificationem d. cap. Alma, vt supradictum est, nam secundum iura antiqua, omnia diuina officia erant prohibita, vt patet in d. c. Non est nobis, & cap. Responso. Et per diuinum officium intelligitur, omne, quod est in missali, & breuiario, quæ à clericis interdictis non possunt celebrari, vel in loco interdicto. capit. Et rescripto, de iniur. Prohibetur etiam auditio, in d. capit. Si sententia quod respicit alias personas propriè non ecclesiasticas, & istis facta est modificatio, per d. c. Alma.

55 ¶ Quando locus est interdictus, & diuina officia celebrantur voce submissa singulis diebus, laici, siue interdicti, siue non, possunt admitti secundum omnes doct. nisi qui sunt priuilegiati. Vel quādo sacerdos non haberet clericum adiuuātem potest admittere alium secularem, cessante fraude secundum Ioan. Cal. dummodo non sit interdictus ille, vel interdicto causam non dederit, quia tales excluduntur & non gaudent priuilegio, familiaribus, & domesticis concessio. in d. c. Licet. §. 1. & fi.

56 ¶ Qui non sunt clerici, & se ingerunt diuinis officijs, licet grauitè peccent irregularitatem tamen non incurrunt, quia cap. is qui & c. Si quis episcopus, loquuntur de clerico. Puniuntur tamen in cap. postulasti. de cler. excom. mi. post sunt extra tempus celebrationis in Ecclesia orare, nisi aliud obstet.

57 ¶ Monachus & monacha violantes interdictum, secundum Ioan. Cal. sunt ineligibiles, actiue, & passiue, & hoc modo sunt capaces irregularitatis, sed merè secularis secundum eundem violans interdictum, postea potest ordinari, quia de clericis tantum ius loquitur. Et laici societatum vt disciplinatum, cātātes letanias, & suas orationes in suis locis in loco interdicto, non videntur esse irregulares, quia non sunt clerici, nec peccāt, quia hæc eis non sunt prohibita per interdictum. Item non prohibentur orare in Ecclesia extra tempus celebrationis officiorum diuinorum secundum Gul. Et si sacerdos credit probabiliter aliquos interdictos esse in ecclesia, eos in generali monere debet, quod exeat secundum eundem, alias non tenetur vitare eos, donec maxime publicè constet de sententia. Et quamuis sacerdos ac-

cepter

cepter scienter interdictum quempiam, alij non tenentur exire, nec peccant sic audiendo diuina, secundum Vueruan. Ipse tamen peccat, & incurrit pœnam. c. Episcoporum. de priuileg. lib. 6.

58 ¶ Pœna magna sequitur non seruantes interdictum. Nā si sacerdos est, scienter celebrans in loco interdicto vnde cū que sit, præter casus permisso efficitur irregularis, & suspensus est, secundum Host. & debet puniri grauitè, per c. Postulasti, de excomm. mi. & d. c. Is qui, & cap. Episcoporum, nec potest eligi, nec eligere per d. c. Is qui. nec postulari. ca. 1. de postu. præl. & dicit Pan. in c. 1. de postu. quod electio facta in loco interdicto à non interdictis, tenet, vel qui non violaerunt interdictum. Nec potest conferre beneficia. capit. Quia diuerfitatem, de concess. præben. Et est suspensus ab ingressu ecclesiæ, donec satisfaciatur ad arbitrium iudicis: qui interdicti sententiam tulit, si est ab homine, vel ad arbitrium episcopi, si est à iure, & peccat mortaliter audiendo diuina in Ecclesia quacunque & in hoc plus operatur suspensio quam irregularitas, secundum Pe. de Palu. Item remouendus est ab officio in d. c. Postulasti. Si talis sit religiosus nullum habens ordinem, quamuis non fiat irregularis, quia non est expressum in iure: poterit tamen aliter puniri. Hæc secundum Pan. in c. si. de excess. præl. Et quia irregularitas procedit ex indubitata executione ordinum secundum Inn. & doc. illi incurrunt in irregularitatem, non seruando interdictum, qui exercent quippiam deputatum alicui ordini ecclesiastico & hoc faciunt tanquam clerici. Vnde si subdiaconus dicat epistolam tanquam exercens officium suum, & acolytus faciat officium suum tanquam acolytus, efficiuntur irregulares, vt in c. 2. de cle. ex. mi. Non autem si faciant aliquod non deputatum certo ordini vt cantare responsum, antiphonam, & huiusmodi non vt officient ecclesiam, sed vt faceret alius laicus secundum Inn. idem de benedicente mensam, quia hoc non est deputatum certo ordini ar. d. 44. c. si. Vnde si interdictus cantaret epistolam, vt quilibet laicus potest facere irregularis non efficeretur, sine apparatu maxime manus. Idem si quis absoluat, vel excommunicet, non vt faceret eos sed vt iudex sine solennitate, & qua in ca. Anobis, c. 1. de sen. excom. iurisdictionalia enim tempore interdicti non sunt prohibita, vt citare, excommunicare, proferre sententiam, & huiusmodi.

Benedictio mensæ non est certi ordinis.

Jurisdictionalia non sunt prohibita.

Q. 4. 59 ¶ Audiens

59 ¶ Audiens diuina secundum doc. & maximè Host. ex deuotione non fit irregularis licet peccet. Si autè auctorizato, ut quādo p̄latus facit celebrari corā se, fit irregularis, quia ingerit se diuinis, & violat interdictum, in cap. si. de sen. exc. lib. 6. ideo dicit Panor. quòd p̄latus caueat, ne tempore excommunicationis, suspensionis, vel interdicti faciat coram se celebrari, vel intersit celebrationi. Idem dicit de eo, qui pulsat campanam, &c. ut supra dictum est, quia videtur auctorizare, incidit si est clericus, ut supra, secus si facit ista, non ut celebrans principaliter.

60 ¶ Is, cui interdictus est ingressus ecclesie si celebrat in ecclesia, vel cœmeterio, secundum Pe. de Palu. supra. efficitur irregularis, secus si extra. Sed si esset suspensus absolute à diuinis ubicūque celebraret, esset irregularis. c. 1. de sen. exc. com. lib. 6.

61 ¶ Celebrans scienter in loco interdicto, siue coram personis interdictis à iure vel ab homine, vel publice interdictis ad diuina officia, vel sacramenta recipiens vel ad sepulturam, etiam si non sit irregularis est interdictus ab ingressu ecclesie, in d. c. Episcoporum. Et si in ea se ingerit in officio suo, fit irregularis, per d. cap. is qui. differentia tamen est inter istos, nam celebrans in loco interdicto, est etiam irregularis. Admittens vero ad sepulturam ecclesiasticam nominatim interdictos, vel publice excommunicatos, sunt excommunicati, ut dictum est, & etiam qui tempore interdicti sepeliunt defunctos in ecclesiis, vel cœmeteriis in casibus nō concessis, sunt excommunicati.

62 ¶ Celebrans vel faciens aliquod diuinum in ecclesia, vel cœmeterio pollutis non est irregularis vel suspensus, licet peccet. c. is qui, de sen. exc. lib. 6.

63 ¶ Clericus interdictus vel non interdictus, sed in loco interdicto benedicens aquam, secundum In. fit irregularis, quia annexa est ordini, seruata moderatione. c. Alma. Nec debet sacerdos aspergere seculares aqua benedicta, nisi in festis, de quibus in d. c. Alma. Si tamen aspergeret, putat Io. Cal. non incurrere irregularitatem, quia hoc non est iure cautum, nisi forrè hoc faceret in principio missæ, quod videtur esse proprium sacerdotis. Intellige sine moderatione. ca. Alma.

64 ¶ Per benedictionem mensæ etiam à clerico interdicto, vel tempore interdicti, non incurritur irregularitas, quia nulli ordini est deputata, idem de benedictione itinerantium

nerantium, quam solent facere priores, & Episcopi, si fiat simpliciter, & non cum solennitate, secundum Ioan. Cald. De aliis benedictionibus dictum est supra, Benedictio oliuarum candelarum in diebus suis, calicum, paramentorum, secundum Io. Cal. fieri non potest à clerico interdicto, vel tempore interdicti. Neque secundum eundem introduci potest mulier in Ecclesia tempore interdicti post partum pro purgatione solenniter fienda sine irregularitate, quia hoc officium ordini clericali competit: poterit tamen per se intrare sine officio, ut gratias agat Deo. Potest etiam prædicari tempore interdicti, in dicto capitulo responso, cum pulsatione campanarum pro hoc, pro hora nona, & Aue Maria, & pro quacunque causa, excepto diuino officio.

65 ¶ Violantes interdictum, quamuis magnam pœnam incurrant, non tamen mortaliter peccant, secundum Caie. in summa, ver. interdictum: cum aliquando quis efficiendo irregularis mereatur, & ponit exemplum de participante cum excommunicato, qui licet incurrat pœnam magnam videlicet priuationem à sacramentis, non tamen mortaliter peccat. Not. tamen quòd ubi lata est excommunicatio contra violantes interdictum, & violari facientes violando, mortaliter peccant, idem dicerem de eo, qui contemnit sententiam, vel ratione scandali, quod aliis præbet.

66 ¶ Nota etiam, quòd hic nomine clericorum veniunt moniales, licet non sint capaces ordinis, cap. postulasti, de sen. excom. ideo & ipsæ dicendo officium, quasi ecclesiam officiendo, & faciendo ea, quæ clericis sunt prohibita, tanquam competètia ex aliquo ordine violarent interdictum. Ex pœnis sequentibus irregularitatem, & suspensionem, apparet esse peccatum mortale. Tanta enim pœnarum multiplicatio graue delictum supponit, in clerico præsertim, nō tamen omnem irregularitatem mortalem dico.

DE INTERESSE.

¶ Interesse quid sit.

Interesse, videtur esse, ut dicit Bar. leg. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quòd inter existimatio alicuius utilitatis nō habitæ propter alicuius factum iustum, vel iniustum concessum, & horum quoddam dicitur lucrī cessantis, ut quia non dedisti mihi pecuniam meam, cessauit lucrū, quod cum ea faciebam. Aliud dicitur damni emergentis, ut quia

non

Tempore
interdicti
potest præ
dicari.

non dedisti mihi pecuniam meam, oportuit me accipere ad usuram ex quo damnum incurri. Quando autem possit in conscientia peti, infra, Usura. §. 10. & 3. Quando in contractu petatur. ff. de actio. emp. & vend. l. Iulianus. §. primo.

DE INTERPRETATIONE.

- 1 Interpretatio dubiorum semper in meliorem partem facienda.
- 2 Interpretari legem eius est cuius condere.
- 3 Interpretatio legis diuine, & canonice ad solum Papam spectant.
- 4 Interpretatio priuilegij ad solum Principem spectat.
- 5 Interpretatio in contractibus plena in testamentis plenior, in beneficijs fit plenissima.

Interpretatio dubiorum in meliorem partem semper est fienda, secundum Glo. R. 12. quando scilicet necessitas iudicandi occurrit. Qui autem in rebus importantia determinat in malam partem, aliquid de re dubia, non ratione urgente, mortaliter peccat. Potest quilibet rem suam serua re a quocunque ita caute, ac si esset latro, non tamen iudicando ipsum furem esse. Prælati autem & si non debent de actu mentis iudicare, actus tamen exteriores punire debent, secundum quod apparet de eis exterius, quia sunt iudices. Vide Thom. secunda secundæ. quæ. 60. art. 4. Existimare enim malum de proximo sine sufficienti causa, est ipsum contemnere.

Interpretari legem pertinet ad illum, ad quem pertinet condere generaliter, tamen quantum ad unam causam, potest etiam iudex, ut no. in c. Cum speciali. de appel. Interpretatio priuilegij, an potuerit dari, ad solum principem spectat, ut infra. §. 4. cap. 1. de trans. præla.

Interpretatio legis diuine, & canonice pertinet ad Papam. ca. per venerabilem, qui fil. sint legi. & ciuilibus, in quantum concernit clericos, etiam ad ipsum pertinet, ut in cap.

Etis est interpretari, cuius est condere.

1. de iu. Cal. secundum vero quod pertinet ad laicos, ad interpretatorem spectat. l. fi. C. de leg. quia eius est interpretari, cuius est condere, de re. iur. lib. 6. generaliter ut dictum est supra. §. 2.

Interpretatio priuilegij, an potuerit princeps dare ad nullum inferiorem a principe pertinet secundum Pan. in c. Cum venissent, de iudi. Si verò sit dubium de validitate, vel surreptione, potest iudex inferior, secundum communiter Doct. Si autem dubium sit super, vel circa verba solum, & ca

sus est clarus, & decisibilis, de facili etiam potest inferior cognoscere, ad præiudicium partium, ut not. Inn. in d. ca. Cum speciali. Facit cap. inter alia, de sen. excõ. Si casus est dubius ad principem spectat, si de facili eum potest adire, ar. in d. c. inter alia. Quod si non potest sic adiri, per naturalem rationem poterit interpretari, & pro hoc est casus in lex facto. §. 2. ff. de vulg. & pup. substi. & quod no. Inn. in d. c. Cũ speciali. Aut dubitatur circa intentionem principis, & non potest decidi sine magno dubio, & sic solus princeps interpretatur: eodem modo si verba sunt obscura vel ambigua, secundum Host. illius est interpretari cuius est condere. Et dicit Spec. in titu. de leg. §. nunc ostendendum, episcopi posse interpretari iurium allegationes, ca. Significant. de pig. proccedit in arduo negotio. Et legatus potest interpretari mandatum Papæ, ut tenet Gl. in d. c. 1. de postu. & Pan. post Inn. idem dicit, nisi in aliquo arduo, scilicet in causa veritate ante eum, & probat per c. Super literis, de rescri. vbi iudex interpretatur rescriptum ad suam potestatem certificandam.

Legatus potest interpretari mandatum Papæ. Nota.

Interpretatio in contractibus fit plena, in testamentis plenior, in beneficijs plenissima. ca. Cũ dilecti. de don. interpretatio locutionum debet fieri secundum personas, quæ loquuntur, vel quibus quis loquitur. 26. d. c. Deinde, in Glo.

DE INTESTATO.

Intestatus decedere quis dicatur.

Intestatus quis dicitur decedere, vel quia nullum fecit testamentum, vel quia non iure fecit, vel quia factum, posthumi natiuitate est ruptum, vel quia capitis diminutione postea facta testatoris, est factum, irritum, vel quia nulli sunt heredes ex eo testamento: Authen. de hæ. ab intest. in prin. Addit & alij duo modi possunt scilicet per querelam expugnato testamento, & per bonorum possessionem contra tabulas: Azo. in summa. C. de suis & legi. hære.

DE INTRVSVS.

Intrusus quis dicatur.

Intrusus est, qui non canonicè, sed violenter occupat honores, vel beneficia ecclesiastica. unde est fur, & latro, sicut dicitur in Evangelio. Qui non intrat per hostium in ostium ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro: & est in mortali, restitutioni omnium, quæ inde recipit, obnoxius. c. graui. de rest. spo. vide Abb. in c. ad aures. de excel. præla. in 1. not. Large dicitur intrusus, omnis titulum habens vitiosum, strictè verò, omni titulo carens.

Tractus valde elegans de intruso extat excellen- tis D.

Hier. Gintio.

DE INTERROGATIONE.

1 Interrogationes de necessarijs tenetur facere confessor, & quando & quomodo. num. 2. 3.

4 Interrogatio faciendā super decem præceptis. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

13 Interrogatio super septem mortalibus.

14 Interrogatio de quinque sensibus.

Interrogationes de necessarijs tenetur facere confessor, quando sine illis non potest discernere necessariò discernenda, aut quando putat, vel rationabiliter dubitat aliquid omitti necessariò confitendum, si non interrogat: ut si confitens dicat se carnaliter peccasse, & non dicat speciem, debet interrogare in qua specie, quia est de necessitate confitenda: alioquin ut iudex aburitur officio, & sic mortaliter peccat. Ad hoc est c. omnis. de pœ. & re. & de pœ. d. 6. cap. 1. Quando autem confessor credit non esse necessarium interrogare, non peccat non interrogando confitentem.

2 ¶ Interrogandus est ergo primo an sit ei subditus, id est, de sua parochia, vel habeat licentiam, aliter non posset absolui, ut supra, Confess. §. 12. Secundo, an habeat impedimentum, propter quod nõ possint absolui, ut si est excommunicatus, vel concubinarius, usurarius, vel huiusmodi: si velit perseverare, ne conteratur frustra tempus, & confitens postea dicat, voluistis me audire, & non vultis absolueret. Item de clericis an habeant beneficia plura, curata, incompossibilia, & cum qua sententia teneant, & quo titulo, & quando nãdus tentus sunt conati prius vadant ad tonsorem.

3 ¶ Tertio, si præcogitavit super peccatis, sin autem vadat, & præcogitet, maximè qui stetit per annum, quia necessaria est contritio, quæ sine præcogitatione non videtur posse esse. Quarto si paratus est relinquere omnia peccata prius facta, & dolet de omnibus, aliter non est audiendus: quia est amissio temporis. Est tamen hortandus bonis verbis ad contritionem, quia sæpe conteruntur sub manu cõfessoris. Postmodum faciat confessor, quòd pœnitens dicat peccata sua, eo modo quo scit, quia si diceret, noller aliquo modo, nisi interrogatus esset in malo statu: & ubi ille deficit, suppleat confessor interrogando secundum quòd videbitur oportu- num. Nõ enim debet omne de omnibus interrogare: sed secundum quod credit expedire, considerata persona statu, ætate, &c. Et cum magna discretione interroget pœnitentem primo in vniuersali, postmodũ in specie, & si in genere

non

non peccauit, non est interrogandus in specie. Et potest confessor seruare hunc ordinem, incipiendo à primo præcepto, usque in finem, quia omnia peccata contra præcepta legis diuinæ, naturæ, vel humanæ. Præctica talis seruetur, & confessor sic primo interroget.

4 ¶ Interroget circa primum præceptum, si non credit, si est hæreticus, si dubius in fide cum deliberato consensu, mortalia sunt. Si negauit fidem verbo, vel signo, etiam si non mente mortale est. Si adorauit aliud, quam Deum latrã, si blasphemauit Deum, vel sanctos, vel eis maledixit, aut iniuriosè membra impudica eorum nominauit, si iudaizauit, aut in cultu Ecclesiastico falsum asseruit, si adiunxit cultui diuino aliquas cantilenas in voce, vel organo turpes, vel amatorias, quod mortale est ex suo genere, secundum Caie. quia iniuriã cultui diuino interrogauit, si inuocauit dæmones explicitè, vel implicitè, vel habuit pactum, vel familiaritatem cum eo: tamen loqui cum eo in dæmoniis ob vanitatem, vel curiositatem, non video propter hoc mortale, si fecit incantationes, diuinationes per superstitiones, in quibus inuocatio dæmonis implicitè inuenitur, quia mortalia sunt, &c. His adiuge diuinationes per astra, somnia, auguria, sortes, quando superstitiones sunt, & de tenebris orationes super se superstitiones, quòd potest aduerti ex characteribus diuersis, ex obseruatione numerorum, temporum, & huiusmodi. Si vouit facere malum, non facere bonum, quia non tenent hæc vota, sed fuit peccatum, &c. Si tentauit Deum.

5 ¶ Circa secundum, si iurauit scienter, & assertiuè falsum vel dubitans, tamen assertiuè iurauit, si iurauit promittendo, & non intendens seruare, vel comminando, vel facere, quod mortale est, vel aliud malum, vel sine causa rationabili iurauit, & si fuit causa talium in aliis directa, vel indirecta, inducendo eos prece, vel prætio ad talia.

6 ¶ Circa tertium, si dies festos violauit, opera seruilia faciendo, vel alia prohibita ab Ecclesia, vel hoc fieri mandauit. Si missam sine rationabili causa diebus festis omisit, & diem festum consumpsit in vanis ludis. Si non ieiunauit diebus præceptis, absque causa rationabili, aut cibus vetitis usus est. Si non est confessus debito tempore, vel non bene. Si non communicauit in paschate, vel pluries, secundum quòd tenebatur, quando casus urgebant. Si non peregit pœnitentiam. Si contraxit matrimonium cum personis coniunctis consanguinitate, vel affinitate, usque ad quartum gradum

quasi astra
tè interro
get a pec
catore
quod for
sit an igno
rat, vel ve
lit occulta
re. Habem
tur de pœ.
dist. 6. ca.
qui vult
confiteri.

Contra te
nentes su
per se ora
tiones su
perstition
sas, qua
prohibita
sunt ab Ec
clesia. cap.
29 q. 7. c.
non obser
uetis.

dum inclusiue, vel clandestine. Si neglexerit sacramentum confirmationis, pro se, ac suis, quorum curam gerit, & scire necessaria ad salutem, & ire ad predicationes propter hoc. Si recipit aliquod sacramentum in mortali, vel aliquos actus ordinis, vt cantare Epistolam, Euangelium, vel sacramentum ministravit in mortali, aut hoc aliquem induxit. Si excommunicatus ingressit se diuinis, vel excommunicatis participauit in diuinis extra casus concessos. Si excommunicatus minori suscepit aliquod sacramentum. Si suspensus, aut irregularis, aut interdictus ingressit se sibi prohibitis. Si non dixit officium, ad quod tenebatur, & quando tenebatur, & potuit dicere. Si illud dicens ex proposito vagauit mente pro parte notabili, vel occupat se, ita vt non posset ad officium attendere. Si non expressit verba, sed tantum principium, & finem versus fecit sonare: quia non satisfecit, si mutauit officium pro libito sine necessitate. Si violauit Ecclesiam vel cœmeterium semine, vel sanguine humano, violauit immunitatem loci Ecclesiastici furando, rapiendo, extrahendo hominem vi, vel ibi prohibita exercuit, vt iudicium seculare, vel parlamentum, vel non seruauit interdictum. Si abusus est sacramentis, aut sacramentalibus, vt Eucharistia, oleo sancto, & huiusmodi. Si non seruauit formas sacramentorum. Si fecit iniuriam reliquiis, vel imaginibus sanctorum. Si vsurpauit res Ecclesiis dicatas. Si percussit, vel violentauit personam Ecclesiasticam. Si peccatum carnis post ordinem sacrum commisit, vel professionem, vel votum castitatis. Si à personis Ecclesiasticis gabellas, & prohibita exegit contra libertatem Ecclesiæ, in multis de his, ultra peccatum, excommunicatione ligantur delinquentes.

7 ¶ Circa quartum, si parentes non honorauit, non eis subuenit in necessitatibus. Si sanguine inunctis debitum honorem, vel subsidium non impedit, aut patriæ, vel beneuolis simile non fuerit. Si filios, nepotes, & sibi commissos non educauit, instruxit, curauit, nec correxit verbo, verberare, vt expediebat, præcipue in moralibus. Si uxorem, aut virum malè tractauit, famulos malè gubernauit, & si ipsi domino debitum secundum posse non fecerunt. Si crudus ad pauperes, negligens ad opera misericordiæ, non fecit eleemosynam de superfluo, non subuenit existenti in extrema necessitate, cum posset. Si impediuit pauperum eleemosynas verbo, vel aliter. Si ex contemptu non obediuit, vel

non

non obediuit his, quæ sunt importantiæ notabilis, vel non obtemperauit principibus, quo ad obseruationem legum, statutorum, & huiusmodi: neque eis debitum honorem exhibuit. Si fuit ingratus contemnendo, dissimulando, non recognoscendo beneficium, vel benefactorem. Si non habuit animum retribuendi. Si oblitus est beneficiorum, vel vituperauit, vel malum pro bono reddidit, quæ ad ingratitudinis vitium pertinent.

8 ¶ Circa quintum, si homicidium fecit, vel prouocauit. Si infantem tenuit in lecto cum periculo suffocationis, vel contra prohibitionem Episcopi. Si procurauit abortum foetu formato anima rationali, vel ante: quia etiam mortale est. Si fecit aliquod pro sterilitate, aut dedit alteri aliquid ad hoc procurandum. Si hoc fecit fieri, vel consuevit, vel audiuit. Similiter interroga de verberibus, mutilatione, vulnere, vinculis, tormentis, exilio, si contra iustitiam facta sunt. Si voluntate deliberata aliquid horum sibi vel alteri euenire desiderauit per se, vel per alium, propter iram vel odium, vel alium malum finem. Si desiderauit alteri malum in corpore, vel in anima notabile, propter odium in honore, fama, & in rebus notabiliter. Si ganisus est de malo alicuius, & quali malo. Si fecit, vel fieri fecit vindictam propria auctoritate. Si noluit parcere quò ad offensam. Si subtraxit communia beneficia propter hoc. Si fouit inimicitias, & de multis peccatis, quæ ex hoc oriuntur. Si fecit, vel iuit ad bellum iniustum scienter, vel dubium, sine Principis mandato, quod posset eum aliquando excusare.

9 ¶ Circa sextum, si peccauit cum persona coniugata, quod est adulterium, si cum consanguinea, vel affine, quod est incestus; si cum Deo consecrata ordine, vel voto quòd est sacrilegium; si cum virgine, quòd est stuprum, si cum soluta, quòd est simplex fornicatio, si contra naturam per se solus, quòd est mollities; si cum aliqua persona, quòd est sodomia, si cum bestia, quòd est bestialitas. Quo autem ad modum est maximè culpabile, si mulier supergrediatur virum. Alij verò modi sunt tolerabiles, dummodo non impediatur generatio, vel effundatur semen extra vas, Ideo de illis modis non sunt sollicitandæ mulieres per interrogationes. De osculis, & tactibus interroga solutos, coniuges verò, quòd ex hoc sequeretur periculum pollutionis extra vas, &c. tunc enim esset mortale, si hoc intenderent, vel huic periculo se exponerent.

10 ¶ Circa septimum, si furatus est, & quantum. Si inuenit aliquid

aliquid, quod non haberetur pro derelicto. Si ex naufragio aliena accepit. Si emendo, vel vendendo commisit fraudem circa rem, pretium, mensuram, in pondus, numerum, substantiam, vel qualitatem. Si contractus usurarios fecit, vel imposuit nouam gabellam, vel exegit à personis Ecclesiasticis huiusmodi. Si violenter alienum accepit, aut proprium à quieto possessore. Si iniustum contractum fecit alicuius societatis. Si usurpauit bonum commune. Si iniusta fecit cæcia, vel in aliis fraudauit, vel fraudare voluit quempiam.

11 ¶ Circa octauum, interroga de mendaciis dictis in iudicio: quo ad iudicem, reum, accusatorem, testes, aduocatos, & procuratores, si extra iudiciū mentitus est detrahendo, contumeliando, rixando, contemnendo, litigando, susurrando, irridendo, maledicendo. Et not. quod non solum mentitur in iudicio, qui falsum dicit, sed etiam qui tacet, quod tenetur dicere, vel qui loquitur sophisticè, & non ad mætem iudicis. Et hæc omnia quidē mendacia importent iniuriam. Si mentitus est in dānum alterius animæ, vel corporis, aut rerum, siue scienter, siue officiosè, aut iocosè, vel simulatoriè. Si mentitus est per hypocrisisim. Si mendicauit quasi egenus, & non erat. Si finxit reliquias, vel miracula propter quæstū. His annecte de maledictionib. malis imprecationibus animæ, & corporis, & maledicendo diei, tempori, & aliis creaturis, de verbis turpibus, & male morigeratis, & huiusmodi, quæ in multis casibus mortalia censentur.

Nota.

12 ¶ Circa nonum, & decimum, interroga de cogitationibus circa ea, quæ dicta sunt de furto, auaritia, luxuria, de cogitationibus, morosis, & cum deliberato animo, circa ea quæ dicta sunt de vitio carnis, & si fecit aliqua signa, vel misit Epistolas, & quicquid fecit propter hoc extra matrimoniū, quia mortale est, vt in suis locis dictum est, & diceretur.

13 ¶ Circa superbiam, si extimauit bonum, quod habet ex se habere, & non à Deo. Si crediderit habere à Deo sed propriis meritis. Si iactauit se habere, quod non habet. Si aliis despectis singulariter desiderauit apparere. Si fuit ambitiosus, quærendo honores, prelaturas, & huiusmodi. Si fuit adulator, præsumptuosus, pertinax impugnator veritatis obstinatus, impœnitens. De aliis vitiis, quia continentur in decē præceptis, satis dictum est. Interroga discurrendo per singula, si fortè aliquod fuisset ommissum. Item de operibus misericordiarum corporalibus & spiritualibus, quæ continentur in his versibus.

Visito

Visito, poto, cibo, redimo, t ego, colligo, condo.

Consule, castiga, solare, remitte, ser, ora.

Quæ opera, si prætermittantur à potente, in articulo extremæ necessitatis, est mortale. Vt supra in ver. Eleemosyna satis diximus.

14 ¶ Poteris de quinque sensib. interrogare pro meliori memoria considerato statu cuiuslibet personæ, quo ad ætatem, officium, tempus, statum, fortunam, locumq;, quia aliter interrogandi sunt senes, aliter pueri, aliter fortunati, aliter tribulati, aliter sani, aliter infirmi, &c. Aliter seculares, aliter clerici, quæ omnia discretionis confessoris relinquuntur. Facta igitur confessione diligenti, dicat confessor pœnitenti an de omnibus doleat, & si leuiter dolet admoneat eū, quatenus debet esse dolor de peccato mortali, videlicet maior super omnes alios dolores intellectuales, & quod saltem doleat, quod non habeat illam contritionem, quam deberet habere, & conetur illum ad verum dolorem adducere, postea dicat si vult in futurum ab omnibus, toto suo posse cauere, & si credit, vel sperat, quod Deus adiuuabit eum, quod non cadet. Si respondeat sic, dicat confessor, si est paratus facere pœnitentiam, quo respondente ita, iniungat pœnitentiam discretam, quam credit ipsum facturum, & post absoluat instruendo, quod maiorem meretur pœnitentiam, & quod conetur facere in gratia Dei, vt satisfiat Deo, & quod sit sollicitus per bona opera delere pœnam, quam facturus est in purgatorio, nisi hic soluat orationibus, eleemosynis, & huiusmodi, & cætera quæ supra dicta sunt. ver. Confessio. Si autem nolit deserere peccata, vt concubinam, iniurias relinquere, restituere cum possit, nullo modo est absoluendus, sed iudicio Dei relinquendus.

DE INTIMIDITATE.

1 Intimiditas quando sit peccatum mortale.

Intimiditas, quæ opponitur fortitudini, qua homo non timet pericula vitæ, integritatis membrorum, & bonorum temporalium, quando, vbi, & sicut oportet, & ex deliberato consensu, contra rectam rationem, nocendo sibi notabiliter, vel proximo, siue causetur hæc intimiditas, lex pauco amore vitæ, siue ex elatione animi, vt frequētius accidit, peccatum mortale est, ex sancto Thom. secunda secundæ, quæst. 126. & Caie. in summa ibi, aliàs veniale, vt quando ex stoliditate, vel ex imperfectione actus, vel in re parua est & reducitur ad præsumptionem, filiam superbiæ. Aliquando

R

etiam

Opera
misericordiæ.Quæ dicenda sunt
in fine confessionis.

etiam prouenit, ex eo quòd quis minus debito vitam propriam amat, ideò sine peccato esse non potest.

DE INVENTIS.

- 1 *Inuenta quæ habentur pro derelictis, & c. an sint inuentoris.*
- 2 *Thesaurus inuentus cuius sit.*
- 3 *Proiecta in mari si inueniantur, cuius sint.*
- 4 *Terra addita vel remota per alluionem cuius sit.*

Inuenta, quæ habentur pro derelicto, quæ nunquam habuerunt dominum, vel si habuerunt, non amplius extra memoria, vel dominus non curat de eis, sunt inuentoris, ex quo censetur nullius esse, vt lapilli in litore, vel in terra inuenti, sunt enim occupatis. Si autem habuerunt patronum, vel habuerunt de proximo, vt constat quando inuenitur bursa, vel vestis, & huiusmodi, tunc sunt restituenda inuentori rei domino, per c. Multi. 14. quæst. 3. aliter esset furatus secundum Tho. secunda secundæ. quæst. 66. & ff. de fur. l. falsus. Et hoc est peccatum mortale, nisi pro re parua. Si verò facta diligenti inquisitione dominus rei non inuenitur, possunt dari pauperibus, infra, Restitutio. §. 20. & 39. vel inuentor potest retinere, si sit pauper, de licentia confessoris, vt ibi dicitur, supra. Casus. §. 9.

2 **¶** De thesauro autem, cuius dominus nescitur, si inuenitur in proprio fundo, est totus inuentoris, si in alieno inuenitur à casu, medietas vna erit domini fundi, altera inuentoris, secundum Tho. secunda secundæ quæst. 66. art. 3. ad 1. Si verò non à casu, sed studiosè inuenitur, & cum licentia domini, volentis donare, quia ipse non vult quærere, totus erit inuentoris. Si vero quærit contra, vel præter voluntatem domini, tunc totus erit domini. Si quis verò sciret in aliquo fundo esse thesaurum & dolosè emeret fundum, domino ignorante, vbi esset thesaurum, tunc videtur quod totus thesaurus debeat esse domini, quia inuentor fuit in dolo. C. de thesau. l. vnica. Si autem à casu, totus erit inuentoris, quia inuenit in fundo proprio, & cessat dolus. Consuetudo autem, quæ hodie seruatur, quòd scilicet thesauri sunt principum, qui inueniuntur, secundum Pet. de Pan. in 4. sent. non valent in conscientia, quia propter merum dominium seruatur, nec moribus vtentium fuit vnquam approbata, nisi violenter. Et est contra ius canonicum, quod disponit inuenta esse pauperum, quando sunt incerta.

3 **¶** Proiecta in mari tempore tempestatis, pro alleuatione

nauis

nauis vel aliter si non amplius à domino quæruntur, sunt capientium, quia tunc habentur pro derelictis. Similiter de amissis per naufragium, & de raptis ex aquarum inundantia, aliter non possunt capi, & si capiantur ne pereant, debent restitui domino. Sic enim iustitia exigit, vt vnicique, quod suum est, reddatur.

4 **¶** De terra addita, vel remota propter rapinas fluuiorum, est rubrica instit. de re diui. Tamen in omnib. communiter standum est consuetudini, quæ est optima legum interpres. Vbi autem cessat consuetudo, standum erit iuris dispositioni, quod ita disponit, quòd insula nata in mari est occupantis. In medio verò fluminis, est communis habentibus prædia iuxta flumen hinc inde. Si non est in medio, est proximioris. Quod si fluuius diuidatur, & cingat agrum, erit ager illius cuius ante erat. Si flumen mutat alueum, primus alueus efficitur eorum, qui prædia iuxta illud habent, secundus verò est publicus. Et si post reuertitur ad primum, secundus erit habentium prædia propè illud, sed ager inundatus, aqua recedente, remanet eius cuius erat, hæc est dispositio iuris, quæ satis æqua esse videtur.

DE INVENTARIO.

1 *Inuentarium quid sit.*

Inuentarium esse videtur scriptura, in qua hæreditaria bona, vel etiam alia, apud aliquem inuenta scribuntur, hæredi facere, est vtile. Nam si non fecerit, de omnibus legatis, & debitis tenebitur. Si autem fecerit, ultra vires hæreditarias grauari non poterit, dummodo cœperit facere illud infra tres dies à morte testatoris, vel postquam se fuisse institutum hæredem nouit. Scribat enim omnes res defuncti sub testibus, & infra quadraginta dies, vel annum si res sunt remotæ, perficiat. Hæc notatur. ff. de adm. tuto. l. tutor, & ibi Bar. Abb. in c. 1. de solu. in c. plerique, de immu. eccl. in 18. d. col. ver. Alia quæstio, & glo. authen. Sed cum testator. C. ad l. Falc. quia si filius hæres non conficiat inuentarium, licet teneatur creditoribus ultra vires hæreditarias, intelligitur tamen sua legitima reseruata, quia de illa satisfacere non tenetur. An autem Falcidia possit detrahi, vide Bar. in l. in ratione. §. Quod, vulgo. ff. ad leg. Fal. Hæc ad legis peritos spectant magis, quam ad animarum curatores.

DE INVIDIA.

1 *Inuidia quid sit.*

R 2

Inui

Invidia proprie est, quando aliquis dolet, quod alius prosperetur, non propter aliud, sed propter hoc solum, quia ille parum distans bonum, seu melius habet. Apprehendit enim invidus illius bonum, quasi diminutio sit suæ excellentiæ. Et est ex suo genere mortale peccatum, quia contra caritatem. Tristatur enim de eo, de quo debet gaudere, secundum Caiet. ibi in summa. Qui autem tristatur de bono alterius, propter aliquam conditionem adiunctam, ut puta propter damnum inde sequens, aut quia caret ipse tali bono, vel quia quod habet indignè habet, non est invidus, secundum Thom. 2. 2. q. 36. art. 2. Si autem invidia sit de parua, aut in primis motibus, erit peccatum veniale, secundum Thom. ibi. art. 3. Et est vitium capitale secundum eundem ibi ar. 4. ex quo oriuntur, odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi & afflictio in prosperis, secundum Greg. 31. mor. lib. Est & quædam invidia fraternæ gratiæ, secundum quod quis tristatur de augmento gratiæ Dei, seu participatione eius. Et ponitur peccatum in spiritum sanctum, quia per hanc inuidiam, homo quodammodo inuidere videtur spiritui sancto, qui in suis operibus glorificatur, & secundum Thom. vbi supra, ponitur inter grauissima peccata. Licet lætari quandoque de ruina malorum, & dolere de eorum prosperitate, ne bonis nocere queant, ut testatur Grego.

*Aliquan-
do licet
tristari
de bono
malorum.*

DE INVOCATIONE DÆMONVM.

1. Invocare demones, &c. an mortale peccatum sit.

Inuocare dæmones, ut ferant nobis auxilium, vel ut ab eis habeamus aliquid, quod a solo Deo expetendum est, ut prædicere futura contingentia, & huiusmodi, peccatum mortale est, Th. 2. sent. d. 7. q. 3. Nullam enim amicitiam cum ipsis, sine mortali habere possumus, cum sint sempiterni hostes Dei, & nostri. Hinc est, quod uti locutione, opere, seruitio dæmonis, mortale est, si cum inuocatione, reuerentia, vel pacto tam implicito, quam explicito fiat, & maxime propter malum finem, hoc enim repugnat præcepto diuino. His autem cessantibus, si dæmon spontè occurrat, quandoque licet inquirere sine mortali, si inquiratur non tanquam à socio, sed tanquam ab hoste, vel expulsivè, ut fit in exorcismis, cum arreptitiis, vel impulsivè, ut faciunt sancti, præcipiendo eis in virtute Dei, quia hoc est non amicitiam facere cum eis, nec habere familiaritatem, sed magis hostem cogere. Si autem huiusmodi quærantur à dæmone tanquam à socio,

à socio, cum eius societas sit perniciofa, mortale est, ut diximus. Si autem, quis ex leuitate, vel curiositate quærat, non tamen ex hoc amicitiam Dei perdere, ne cum dæmone amicitiam facere, excusatur à mortali propter imperfectiorem actus, magis autem quando fit hoc propter aliorum utilitatem, vel honorem Dei, licet ex Tho. 2. 2. q. 65. ar. 4. supra, Incantatio. §. 2. Neque dæmoni credendum est, cum mendax sit.

*Dæmoni
nō est cre-
dendum.*

DE IRA.

1. Ira quid est.

2. Ira sex sunt filia.

Ira, appetitus vindictæ dicitur ex passione naturali proveniens, secundum Thom. prima secundæ. q. 46. & quia vindicta potest iuste appeti, & infligi, ut si pater contra filij delictum irascatur, illumque secundum debitum modum puniat, peccatum non est maxime mortale. Si autem quis appetat vindictam iniuste secundum se, ut scilicet quis occidatur, etiam quod mortem non meruerit, vel si meruit, appetit illum puniri non à iudice, sed ab homine priuato non habente auctoritatem occidendi, vel appetit puniri à iudice, merentem puniri, non pro iustitia, sed ut animo suo malo satisfaciant, & sic in his casibus mortale est: quia contra caritatem proximi notabiliter, & iustitiam agit. Item si quis ex vehementia iræ excidat à dilectione Dei, vel proximi, ut quando quis vehementer irascitur contra Deum, vel quando ex ira minima proximus scandalizatur, vel quando ex ira cadit in odium, ut trabem faciat ex festuca, in his mortale est. Propter tamen imperfectiorem actus, vel in primis motibus ante deliberatum consensum, erit veniale: ut si quis trahat puerum per capillos, vel appetat vindictam de parua re. Potest etiam esse mortale ex interiori motu animi, ut quando quis ira accenditur ex furore iræ ut ratio succumbat, & de hoc aduertit, & non refrenat: vel ex motu exteriori, quando aliquid adiungitur contra Deum, vel proximum, ut blasphemia contra Deum, vel sanctos, aut opprobrium, vel huiusmodi contra proximum, quod sit nobile, etiam mortale est.

2. ¶ Ex hoc vitio sex filia oriuntur, videlicet. Rixa, tumor mentis, contumelia, blasphemia, clamor, indignatio, quæ quidem sunt mortalia, vel venialia peccata, iuxta determinationem factam. Et quia multa peccata ex hoc oriuntur, ideo dicitur vitium capitale. Tres iræ gradus in Evangelio

ponuntur, scilicet irasci fratri suo interiorius in animo. Dicere, racha, quod significat iram per exteriora, & dicere, fatue, quod notat ire effectum.

D E I R O N I A.

I Ironia quid sit.

Ironia est mendacium in verbis, vel factis consistens ut si quis minus dicit, quam se existimat. Sicut cum quis asserit de se aliquod vile, quod tamen in se non recognoscit, aut negat aliquod magnum, quod tamen existimat se habere. Et semper est peccatum secundum Aug. li. de verbis Domini. 22. quæst. 2. cap. Cum humilitatis causa. Concor. Th. 2. 2. quæst. 113. artit. 1 Hoc vitium iactantiæ opponitur, quod aliquando mortale est secundum circumstantiam, ut quando ordinatur ad notabiliter decipiendum, sicut mendacium, vel ratione finis. In pluribus tamen est veniale peccatum, quia non est multum proximo perniciosum, neque Deum multum inhonorans, nec caritatem tollens.

D E I R R E G V L A R I T A T E.

- 1 Irregularitas quid est.
- 2 Irregularitas multis modis incurritur. 3 4. 5.
- 6 Infans, & furiosus an propter homicidium sunt irregulares.
- 7 Occidens vel mutilans seipsum defendendo &c. an sit irregularis.
- 8 Iudex iuste hominem occidens an fiat irregularis.
- 9 In dubio quilibet debet se reputare irregularem.
- 10 Irregularitatem ad hoc quod quis incurrat, qua requiratur.
- 11 Irregularis non efficitur qui fuit in causa remota homicidij.
- 12 Dans operam rei licite si fuit in culpa etiam leuissima, an teneatur quo ad irregularitatem.
- 13 Irregularitatis homicidij voluntarij appellatione non venit occisio hominum in bello facta.
- 14 Actus propter quem quis efficitur irregularis, an sit peccatum mortale.
- 15 Mandans fieri homicidium vel mutilationem si antequam sit effectus renocet expresse, vel tacite an fiat irregularis.
- 16 Mandans aliquem verberari prohibens tamen ne occidatur, & nihilominus occisus est, an incurrat irregularitatem.
- 17 Patronus, si famulo verberato, dixit ne reuertetur domum,

- nisi aliud audierit de verberante, & famulus eum interficiat, an fiat irregularis.
- 18 Prælati habens iurisdictionem temporalem mandans officiali suo ut iustitiam faciat si sequatur mors vel mutilatio, an erit irregularis.
 - 19 Princeps faciens legem, qua postmodum rei tradantur ad mortem, an fiat irregularis.
 - 20 Clericus an possit esse præsens, cum iustitia exercetur.
 - 21 Prælati vel clerici querentes iustitiam contra aliquem cum protestatione tamen quod non intendunt pœnam sanguinis an incurrant irregularitatem.
 - 22 Ratihabitus homicidij, vel mutilationis non reddit aliquem irregularem.
 - 23 Prælati incarcerans aliquem taliter quod in paucis diebus moriatur, an incurrat irregularitatem.
 - 24 Inquisitor tradens hæreticum iudici seculari, quem sit comburendum, an sit irregularis.
 - 25 Irregularitatem quando quis incurrat quomodo cognoscatur. 26. 27. 28. 29. 30.
 - 31 Suadens alicui ne opem ferat occidendo, &c. an fiat irregularis.
 - 32 Consulens volenti fugere, ut remaneat, & casu occidatur, an fiat irregularis.
 - 33 Clamans contra latronem, ex quo clamore latro occidatur, an sit irregularis.
 - 34 Associans volentem facere homicidium eo secuto, an fiat irregularis.
 - 35 Vocans aliquos ad sui defensionem, si sequatur mors, an efficiatur irregularis.
 - 36 Consulens ducentibus latronem, ut claudant eius os, &c. & moriatur, an sit irregularis.
 - 37 Reuelans aliquem indicem querenti eum ad mortem, an sit irregularis.
 - 38 Homicidium perpetrandum non reuelans an fiat irregularis.
 - 39 Reuelans aliquam prodicionem &c. an fiat irregularis.
 - 40 Prælati quando possunt invocare brachium seculare.
 - 41 Occidens aliquem se defendendo, an efficiatur irregularis.
 - 42 Inuetus cum vxore alterius si interficiat eius inuasorem an sit irregularis.
 - 43 Inuetus potens fugere, si non fugit, sed defendendo occidit, an sit irregularis.

- 44 *Inuasus si timens fugiat & cadat in puteum, ita quod moriatur, an inuasor fiat irregularis.*
- 45 *Clerico rixante cum aliquo, si amici eius superuenientes interficiant rixantem, an fiat irregularis.*
- 46 *Pater, mater, vel magister, verberantes pueros, ita quod moriantur, an efficiantur irregulares.*
- 47 *Infirmus si moriatur sub manu medici, an medicus fiat irregularis.*
- 48 *Seruiens infirmo, & dans qua ei scit prohibita a medico, ita quod infirmus moriatur, an fiat irregularis.*
- 49 *Dicens vel faciens aliquid, ex quo mors acceleratur an fiat irregularis.*
- 50 *Irregularis quando fiat quis propter abortum.*
- 51 *Pueros tenentes in lecto an fiant irregulares.*
- 52 *Dans poculum amatorium, ex quo sequatur abortus an fiat irregularis.*
- 53 *Conclusiones quaedam notanda pro irregularitate, quae incurrunt ex homicidio, vel mutilatione facta in bello. numero 54. 55.*
- 56 *Clericus existens in bello ut pugnet, si aliquem occidit, fit irregularis.*
- 57 *Si in bello iusto in quo pugnavit clericos &c. si sunt aliqui occisi, & dubitat clericus se aliquem occidisse an fiat irregularis.*
- 58 *Clericus vadens ad bellum, animo pacificandi si ex eius adventu quidam occidantur, &c. an fit irregularis.*
- 59 *Clericus mutuans arma offensiva, si sequatur mors, an fit irregularis.*
- 60 *Interficiens aliquem etiam sine vulnere, ut veneno &c. an fiat irregularis.*
- 61 *Portantes ligna ad comburendum haeticum, an sint irregulares.*
- 62 *Faciens aliquid, ad quod sequitur immediatè mors, an fiat irregularis.*
- 63 *Amputans sibi membrum ex impatientia, vel zelo castitatis, an fit irregularis.*
- 64 *Membrum reddens inutile totaliter &c. an fiat irregularis.*
- 65 *Casus in quibus contrahitur irregularitas ex indebita celebratione, vel executione ordinum, & nu. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74.*
- 75 *Irregularis tantum si celebrat, non incurrit novam irregularitatem.*

76 *Mulier*

- 76 *Mulier & religiosa, an possit effici irregularis utens aliquo officio ordinis.*
- 78 *Recipiens ordines ab episcopo excommunicato, schismatico, haeretico &c. an recipiat executionem.*
- 79 *Recipiens ordines scienter ab episcopo qui renuntiavit loco, & dignitati &c. an recipiat executionem.*
- 80 *Recipiens ordines ab episcopo non suo sine licentia proprii episcopi an fit irregularis.*
- 81 *Ultramontanus recipiens ordines à citramontano ipso iure est suspensus, & celebrans fit irregularis, nec absoluitur nisi à Papa.*
- 82 *Recipiens ordines extra tempora, est ipso iure suspensus.*
- 83 *Apostata à fide sunt irregulares.*
- 84 *Irregularitas incurritur etiam per reiterationem sacramentorum imprimendum characterem, tam in dante quam in recipiente.*
- 85 *Irregularitas quae fit poena.*
- 86 *Differentia quae fit inter excommunicationem & irregularitatem.*
- 87 *Irregularitas tribus modis tollitur.*
- 88 *Irregularitas aliqua tollitur per religionis ingressum.*
- 89 *Irregularitas omnis tollitur per dispensationem Papae.*
- 90 *Forma dispensandi irregularitatem quae fit.*
- 91 *Episcopus ordinando eum, cum quo dispensare potest, ipso facto dispensat.*
- 92 *Episcopus dispensare potest cum homicidio casuali in minoribus tantum.*

Irregularitas secundum Sil. Est nota, seu impedimentum tum canonicum, ex facto, siue de facto, proveniens, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, etiam promotus in eis ministrare prohibetur. Ar. de tempo. or. cap. fin. Unde plus est, quam suspensio, quia non solum importat inhabilitatem ad executionem, ut suspensio, sed etiam inhabilitatem ad ordines. Tribus modis in genere contrahitur, vel ex delicto, vel ex defectu corporis, vel ex defectu sacramenti, de quibus loquuntur Doct. in c. Nisi cum, de renun. Sed in specie in casibus 23, incurritur. Nunquam tamen incurritur, nisi secundum illos modos, qui expressi sunt in iure. ca. Is qui de sen. excom. quoniam iuris positivi poena dicitur, secundum Inno.

2 ¶ Primus modus, quo incurritur, est per homicidium,

R 5 vel

Irregularitas contrahitur tribus modis.

vel mutilationem, quando quis actualiter occidit, vel mutilat, vel operatur aliquid, quod sit horum causa, etiam quod sit absque peccato, secundum Thom. secunda secunde, q. 64. art. 7. ad 3. & quo ad obseruationem modernam, est de iure positivo, secundum Innoc. & Host. in c. Omnis. 17. q. 4. Et si adsit voluntas occidendi, vel mutilandi, & fiat opus ad hoc, ut sequatur non tñ sequitur: nō propter hoc talis pœna irregularitatis incurritur. Similiter cum quis permittit aliquē occidi, cum possit adiunare, non incurrit secundum veram opinionem, quia hæc non sunt in iure expressa, & non incurritur nisi secundum quod expressum est. in d. c. is qui.

Regula.

3 ¶ Ad discernendam melius veritatem, ponit S. Tho. 2. 2. supra, art. 8. tres regulas, quarum prima est hæc. Dans operam rei licitæ, & adhibens diligentiam, quam debet & non extendens, nec habens voluntatem occidendi vel mutilandi, non fit irregularis propter sequens homicidium, ca. dilectus. de ho. vol. & c. ex literis.

4 ¶ Secunda regula. Dans operam rei licitæ, & nō adhibens diligentiam, quam debet, vel existens in culpa, etiam leui, non autem leuissima, ut infra. §. 6. & 12. fit irregularis per homicidium sequens, vel mutilationē cap. presbyterum. eo. tit.

5 ¶ Tertia regula. Dans operam rei illicitæ, quantumcumque adhibeat diligentiam fit irregularis persequens homicidium, vel mutilationem. c. suscepimus, eo. tit. his regulis multos casus solues.

6 ¶ Infans qui non est doli capax, & furiosus, qui lucidum non habet interuallum, propter homicidium, vel mutilationem, nō sunt irregulares. in cle. furiosus, de homi. Pan. in c. 1. de delict. pue. facit pro furioso. l. 1. C. de fal. mo. No. quod dans operam rei licitæ, & si non adhibeat totā illā diligentiam, quā deberet, si sit in leuissima culpa omissionis, nō efficitur irregularis secundum communiter Doct. & cap. questum, de pœn. & re. infra. §. 12.

Comp. op.

7 ¶ Occidens vel mutilans seipsum defendendo, non valens aliter facere, non est irregularis, nec occidens, vel mutilans dormiendo. cle. vnica, de homi. Thom. contrarium tenuit. 2. 2. supra, & 4. sen. d. 25. q. 2. art. 2. ad 3. quia fuit ante illā determinationem, si tamen non fuit in culpa, ut j. §. sequenti.

8 ¶ Index si etiam iuste hominem occidat, fit irregularis capit. aliquos. 31. idem dic de accusatore, testibus, notariis sententiam scribentibus, & legentibus, & omnibus agen-

tibus

tibus in causa mortis, vel mutilationis, vel fauentibus, etiam si contra infidelem hoc faciant etiam de animantibus autozantibus, secundum Thom. vbi supra, & c. sicut dignum. eo. tit. & c. clericum de quinquagesima. Idem de occidentibus casualiter, vel dormiendo, quando culpa, vel negligentia eis imputatur, ut quia sciebant suam consuetudinem surgendi, in nocte, & non adhibuerunt remedium, ut debebant, & huiusmodi, secundum Bart. l. pœna. ff. de parrici. Secus de ebrio, qui in d. clem. non excipitur. ideo si occidit, vel mutilat, etiam quod non fuerit in culpa ebrietas. ¶ mutilis, fit irregularis, secundum Card. in d. cle. vnica. Not. quod ista duo, videlicet occidere, vel mutilare quo ad irregularitatem æquiparatur, ut in cle. vnica, de homi. Not. secundo, quod iudex, vel Doctor, in dubio non debet aliquem iudicare irregularem. Arch. de pœ. d. 8. c. hoc autem, & cap. is qui. de sent. exc. lib. 8. Pœnas enim quantum possumus restringere debemus.

9 ¶ Not. tertio, quod in dubio quilibet debet se reputare irregularem, ut in c. ad audientiam, de homi. Hæc duo notabilia immediate præcedentia, ponit Host. in d. cap. ad audientiam, de homi.

10 ¶ Not. quarto, quod ad hoc, quod quis incurrat secundum Inno. in d. c. ad audientiam. necesse est, quod interueniat, vel consilium, vel præceptum, vel factum, vel defensio, vel cooperatio occidentis, nam sola voluntas irregularitatem non inducit.

11 ¶ Quinto, quod existens causa remota homicidij, ut qui fecit gladium, quo alius occidit hominem, non est irregularis propter sequens homicidium. c. tua. de homini. c. cum talis causa remota, animum nocendi habuerit vel debitam non adhibuerit diligentiam, vel nō cogitauit, sicut debebat. c. presbyterū. de homi. huius ratio à contrario sensu sumitur.

12 ¶ Not. sexto, quod dans operam rei licitæ, si fuit in culpa etiam leuissima in committendo, tenerur de casu inde sequuto, quo ad irregularitatem, in c. clerico iacente. 50. dist. si vero fuit in leuissima culpa omittendo, non incurrit, per c. questum, de pœn. & remiss. Iura enim plus tolerant culpam omissionis, quam commissionis. Bart. in l. quod nerua. ff. de po. vel econtra. §. 6. 20.

13 ¶ Not. septimo, secundum Cas. ibi, in summa, quod appellatione irregularitatis, homicidij voluntarij, non venit irregularitas propter occisionem hominum in bello iusto, ¶ iura plus tolerāt culpam omis-

vel

Occidere

¶ mutilis

re quo ad

irregularitatem æ-

quiparatur.

¶ Not. secundo,

quod iudex,

vel Doctor,

in dubio non

debet aliquem

iudicare irregu-

laritatem non indu-

cit.

¶ Not. tertio,

quod in dubio

quilibet debet

se reputare ir-

regularem, ut in

c. ad audientiam,

de homi. Hæc duo

notabilia im-

mediate præ-

cedentia, ponit

Host. in d. cap.

ad audientiam,

de homi.

¶ Not. quarto,

quod ad hoc,

quod quis incur-

rat secundum

Inno. in d. c. ad

audientiam. necesse

est, quod inter-

ueniat, vel con-

silium, vel præ-

ceptum, vel factum,

vel defensio, vel

cooperatio occi-

dentis, nam sola

voluntas irregu-

laritatem non indu-

cit.

¶ Not. quinto,

quod existens

causa remota

homicidij, ut

qui fecit gladium,

quo alius occidit

hominem, non

est irregularis

propter sequens

homicidium. c.

tua. de homini.

c. cum talis causa

remota, animum

nocendi habuerit

vel debitam non

adhibuerit

diligentiam, vel

nō cogitauit,

sicut debebat.

c. presbyterū.

de homi. huius

ratio à contrario

sensu sumitur.

¶ Not. sexto,

quod dans

operam rei licitæ,

si fuit in culpa

etiam leuissima

in committendo,

tenerur de casu

inde sequuto,

quo ad irregu-

laritatem, in

c. clerico iacente.

50. dist. si

vero fuit in

leuissima culpa

omittendo,

non incurrit,

per c. questum,

de pœn. & remiss.

Iura enim plus

tolerant culpam

omissionis,

quam commissionis.

Bart. in l. quod

nerua. ff. de

po. vel econtra.

§. 6. 20.

¶ Not. septimo,

secundum Cas. ibi,

in summa, quod

appellatione

irregularitatis,

homicidij voluntarij,

non venit irregularitas

propter occisionem

hominum in bello

iusto, ¶ iura plus

tolerāt culpam

omis-

sionem.

*fionis, quã
commis-
sionis.*

vel alias, iuste factam, quia ubi non est homicidium, nec ibi est irregularitas homicidij: sed quando homo iuste occiditur, ibi non est homicidium, quoniam homicidium species est criminis, sed occisio hominis iusta non est crimen: ergo nec homicidium, ergo nec irregularitas homicidij, siue voluntarij, siue non: sed est alia irregularitas, videlicet causa sanguinis, vsque ad mortem. Ideo quando quis reseruat, sibi dispensationem irregularitatis homicidij, non intelligitur reseruare irregularitatem occisionis iustæ. quæ homicidium non est. Vnde si Papa reseruat sibi homicidij voluntarij irregularitatem, non oportet propter talem iustam occisionem adire ipsum, vt ab irregularitate dispenset, sed alius poterit hoc.

14 ¶ Not. octauo, quod actus, propter quem quis efficitur irregularis, siue sit laicus, siue clericus, ex hoc, quod inducit irregularitatem, non est peccatum mortale, neque ex hoc quod reddit clericum inhabilem ad executionem suorum ordinum, sicut nec actus reddens hominem inhabilem ad susceptionem sacramentorũ, vt participare cum excommunicato extra diuina, per quod excommunicatio minor incurritur, per quam quis fit inhabilis à susceptione sacramentorum, & tamen non est peccatum mortale, & simile est censuris de suspensionis, & interdicti, secundum Caic. ibi in summa.

15 ¶ Si quis mandauit homicidium fieri, vel mutilationem & antequam fiat effectus, reuocet expressè, immò etiam tacitè, vt faciendo pacem cum occidendo, non incurrit irregularitatem, secundum Inno. secus si non reuocauit, licet per spacium temporis non fuerit sequutus effectus, infra Mandatum. §. 4.

16 ¶ Si quis mandauit aliquem verberari, prohibens tamen ne occideretur, vel mutilaretur, & nihilominus, ille cui mandauit, occidit, vel mutilauit mandator fit irregularis: fuit enim in culpa, quia debebat cogitare hoc posse euenire. c. fi. de hom. lib. 6. & Pan. in d. cap. ad audientiam. secus quando mandauit fieri modestè, & dabat operam rei licitæ, vt pro correctione, quia iuxta regulam supra datam, non incurrit, secundum Pan. & Inno. in c. ad audientiam. Et quando verisimile non erat periculum de hoc.

17 ¶ Si patronus, famulo verberato, dixit, non reuertaris domum, nisi audiam aliquid de te contra verberantem, &c. famulus interficit eum, erit irregularis, quia animauit famulum.

mulum. Sic enim fuit determinatum, vt dicit Pan. in c. ex literis. de excess. prel.

18 ¶ Prelatus habens iurisdictionem temporalem, mandansque officiali suo, vt inquiret super aliquo crimine, & faciat iustitiam, etiam quod sequatur mutilatio, vel mors, non erit irregularis. in 6. ne cle. vel mo. c. Episcopus. si autem interrogetur de aliquo specialiter, qui meretur mortem, quid sit agendum, potest respondere, vt consulat peritos, non autem aliter, vt interrogans intelligat directè vel indirectè illum debere pœnam sanguinis puniri, secundum Ray. quia si ex eius responsione reus occideretur, fieret irregularis taliter respondens: Potest ergo dicere, hoc consilium non pertinet ad me, vel nobis non licet interficere quemquam, vel huiusmodi. Et si propter talia verba iudex interficiat reum, non propterea fiet respondens irregularis, quia causam non dedit. Si quis autem in generali quærit, an propter tale crimen quis mortem mereatur, & tunc non imminet casus de præsentì, potest veritas clare responderi sine irregularitate. Hanc sententiam tenet Pan. in d. cap. ex literis. Quod si de plectendo de præsentì respondeat, quod meretur mortem, non tamen prætor propter hoc dat mortem, sed propter aliud, vt puta, quia iam disposuerat hoc, vel quia habet legem claram, tunc non fit taliter respondens irregularis, quia mors non est sequuta ex sua responsione, secundum Pan. supra.

19 ¶ Princeps faciens legem qua postmodum rei traduntur morti, non est irregularis, secundum Arc. in c. officia. 23. q. 5. neque prædicatores hortantes principes ad faciendum iustitiam in communi, etiam quod ex eorum verbis moueantur ad inquirendum: & puniendum malefactores pœna mortis, sunt irregulares, quia non sunt causa alicuius occisionis particularis.

20 ¶ Clericus habes iurisdictionem in aliquo loco, non debet esse præsens cum iustitia mortis, vel mutilationis exercetur, alter fit irregularis, quia ex sua præsentia videtur opem præstare, vel autorizare homicidia, secundum Pan. in cap. si quis viduam. di. 50. Secus in non habente iurisdictionem, licet grauitè peccent, facientes contra sententiam. ne cle. vel mo. nisi causam iustam habeat, vt quia associant confortando decapitandum. Non debet ergo clericus interesse homicidio, nisi dum hortatur, &c.

21 ¶ Prelati, vel clerici qui petunt contra aliquem iustitiam cui

Nota

cui debetur pœna sanguinis, vel mutilationis cum protestatione quod non intendunt pœnam sanguinis, non incurrunt irregularitatem, etiam quod sequatur effectus. in cap. prælatis. de homi. lib. 6. vel cū petunt super crimine, pro quo nō debetur pœna sanguinis, etiā quod sequatur mors. Secus, quando in primo casu perit sine protestatione, fit irregularis sequente effectu. Vide bene tex. huius c. & sta. in eo.

22 ¶ Per solam ratihibitionem homicidij, vel mutilationis, non incurritur irregularitas, quia nunquam dicitur quis irregularis, nisi vbi iure cauetur, secundum Host. in sum. de homi. §. qua pœna. sed non est expressum in iure, quod quis per ratihibitionem solam incurrat irregularitatem, sicut de excommunicatione. cap. si quis. de sentent. excom. libr. 6. igitur, &c. Et ita tenet Ang. ver. Homicidium. 2. §. 7. Aliqui autem tenent, quod incurritur, quia ratihibitio æquiparatur mandato. de regu. iur. lib. 6. ratihibitionem, sed per mandatum incurritur, ergo & per ratihibitionem. Hæc ratio non concludit, quia ratihibitio æquiparatur præcepto in culpa, non autem in pœna, quæ est à iure, sicut est irregularitas. Tene ergo primum, quod etiam sequitur Arch. in cap. omnes. 17. q. 4.

23 ¶ Prælatus incarcerans subditum delinquentem taliter, quod in paucis diebus moriatur, est irregularis, nisi faciat secundum ordinem, & modum suæ regulæ: secundum Ioan. de Lig. in cle. 2. de pœ. & re. & Pan. in c. Cum non ab homine. de iud. quia excedit modum. Ad hoc est tex. in ca. Ad audientiam. de sent. exc. & c. Cum voluntate.

24 ¶ Inquisitor tradens hæreticum iudici seculari, quem scit comburendum, & instando apud iudicem, quod comburatur, non est irregularis, secundum Host. in d. cap. Ad audientiam. de homi. & Fel. in d. c. ad abolendam. de hære. in fi. quia solum inquisitor prohibetur, quod non per se exequatur, quod non facit.

25 ¶ Ad intelligendum quomodo quis verbo consulendo, incurrat irregularitatem, pono quasdam regulas, quarum prima hæc est, Dans consilium super morte, quando immineret casus de præsentī, & sequitur mors, vel mutilatio, incurrit irregularitatem. c. si quis viduam. di. 50. & Host. in d. c. Ex literis. Si vero præsentialiter casus non imminet, & dolens non consulit, non incurrit, ut dictum est, §. 18. & 19.

26 ¶ Secunda regula, Dans consilium dolosè, scilicet, ut sequatur mors mediatè, vel immediatè, si sequatur effectus, fit irregularis.

fit irregularis, quia est causa homicidij, per dictum c. Si quis viduam. ut si quis doceat modum venenandi Tirium, credes quod hoc modo interficiet Socratem, & sequatur actus, licet causa mortis non sit immediata, quia tamen intendit incidit in pœnam hanc.

27 ¶ Tertia regula. Dans consilium non dolosè causa mortis mediata, & est verisimile quod debeat sequi, est irregularis, quia hoc debeat cogitare, ideo fuit in causa omissionis, secus si non erat verisimile debere sequi: etiam si præsentialiter imminet, quia tunc non tenebatur cogitare, quod non erat verisimile casurum: ut si consulat debere aggredi bellum vel simile.

28 ¶ Quarta regula. Dans consilium etiam non dolosum de causa mortis præsentialiter, & immediatè imminetis, extra ea, quæ sunt ex causa fidei, est irregularis, secundum Inn. in d. c. Ad audientiam. & Archiep. Flo. 2. par. tit. 24. §. 1. & c. Pro membris. 23. q. 3.

29 ¶ Quinta regula. Dans consilium Petro, ut occidat Io. & dum vult hoc agere occiditur à Io. est irregularis, secundum Pan. in d. c. Ad audientiam. quia dabat operam rei illicitæ, & Io. And. in d. ca. fin. de homi. lib. 6. Debit enim illud præcogitare, & quia non præcogitavit, fuit in causa omissionis, ideo incidit.

30 ¶ Sexta regula. Consulens alicui, ut exponat se periculo, ex quo verisimiliter potest sequi mors, si sequitur, fit irregularis, secundum Inno. & Host. debebat enim hoc cogitare, secus si non erat verisimile. Pro fide tamen, Christo, & Ecclesia potest dari tale consilium, ut quis exponat se morti, sicut fecere martyres, & secundum eosdem. & 23. quæst. 3. pro membris: & Fel. in cap. Sicut dignum. de homi. tertia col. circa fi. & pro hac causa excusantur inquisitores tradentes brachio seculari hæreticos, quos credunt pro certo morituros secundum eundem in c. Ad abolendam. de hære. in fi. & instant apud iudicem.

31 ¶ Suadens alicui, ne opem ferat occidendo, quem volebat adiuuare, si hoc facit mente corrupta, & ille occidatur, est suadens irregularis, secus si hoc facit, ne adiuuando ipse occidatur, ut solent facere parentes, erga filios, & amicos, secundum Arch. Flor. 3. parte tiru. 29. cap. 2. §. 1. quia mentem corruptam non habuit, neque dabat operam rei illicitæ.

32 ¶ Consulens volenti fugere, ut remaneat, sperans componere pacem bono animo, & non timens verisimiliter de morte;

morte, si casu occidatur, consulens non erit irregularis, quia dedit operam rei licitæ, & non fuit in culpa commissionis, nec omissionis, secus si hoc malo animo fecit, vel erat verisimile de occisione.

Nota.

33 ¶ Clamans contra latronem, ex quo clamore latro occiditur, fit irregularis, secundum Panor. in capit. Significasti, el 2. de homi. etiam quod non habuerit animum, ut occideretur, tamen erat verisimile, quod ex tali clamore caperetur, & occideretur, hoc enim debuit cogitare. Si verò non habuit animum, ut occideretur, & clamavit, quia latro, vel alius volebat ipsam occidere, etiam si verisimiliter posset suspicari mors eius, non incidit. Licet enim vim vi repellere cum debito moderamine, ut j. §. 41.

34 ¶ Associans volentem facere homicidium, ut defendat eum, si opus erit, etiam si dissuadeat homicidium fit irregularis, si sequitur mors, secundum Host. & facit ca. Henricus, de cle. pug. in duel. nã ex eius associatione factus est homicida animosior, & si cooperatus est morti. Vnde omnes de familia prætoris associantes decapitandum, sunt irregulares, ut diximus.

35 ¶ Vocans aliquos ad defensionem sui iuris, vel suarum, rerum, non intendens mortem, vel quia non verisimiliter sequitur mors, si ex hoc aliquis moriatur, non erit irregularis, dabat enim operam rei licitæ, sed si intendebat mortem verisimiliter timebatur de morte, erit irregularis, vel ex eo quod dabat operam rei illicitæ, intendens mortem, vel ex eo quod non cogitavit de morte, quæ verisimiliter poterat sequi. c. De occidendis. 23. q. 5. & q. 3. c. Maximianus.

36 ¶ Dicens ducentibus latronem, claudite os eius, ne clamet, & caute ne auferatur, si latro moriatur, erit irregularis, quia consuluit ducentibus, secundum Arch. Flo. 3. par. tit. 29. c. 2. §. 1. in fine, & Rosel. ver. Irregularitas. 1. §. 5. quod verum est, si alias mors eius fuisset impedita, nõ aliter. Syl. ver. Homicidium. 3. q. 7. §. 5.

37 ¶ Reuelans aliquem iudici quærenti eum ad mortem iustam, vel iniustam etiam si hoc faciat timore cadente in constantem virum, est irregularis, quia in d. cl. vnica. solum dicitur de occidente inuadentem se, quia timor cadens in constantem, non excusat ab irregularitate, quæ non est peccatum, licet excuset quandoque à peccato, ideo etiam si reuelat, ut mortem euadat, incurrit. Idem tenet Tan. ver. Irregularitas. 2. §. 22.

38 ¶ Non

38 ¶ Non reuelans homicidium perpetrandum, non fit irregularis, etiam quod sequatur mors, quia ex hoc nihil operatur ad homicidium, licet peccet non impediendo, cum possit bono modo. Et Pa. & Io. And. in c. Petrus, de homi. solum in hoc casu loquuntur de homicidio, non autem de irregularitate, nec in iure exprimitur hoc.

39 ¶ Reuelans aliquam prodicionem, & non potens aliter facere, quin reuelet proditorem, præmissa protestatione, ut s. dictum est. §. 21. nullam incurrit irregularitatem, quia si pro recuperatione rerum hoc potest fieri, multò magis pro salute patriæ, vel corporali, vel spiritali.

40 ¶ Possunt prælati pro defensione rerum ecclesiæ iusta, vocare brachium seculare, & hortari ad defensionem, non autem ad occisionem, vel mutilationem, cum protestatione, quod non quærunt pœnam sanguinis, sed tantum liberationem rerum ecclesiasticarum, vel terrarum occupatarum ab infidelibus, & huiusmodi, & licet multi occidantur, non tamen fiunt irregulares. c. De occidendis. 23. q. 5. & q. 8. c. Scire, & c. Igitur.

41 ¶ Occidens alium se defendendo cum moderamine, vel defendendo necessaria ad propriam vitam, eadem ratione, non fit irregularis, quando scilicet non potest aliter euadere, & inuaditur, in cle. vnica, de homi. Secus si potuit euadere, quia occidendo, vel mutilando incidit. Sed si potuit euadere solum mutilando, & occidit, non fit irregularis, secundum Car. in d. cle. quia quantum ad irregularitatem homicidium, & mutilatio currunt de pari. Occidens verò pro defensione rerum, vel pro recuperatione, etiam cum moderamine, fit irregularis, secundum Panor. in cap. Significasti, el 2. de homi. etiam pro defensione alterius. An autem hæc liceant sine peccato, supra Homicidium. §. 3. & Caie. secunda secundæ. q. 64. artic. 7. quia quis plus rerum suarum curam tenetur habere, quam vitæ proximi.

42 ¶ Si Titius inueniatur cum vxore Petri, & inuasus à Petro defendendo se Titius interficiat Petrum, etiam cum moderamine secundum Asten. Titius fit irregularis, quia dabat operam rei illicitæ, ideo incidit, iuxta supradicta. Alij dicunt, quod non: quia aliter non poterat euadere, & sic ius disponit, & hanc tene opinionem, nam irregularitas non respicit peccatum, nec meritum, cum & sine peccato possit incurri per occisionem, & occidendo potest quis peccare, & non incurere.

S

43 ¶ Sed

43 ¶ Sed si fuga alicui sit vituperosa, & propter hoc inuasus potens fugere non fugit, sed defendendo occidit inuasorem, secundum Pet. de Anch. quem sequitur Arch. Flo. non euadit irregularitatem, licet Zin. dicat quod euadit, sed primum est melius, & tutius, licet sic sine peccato possit illum occidere.

44 ¶ Si Plato insequatur Ciceronem, & Cicero timens de graui malo, fugiat, ex qua fuga cadens in puteum, vel flumen moritur, Plato fit irregularis secundum Arch. Flo. 3. parte, supra, dabat enim operam rei illicitæ, & de hoc debebat aduertere. Si verò insequeretur causa ludi non prohibiti, & sine signis magnæ offensionis, aduertens etiam quæ verisimiliter poterant accidere, non fit irregularis. Vide Pan. in c. Exhibita, de homi. Secus si noxius, etiam indiscretus fuisset Iudus.

45 ¶ Clericus iniuste rixans cum aliquo, si superueniant amici eius, & interficiant rixantem, fit irregularis. cap. Petrus. de homi. & secundum Pan. ibi. dabat enim operam rei illicitæ. Secus si iuste rixabatur, quia factum aliorum non debet sibi tunc imputari, in cap. significasti, el 2. eo. & limitat etiam Host. in cap. Ad audientiam, eo. si non prohibuit, quantum potuit, quia tunc videretur esse in culpa, & intendere homicidium. Secus si illius clerici superuenissent inimici, & aliquem interfecerunt de parte dicti clerici, secundum Pa. in d. c. Petrus.

46 ¶ Pater, mater, vel magister verberantes pueros discretè, pro correctione, aduertentes, quæ prudens aduerteret, videlicet ne percutiant fortiter super caput, vel cum corrigia habente gladium, vel fibulam ferream magnam, & huiusmodi, si ex tali verberare puer moritur, non sunt irregulares, quia non dant operam rei illicitæ, nec intendunt mortem, nec sunt in culpa omissionis, vel commissionis. Si verò dabant operam rei illicitæ, & percusserunt non letaliter, sed propter eorum incuriam mortuus est filius, vel alius, sunt irregulares, Ar. in d. cap. Petrus. Idem dic si conualuit, & post recidit, & mortuus est, etiam ex imperitia medici, vulnerator fit irregularis. Ar. in c. Petrus. Fecit enim aliquid ad mortem, & fuit in culpa dans operam rei illicitæ, quando vulnerauit. Facit glo. in d. cap. presbyterum, & Arch. Flo. supra.

47 ¶ Si infirmus moriatur sub manu medici, medicus propter hoc non est irregularis, dummodo hoc officium non

fit ei prohibitum, & sit petitus in arte, & exhibuerit omnem diligentiam artis, & informauerit infirmum de his quæ sunt ei contraria, & huiusmodi. Pan. in cap. Tua nos, eo. alias incidit. cap. Ad aures, de æta. & quali. Not. quod clericis etiam in minoribus existentibus, secundum Pan. in cap. Sententiam. ne cler. vel mo. & religiosis ars chirurgiæ prohibetur, in d. cap. Sententiam, & cap. Cum mona. ne cler. vel mo. Ideo si exercent illam quæ adustionem, vel incisionem adducit, & sequatur mors, etiam quod ex pietate faciant, & diligenter faciant, efficiuntur irregulares, in d. cap. Tua nos quia eis prohibentur. Quidam addunt quando probabiliter credunt mortem ex illo vulnere, vel adustione sequutam.

48 ¶ Seruiens infirmo, & dans quæ ei scit prohibita à medico, ex quibus sequitur mors, vel acceleratio mortis, fit irregularis, vt no. in c. Tua nos. Secus autem, quando dat non prohibita, bono animo, credens prodesse, & non est verisimile, quod debeat hoc nocere, quia non incidit. Si autem fuit negligens in hoc, & poterat aduertere, & consulere, an hæc deberent nocere, & non fecit, & est certum, quod propter hoc mortuus est, vel mors accelerata, fit irregularis, qui fuit in culpa omissionis. Si autem non est certum propter hoc de morte, vel acceleratione mortis, non debet (vt ita loquar) scrupulizare, nec credere quod sit propter hoc mortuus, secundum Arch. Flo. supra. Quod si custos dimisit infirmum, quia voluit ludere, vel dormire, vel nugari, & infirmus ex hoc mortuus est, vt quia propter phrenesim se interfecit, vel cecidit de lecto, huiusmodi incidit. Similiter vertens infirmum ex quo anhelitus intercipitur, vel apostema frangitur, & moritur, fit irregularis. Debat enim cautè aduertere, ea, quæ verisimiliter poterant euenire, & non fecit.

49 ¶ Dicens, vel faciens aliquid, ex quo mors acceleratur, vt cum dicit: extende caput in cippo, vel signum facit carnifici, vt incidat funem, & similia, fit irregularis. 50. cap. Si quis viduam, & Arch. Flo.

50 ¶ Quando autem propter abortum quis fit irregularis, patebit facile per regulas suprapositas, ideo non pono casus singulares, qui in infinitum possunt multiplicari. Aduerte tamen quod non est quis irregularis propter abortum, nisi factus sit formatus anima rationali: tunc enim verè est homicidium, & quod dederit operam rei illicitæ, vel non

*Clericis,
& Reli-
giosis pro-
hibetur
ars chi-
rurgiæ.*

adhibuerit debitam diligentiam, secundum Thom. 2. 2. quæst. 68. artic. 8. & quod sit causa immediatè, secundum Pan. in cap. De cætero. eod. quando scilicet non quærit homicidium, secundum Archid. Flor. quia tunc etiam de mediata intelligitur, vide Panor. in cap. Sicut. de homi. ibi, multi casus, & c.

*Pueri nõ
debent
teneri in
lecto.*

51 ¶ Similiter de pueris suffocatis in lecto, rege te secundum regulas superius datas. Nam qui tenent tales pueros in lecto offerunt se periculo suffocationis, ideo mortaliter peccant. Si verò hoc faciant cum debitis circumstantiis, & diligentia, ut quia lectus amplius est, & ex vna parte puer potest collocari, & ex alia nutrix, quæ consuevit, semper stare sicut se ponit in lecto. Vel quia hoc facit, quia extra non vult quiescere puer, vel moreretur frigore, sicut quando pauperculæ indigent pannis, vel ponunt aliquid inter se, & puerum, vel alium bonum modum tenent, & non est prohibitio Episcopi, tunc non videntur mortaliter agere, quia non se exponunt periculo, & cap. Consulisti. 2. quæst. 5. non præcipit, sed tantum hortatur parentes, ne infantes teneant in lecto, & sic etiam quod casus occurreret, non essent irregulares, quia neque dant operam rei illicitæ, neque sunt in culpa omissionis, cum prudenter omnia egerint.

52 ¶ Dans poculum amatorum, ex quo sequitur abortus licet nõ intendat, sit irregularis; si fœtus erat formatus, quia dedit operam rei illicitæ, ut not. Pan. in c. Si aliquis, eo. Infiniti casus particulares possent formari, sed per regulas datas facilè videbis, quando quis incurrit, & quando non. Ideo alias bene manda memorix.

53 ¶ Pro irregularitate, quæ incurritur ex homicidio, vel mutilatione in bello, notandæ sunt quædam conclusiones, quarum prima est. Clericus existens in quocunque bello, repellens vim vi cum moderamine inculpatae tutelæ, si occidat, non sit irregularis, cle. vnica. de homi. & c. Insurgentium. d. 1. Secunda conclusio, Clericus existens in bello iusto de licentia Papæ exprimentis quòd possit indifferenter pugnare etiam occidendo, non sit irregularis, videtur etiam quòd Papa auferat hanc pœnam, dando licentiam, quod potest, cum sit de iure positiuo, & hoc probatur per d. cle. vnica.

54 ¶ Tertia conclusio, clericus in bello iusto vtens armis, vel præstans auxilium, consilium, vel fauorem incutiendo timorem aduersariis, si de aduersariis quis occidatur, sit irregularis, cap. Si quis viduam. d. 50. non autem si ex parte sua aliquis

aliquis occidatur, quia non audiuit aliquo modo, nisi aliad interueniat, Pa. in cap. Petitio. de homi.

55 ¶ Quarta conclusio, clericus existens in bello iusto, ut pro defensione patriæ, oppressorum, vel contra prædones, cum armis defensionis, hortans bellantes, & intercedens pro eis orationibus, dummodo non occidat, vulneret, vel mutilet, non sit irregularis, quia non occidit, non mutilat, nec vulnerat, nec dedit operam rei illicitæ, quia ei prædicta permittuntur, ut not. Pan. in d. c. Petitio. Inn. tamen dicit quòd non debent hortari ut pugnent, dum actu pugnant, quia ad mortem viderentur horrari, quod non licet, & si per se pugnent, & occidant, efficiuntur irregulares, quod hoc eis prohibetur, ut in cap. pridem. 23. quæst. 7. Si tamen pugnent, & non occidant, vel mutilent, non sunt irregulares, in d. cap. petitio etiam quòd ibi aliqui occidantur, & certum sit, quòd ipsi non occiderunt.

56 ¶ Clericus existens in quocunque bello, ut pugnet cum armis offensilibus, si aliquem occidat, fiat irregularis, quia dedit operam rei illicitæ, cum sibi prohibeatur ratione ordinis. c. Clerici. 20. q. 8.

57 ¶ Si in bello iusto, in quo pugnavit clericus cum armis offensilibus, sunt aliqui occisi, & dubitat clericus, an ipse occiderit aliquem, & sibi magis videtur quòd sic, censendus est irregularis. c. presentium. de cle. percu. & in d. cap. petitio. aliter non, nisi alij scirent pro certo ipsum occidisse. Si autem dubium manet, rutilior pars eligatur. Ar. in d. cap. petitio. Si verò in eodem bello cum dictis armis vulneravit aliquem animo occidendi, qui post modum ab alio fuit occisus, est irregularis. cap. Significasti, de homi. Quòd si non habebat animum occidendi: & vulnus non erat mortale: & poterat ab aliis discerni, non est irregularis, per d. cap. Significasti. cap. Petitio. & Panor. ibi: occidens vero clericus pro defensione rerum suarum, est irregularis. cap. Suscepimus, de homi. ut supra dictum est. §. 41.

58 ¶ Clericus vadens ad bellum, etiam iniustum, bono fine, ut causa pacificandi, si ex eius aduentu inimici terreantur, & occidantur quidam, & alij fiant animosiores, non est irregularis, secundum Pa. & Inno. in d. c. Petitio.

59 ¶ Clericus mutuans arma offensiva etiam in bello iusto, dum actu pugnant, si ex hoc sequatur mors, est irregularis, in d. cap. Si quis viduam, non autem si ante congressum

Quid no-
mine ar-
morū in-
telligen-
dum sit.

pugnæ iustæ, vel si mutuatur tantum pro defensione sui in bello iusto, secundum Host. vel si mutuatur eo casu, quo potest occidere, ut supra dictum est. cap. fin. de hom. Et nomine armorum intellige etiam lapides, fustes. ff. de verborum signification. l. armorum. scilicet pro machinis, non pro lapidibus, ex quibus fiunt domus, lorice, scuta, arcus, sagitte, gladij magni, & forte posset dici omne illud, quod communititer est pro usu offendendi, vel defendendi se, & non pro alio usu, & hæc prohibentur infidelibus portari, siue intentione offendendi, siue non, secundum Panor. in cap. Ita quoniam, de Iudæ. & fa. Aliqui tenent quod incurrit siue bellum sit iustum, siue iniustum. Sil. ver. Bellum. 3. q. 6. §. 5.

60 ¶ Interficiens aliquem etiam sine vulnere, ut veneno, vel aliter, est irregularis, si voluntariè fiat, & non debet promoveri, & si promotus est, in perpetuum deponi. cap. Sicut dignum. de homi. etiam si sit occulrum siue interficiat Christianum, siue infidelem. d. 50. cap. Clericum, nec potest ministrare in ordine suo. c. fin. de tempo. ord. nec excusatur si faciat hoc de præcepto iudicis, etiam iuste. 13. quæst. 5. c. Cum miles.

61 ¶ Portantes ligna ad comburendum hæreticum, si operata sunt ad mortem, sunt irregulares, secundum Archie. Flo. 3. parte, supra. Secus si non sunt cooperata, quia iam erant mortuus vel aliter. Et si sit dubium, non debet ministrare siue dispensatione, nec promoveri. c. Hi qui. dist. 50. c. Ad audientiam de homic.

62 ¶ Faciens aliquid, ad quod sequitur mors immediatè, est irregularis, ut aptantes cippum, manaram, portantes scalam, funem: & huiusmodi, ad hunc finem in d. cap. Si quis viduam: quia dant causam immediatam ad mortem. Secus quando facerent propter aliam causam, & aliquis alius vititur chorda, quam portavit pro ligandis lignis, ad suspendendam furem. 22. quæst. 5. cap. De occidendis, supra, §. 49.

63 ¶ Si quis ex impatientia, vel zelo castitatis, amputat sibi membrum, est irregularis. cap. Si quis partem. d. 55. si tamen membrum sit principale, secundum Card. in cle. si funosus, de homic. Nam membrum dicitur, quod habet officium preparatum, & distinctum ab aliis, ut oculus. cap. Si Evangelica, dist. 55. Digitus autem non est membrum, sed pars est. text. cap. Singula, dist. 69. ideo per incisionem digiti non incurrit

incurritur bene si manus, vel pes abscindatur, dum modo non fiat causa medicaminis. Ex sola autem sanguinis effusione etiam multa, non incurritur.

64 ¶ Qui non mutilat, sed membrum reddit inutile totaliter, vel hominem totaliter deformatum, quod ad divina exequenda est habilis, an sit irregularis, sunt opiniones contrariæ. Quidam dicunt quod incurrit, quia idem est reddere membrum totaliter inutile, & mutilare, & hanc partem videtur tenere Pan. in c. Cum illorum, de sen. excom. Contrarium autem videtur tenere idem in cap. i. qui cle. vel mo. videlicet quod non incurrit, & hanc opinionem tenerem, quia d. cle. unica mentionem facit de mutilatione tantum, nec debet extendi, cum sit pœnalis, nec est idem abscindere totaliter, & reddere membrum inutile, sed maius est, quia membrum inutile saltem facit ad decorem aliquid. Neque ex deformitate facta sit irregularis, quia non est expressum in iure. Vide tamen si non placet hoc, Tab. ver. Irregularitas. 3. §. 26. Syl. ver. Homicidium. 3. q. Ang. ver. homicidium. 5. §. 5. Rosel. Homicidium. 1. §. 19.

65 ¶ De irregularitate, quæ contrahitur ex indebita celebratione, vel executione ordinum sunt multi casus breviter decisi, & primus est iste. Laicus siue secularis, siue religiosus, sanæ mentis, qui celebrat cum apparatu alicuius ordinis sacri, secundum Arch. Flor. exequendo actum alicuius ordinis, videtur quod sit irregularitas, quantum hoc sit rigorosum & hoc tenet Cal. cap. 2. de cle. ex. m. Nec cum tali, ut possit promoveri, alius quam Papa potest dispensare, sicut & cum ordinato suspensio, Direc. tamen li. 3. titu. 8. dicit laicos propter hoc irregularitate non incurtere, sed aliter puniri si contrafaciat, per d. ca. 2. & hoc videtur verius, quia magis consuetudinem capit. 1. de cle. non or. & d. c. 2. Concordat Rosel. ver. Irregularitas 2. in prin. & Ange. ver. Irregularitas. 1. §. 38. & hoc sequendum est cum simus in pœnis.

66 ¶ Clericus celebrans in ordine, quem non habet, factus tamen, sit irregularis, si hoc agit tanquam utens officio suo potest tamen non subdiaconus cantare epistolam cum tunicella, sine tamè manipulo, quia hæc est vestis propria subdiaconi, secundum Pet. de Pal. in 4. senten. ut monialis legit Evangelium. Si autem cantat cum manipulo, vel porrigit calicem, sit irregularis secundum eundem Pet. supra. De aliis autem ordinibus sacris non est dubium, quin incurrat

irregularitas. Not. tamen quod ubi non esset consuetudo, quod non subdiaconus cantet epistolam secus esset, ut quidam dicunt. Verius tamen est quod non incurrat, nisi hoc faciat ut Subdiaconus. Idem dic de aliis ordinibus inferioribus, quia qui exercent ut habentes, & non habent, incurrun, secus si de hoc non cogitant, vel ignoranter faciunt, credentes se esse ordinatos, & non sunt, vel si iocosè exercent, licet peccent, non tamen efficiuntur irregulares. c. illa, 15. quæst. 1. Et cum talibus, ut ad maiores ordines ascendant, solus Papa dispensat, secundum Panor. cap. Quanto. de consue. licet Ber. in c. Ex literis, de cle. non ord. mi. dicat, quod etiam episcopus potest, in susceptis verò bene potest episcopus.

67 ¶ Si quis celebrat, antequam suppleatur in accepto ordine, in quo demissum est aliquod, quod non est de substantia ordinis, & hoc est clarum, licet peccet administrando in tali ordine, ut in c. 1. de sacro. non reite. non tamen incurrit irregularitatem. Facit quod not. Pan. cap. Si celebrat, de cle. excom. mino.

61 ¶ Ordinatus per saltum si administrat in ordine superiori, secundum Host. in summa incurrit irregularitatem, & solus Papa dispensat. Arc. in c. sollicitudo. d. 52. tenet quod est suspendendus, non tamen fit irregularis, quod verius est. per d. c. si celebrat. Si verò administrat in ordine non habito, dic ut supra, vide infra. §. 73.

60 ¶ Qui eadem die suscipit aliquem ordinem minorem cum aliquo sacro vel duos sacros, etiam si faciat vna die scilicet continuando ieiunium sabbati, & c. c. literas. de tempo. or. est irregularis, siue suspensus. Similiter si accipit ordinem furtivè. Potest episcopus cum eo dispensare ut in ordinibus, non subreptivè susceptis, possit ministrare, dummodo non fuerit ei prohibitum sic ordinari, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quia tunc non posset. In ordine autè sic suscepto, vel ad maiores, solus Papa potest, secundum Io. An. ut videtur sequi Pan. in c. 1. de eo qui furtivè re. or. Si tamen hic intraret religionem, posset episcopus, vel suus Abbas dispensare.

70 ¶ Excommunicatus maiori excommunicatione si celebrat in ordine sacro, vel si non excommunicatus celebrat vel exercet suum officium in loco interdicto à iure, vel ab homine, est irregularis, & solus Papa dispensat, in 6. de sen. excō. c. is qui. Si autem ministrat in minoribus, vel cantat epistolam

epistolam non ut utens ordine, sed ut secularis merus, secundum Gul. non incurrit. Secus si ut utens officio suo, ut supra dictum est, secundum Host. Sed Pan. in cap. 2. de cle. excom. mihi viderur oppositum tenere. Tab. ver. irregularitas. 4. §. 3. conclusio. 6.

71 ¶ Clericus suspensus strictè, videlicet quo ad se, & quo ad alios, ab homine, seu iudice, vel canone celebrans scienter, vel ex ignoratâ crassâ, siue sit suspensus simpliciter, siue ad tempus, siue ratione criminis, siue defectus, siue ratione infamæ, durante suspensione, fit irregularis, dispensandus per solum Papam, ar. 2. q. 3. c. si quis presbyter, & c. medicinalis de sen. exc. lib. 6.

72 ¶ Clericus suspensus à canone simpliciter ratione criminis celebrando fit irregularis. per c. si quis episcopus. 2. q. 3. Si vere est suspensus ad tempus determinatum, etiam celebrando fit irregularis. Si ad tempus indeterminatum, cum conditione, donec satisfaciatur, si ante absolutionem celebret, fit irregularis, quia in hoc factum iudicis est necessarium, ut dicit Cal. in c. cum bonæ, de æta. & qual. licet quidam contrarium dicant. Si autem cum conditione donec poeniteat, ut in c. officij. de elec. tunc æquum est tenere, quod celebrando interim non fiat irregularis, quia talis suspensio videtur esse Dei, ad quam nihil superaddit canon: ideo dicendum est de ea, sicut suspensione Dei tacti, quâ Deus qui novit, punit.

73 ¶ Clericus suspensus à canone ratione defectus ordinis, ut quia per saltum promotus est, si ministrat in ordine omisso, antequam illum recipiat, est irregularis, non autem ministrando in ordine, quem habet etiam per saltum, ut supra. §. 68. per c. sollicitudo. d. 52. Aliqui autem dicunt, ut Sil. ver. Irregularitas. §. 11. quod de rigore iuris est etiam irregularis ministrando in ordine, quem habuit per saltum, quia talis est suspensus per d. c. sollicitudo. Propter alios autem defectus, ut quando clericus est bigamus, illegitimus, corpore vitiatus, ordinatus ante legitimam ætatem, vel à non suo episcopo secundum omnes doct. celebrando non fit irregularis, quia hoc non est expressum in iure. Et licet talis indigeat dispensatione, non tamen propter irregularitatem, sed propter alios defectus. d. 56. c. Apostolica, in quo non fit mentio de irregularitate. No. tamen, quod sit ordinato ante legitimam ætatem interdicatur à suo iudice executio illius ordinis, & exequatur, est irregularis, aliàs non secundum Arch. Flo. 3. par. tit. 29.

Nota.

74 ¶ Clericus suspensus à canone ratione infamiae, celebrando non fit irregularis. Non enim est iure cautum. Idem si ratione scandalum est suspensus. Quomodo autem clericus publicus fornicator fit suspensus, & celebrando fiat irregularis, supra clericus. §. 13. qui clericus, quamvis post poenitentiam possit absolui ab episcopo, ut dicit Arc. Flo. ab irregularitate tamen quam celebrando contraxit, Papa solus dispensat: in c. vestra. de coha. cle. & muli. & Pan. ibi. c. tua, eod. tit. Et quamvis aliqui dicant, quod requiritur monitorium, tamen d. Ant. & Pan. in d. ca. tua, tenent contrarium, & debet restringi solum ad clericos sacerdotes, & fornicarios tantum, & non aliter criminosos, quia d. c. vestra, loquitur tantum de sacerdote, & concubinario, & sic dicit Pan. ibi. in d. c. vestra. quamvis aliqui extendant ad omnem clericum & omnem reatum publicum, supra, Clericus. §. 13. infra. §. 82.

75 ¶ Ille qui est irregularis tantum, si celebrat, non incurrit novam irregularitatem, quia hoc non est expressum in iure, ideo non debemus poenas augere.

76 ¶ Mulier etiam religiosa non potest effici irregularis utens aliquo officio ordinis, per quam irregularitatem quis prohibetur ordinari, quia non est capax ordinis alienius.

77 ¶ Recipiens ordines etiam minores in excommunicatione maiori, fit irregularis, & dispensatur per Papam. c. cum illorum. de sent. excom. Secus in excommunicatione minori. ibi. n. distinguit minime inter ordines maiores, & minores.

78 ¶ Recipiens ordines ab episcopo excommunicato, schismatico, haeretico, vel deposito, suspensio, interdicto vel degradato, non recipit executionem, quia ex quo non habet, dare non potest, & sic dicitur irregularis. ar. 1. q. 1. c. gratia, & si factum est ignoranter, dispensabit episcopus: si scienter, solus Papa. in c. 1. de ord. ab epi. qui resi. nisi sic ordinati fuissent per metum cadentem in constantem virum: quia secundum Gos. & Host. tunc non indigent dispensatione, vel episcopus poterit dispensare. Si autem talis episcopus est secretus in praedictis censuris, vel toleratus ab ecclesia, potest dare etiam executionem, secundum veterem opi. & secundum Inn. in c. 1. de schism. quia dignitas in tolerato non est praecisa. c. nonne. 8. q. 4. hodie tamen ista sunt modificata per concilium Constantien. supra. Absolutio. §. 30. & excommunicatio 50. & iuxta illam modificationem procede.

76 ¶ Recipiens sacros ordines scienter ab episcopo, qui renunciauit loco & dignitati, vel ex ignorantia crassa, non re-

cipit executionem ordinis, & sic est irregularis, & à Papa solo recipit dispensationem, si ex ignorantia non crassa episcopus dispensare potest. c. 1. de ord. ab epi. qui re. Secus autem esset si tantum loco, & non dignitati resignasset: quamvis aliqui aliter dicant, sed ex d. c. 1. nisi hoc quod dictum est, potest elici, quia si renunciauit loco tantum, adhuc est episcopus, & ordinatus ab eo sine licentia proprii episcopi non est magis irregularis, quam qui ordinatur à non suo episcopo quando non est irregularis, ut immediate dicam. Contra hoc tenet Sil. irregularitas §. 8. & Ang. ver. irregularitas. 1. §. 31. tab. contrarium habet, in ver. Irregularitas. 4. §. 6.

80 ¶ Recipiens ordines ab episcopo non suo, sine licentia proprii episcopi, non est ipso iure irregularis, sed suspendendus, per c. translationem. de tem. ord. & secundum D. An. ibi, & si sic ordinatus, antequam suspendatur, aut celebret, non fit irregularis, secundum Hof. & Gal. licet graviter peccet, antequam suus praelatus habeat ratam talem ordinationem, ut no. in c. eos, de tem. or. li. 6. fallit hoc, quando suus episcopus est manifestè suspensus, quia tunc sine eius licentia potest ab alienis vicinis episcopis ordinari. in d. c. eos. §. 72.

81 ¶ Ultramontanus quicumque recipiens quemcumque ordinem sine licentia sui praelati, ab episcopo citramontano, hoc est Italico ipso iure est suspensus, & si celebrat fit irregularis, nec à tali suspensione absolui potest, nisi per Papam. c. 1. de tem. or. li. 6. secundum communem opin. in d. c. 1. non autem haec poena locum habet in Italico. ab Ultramontano ordinato, ut tenet gl. ibi, nec in existentibus intra montes, si ab Italico ordinentur, ut ibi no. licentiam autem hanc accipiendi ordines ab alieno episcopo dat vel episcopus, si de cuius diocesi est oriundus, vel in cuius diocesi habet beneficium ecclesiasticum, vel domicilium, ordinandus, licet non sit inde oriundus, & episcopo absente, eius Vicarius generalis in spiritualibus, vel capitulum sede vacante, non alij episcopi officiales, etiam Arch. c. significasti. de offi. arch. neque alij praelati religiosi, nisi sint per Papam privilegiati, secundum Io. An. vel ex praescripta consuetudine. Et episcopi ad quos ordinandi mittuntur, possunt eos absolvi, & dispensare sicut proprius praelatus, quia omnia videntur concessa, sine quibus ordinatio non potest fieri. ca. praeterea. de offi. del. Concordat Sil. ver. irregularitas §. 9. in fi.

81 ¶ Recipiens ordines extra tempora statuta, secundum D. Ant. in c. literas. de temp. or. est ipso iure suspensus, & ordinatus

*Vide nova
decreta
Conc. Tri.
Ses. 6. c. 5.
Ses. 7. c. 1. &
Ses. 14. c. 30.
& Sess. 23
cap. 8.*

*Nota de
illis qui
recipiunt
ordines
ab episco-
pis haereti-
cis vel
suspensis,
&c.*

dinans suspendendus est, & hoc verius, vt per cap. 2. de tempo. or. patet, licet Inn. & Host. credant, quod taliter ordinatus, ab ordine suscepto non sit suspensus, sed suspendendus. ar. in d. c. literas. sed primum tene. Et Episcopus tamen potest dispensare in ordine suscepto, vt ministret. c. Consultationi de temp. or. non autem in suscipiendis aliis ordinibus secundum Rod. quia ibi fit mentio tantum de susceptis. Nec hoc potest Episcopus, qui ordinavit secundum D. Ant. in d. c. consultationi. sed eius successor, hodie autem recipiens ordines sacros, extra tempora, vel ante ætatem, aut sine literis dimissoriis, est ipso iure suspensus, & celebrando fit irregularis, à solo Papa absoluendus, & potest ipso iure beneficiis priuari, per extrauag. Pij secundi, quæ incipit: Cum ex sacro renouatam per regulas cancellariæ Innoc. 8. Alex. 6. quibus standum est, vt in c. 1. & 2. di. 40. vt refert Sil. Irregularitas. §. 10. Not. tamen quod istæ extrauagantes, non sunt in practica. ideo & c. Vide supra, §. 73. de eo, qui ante legitimam ætatem est ordinatus, quia oppositum diximus. Vide etiam supra, Ætas. §. j. sic & Tab. scribit, ver. Irregularitas. 4. §. 6. Recipiens beneficium de manu laici, est ineligibilis. §. Beneficium. §. 13.

83 ¶ Apostata à fide, sunt irregulares per cap. presbyteros. dist. 50. si iunt Sacerdotes, qui iusto timore apostatarunt, à solo Papa dispensantur, alij autem ab Episcopo. Si verò voluntariè absque timore, à Papa tantum dispensantur. d. c. presbyteros. Puniendi sunt tamen vt hæretici, secundum Hosti. in c. 1. de apost. & Inno.

84 ¶ Incurritur etiam irregularitas per reiterationem sacramentorum imprimendum characterem, tam in dāte, quam in recipiente. dist. 68. cap. 1. Quia videntur Christum bis crucifigere: de consecr. dist. 4. c. Qui bis, si hoc faciant scienter. Et hæc conclusio est Arch. in d. ca. qui bis. quod intelligitur de omnibus imprimendis characterem, nisi per Papam possunt dispensari. Qui autem hoc faciunt ignorantia probabili, per Episcopum possunt dispensari. Quidam verò intelligunt tantum de baptismo, & hoc videtur probabilius, quia de aliis non est expressum, vt in c. 2. de apost. & d. c. qui bis. Et licet in d. c. 1. di. 68. de aliis fiat mentio, non tamen fit mentio ibi de irregularitate, & hoc tenet Host. & quod reiterantes ignorantia facti, excusantur, non autem ignorantia iuris, & hoc dictum Host. videtur melius, & probabile valde secundum glo. in d. ca. qui bis: cum pœnæ non debeant ultra quod

quod scriptum est, extendi.

85 ¶ Irregularitas hanc pœnam sortitur, quia irregularis ad ordines promoueri non potest, nec promotus in eis ministrare, & omnis irregularis est suspensus, & non e contra: & in 23. casibus contrahitur. Primò, per homicidium, vt §. §. 2. Secundo, per ordines susceptos in excommunicatione, vt supra. §. 77. Tertio, per plures ordines sacros vno die receptos, vt supra. §. 69. Quarto, per reiterationem sacramentorum, vt supra. §. 84. Quintò, per apostasiam à fide, supra. §. 85. Sextò, per infamiam, supra, infamia. §. 4. Septimò, per ordinationem ab Episcopo excommunicato, supra. §. 78. Octauò, recipiendo ordines ab eo, qui renunciauit, & c. Vt supra. §. 79. Nonò, recipiendo ordines extra tempora, supra. §. 82. Decimò, ministrando in ordine non habito, supra. §. 66. Vndecimò, à suspensio, vel interdicto, ingerente se in diuinis. supra. §. 73. Duodecimò, propter crimen, supra. paragrapho 72. Tertiodecimò, propter bigamiam supra Bigamiam. §. 4. Quartodecimò, propter matrimonium contractum ab eo, qui est in sacris, & habet votum solenne, siue contrahat cum corrupta, siue cum Virgine. cap. Nuper à nobis. de biga. & c. Super. eod. in gloss. & c. fin. eod. & c. Quotquot. 27. quæ. 1. Sil. versic. Bigamia. in princ. Incurrebat autem per solennem pœnitentiam. per cap. ex pœnitentibus. dist. 50. sed hodie locum non habet secundum Inn. quia curia seruat, nec publica pœnitentia irregularitatem inducit. Quintodecimò, per celebrationem in loco interdicto. cap. Is qui. de sentent. excom. lib. 6. de quo supra. Interdictum. §. 58. & in hoc solus Papa dispensat. Sextodecimò, propter corporis vitium, supra, corpore vitiatus. §. 2. Decimoseptimò, propter illegitimationem, supra, Illegitimus. §. 1. Decimooctauò, per dilationem baptismi in adultis vsque ad ægritudinem, per cap. Si quis. d. 57. quia viderur non voluntate, sed necessitate baptizari, nec ista irregularitas tollitur per baptismum, secundum Glo. ibi, quia idem non operatur contrarios effectus. ca. Maiores de baptismo. Quomodo possit hic admitti, Sil. versic. Irregularitas. §. 21. Decimononò, quando religiosus egreditur claustrum ad audiendum phisicas scientias, si infra duos menses non reuertitur, & solus Papa dispensat. cap. vlt. ne cle. vel mon. supra. Excommunicatio. §. 48. Vigestimò, per recursum ad Imperatorem, Episcopum, presbyterum, aut diaconum, sub prætextu iniustæ excommunicationis. 21. q. vlt. cap. pen. & ca. Si quis.

*Quibus
causis irre-
gularitas
contrahitur.*

*Idem non
operatur
contrarios
effectus.*

quis. 23. q. vlt. & à solo Papa dispensatur, in d. c. pen. Ampliatur etiam hæc irregularitas ad omnes, qui sunt sub ecclesiastica regula, sed non ipso iure, vt in prædictis. Vigesimo primo, propter hæresim c. Veruntamen. 1. q. 1. Vigesimo secundo, propter esse curialem, quia omnes curiales huiusmodi, non possunt promoueri, & quid sit esse curialem, vide Sil. ver. Ordo. §. 4. circa finem. Vigesimo tertio, propter seruitutem, c. Legem. d. 25. & c. Quicumque. d. 54.

98 ¶ Not. quòd differentia est inter excommunicationem & irregularitatem, quia cum quis absoluitur, prius debet absolui ab excommunicatione, quam peccatis, vt supra dictum est. Absolutio. §. 5. secus est de irregularitate, quia, ea demissa, confessor potest à peccatis absoluerè, ideo ad cōfessores non pertinet irregularitas, quia secundum se peccatum non est, nec includit sicut excommunicatio, qui etiam merèdo quis potest effici irregularis. Pertinet tamen respectu clericorum, qui si sunt irregulares, peccant administrando, & celebrando, ideo est etiam vtile confessori scire quomodo quis efficitur irregularis, & quando.

87 ¶ Irregularitas tribus modis tollitur, baptismo, religionis ingressu, & dispensatione. Primò per baptismum tollitur omnis irregularitas, contracta ante illum cum peccato, secundum Pan. in c. Gaudemus. de diuor. & infamiae, quæ venit ex sequela peccati, & homicidij, siue cum peccato fuerit, siue non. Facit c. Si quis viduam d. 50. non autem bigamiae, propter defectum sacramenti. c. Acurius. d. 26. & c. Deinde. nec ex defectu natalium. Et hæc est communis opinio, §. 14. Con. Baptismus. §. 71. licet aliqui tenuerint nullam irregularitatem per baptismum tolli.

88 ¶ Aliqua irregularitas, & non omnis tollitur per religionis ingressum, vt not. glo. in c. 2. de apo. ea videlicet, quæ non prouenit ex proprio delicto, vt in cap. 1. de fi. presby. ita quòd talis potest sine alia dispensatione promoueri ad ordines, sed non ad dignitates, siue prælationes, vt in c. fin. de fin. presby. Pa. verò in d. c. 2. dicit quòd tantum eam tollit, de qua in iure est expressum quòd tollat, licet faciliorem dispensationem inducat, quòd valde rationabile videtur in fauorem religionis.

89 ¶ Per dispensationem Papæ omnis irregularitas tollitur, cum sit de iure positiuo 2. q. 7. c. Item Daniel, & sic Inn. in c. Nisi de renun. tenet, & communiter omnes tenent. Vide §. Dispensatione. §. 7.

Nota tamen ea que dicuntur, in sequenti §. 14. Con. op.

90 ¶ Forma consueta dispensandi super irregularitate est talis, vel similis. Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas contraxisti, propter talem, & talem causam. Vel, si contraxisti, quando est dubium.

91 ¶ Episcopus ordinando eum, cum quo dispensare potest, ipso facto dispensat, si hoc intendit, licet verbis non vtatur. Idem dic de Archiepiscopo, & prælato mittente subditos ad ordines.

92 ¶ Cum homicida casuali potest dispensare Episcopus Irregularitas in ordinibus minoribus tantum, vt not. in c. Ad Audiētiam, res quæ de homi. in sacris autem solus Papa. & cum difficultate dispensat, in c. Continebatur, de hom. Cum homicida verò episcopus voluntario, etiam sine peccato, nunquam dispensatur in ordine, vel officio. c. Miror dist. 50. nisi per Papam, & difficile, etiam si sit occultum, ministrare in ordine suo non potest. c. 2. de temp. or. Episcopus tamen cum tali, in beneficio, ne egeat, potest. cap. 2. de cle. pu. in du. in simplici scilicet beneficio secundum Host. quia in curato solus Papa dispensat. Ar. in cap. fi. de cle. pu. in du. & ibi Pan. An Papa possit prouidere, vt sine pœna irregularitatis, clericus per se exerceat iurisdictionem, seu iustitiam secularem, vide Abb. in c. Clericis, ne cle. vel mo. *dispenset episcopus vide Cœc. Tri. Sess. 22. c. 6.*

DE IVDÆIS.

- 1 Iudæi Zare, peccatum mortale est.
- 2 Conuersari cum Iudæis prohibitum, & in quibus casibus. num. 3.
- 3 Comedere cum Iudæis vbi cibos discernunt, nunquam licet.
- 4 Mercimonium cum Iudæis facere an sit prohibitum.
- 5 Christiani quomodo seruire possunt Iudæis.
- 6 Iudæum seruum an habere liceat.
- 7 Nutrix Christiana filium Iudæi in domo ipsius Iudæi nutrire non potest.
- 8 Iudæos medicos an vocare possint Christiani in suis infirmitatibus.
- 9 Balneari cum Iudæis Christiano prohibetur.
- 10 Christianus legans aliquid Iudæorum congregationi, anathema sit.
- 11 Iudæi non debent procedere in publico sine manifesto signo.
- 12 Iudæi non possunt nouas erigere Synagogas.
- 13 Iudæi non possunt præfici alicui officio publico inter Christianos, &c.

- 15 Iudæis tribus diebus ante Pascha prohibitum est tenere portas aut fenestras apertas, vel exire in publico.
- 16 Christianum seruum si Iudæus emat, &c. statim efficitur liber, nullo pretio dato.
- 17 Iudæi non possunt usuras exigere, & exactas restituere tenentur.

18 Iudæos an debeant Christiani cogere ad fidem.

19 Iudæus quæ relinquere debeat cum baptizatur.

Iudaizare, videlicet seruando sabbatum, vel alias Iudæorum caeremonias, est mortale: quia pertinet ad superstitionem falsi cultus, vt dicit Caiet. ibi in summa. Si quis autem seruaret sabbatum, non pro ritu Iudæorum, sed alia pia ratione, vt pro reuerentia virginis Mariæ, non peccaret mortaliter.

2 ¶ Conuersari cum Iudæis, prohibitum est in lege canonica in multis. c. De Iudæis. & 28. q. l. c. Nullus, & c. Omnes, quantum ad assiduam, & familiarem conuersationem propter periculum subuersionis, & in speciali, in decem casibus prohibitum est. Primo, habitare simul. Secundò, ad eorum conuiuia accedere. Tertio, simul balneari. Quartò vocare eos pro infirmitate. Quintò, ab eis medicinas recipere. Sexto nutrire eorum infantes in domibus eorum. Septimò, seruire

Not. quòd eis, vt famuli. Octauò, esse eorum seruum. Nonò, habere eos *hodie non* officia publica inter Christianos. Decimò, comedere azyma *seruantur* eorum. Et quoniam in multis apposta est pœna excommunicationis, vt in 1. 2. 3. 4. 5. & vlt. in d. cap. Nullus. & 2. dicitur *reliqui ho-* sacrilegium. 6. & 7. committitur prælatis, vt per censuram *rum ca-* compellat 9. quoque excommunicatio ferenda indicitur, vt *suum, ta-* in c. Constituit. 17. q. 4. ideo cautus debet esse confessor, ne *met si is-* dicio meo de omnibus his æqualiter iudicet.

3 ¶ An prædicta possint fieri absque mortali, & consequenter tolerari, est satis ambiguum. Dico ramen quod illa, quæ quasi continuam conuersationem, & familiaritatem generant, vt cohabitare, & seruire eis domesticè in quouis ministerio videntur mortalia: quia hæc habent periculum euerisionis annexum, & propter hoc facta est inhibitio, & sic contrafaciens facit contra finem præcepti, & exponit se periculo infidelitatis, quod sine mortali esse non videtur. Similiter tolerare eos in officiis publicis mortale viderur, quia hoc derogat dignitati fidei Christianæ, & ob hoc est prohibitum. Item quia per hoc causaretur nimia familiaritas, & consequenter periculum subuersionis, vt supra. Idem dico per comestionem azymorum. Sic enim Christiani, si quasi propheta-

prophanos exhiberent Iudæis diuina profitentibus, & nostra abominantibus, & sic videntur mortaliter agere. Item quando contemntes prædicta omnia facerent, quia contemptus vbique damnabilis est, sed cessante periculo subuersionis, & iniuria fidei nostræ, & contemptu, non video mortale, si ex aliqua causa maximè rationabili fiant. Nunc particularius dicamus de huiusmodi prohibitis, vt clarius intelligantur.

4 ¶ Comedere cum eis, vbi cibos discernunt, nunquam licet, nisi in articulo necessitatis, secundum Vgo. in d. c. Omnes. 28. q. 1. neque eorum azyma debet comedi, quia est cibus discretius, ideo prohibitus, in d. c. omnes, & clericus contrafaciens debet deponi, & excommunicari, in d. c. Nullus. nisi in extrema necessitate, & tunc comedes non vt azyma, sed materialiter vt panis est.

5 ¶ Mercimonium facere cum eis non prohibetur nisi forte in pœnam. cap. Post miserabilem, de vsu. Sed nimia familiaritas prohibetur, à qua admonitus nolens abstinere, mortaliter peccat, vt dicit Tab. ibi. §. 1. videtur enim cõtemnere, & quia contemptus vbique damnabilis est, ideo mortale dicitur.

6 ¶ Christiani possunt seruire Iudæis extra domos eorum, secundum Host. sed Pa. in c. Iudæi, eo dicit quod nec extra domos assidue possunt seruire, cum textus non faciat mentionem de domo, & ita possit fieri familiaritas extra domum. Dic ergo quòd possunt, dummodo non contrahant familiaritatem cum eis, vt colere agros eorum, & huiusmodi.

7 ¶ Christianus non potest habere Iudæum seruientem sibi in domo familiariter. 28. q. 1. c. sæpe, & d. c. Nullus. propter eandem rationem, alias potest habere non familiarem, vt in c. Si Iudæus. eo. vt extra domum.

8 ¶ Nutrix Christiana filium Iudæi in domo ipsius Iudæi nutrire non potest, secundum Pa. in c. Ad hæc, de Iudæ. Neque extra, secundum eundem Pa. Intellige, quando etiam extra domum sequeretur familiaritas. Secus quando non sequeretur, secundum D. Car. qui dicit, quod solum prohibetur in domo, per tex. d. c. Ad hæc, nec Episcopus potest dispensare, quòd in domo nutriat secundum Car. & Pa. in cap. Ad hæc, quia hæc prohibitio facta est in fauorem fidei, nisi necessitas naturalis vrgeret, quæ necessitas legi non subiacet.

9 ¶ Christiani non possunt vocare medicos Iudæos in suis infirmitatibus, neque medicinas ab eis recipere, in d. cap.

Nullus. possunt tamen secundum glo. in d. c. Nullus. emere ab eis medicinalia, & per Christianos postea facere præparari, nisi secundum Vgo. propter necessitatem, vt quia non est alius medicus, vel non est ita bonus, vel non est, qui ita bene præparat, & c. dummodo familiaritas, quantum possibile est, vitetur.

10 ¶ Balneari in eodem balneo cum Iudæis prohibetur sub pœna excommunicationis, sicut cætera subscripta, ideo mortaliter peccare videntur contra facientes, & clerici, quib. prohibetur sub pœna depositionis, secundum quod dicit Tab. ibi. §. 6. quod videtur durum, iuxta supra dicta, dic ergo vt supra. §. 3.

11 ¶ Si Christianus aliquid leget cōgregationi Iudæorum, vel Iudæo, vel pagano etiam post mortem, anathema iudicatur. 2. q. 2. ca. Sanè, et 2. nisi cogente extrema necessitate cuiuspiam, tunc enim ex misericordia liceret.

12 ¶ Iudæi tam masculi quam fœminæ, non debent procedere in publicum sine signo in habitu, quò à Christianis distinguantur, quòd sit patens. c. In nonnullis, de Iudæ. Ideo malè faciunt domini hoc permittentes.

13 ¶ Iudæi non possunt nouas erigere synagogas, quia prohibitum est in c. Consuluit. eo. tit. Neque penitus destructas reedificare, secundum Pan. ibi, possunt tamen antiquas, & ruinosas resarcire, dummodo non perdant formam antiquam. Alij autem infideles, neque erigere, neque antiquas resarcire possunt, Quomodo puniuntur, vide C. de Iudæis. l. hac victoria.

14 ¶ Iudæi non possunt præfici alicui officio publico, inter Christianos, nec promoueri ad aliquod ministerium, vel dignitatem, capit. Cum sit eod. titul. Nec possunt doctorari secundum Bart. in l. fin. C. de Iudæ. Nec possunt habere aliquod commercium, per quod Christianis grauiamen aliquod posset ingeri secundum Panor. in cap. Ex speciali. Hoc enim Iudæis, & paganis prohibitum est, cum Christi sint hostes.

15 ¶ Iudæis prohibitum est, ne in tribus diebus ante Pascha, ostia, vel fenestras aperta teneant, vel exeant in publicum, cap. Nonnullis. eod. titul. Etiam ne teneant decimas prædiales ecclesiis, sed soluant c. terr. s. extra de deci. Nec testimonium dicant cōtra Christianum. cap. Iudæi, de testi. quia ab omnibus actibus legitimis repelluntur. cap. Alieni. 2. q. 7. nisi in casu hæresis. cap. Contra Christianos de hære. lib. 6.

nec

nec possit conuenire Christianum apud iudicem Iudæum, licet possint eligere arbitrum Iudæum in causa civili. D. de Iudæ. l. Iudæi. Sententia tamen per Christianum debet exequi, vt ibi patet.

16 ¶ Si Iudæus emat Christianum in seruum, vel qualitercunque acquirat, statim efficitur liber, nullo pretio dato c. Mancipia. d. 35. Si verò non Christianum emat ad sibi seruiendum, & velit effici Christianus, similiter efficitur liber, sine pretio dato. c. Fraternitatem. dist. 54. Si autem talem non Christianum, tantum causa mercimonij habet, & infra tres menses à die emptionis secundum Host. cap. si. de Iudæ. Vel à die, qua petit fieri Christianus secundum Panor. ibi. cap. 1. non exposuit venditioni, liberatur, secus si exposuit, quia non liberatur nisi datis Iudæo 12. solidis auri. Quomodo intelligantur illi solidi, vide ibi Panor. & C. de suscep. præpo. & archa. lege quotiescunque.

17 ¶ Iudæi non possunt vsuras exigere, & exactas debent restituere, de vsu. cap. Post miserabilem, & cogi per principes, & si non restituant expelli, ibi in d. cap. Post miserabilem. Non tentent aliquid contra fidem Christianam cap. Si Iudæus eod. titul. ne circuncidant quenquam non suæ nationis, & est pœna perpetui exilij. C. Christianum man. le. vnica. Nec accipiant Christianas in vxores. C. de Iudæ. l. ne quis. Non fidem Christianam impugnent peruerso dogmate sub pœna sanguinis, & pœna ignis feriuntur, si quenquam volente effici Christianum, aliquo furore impetunt. C. de Iudæ. Vide aliquid supra, Infidelitas. §. 10. Bellum. §. 41.

38 ¶ Iudæos Christiani non debent cogere ad fidem, in *Filij Iudæorum* cap. Sicut de Iudæ. nec eorum pueros inuitis parentibus baptizare, supra Baptismus. §. 68. non offendant eos in persona, nec in rebus, sine iudicio terreni iudicis, in d. c. Sicut. Non impediunt eos in suis obseruantis, dummodo nil faciant in opprobrium nostræ fidei. cap. Qui sincera. di. 45. non exigant ab eis coacta, & non consueta seruitia, in d. cap. Sicut, quod non inuadant eorum cœmeteria, nec exhument corpora eorum, in d. cap. Sicut non diebus sabbatorum trahant eos ad iudicium. l. die sabbati. D. eodem titul. Si conuertuntur ad fidem non spolientur bonis iuste acquisitis, nec eorum successores. cap. Iudæi. el. 2. eod. titul. non prohibeantur conuerti ad fidem, etiam quod sint serui Christianorum: Arch. c. duæ sunt. 9. q. 2. remanebunt tamen adhuc

T 2

serui

Hoc
Roma
Venetijs
seruatur.

serui Christianorum, quia seruitus est approbata de iure diuino, civili, & canonico, cap. Si quos. 12. quæst. 2. sunt tamen mitius quàm alij serui tractandi, An. in cap. Tuas, de ma. & obe. non perdunt agnationem suam, vnde succedere debet attentibus suis.

19 ¶ Iudæus antequam baptizetur, debet relinquere omnia acquisita per vlturam, & alios illicitos modos. cap. Iudæi, de con. d. 4. licitè acquisita potest tenere, in d. capit. Sicur, nec debet statim baptizari, sed aliquo tempore differri, ne experiatur eius recta voluntas, in d. cap. Iudæi, nisi necessitas urgeat. Est enim statutum, vt per 40. dies experiatur. Vide in d. c. Iudæi, & per cap. Ne quod absit, de consec. dist. 4. vbi erat statutum, quod per 8. menses expectaret. Primo, restituat vlturas, vt diximus, deinde in fide instruatur, & illius perseuerantia experiatur, ne tepescente illo feruore, ad vomitum redeat.

DE IVDICE.

- 1 Iudex vel ordinarius est, vel arbitrarius, vel delegatus, vel subdelegatus.
- 2 Iudices in quibus peccare soleant.
- 3 Iudex sine actore ordinariè iudicare non potest.
- 4 Iudex in causa civili non potest compellere partes ad compositionem.
- 5 Iudex ex debito officij tenetur purgare provinciam malis hominibus.
- 6 Iudex ordinarius, vel delegatus ecclesiasticus pro suo labore in iudicando nihil petere potest de iure canonico.
- 7 Officiales inferiores an recipere possunt salarium.
- 8 Iudex secularis habens extra domum proficisci, an possit petere expensas.
- 9 Iudex ordinarius, aut delegatus quando petit expensas, an possit petere illas, quas domi fecisset.
- 10 Iudex ecclesiasticus ordinarius an possit petere salarium pro assessore, & an item delegatus.
- 11 Iudici aliquid dans, vt eum corrumpat, repetere non potest.
- 12 Iudicis ecclesiastici quicquam contra iustitiam facienti propter pecuniam, & huiusmodi quæ sit pœna.
- 13 Iudici dans pecuniam vt iudicet pro se, si habeat causam iustam, an peccet.
- 14 Iudex quando teneatur parti lesæ.
- 15 Iudex secularis quando teneatur brachium eius præstare iudicis ecclesiastici.

- 16 Sententia lata diffinitiuam an iudex possit eam mutare.
- 17 Iudex an teneatur si non condemnet partem aduersam in expensis.
- 18 Iudex secularis an iurisdictionem aliquam habeat in clerico.
- 19 Si clericus conueniat laicum coram iudice seculari, & laicus reconueniat eum coram eorum iudice, qui ferat sententiam an tenebit.
- 20 Clericus captus à iudice laico propter maleficium, an sit restituendus iudici ecclesiastico.
- 21 Inchoato processu contra aliquem, si interim fiat clericus, an sibi proficit.
- 22 Delegatus Papa delinquens in sua delegatione, an possit coram iudice ordinario loci conueniri.
- 23 Laicus laicum sub Papa conuenire non potest.
- 24 Iudex qualis esse debeat.
- 25 Iudici si mandetur vt pure, & simpliciter iudicet, an propter hoc removeatur ordo iuris.
- 26 Et quid si dicatur quod iudicet sicut vult vel vt sibi videbitur. 27.
- 28 Et quid si dicatur sine strepitu, & figura iudicij.
- 29 Iudex secularis potest de his, quæ sunt peccata, iudicare.
- 30 Iudex tenetur compellere aduersarium ad præstandum cautionem de non offerendo aduersarium.
- 31 Iudex an possit totaliter relaxare pœnas reorum.
- 32 Accusatus si sponte confiteatur, pœna minuitur ei.
- 33 Pœna aliquando ad terrorem cæterorum est augenda.
- 34 Pœnam dimittens in casu non concesso tenetur.
- 35 Iudex Christianus confessionem negare non debet petenti.
- 36 Iudex cognoscens aliquem innocentem, tamen testes contrarium probant, an eum condemnare debeat.
- 37 Carnifex occidens innocentem, quem tamen scit iuste cõdemnatum an peccet.

Iudex omnis, vel est ordinarius, vel arbitrarius, vel delegatus, vel subdelegatus, & omnes ad istos reducuntur, quis esse ex doctrina S. Thom. secunda secundæ. q. 67. art. 2. de verb. prohibea. sign. cap. Forus. Et quilibet, cui non est prohibitum, potest esse iudex, artic. cap. Cum apud de spon. Prohibentur autem surdus, mutus, perpetuo furiosus, impubes, fœmina, seruus, excommunicatus, consanguineus rei, inimicus actoris vel alia causa suspectus, & imperitus, seu illiteratus. De his Pan. in cap. Schismaticus, de rescript. Contra tales potest fieri exceptio.

2 ¶ Solent iudices in his specialiter peccare, videlicet scilicet ter in iuste iudicantes vel ex ignorantia, quam potuerunt vitare studendo vel consulendo. Secundo, quando iudicant non seruato iuris ordine maximè in essentialibus necessario (vt puta) cum sufficientibus testibus & huiusmodi etiam quod iuste iudicent. Tertio quando usurpant officium, iudicantes personam non sibi subditam vel de oeculis, que tantum nouit Deus, vel que non possunt probari. Quarto, si remittunt pœnas, non punientes maleficia, ex amicitia, vel auaritia, vel alio malo respectu unde grauitur leditur Respu. Et ipsi sunt rei omnium malorum, que sunt propter suam indiscretam pietatem. Quinto, quando differunt administrare ius, præcipue petatum, quia etiam non petatum facere tenentur, & inuigilando Rempublicam, malis hominibus purgare, & de omnibus damnis exinde patri exortis propter eorum dilationem, vel negationem iustitiæ satisfacere, & in omnibus prædictis mortaliter agunt, vt dicit Caieta, ibi in summa, quia committunt iniustitiam, que ex suo genere mortalis est, quia contra ius diuinum & humanum, & naturale est. Et ex hoc quasi infinita committunt peccata, secundum causas, quas tractant. Peccant etiam, si non seruant re-cta statuta ciuitatum, & leges, maximè quando iurauerunt seruare. Dicamus nunc magis particulariter, vt eorum culpæ magis appareant.

3 ¶ Iudex non potest ordinariè iudicare sine actore. c. Legimus, de accu. sed bene extraordinariè. Aliquando euidencia facti accusat, vt quando iudex videt, & in inquisitione infamia tenet locum accusatoris. cap. Euidencia de accu. In denuntiatione non proceditur contra reum, sed pro reo ad correctionem, ideo non requirit accusatorem secundum Tho. secunda secundæ q. 67. supra, Inquisitio §. 6. 8. Denunciatio §. 2.

4 ¶ Iudex in causa ciuili non potest compellere partes ad compositionem, nec etiam princeps ordinariè, in l. 1. ff. de no. op. nun. nisi lis esset nimis longa, & ita perplexa, quod de facili finiri non posset, cap. Placuit. 90. dist. Nec cum bona cõscientia. Potest absolutè reducere partes, ad compositionem, quando iura partium sunt clara, vt quia conclusum est in causa, & iudex scit pro qua parte debet ferre sententiam, secundum Ioan. And. nisi quando iura partium sunt ignota, secundum Spec. vt dicit Pan. in cap. si. de tranf. vel ex aliis circumstantiis, posset facere, vt quando aduersa pars, que ius

non

non habet, est potens, & posset appellare, & sic alteram partem pauperem multum ledere, & nunc præsumitur, quod melior est compositio, & sic potest hortari ad compositionem, cum melior sit quam litis persecutio.

5 ¶ Iudex ex debito officij tenetur purgare prouinciam prauis hominibus. l. congruit. ff. de of. præsi. Quod si non facit, tenetur de negligentia. Quomodo debet inquirere delicta, vide Bal. in l. Gallus. ff. de lib. & posth.

6 ¶ Iudex ordinarius, vel delegatus ecclesiasticus iudicando pro suo labore de iure canonico nihil potest petere, de vi & ho. cle. c. cum ab omni, & per Pan. & Io. An. ibi, de delegato, & de ordinario. Est etiam Gl. in c. non licet. 1. 1. q. 3. Et si aliquid receperit præter comestibilia, & potabilia, que in paucis diebus consumi possint, tenetur restituere, nec potest liberari ex remissione dantis. Ar. in d. c. statutum, de rescrip. lib. 6. Et si restituat in fraudem, vt inde iterum donentur, non liberatur, secundum Gl. in d. ca. statutum. Secus est quando sine fraude facit, & ille post iudicium factum liberaliter donat, saluatur secundum d. Glo. De iure vero ciuili, ordinarius secularis petit sportulas, nec aliud potest petere cap. offerat. 3. q. 3. que sportulæ, i. munera, que vel quanta sunt, à lege non est definitum, vt auth. generaliter, C. de episcopis & clericis. Delegatus vero etiam à principe, quando causa excedit centum aureos, non habebit nisi 4. aureos, duos à principio, & duos in fine, quod si non excedit, nil habebit. Auth. de Iudicis. §. Ne autè labor, exceptis comestibilibus & potabilibus, secundum Glo. in d. c. cum ab omni, si liberaliter sunt oblata, & in paucis diebus consumptibilia, secundum Gl. in d. c. statutum. Omnia autem alia munera iudices omnes accipere prohibentur, quantumcunque parua. ff. de offi. præsi. l. plebiscito, & accepta tenentur restituere, siue receperint, vt iudicem, siue vt causam expediant. cap. exigit de censibus, lib. 6. supra. Dominus. §. vlt.

7 ¶ Alij officiales inferiores, & nuntij, maximè quando non habent redditus deputatos, possunt recipere secundum consuetudinem. assessor vero salariatus si aliquid recipit, tenetur restituere. Arch. in d. c. cum ab omni, supra. Domi. §. 13.

8 ¶ Si iudex secularis extra domum habet proficisci, & etiam testes, possunt petere expensas, etiam si sit ecclesiasticus delegatus, in d. c. Statutum. & 4. q. 3. §. venturus, quia nemo cogitur militare sumptibus propriis cum moderamine tamen tali, ne partes enormiter lædant. ar. 10. q. 3. c. Illud.

T 4

Dele-

Nam scri-
ptum est
Maleficos
non patie-
ris vine-
re.
Exod. 22.

Nemo mō
litare co-
gitur suis
stipendiis
vngquam

1. Cor. 9.

Delegatus vero ordinarij ecclesiastici, cum proficiscitur, habebit expensas pro victu, & vecturis equorum, & huiusmodi, nisi sit delegatus ad causarum vniuersitatem, vel ad vnā, & malitiosè, quia tunc ordinarius providebit de proprio, ar. in c. Inter cætera, de offi. ord. Non autem ordinarius ecclesiasticus cum proficiscitur habebit expensas, nisi cum proficiscitur pro consecratione ecclesiæ, vt in capit. Cum sit Romana, de simo. vel cum visitat prouinciam suam, cap. Cū Apostolus, de cen. libr. 6. Si tamen delegatus ecclesiasticus non habet redditus, vel beneficium ecclesiasticum: vnde viuat, potest petere id, quod possit iudex delegatus principis, vt dicit Pan. in d. c. Cum ab omni.

Nota.

9 ¶ Iudex ordinarius, aut delegatus quando potest petere expensas, non tenetur computare illas, quas domi fecisset, secundum Pan. in d. c. Cū ab omni. Et hæc opinio est benignior, licet gl. in eodem ca. dicat quòd tenetur. Hæc opinio est securior, altera vero magis vera. Consuetudo, quæ dantur sportulæ ordinario, & de legato, siue præcesserit exactio, siue non, nõ excusat eos: secundum Pa. in d. c. Cū ab omni, per illum tex. licet Car. in d. c. Statutum. in cle. de elec. dicat quod excusat, quando non præcessit exactio, & quod possunt compelli ad obseruandum laudabilem consuetudinem, allegans ca. Ad apostolicam, de simo. Sed illud c. Loquitur in spiritualibus, vbi videtur se obligare, quia est suus parochianus, concordat Bar. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu.

10 ¶ Iudex ecclesiasticus ordinarius non potest pro assessore petere salariū, quia ipse tenetur scire canones, de quib. agitur coram eo: ideo si nescit, provideat de suo. Delegatus tamē cum indiget vere assessore, potest petere, cessante omni fraude. in d. c. Statutum §. assessore, quod si fraudulenter petit, ultra mortale tenetur restituere. Potest tamen petere pro notario, dummodo nõ participet in lucro. in d. c. Statutum.

11 ¶ Dans aliquid iudici vt eum corrumpat, nõ potest repetere illud, secundum Pa. in d. c. Cum ab omni, in Gl. 1. quia turpitudine, ex vtroque est. Sic dedit, vt iustam det sententiā, qui aliās volebat dare, vel ne det iniustam, vel vt ius suum conferret, quod licet, quia redimit vexationem suam, secundum Pan. vbi supra. Potest repetere c. Nemo. de sim. quia hic non stamus præsumptioni, sed veritati. Si autem dedit, vt simpliciter iudicet, non repetere poterit, nam principalem causam

causam amittit. ff. de condi. ob cau. ha.

12 ¶ Iudex ecclesiasticus quicumque, qui contra iustitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam facit, per gratiam, vel sordes, puta per pecuniam, suspensus est per annum ab executione officij, & debet condemnari in quantum læsit partem. Et si durante suspensione se ingerit diuinis, fit irregularis nec potest dispensari nisi per Papam, c. Cum etenim. de reg. iur. lib. 6. Peccat etiam in hoc, cum contra iustitiam agat & grauiter.

13 ¶ Habens causam iustam, & dans iudici pecuniam, vt iudicet pro se, quia aliter non vult iudicare, non peccat, quia redimit suam vexationem, secundum Pau. in d. cap. Cum ab omni. Nec est simonia, quia non dat temporale, vt acquiras spirituale, quia iam ius quod redimit, habebat. Secus esset, si per sententiam de nouo acquireret, supra. §. 11. concordat Gl. in c. Vendentes. 1. q. 1.

14 ¶ Iudex tenetur ad restitutionem parti læsæ si ex eius negligentia, dolo, vel lata culpa damnum aliquod incurrat, secundum Gl. in c. quoniam contra, de prob. ibi Pan. dicit esse verum in foro animæ, qui ex sua culpa proximum damnificat, Aduocatus. §. 11. Secus est in delegato, qui ex obedientia iudicat sicut scit, & informatur ab assessore, dummodo faciat bona fide, non tenetur ad aliquid, etiam quòd iniuste iudicaret, sed assessor tenetur. l. 2. ff. quod quisque iur. Dummodo non fuerit negligens, nec in dolo nec in eligendo assessore, qui reputabatur sufficiens, & bonus, & ita credidit, aliās non excusaretur. Negligentia autem facit iudicem culpabilem, quando causam sine negligit, vel habere notarium vel aduocatum quid scribatur, vel de aduocatis, vt tenetur, non prouidet, non curat studere pro casibus occurrentibus, & pro his, quæ ad officium suum pertinent. Sed multò plus dolo facit eum culpabilem & teneri de omni damno. C. de pœ. iudi. l. nouo iure. Si est iudex ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus, & talia agat contra conscientiam, & iustitiam, est suspensus per annum ab executione officij per ea. Cum etenim. de re iur. lib. 6. vt supra. §. 12.

Negligentia facit iudicem culpabilem.

15 ¶ Iudex secularis tenetur iudici ecclesiastico præstare brachium seculare, quando eius subditus resistit de facto contra ius, secus si de iure, & ille ad superiorem appellauit. Pa. in c. 1. de offi. ord. Idem quando vexat exemptionem ostendentem suam exemptionem, non tenetur iuuare. Et nõ. secundum Feli. in c. 1. de spon. quòd quando iudex ecclesiasticus

sticus potest per se exequi, non debet notare tale auxilium, quia iura dicunt, dum loquuntur de hoc auxilio, si opus fuerit, vel necesse.

16 ¶ Post latam sententiam definitiuam, iudex non potest illam mutare, nec corrigere, licet, si sit de maioribus; possit eam declarare secundum Pa. in c. 1. de postu. in Gl. Non autem si sit de inferioribus. & arbiter, secundum eundem. Interlocutoriam autem bene potest corrigere, & reuocare, in c. Qualiter, & quando. el. 1. de accu. Excipiuntur inquisitores, qui sunt priuilegiati, in c. Ut commisi, de hare. lib. 6. & in Gl. infra ver. mutandi, vt supra Arbiter. §. 19. infra Sententia. §. 3.

17 ¶ Iudex non condemnans partem aduersam in expensis, si fuit petitum hoc ab altera parte, renetur de suo restituere. C. de iudi. l. Sancimus: quod limitat Glo. in c. si. de Refori. Et not. quod iudex iurat iudicare secundum quod sibi videbitur, id est secundum bonum iudicium, optime legibus informatum, & non, vt sibi placet, secundum Pan. in c. 1. de postu. in Glo. verbum enim videtur ratione discussum importat.

18 ¶ Iudex secularis nullam iurisdictionem potest habere in clerico, vel persona exempta, neque in civilibus, neque in criminalibus. C. de epi. & cle. auth. statuimus. Vnde clerici non possunt in suum iudicem consentire, nisi sit persona ecclesiastica, & de consensu episcopi sui. c. significasti. de fo. com. Nec exemptus potest renuntiare priuilegio exemptionis, vt dicit Pan. in d. c. significasti quia exemptio non fuit indulta in merum fauorem exempti, sed etiam in fauorem superioris. Ex quo infert Pan. ibi, quod episcopus non potest absolueri exemptum ab excommunicatione etiam quod renunciaret exemptioni, & multo fortius moniales, quia fortiora priuilegia communiter habent & cautela validiori defendendæ sunt.

19 ¶ Si clericus conueniat laicum coram iudice seculari, & secularis reconueniat clericum, & iudex ferat sententiam in civilibus contra clericum, tenebit sententia, quia factus est suus iudex per reconuentionem, de mut. peti. ca. 1. & 2. & 3. q. 8. c. cuius agendo. Criminaliter autem non potest reconueniri. c. negada. 3. q. 1. intellige communiter, quia fallit quando clericus est traditus curiæ seculari, & quando interuenit episcopalis authoritas. Gl. autem summaria, quæ ponitur 2. q. 1. in pri. ponit duos alios modos, videlicet in causa feudi, & quando est incorrigibilis. c. nec licuit. 17. di. Idem dicitur

cur quò ad monachos, si interueniat Abbatis licentia. vide Pan. de iud. ibi. cap. at si clerici.

20 ¶ Si clericus qui communiter pro clerico habetur, capitur à iudice laico propter maleficcium, & deprehenditur cù tonsura & habitu clericali, debet incontinenti restitui curiæ ecclesiasticæ cum cognitione causæ de clericatu probate aduersario. Si vero ante deprehensionem se gerebat pro laico, & sic cõmuniter habebatur, etiam quòd tempore deprehensionis fuisset in habitu clericali, non est restituendus, donec de clericatu fidem fecerit: interim processus iudicialis quiescere, in c. si iudex. de sen. excom. in 6.

21 ¶ Inchoato processu cõtra aliquem si isto interim fiat clericus, non potest allegare clericatum. ff. de iud. l. si quis postea. tam in tex. quàm in Glo. quantum ad executionem in rebus fiendam. Quod autem persona capi possit, detineri in carceribus, decapitari, fieri non potest, cum persona clericali sit excepta, nisi prius degradetur. Idem dicit de omni religio-
Religiosus professus mortuus est mundo.

22 ¶ An delegatus Papæ delinquens in sua delegatione possit coram ordinario loci conueniri, vide Pan. in ca. si. de referi. & Io. And. ibi, & Authetica, in qua prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.

23 ¶ Laicus, laicum sub Papa in re civili conuenire non potest. Pan. in c. Licet ex suscepto, de fo. com. nisi ex consuetudine. c. si clericus, de fo. com. p. vel in terris subiectis Ecclesiæ, quo ad iurisdictionem temporalem vt ibi. Vel quando causa spectat ad iudicem ecclesiasticum de iure. c. Tua, de or. cog. Vel quando vacat imperium & causa ad imperatorem spectat, vt in d. c. Licet, vel propter principis negligentiam in ministranda iustitia in d. c. Licet, vel quando impetratur à persona miserabili, vel oppressa, de fo. com. p. c. Ex parte Bo. vel quando iudex in prouincia non habens superiorem, allegatur suspectus, vel non vult iustitiam facere, vt no. in Auth. col. 9. vt differen. iud. au. §. 1. & 2. vel in causa reconuentionis. 3. q. 8. cap. Cuius in agendo, vel causa mortuorum à defunctis relictorum, Auth. de ecclesia. tit. §. Si autem, col. 9. vel si iudex inuocat auxilium Ecclesiæ. 23. q. 5. c. Administratores, vel ratione administrationis assumptæ à laicis, vt no. in c. Iudicatu. d. 80. vel si homines laici indebitè colluctentur. 12. q. 2. ca. Ecclesiarum seruos, vel si non sit iudex, vel superior in prouincia. auth. vt disse. iud. §. Si verò contingit, col.

col.9. vel si nascitur ambiguitas, & magna difficultas inter iudices. c. Per venerabilem, qui si. sint leg. vel quando agitur per viam denunciationis Euangelicæ. cap. Nouit. de iud. vel quando causa profana est annexa cum causa principaliter spectante ad Ecclesiam, cuius exemplum ponit Gl. de dote. in cap. De prudentia. don. inter vir. & vxor. Vide de prædictis Pan. in d. c. licet, & prædicta sunt vera de iure, sed de plenitudine potestatis omne ius sub Papa versari potest, quia omnium est iudex, seruans omnia iura humana in suo pectore, & c. est enim verus Christi Vicarius, & omnium pastor.

Papa, omnium est iudex, Christi Vicarius, & omnium pastor.

24 ¶ Iudex debet esse peritus. c. sciscitatus. de rescr. vt querere ab aliis non habeat, quicquid eum oporteat loqui. c. ex literis. de cons. & af. Et si sit illiteratus, habeat tamen peritiam iudicandi, & tunc potest ei causa committi. C. de iurisdic. omni. iudic. l. certi iure. Sed iudex maximè Ecclesiasticus esse non potest, nisi peritus saltem mediocriter in iure. c. cum nobis olim, de ele. ex quo infert Pan. in d. c. sciscitatus, quòd contra iudicem delegatum potest accipi, quòd non possit esse iudex, quia est illiteratus, & non habet iudicandi peritiam. Cum igitur religiosis imperitis, à sede apo. causa committitur, potest cõtra eos excipi, q̄ iudices esse non possunt, nisi quãdo certa persona daretur. Quoniam & alibi religiosi in iure periti reperiuntur.

25 ¶ Quando mandatur iudici, vt simpliciter, & purè iudicet, propter hoc non remouetur ordo iuris, sed tantum perniciofa subtilitas. Ad hoc gl. in cle. sæpe, de ver. sig. in verbo simpliciter. Si verò dicatur, vt procedat sine iuris solennitate, censetur amota solennitas iuris ciuilibis, & canonici, non autem diuini, & iuris gentium, secundum Pa. in c. de iud. Vnde ea remouetur, quæ sunt iuris positivi. Ideò infames possunt esse testes, & personæ reprobatae. Requiritur tamè duo testes, citatio partis, & c.

26 ¶ Si dicatur q̄ iudicet sicut vult, secundum Pan. ibi, intelligitur dolus exclusus tantum: ideo ius alteri tollere non potest sine causa. nec contra ius naturale, vel contra æquitatem, quod idem est, in c. si pastoralis, de re iudi. Si verò dicatur iudicet secundum veritatem, & æquitatem, secundum Pan. in c. literas, de iur. cal. debet seruare solennitates, & rigorositates iuris positivi. Melius tamen videtur dicere d. Ant. quod non tenetur ad rigorosas, propter hoc verbum, æquitatem, per quod viderur, quod iuris apices non teneatur sequi, non tangentes veritatem negotij, sed ciuilia

iura

iura seruare, relictis solennitatibus.

27 ¶ Si dicatur, iudicet, vt sibi videbitur: iudicare debet iudicio intellectus, cui congruit hoc verbum, videbitur secundum Pan. in c. i. de iudi. Idem si dicatur, relinquo arbitrio, vel iudicio, vel prudentiæ tuæ, quia tunc denotatur arbitrium boni viri, ratione regulari, sicut cum dicitur, sicut visum fuerit. Similiter cum dicitur, vt placuerit, vt existimauerunt, & c. importatur arbitrium prædictum, non nuda voluntas, in l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de lega. 3. Pa. in c. i. de constit. Est tex. cum Gl. in c. 3. cor. vitia.

28 ¶ Si dicatur, sine strepitu, & figura iudicij tunc committi possunt omnia, quæ non sunt de iure gentium, vel naturali. Vide in cle. sæpe, de ver. sig. Si dicatur: summarie, intelligitur, vt breuiter fiat, comprehensa tamen tota negotij substantia, & non omisso aliquo de substantialibus ideo debet formari libellus, contestari lis, sententia diffinitiuam dari. Si dicatur de facto: vel postpositis rimulis, & apicibus iuris, vel plano, & c. Vide Archiep. Flor. 3. par. tit. 9. c. 17. Ex dictis elice, quòd si quis pactum facit cum suo factore, quòd dabit salarium, prout sibi videbitur, dare tenebitur ad arbitrium boni viri, secundum q̄ alij factores consueuerunt habere, & non pro sua voluntate tantum l. quòd si nolit. ff. de ædil. edic. §. quia assidua. Secus esset, quando addita fuissent aliqua verba restrictiuam nudam voluntatem signantia: vt si dixit, dabo secundum q̄ mihi placuerit, nec plus, nec minus, nec volo, quòd possit aliquid allegare, & c. Tunc non tenebitur nisi secundum quòd vult, quia scienti, & volenti, non fit iniuria, nec dolus. Et prælatus quando potest dispensare in austeritatibus, vt sibi viderur: intelligitur tamen voluntate ratione regulata, & non nuda. Idem quando compromittitur in arbitros, vt eis videbitur.

29 ¶ Iudex secularis potest iudicare de his, quæ sunt peccata, vt de furtis, vsuris, & huiusmodi. Pa. in c. Cum sit generale, de fo. comp. Et coram eo potest obiici de iuramento, quando non vertitur dubium de eius validitate, vt in cap. Rex debet. 23. q. 5. S. verò dubitatur, an prædicta sint peccata, vel ne, ad ecclesiam pertinet iudicare, qui filij sint leg. cap. per venerabilem, & cle. vnica, de vsu. Nisi in crimine heresis, de quo nullo modo se debet intromittere, & nullum aliud excipitur, secundum Pan. nisi in dubio. Quomodo autem iudex ecclesiasticus, habens temporalem iurisdictionem, debet iudicem habere supra Irregularitas. §. 18. Quomodo

malus

malus iudex peccat iudicando subditos supra Correctio.
§. 10.

30 ¶ Iudex tenetur compellere aduersarium ad præstādum cautionem de non offendendo actorem, vel suos, quando verisimiliter timens implorat eius officium: est text. in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccl. confu. & ibi per Cy. & c. De benedicto 32. q. 1. & in c. Literas, in fi. de rest. spo.

31 ¶ Iudex non potest totaliter relaxare pœnas reorum, qui secundum Tho. 2. 2. q. 6. art. 7. impeditur. Primò, ex parte accusatoris, ad quem aliquando pertinet ius, vt reus puniatur, vt ratione iniuriæ illatæ, tunc non potest remittere, quia tenetur ius vniciuique reddere. Secundò, ex parte Reipublicæ, ad cuius bonum spectat, vt malefactores puniantur, ideo inferiores iudices non possunt pœnas taxatas à superiore remittere. Superior verò potest, cum viderit expedire, & cum passus iniuriam, velit ius suum remittere, & etiam si nolit, & hoc bono communi expediat, potest princeps, nec inferior minuere potest pœnam taxatam in iure, quando est certa, sicut potest princeps, neque augere, sicut nec delegatus procedens ordinariè, vt not. in c. De causis, de offic. deleg. secus si procedat vt extraordinarius. l. quid ergo. ff. de his qui not. in fa. Pan. c. 2. de emp. & ven. Si verò pœna non inuenitur taxata in iure, committitur iudicis arbitrio. ca. fin. de transf.

32 ¶ Si quis accusatus, spontè, & non metu probationum confitetur, de mente vtriusque iuris est, vt pœna dimittatur, vel minuatur, nisi animæ, vel ecclesiæ periculum immineret secundum Host.

*Aliquādo pœna au-
genda est
ad terro-
rem alio-
rum.* 33 ¶ Augenda est aliquando pœna ad terrorem ceterorum, qui ad culpam proni inueniuntur, quia multis grassantibus opus est exemplo, l. aut facta. ff. de pœ. §. fi. Et hoc secundum Ang. eo modo quo de diminutione dictum est. Sed melius est dicere, posse fieri indistinctè, secundum alios.

34 ¶ Pœnam dimittens in casu non sibi concesso, vel diminuens, secundum Thom. s. tenetur communitati, vel accusatori, si ad eum pertinebat, vt puniretur, si verò auxit, tenebitur reo, si tamen sine rationabili causa fecit.

35 ¶ Nullus iudex Christianus confessionem negare debet, parato facere debitum suam, & petenti, secundum Pet. de Pal. 4. sent. dist. 2. etiam si timeret quod auferretur, quia vtilius scandalum nasci permittitur quam veritas derelinquatur. Qui scādalizauerit, de re iud. nisi crederet hoc spe ere-

ptionis

ptionis fieri, & non ex deuotione, q̄ potest præsumi, quando non petiuit in carcere, & post petit sub furca, vel ante patibulum. Cum etiam relapsis concedatur pœnitentia, & viaticum, si perant.

36 ¶ Si iudex nouit aliquem esse in veritate innocentem, & tamen testes probant, & aduersarius instat, debet illum condemnare, secundum Th. secunda secūda q. 67. art. 2. & quest. 64. art. 4. vbi dicit, quod iudex in iudicando debet sequi legitima documenta, per instrumenta, testes, & huiusmodi, magis quam id, quod ipse nouit, tanquam priuata persona. Potest tamen iuari ex priuata cognitione, vt cautius discutiat probationes, & inuestiget earum defectum, quas si non potest iure reprobare, nec modum liberandi innocentem inuenit, debet eum ad superiorem mittere, si habet, & possit. Si autem non vult, vel non potest mittere, & pars instet, debet ipsum condemnare, quia talis, & si secretè sit innocens, non tamen in foro extrinseco, nec iudex illum occidit, sed testes, & iustitia, cuius ipse minister est, nec tenetur renunciare officio, si non vult. Debet tamen facere omnia, quæ scit, & iuridicè potest, vt saluet innocentem. Hanc viā sequitur Caic. ibi. 2. 2. q. 27. art. 2. & vniuersaliter doct. quæ determinatio ortum habuit ab Amb. super Beati immaculati, ideo tenēda tanquam vera, & iusta.

37 ¶ Carnifex occidens innocentem, quem scit iustè tamen condemnatum, non valens subterfugere sine inobedientia, non peccat, per eandem rationem, quia exequitur iustum iudicium: similiter si dubitat de sententia iniusta, non quia ipse non interest discutere superioris sententiam, secundum Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. si verò sententia contineret intolerabilem errorem, quem ipse sciret, vt si quis condemnaretur ad mortem, quia coluit Deum, vt sancti Martyres, tunc nullo modo potest exequi sine peccato mortali, & alij ministri eodem modo cooperantes in mortem innocētis peccant. Magis debemus obedire Deo, qui dicit innocentem occidi non debere, quam principibus.

DE IVDICIO.

- 1 *Iudicium factum à iudice ex leui suspitione, est peccatum mortale.*
- 2 *Iudicium secundum leges scriptas fieri debet.*
- 3 *Iudicandum non est semper secundum verba legis.*
- 4 *Iudicium quomodo reddatur in infirmis.*

§ Pupillus

5 Pupillus si ritatus in iudicio, à nullo defendatur, iudicium est nullum.

6 Mulier quando vocari possint in iudicium.

7 Iudicium multis modis peruertitur.

8 Temerarium iudicium quod dicatur.

Iudicium factum à iudice ex leui suspitione, de aliquo graui secundum Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. est peccatum mortale, secus est violenta suspitione, cap. Dicit Dominus, 32. q. 1. & hoc quantum ad exterius iudicium, ad quod iudex procedit. Temerarium est enim aliquem ex leui suspicionem condemnare.

*Iudicium
quid sit.*

2 ¶ Iudicium debet fieri secundum leges scriptas, quia iudiciū nihil aliud est, quàm diffinitio eius, quod est iustum. Fit autem aliquod iustum, vel ex iure naturali, vel ex iure positiuo: Leges autem scribuntur ad vtriusque iuris declarationem. Ideo, iudicium secundum leges scriptas procedere debet, secundum Thom. 5. art. 5. dummodo talis lex non deficiat à iusto naturali, vel positiuo, quia si lex scripta contineret aliquid contra ius naturale, esset iniusta, nec vim obligatiuam haberet, nec verè diceretur lex, sed legis corruptio, ideò secundum eam non esset iudicandum.

*Ratio est
animata
legis. Et
potius in
nitendum
est rationi
quam le-
gi.*

3 ¶ Non semper iudicandum est secundum verba legis, sed magis secundum intentionem, conditoris legis, qui si adesset, in aliquibus casibus aliter diffiniret, & tunc recurrendum est ad æquitatem rationabilem, quia ratio est anima legis, ff. de bonis dam. l. cum ratio. & vbi habemus legem, & rationem, potius innitendum est rationi, quam legi, secundum Bart. in proce. ff. eo. §. vlt. alle. gloss. l. Adeo, q̄ sentit dominus Ang. dicens, q̄ allegare legem, vbi habemus rationem, nihil aliud est quam mentem confundere, in cons. 33. Non tamen semper propter æquitatem debemus recedere à lege scripta, secundum Panor. in cap. fin. de transf. quia iudex non debet esse clementior lege, vel videri. Authen. de iud. §. oportet, col. 6. si tamen nec ius, nec æquitas sunt scripta, seruet iudex æquitatem, vt in d. cap. fin. sicut etiam in his, quæ relinquuntur in arbitrio iudicis, sequenda est æquitas, vt dicit Inno. in cap. 1. de constit. Quod si alterum tantum scriptum, hoc seruetur, si vtrūque, seruanda est æquitas, si in specie est scripta. Si autem in genere est scripta, & ius in specie, seruetur ius, quia species derogat generi. Si vtrunque æqualiter est scriptum, præferenda est æquitas, vt cõmuniter dicunt doct. & bene.

4 ¶ Iudicium redditur iniustum quandoque, quia iudex non est competens (puta) non habet auctoritatem super reum, quandoque ratione personæ agentis, vt quia est minor, vel excommunicata, & huiusmodi, quæ agere non potest, nisi in certis casibus expressis à iure, quandoque quia agitur de re, quæ sub tali iudice tractari non potest. Multæ enim personæ sunt, quæ vocari in iudicium non possunt, Tab. ver. Iudicium. §. 7. quas iudex debet scire, nec citet, & citando peccat.

5 ¶ Si pupillus vocetur in iudicium, & nullus eum defendat, iudicium erit nullum. l. contumacia. ff. de re iud.

6 ¶ Mulier non potest vocari in iudicium, nisi in casib. in iure expressis, contra eius, scilicet voluntatem, secus quando vul. c. Mulier. de iud. l. 6. Casus autem expressi sunt, in causa criminali. ff. de pub. iu. l. pen. inferendo testimonium in causa criminali, quãdo potest admitti, infra, Testis. §. 1. & quando est tutrix filiorum, & non vult actorem constituere, Insti. de cura. §. vlt. Non autem mulieres religiose etiam si velint, possunt vocari personaliter in iudicium, vt in d. c. Mulieres. Et si contra præmissa citentur, totum est irritum ipso iure, in d. c. Mulieres. Et pro vera causa iudex ad eas pro testimonio ire, vel mittere debet, in d. c. Mulieres, & fingens casum vt iudex vadat ad illas, est excommunicatus, supra Excommunicatio, 84.

7 ¶ Multis modis peruertitur iudicium. in cap. Quatuor. ix. q. 3. videlicet timore, cupiditate, odio & timore. Si iudex nocte procedat ad litis contestationem, cum lumine candelæ, vel ad sententiæ probationem, licet non debeat facere, vt in cap. Consuluit. de offic. deleg. valet quod agit, dummodo non adsit aliud impedimentum. Multa enim prohibentur fieri, quæ facta tenent de reg. iur. cap. ad Apostolicam. Et licet iudex ordinarius non possit vltima die sui officij iudicare, vt in l. cum qui. ff. de iud. om. iud. si tamen iudicat, sententia tenet. l. meminisse. ff. de off. proconsul. Delegatus bene potest, in d. c. Consuluit. Iudicium quomodo debeat incipi, & finire. Sil. ibi. q. 5.

8 ¶ Temerarium iudicium dicitur, quando quis sine sufficienti certitudine iudicat de intentione, seu animo proximi, & est peccatum, quia nemo debet assertiuè desipere in animo suo, quod nescit, præsertim in alterius præiudicium. Et si hoc modo iudicat proximum de mortali, mortaliter peccat, si de veniali venialiter, quia sine sufficienti causa

V

despicit

despicit proximum, & in suo corde dat illi iniuriosum locum, absque rationabili causa, quod facere non debet. Not. quod aliud est iudicare de facto, aliud de persona. Si quis audiuit verbum turpe, & iudicat hoc secundum se esse peccatum mortale, non est temerarium iudicium personę, ideo nec mortale: si autem iudicat dicentem tale verbum peccasse mortaliter, tunc est iudicium personę, & temerarium, & peccatum mortale: quia non habet sufficientem rationem ad hoc iudicandum. Potuit enim proferens verbum illud turpe, proferre, vel ex leuitate, vel ex surreptione animi, etiã sine peccato mortali, ex Caiet. ibi in summa. Temerarium iudicium est malum, quia sic iudicans officium sibi non competens usurpat, quia non est dignus iudicare alterum, quia est ignorans, & quia hoc prohibetur, in euangelio.

DE IVRAMENTO.

- 1 Iurare quid sit.
- 2 Iuramentum multipliciter fit.
- 3 Iuramentum secundum se, est iustum, licitum, & honestum.
- 4 Iurare per creaturas, an liceat.
- 5 Iurans per membra inhonestã Dei mortaliter peccat.
- 6 Forma iuramenti quę sit.
- 7 Iurans verum credens esse falsum, peccat mortaliter.
- 8 Iurans per idola, vel falsos Deos, quomodo peccet.
- 9 Iurans facere aliquod malum peccat mortaliter.
- 10 Promittens aliquod bonum possibile sub iuramento per metum an teneatur.
- 11 Iurans sub conditione, quę ex alieno nomine pendeat, an peccet.
- 12 Iurans aliquid dare, vel facere, an peccet, si non facit.
- 13 Qui iurauit redire ad carcerem iniuriosum, an teneatur.
- 14 Iurans, & non intendens seruare, mortaliter agit.
- 15 Iurans non mutare, &c. an mortaliter peccet.
- 16 Iurans, ad intentionem præcipientis iurare debet.
- 17 Conditiones simplicis iuramenti.
- 18 Conditiones speciales non intelliguntur in iuramento nisi exprimentur.
- 19 Iuramentum, & votum secundum canonistas paria sunt.
- 20 Iuramento assertorio nunquam potest fieri dispensatio, secundum in promissorio.
- 21 Iuramentum promissorium an possit relaxari ab illo qui permissit.

- 22 Iuramentum factum ad honorem Dei principaliter à nullo potest dispensari.
- 23 Iurans solvere alteri decem aureos, quos debet ab illo habere, an possit facere recompensationem.
- 24 Iurans non expellere locatorem, si non soluat pensionem, an possit expellere.
- 25 Iurans tenere aliquid secretum, intelligitur de honesto.
- 26 Actus gęstus contra iuramentum quando teneat.
- 27 Obligationes si respiciant ad se inuicem, an teneat iuramentum.
- 28 Iuramento an obligantur successores iurantis.
- 29 Deceptus ultra dimidiam, an possit agere contra emptorem, non obstante iuramento de non contrahendo.
- 30 Iuramentum factum contra aliud iuramentum an obliget.
- 31 Iurans non recedere, nisi tale quid faciat, an possit recedere non impleta promissione.
- 32 Iuramentum an sit, cum quis dicit per fidem meam, vel in veritate, &c.
- 33 Inducens aliquem ad iurandum falsum, mortaliter agit.
- 34 Vniuersitas si se iuramento obligauit, an illis mortuis, successores teneantur.
- 35 Multitudo si iurauit absolute, & in omnem euentum facere aliquid omnes teneantur.
- 36 Iurans seruare statuta alicuius loci, illis sublati, an amplius teneatur.
- 37 Iurans simpliciter seruare statuta suę ciuitatis, an teneatur etiam ad edenda.
- 38 Iurans seruare statuta simpliciter, & in illis aliqua sunt illicita, an ad ea teneatur.

Iurare est Deum in testem vocare secundum August. in quodam ser. de periurio, & est actus latrię, quo Deum honoramus secundum Hiero. super Matthæum, quod quidam canonistę, ira definiunt. Iuramentum est affirmatio, vel negatio de aliquo licito, probabili, & honesto, facto, vel fiendo, sacre rei attestacione firmata, quod fit siue ore, siue facto, vt cum tanguntur literę, etiam sine verbo, vel aliquid huiusmodi. Et licet quis iuret per creaturas, principaliter tamen iuratur per Deum, in quantum diuina virtus in illis est manifesta. Et cum iuratur per fidem, per Sanctos, per Euangelium, intelligitur is, cuius veritas continetur in fide, in Euangelio, & quam sancti reuerunt. Thom. secunda secundę quęst. 89. artic. 1. & 3. sent. dist. 39. artic. 1. Et dicitur

iuramentum, quasi pro iure sit introductum.

2 ¶ Iuramentum aliquando fit per execrationem, vt dicendo, si non est verum, Deus me non adiuuet, vel simile, vel si non est sic, veniat mihi, vel filiis meis tale, vel tale malum, vel fit per simplicem attestationem, vt dicendo per Deum sic est, & c. Et est assertorium iuramentum, & promissorium, secundum Thom. supra, Panor. cap. Si Christus, de iur. iur.

Hebr. 6.

3 ¶ Iuramentum secundum se est iustum, licitum, & honestum, quia introductum est fide, qua homines credunt Deum esse infallibilem. Ex fine autem introductum est ad iustificandum homines, & finiendum controuersias, vt dicitur Hebr. 6. Sed male videnti cedit in malum cum non ex necessitate, & debita cautela quis iurat, vt pro leui causa, & assuecit, cum periculo perinrij, videtur enim tunc paucam reuerentiam Deo habere. Fuit & alia causa permissiva, scilicet ad vitandam idololatriam. cap. Considera. 22. quaest. 1. Est etiam meritorium, si cum reuerentia, & vtilitate iuste iuretur, cum per hoc, & sibi ipsi, & proximo subueniatur, nec sine necessitate est iurandum, vel vtilitate. cap. Ita ergo. 22. q. 1. Et quando prohibetur iuramentum, intelligitur extra necessitatem rationabilem, vt in cap. Et sicut Christus, de iur. iur. Hac secundum mentem Ray. à quibus non discordat S. Thom.

Quare
Christus
prohibuit
iuramen-
tum.

4 ¶ Iurare per creaturas secundum se non licet, secundum Thom. supra, art. 6. sed per eas in ordine ad Deum in quantum in eis diuina veritas manifestatur, & sic vocamus Deum in testimonium veritatis, quæ in creaturis reuertet. Prohibuit autem dominus iurare per cælum, & terram, & c. cap. Ob hoc, ne eis diuina reuerentia exhiberetur, & propter hoc punitur clericus per creaturas iurans. 22. q. 1. c. Clericum, & cap. Sequenti.

Matth. 5.

5 ¶ Iurans per membra inhonesta Dei, vel Sanctorum, mortaliter peccat, vtpote Deum blasphemans, & iniurians, cap. Si quis per capillum. 22. quaest. 1. Si vero per membra honesta, ex modo iurandi non peccat mortaliter, posset tamen peccare ex contemptu, vel irreuerentia, vt cum suum iuramentum importaret blasphemiam, vel ex periuro. supra, Blasphemia. §. 1.

Periurus
quis sit.

6 ¶ De forma iuramenti non oportet esse sollicitum, quoniam quomocumque quis iuret, & intendat iurare, est iuramentum, & si false iurat, est periurus, sed curandum est

est quod iuramentum comitentur veritas & iudicium discretionis, ne leuiter, & sine necessitate rationabili iuretur, & iustitia, secundum Tho. supra. art. 3. & Hieronymus dicit, quod si ista defuerint, erit periurium.

7 ¶ Iurans false, dubie, vel cum intentione non seruandi iuramentum, vel iurans verum, credens tamen esse falsum peccat mortaliter, quia nomen Dei vanè assumit. Iurare vero sine necessitate, vel causa, si adest veritas, & iustitia, non semper est mortale secundum Tho. 3. sent. distin. 39. q. 1. art. vlt. q. 2. ad 3. quia non est directè contra illud præceptum. Non assumes nomen, & c. Posset tamen esse peccatum, vel propter assuefactionem, & periculo periurij vel ex alia causa, quæ posset interuenire.

8 ¶ Iurans per idola, vel falsos Deos verè peccat quantum ad formam iuramenti, sed non quantum ad assertionem, vel promissionem, & quando quis est paratus iurare per falsos deos, vt paganus, potest sine peccato recipi eius iuramentum, secundum Thom. supra, quia potest bene, & male iurare, si vult, non potest ad hoc induci sine peccato, quia induceretur ad peccatum. Possumus enim vti peccato alterius, non autem inducere ad malum, sicut de eo, qui accipit ad vsuram à parato.

9 ¶ Iurans facere aliquod malum, quod est mortale, vt fur- Iurans fa-
tum, vel simile, peccat mortaliter, siue intendat illud facere cere ma-
siue non, quia si intendit facere, peccat mortaliter, si non in- li peccat.
tendit facere, false iurat, contra id, quod habet in mente, & sic mortaliter peccat. Secus quando iurauit facere aliquod veniale, vel indifferens, secundum se, quia non adest veritas de necessitate salutis, potest enim facere, quod iurauit sine mortali peccato, cum sit res venialis. Concor. Arch. Flo. post Ro. sed si iurauit facere tale veniale, vt dicere mendacium officiosum, non tamen intendebat facere, sed contrarium intendebat facere, dico quod mortaliter peccauit, quia intendebat animo periurare, & non potuit hoc fieri sine contemptu. Conformatur hoc doctrinæ S. Tho. secunda secunda quaest. 89. art. 7. ad 2.

10 ¶ Promittens aliquod bonum possibile sibi, vel quod non est malum, sub iuramento propter metum, tenetur obseruare, si potest sine interitu propriae salutis, sed habet remedium. Primò, vt petat absolutionem à iuramento. cap. Si vero, de iur. iur. Secundo, vt petat creditorem compelli ad relaxandum, vel restituendum capit. 1. de iur. iur. Tertio, vt

*Nemo tenetur ser-
uare ea
que cau-
sant mor-
tale pec-
catum.* denuntiet iudici ex correctione fraterna. Et si iurasset non denuntiare, illud iuramentum non fuit obligatorium. Si vero non potest obseruare sine peccato mortali tenetur non obseruare illud, & mortaliter peccauit, quia fuit iuramentum de re mortali, nisi hoc impedimentum eueniret post iuramentum. Hunc casum tractat Sil. vel Iuramentum. ca. 4. q. 7. per totum.

11 ¶ Si quis iurauit comiti suo sic, videlicet, non dimittam te, nisi cenaueris mecum, vel aliud huiusmodi, si postmodum illum nolentem cenare secum dimittit, non propter hoc mortaliter peccat, quia non iurauit cum animo immutabili non dimittendi eum, sed intendebat quantum in se erat, nolens dimittere, non autem quando ille nullo modo voluisset remanere, nec taliter iurans efficitur propter hoc periurus, quia non facit contra intentionem implicitam. Attamen talia iuramenta sunt indiscreta, nec carent aliquo peccato, ideo sunt relinquenda, quamuis satis sint in vsu, qui tamen malus est.

12 ¶ Iurans dare aliquid, vel facere actum virtuosum quantumcunque minimum, si non seruat potens, mortaliter peccat, quamuis res sit minima, vt dare quadratum pauperi, quia non propter rem, sed propter iuramentum peccat, sicut vouit dicere Aue Maria, & non dicit, ita peccat sicut qui vouit dicere psalterium, quia vterque contra votum facit. Talis autem iurans taliter, & non seruans ex multis potest a mortali excusari. Primo si cum conditione promisit, & non interuenit conditio. Secundo, si dat aliquod maius bonum, vel vtilius. Tertio, si iurauit dare vel facere aliquid, quod post non expedit. Quarto, quando non esset de bono, sed de re veniali: vt si ex vindicta mater iurat filium verberare. Quinto quando hoc esset maioris boni impedimentum. Sexto, si ex lapsu lingue iurauit quasi nesciens, in huiusmodi non tenetur seruire, sed excusari potest.

13 Qui iurauit redire ad carcerem iniuriosum, secundum Tab. ver. Iurare. §. 10. ver. Accusatio, §. 10. & secundum Pa. ca. Si vero, de iur. iur. col. 5. & Io. An. in addit. ad Spec. eo. tit. in rub. non tenetur redire. habet enim remedium iuris, vt relaxetur iuramentum. Caie. secunda. secundum q. 89. contrarium tenet dicens, quod tenetur secundum conscientiam, quia velle pati iniustum, est sanctum, & potest obseruari sine interitu, &c. ideo iuramentum obligat. Tu dic, nisi dispensetur, supra ver. Accusatio, §. 20. conclusum est quod non tenetur

tur secundum Pan. vide. Qui iurauit non fugere de carcere non potest sine periurio fugere, etiam quod sit iniuriosus, quia per eandem rationem Caie. ibi, potest obseruare, & nihil dispensetur, vt supra. Qui iurauit facere aliquid in certo termino, & tunc non potest tenebitur alio tempore, quando poterit, nisi esset aliquid mali, ne sit fractor iuramenti. Si autem non potest seruire sine magna sui incommoditate, non debet propria authoritate contrauenire, sed petere relaxationem, vel a superiori, vel ab eo, cui promisit. Potest enim in tali casu relaxare, quia causa est rationabilis, & ita iuramenti fractor non fiet.

14 ¶ Iurans facere aliquid boni, ad quod non tenetur, vt intrare religionem, non tamen intendens per hoc se obligare ad seruandum, mortaliter peccauit, qui iurauit contra veritatem mentis, non tamen tenetur adimplere in conscientia, si non intendebat facere illud: secus si intendebat, aliter esset periurus. Semper enim iurans, & non intendens seruire, mortaliter agit.

15 ¶ Qui iurauit non mutare, vel non facere aliquid bonum, ad quod non tenetur de necessitate, & tamen postea mutatur, etiam extra casum necessitatis peccauit iurando, sed non mortaliter, quia sine mortali peccato poterat illud seruire, non seruando tamen, non peccat mortaliter, quia hoc iuramentum erat maioris boni impedimentum, vt §. 12. dictum est. Pan. in c. Si vero, de iur. iur.

16 ¶ Iurans alicui, qui est in bona fide, & potest precipere iuramentum, debet iurare secundum intentionem eius cui iuratur, aliter est peccatum mortale. c. ex litens. de spo. & c. Quancunque. 22. q. 5. Si vero ambo sunt in dolo, quia exigens iuramentum, non exigit de re licita, quae bona conscientia possit fieri, & sic iniuste exigit. Et iurans etiam in dolo est, quia ostendit verbis iurare vnum, & iurare aliud, standum est intentioni iurantis, quia non tenetur iurare secundum intentionem recipientis iuramentum. Si vero iurans est in bona fide, & ille, cui praestatur iuramentum, in mala, standum est intentioni iurantis. Et sic intelligitur Inn. in c. Veniens, de iur. iur. & Pan. in cap. Cum contingat. eo. tit. 3. notat. & S. Th. secunda secunda q. 89. art. 7. ad 4. & 3. sen. di. 30. q. 1. art. 3. quod 3. Si vero ambo sunt in bona fide, intelligendum est secundum intentionem iurantis in foro conscientiae, quia ex intentione obligationem accipit iuramentum. In foro vero contentioso, vbi ignoratur intentio, obligatur iurans,

*Iurans
ad prae-
ceptum su-
perioris de-
bet iurare
ad inten-
tionem
eius.*

secundum quod verba communiter accipi solent, ut dicit Pan. in di. c. Si vero.

17 ¶ In simplici iuramento multæ intelliguntur conditiones etiam si taceantur. Primo, si superiori placuerit. c. venientes, de iur. iur. quia, ut dicit ibi Pa. iuramentum subditi non potest fieri in præiudicium superioris. Secundo, si res in eodem statu permanferit. c. Quemadmodum. eo. tit. ut si iuravi accipere Sortem in famulum, &c. & infirmetur, non teneor. Tertio si seruetur iuranti promissum. ca. Pertinet. el. 2. eo. ut si iuravi Petro non separari ab eo, si voluerit, si non amplius vult, non teneor. Quarto, si res sit honesta, & possibilis in d. c. Quemadmodum, vel de nouo fiat impossibilis. Quinto, si iurauerit reddere pecuniam, intelligitur si fuerit tibi numerata. l. indubitati. C. de non nu. pec. Sexto, si iuro tibi dare dotem, intelligitur, si nupseris, & sequentæ fuerint nuptiæ. ff. de iur. dot. l. stipulationem. Septimo, si iuravit stare præceptis alicuius, intelligitur, si sunt moderata, quia si præciperet immoderatum, ut expellere uxorem, &c. non tenet. cap. Quintatuallis, de iur. Quia iuramentum non extenditur ad verisimiliter non cogitata d. c. Quemadmodum. Octauo, si facultas subsit. cap. Quærelam eo. Nono, nisi præceptum superioris interueniat, ut si iuravi dare Titio decem, & interdicitur à superiore, non teneor. ar. de cen. c. Significauit. Decimo, cum eadem qualitate, ut si iuro restituere granum, intelligitur eiusdem bonitatis l. cum quid. ff. si cer. pe. Undecimo, cum bona fide, ut si iuravi negotia tua tractare, intelligitur bona fide. cap. Ex literis, el. 2. de spon. Duodecimo, saluo iure ut si promitto, quod non ero contrarius tibi, intelligitur saluo iure meo &c. c. petitio eo. Tertriodecimo, nisi fuerit absolutus ab eo qui potest, in d. c. Quintatuallis. Quarto decimo, nisi qui turpe interuenerit, vel per alterum steterit. c. De illis, de spon. vel nisi ex mutuo consensu absoluiamur, per c. 2. de spon. Quintodecimo, re eodem modo manente, ut si iuro obedire Petro prælato, cessante eius prælatura, non teneor. & contra 15. quæstio. 6. alius. Sextodecimo nisi in melius commutetur, capitu. Peruenit el. secundo eodem titulo.

18 ¶ Speciales conditiones non intelliguntur in iuramento, nisi exprimantur, quamuis mente concipiuntur. c. si. 31. q. vlt. nisi ubi lex exprimit, tacitum haberi pro expresso in aliquo contractu, in promissoriis iuramentis. cap. Cum quid. d. 50. Aliter autem est in assertoriis. ar. in d. c. fin.

19 ¶ Iuramen-

19 ¶ Iuramentum & votum secundum canonistas currit de pari, ut dicit Pan. in c. si vero. eo. tit. ubi dicit, quod Ecclesia facit maiorem vim in iuramento quam in voto, quia est maius periculum deuitandi, eo quod crebrius fiat iuramentum, quam votum. Tho. secunda secundæ supra, dicit votum magis esse obligatorium, quia obligatio voti est ex fidelitate, iuramenti vero ex reuerentia: ideo votum ex ratione sua magis est obligatorium.

20 ¶ In iuramento assertorio nunquam potest fieri dispensatio, ut quis in aliquo casu falsum iuret, quia talis dispensatio esset directe contra præceptum Dei, secundum Tho. secunda secundæ, supra, in promissorio autem admittitur dispensatio, quia quod est utile, honestum, & bonum in communi, secundum particularem euentum non erit utile, honestum, vel bonum, vel non ita bonum, ideo admittitur dispensatio, secundum Tho. supra. Adde iuramentum promissorium quo promittitur aliquid, de quo est dubium an sit licitum, vel illicitum, proficuum, vel nocium, simpliciter vel in aliquo casu potest Episcopus dispensare. Si vero manifestè sit licitum, vel honestum, locum non habet dispensatio, nisi fortè occurrat aliquid melius ad communem utilitatem faciendum, & hoc ad Papam videtur pertinere, qui curam totius Ecclesiæ habet. Etiam vnusquisque potest irritare iuramenta suorum subditorum in eius præiudicium facta, ut pater filij, & vir uxoris &c. secundum Th. ubi supra. Intellige de illis iuramentis, quæ non possunt seruari, sine præiudicio superioris, secus in aliis, quæ non sunt in præiudicium superioris, quia non possunt sic irritari.

21 ¶ Quando iuramentum promissorium est factum alicui pertinens ad ipsius utilitatem, potest ille, cui promittitur, absolueri à tali iuramento. Nam enim satisfecisse intelligitur, quando fecit secundum quod ille vult, secundum Th. 5. Si vero, quod est promissum alteri, concernit honorem Dei vel aliorum utilitatem, ut si iuravi tibi, quod intrabo religionem, vel ieiunabo tali die, vel dabo elemosynam, tunc ille, cui facta est promissio, non potest absolueri: quia principaliter facta est Deo: nisi promittens interposuisset aliquam conditionem, ut dicendo si tibi videbitur, vel aliter: tunc non posset ille, cui promissum est, absolueri.

22 ¶ Iuramentum factum ad honorem Dei principaliter, sine causa rationabili à nullo, citra Deum, potest dispensari, arg. quod not. Io. An. in ca. 2. de spon. Quia Papa non potest

Papa non test sine causa remittere obligationē Deo factam. 2. q. 4. e. potest si- Si manet. ex rationabili autem causa, vt ob scandalum vitā- ne causa dum, vel alia tam Episcopus, quam Papa potest dispensare, remittere vt not. Inno. in c. Debitores, eo. & etiam interpretari. secundum obligationem Deo factam. dum d. Anto. in cap. Quanto. eo. Si autem concernit tantum fauorem iurantium, sic possunt inuicem remittere, secundum Io. An. 1. ca. 2. de spon.

Iuramentum est obligatorium in forma specifica. 23 ¶ Socrates iurans soluere Titio decem aureos, quos debet ab eodem Socrates habere, non potest facere recompensationem, secundum Pan. in capit. Ad nostram, el 1. de iur. iur. Quia iuramentum est obligatorium in forma specifica, nec sufficit illud adimplere in effectu, vt ibi per tex. patet. Bar. autem in l. amplius. ff. rem ra. hab. oppositum sentit, propter rationes valde efficaces, ob quod dicit. Panor. ibi supra, quod ante factum sequenda est prima opinio, quam sequitur Innoc. & Ioan. An. post factum autem secunda, vt scilicet talis non censeatur periurus. Videtur enim impediri, quod non soluat, quia Titius sibi non soluit.

24 ¶ Qui iurauit non expellere locatorem, si non soluit pensionem, potest expellere, secundum Pan. in ca. Tua nos, de iure iur. hoc. n. intelligitur. Idem de patre, qui iurauit non exhæredare filium, intelligitur, nisi peccatum ingratitude nis commiserit in eum. ff. de verb. signi. l. quidam cum filio, supra. §. 17.

25 ¶ Qui iurauit tenere aliquod secretum, debet intelligi de honesto, non alteri nociuo, secundum Pan. in c. Ego, eo. de mente Glo.

26 ¶ Actus gestus contra iuramentum si dependet ex mera voluntate iurantis tenet, vt si iuram non vendere librum meum, si vendo, tenet iste actus, secundum Inn. in ca. Dilectus, de præb. licet vendendo sit periurus. Si verò actus iurantis non mere dependet à voluntate iurantis sed à lege, interdicitur in fauorem ipsius iurantis, & non tenet, secundum Glo. in c. Licet. eo. cit. libr. 6. quia actus sine iuramento ipso iure erat nullus, obstante legis prohibitione. Idem quando actus prohibetur propter veritatem publicam, in c. Intellecto. de iur. iur.

Frangenti fidem fides frangatur eidem, quomodo intelligatur. 27 ¶ Qui iurauit dare alteri 100. aureos, quia promisit eisdem dare tot saccos frumenti, si frangatur fides iuranti, non tenebitur ad hoc iuramentum, quia istæ obligationes se inuicem respiciunt, secundum Pan. in ca. Peruenit, el 2. de iur. iur. Et in hoc sensu intelligitur illud frangenti fidem, fides frangatur

frangatur eidem. ff. pro socio. l. si conuenerit. Si verò promissiones non respiciant se inuicem, sed simpliciter sint factæ, secus est, vt si iurasti dare Petro equum tuum simpliciter, & ille promisit tibi non propter hoc dare vnum bouem, si non dat bouem, nihilominus teneris dare equum, quia istæ promissiones non sunt conditionales, neque se inuicem respiciunt. Et sic intelligitur c. Noli. 23. q. 1.

28 ¶ Successores iurantis, non obligantur ex illo iuramento, etiã si iurasset pro se, & suis successoribus quia licet possit corporaliter hæredem obligare, non tamen spiritualiter, nec tenetur filius sequi voluntatem patris in spiritualibus, vt in c. 1. de spon. impu. ideo hæres ex iuramento defuncti nunquam fit periurus. §. §. 34.

29 ¶ Qui iurauit non contrauenire venditioni alicui, & inuenit se deceptum ultra dimidium, potest petere absolutio- nem à iuramento, & post agere contra emptorem, & sic poterit audiri, secundum Pa. in c. Cum causa.

30 ¶ Iuramentum factum contra aliud iuramentum, non obligat, in c. Sicut ex literis, de spon. & Pa. ibi. Actus autem, gestus tenere eod. tit. quo dictum est, §. §. 26.

31 ¶ Clericus quidam iurauit ad studium cum licentia sui Episcopi, & pro studio contraxit debita, cum iuramento non recedendi, donec satisfecerit, hoc interim mandat Episcopus omnibus clericis vt infra certum diem veniat ad eum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Non tenetur iste clericus redire ante solutionem, secundum Pan. in cap. venientes, de iur. iur. quia ex quo cum Episcopi licentia fuit in studio, & pro necessitate studij contraxit debitum, videtur consequenter se obligasse cum licentia episcopi, quia vno concessio, conceduntur omnia, sine quibus illud effectum habere non potest, de offi. deleg. c. Præterea. Secus autem, si iurasset sine licentia, vel fecisset debita non pro causa studij, sed pro alia.

32 ¶ Quando quis dicit in veritate, vel per fidem meam, vel Deus scit quod non mentior, si non adest intentio iurandi, non sunt hæc iuramenta, quia Deus non adducitur testis explicitè, vel implicitè. Si autem esset intentio iurandi, vel si veritatem intelligeret Deus, vel fidem Theologicam virtutem, esset iuramentum. Similiter dicendo per crucem, per Deum, vel intendens iurare, diceret, in conscientia, vel rangeret pectus, vel scripturam, esset iuramentum, nec est necessarium exprimere verbum. Concor. Pan. in c. Si Christus, eo. tit. Et per

omne scriptum intelligitur Euangelium in iuramento, per communem consuetudinem. In iuramentis, quæ dantur secundum formam iuris, non sophisticè iurandum est.

33 ¶ Inducens aliquem ad iurandum, quem scit falsè iuraturum, vel probabiliter dubitat extra iudicium, secundum Thom. 3. sent. dist. 39. art. vlt. quol. 2. ad 2. mortaliter agit, secus in iudicio, quia in iudicio iuramentum non tantum exigitur propter iudicem, sed & propter alios, nec potest iudex remittere iuramentum, quod secundum ordinem iuris est exhibendum. C. in c. clericus, de cohab. cle. Si tamen aliquis esset ad falsè iurandum, & ego exigèrem iuramentum a rationabili, non peccarem mortaliter, quia non inducitur ad falsè iurandum, sed ad iurandum. Et quia iste actus potest bene, & male fieri, ideò si falsè iurat, sibi imputetur, sicut accipiens ad vsuram ex rationabili causa, non pranè agit. Et hoc tenet Sil. ver. Iuramentum. 2. §. 9. & Ang. versic. Iuramentum 3. §. 11. & licet Car. in cle. vni. de iur. iudicat quòd talis vincit homicidam, intelligitur tamen de inducente, vel disponente. non paratum ad periurandum, non autem de eo, qui vtitur eius iuramento in rationabili causa. Possumus enim vti ob necessitatè peccato alterius, non autem ad hoc inducere.

34 ¶ Quando aliqua vniuersitas, vel collegium iuramento se obligauit, illis mortuis, successores tale iuramentum non seruantes, non sunt periuri, secundum Tho. secunda secundæ, quæst. 68. quia obligatio iuramenti est personalis, ideò ex parte iurantis non transgreditur personam. Secus ex parte illius, cui iuratur, quia, si iurasti obedientiam prælato, etiam iurasti successoribus in eodem officio. Quod tamen fallit in liberto, vt in c. Longinquitate. 12. q. 2. quino uo patrono infra annum, tenetur professionem facere. §. §. 28.

35 ¶ Si multitudo iurauit absolutè, & in omnem euentum facere aliquid, vt seruaret festum S. Bernardi, omnes tenentur de illa multitudine. Si verò non absolutè, sed sub aliqua conditione, non tenetur quis, nisi extante conditione, ar. de condi. apo. cap. Verum. Vnde si alij, vel maior pars non seruans, alij dicuntur absoluti. Quando vero pauci seruant, recurrendum esset ad intentionem iurantium. Quod si de intentione eorum nesciri potest, tutius est non contrauenire. Si vero non est clarum, quod sit iuramentum absolutum, vel conditionatum, tunc, vel iuramentum spectat ad commodum tantum iurantium, & sic non seruante maiori, vel media

dia parte, alij non tenentur seruare iuxta benignam interpretationem, si hoc vergit in damnum seruantium, & in lucrum non seruantium. Cum vero seruantes nullum damnum incurrunt, non est tutum contrauenire. Quando vero aliorum concernit commodum, sibi inuicem remittere non possunt, nec aliis non seruantibus, non seruare sine licentia, si simpliciter iurauerunt. Et si hoc sit dubium, dimittant incertum, & seruando certum teneant, secundum Vneruan. & Arch. Flor. Et si iusta non observatio aliquorum, talem reddit casum, quod si à principio adfuisset, non iurassent, non tenentur seruare. Et hoc fit pro regula communi, secundum multos doct. quia iuramentum interpretandum est secundum mentem iurantis, non enim ad plus obligat, quam iurans intenderit.

36 ¶ Socrates, qui iurauit seruare statuta Placentina, his sublatis per communitatem, non tenetur amplius illa seruare, secundum Io. An. in c. i. de his quæ fi. à ma. par. c. Si verò iurauit, seruare ea, quæ continentur in statutis, nulla facta mentione de ipsis statutis, secus est, quia etiam remoto statuto tenetur, secundum Pan. in c. Dilectio, de præben. Si autem sic iurauit dicendo: iuro seruare hoc, & hoc, prout continetur in statutis, tunc sublatis statutis, tollitur iuramentum, quod fuit accessorium ad statuta. Idem sentit Car. in cle. i. de reg. iur. Quia materia hæc difficilis, vt Pa. testatur, ideò vide Tab. ver. iurare. §. 35.

37 ¶ Qui iurauit simpliciter seruare statuta suæ ciuitatis, & non cogitauit de edendis, tenetur tantum, secundum Pa. de editis, propter periculum periurij: tamen potest dici, quòd si intendebat etiam de edendis, tenetur. Si verò non intendebat, secus est. Si verò est dubius, videtur non teneri, quia hoc est stricti iuris secundum Pan. Tutius tamè est, quod seruet etiam de nouo edita, vel superiorem adeat.

38 ¶ Si quis iurauit simpliciter seruare statuta, & in illis sunt aliqua illicita, non tenetur illa seruare, quia iuramentum de re turpi non obligat, vt s. diximus. Male tamen fecit iurando simpliciter. Multi casus particulares possent adduci, sed ex regulis, & dictis generaliter, multa possunt solui occurrentia. De hac materia, vide etiam j. Periurium in multis. §. 4. & 5.

DE IURE.

- 1 Iuri contraria non valent.
- 2 Iure suo quando quis possit vti.

Quæ contra ius fiunt, non valent, per regulam, de reg. iur. l. 6. nisi addatur aliquid legi, ut valere possit. Quo modo tripliciter possit addi, Tab. ibi. §. 6.

1 ¶ Iure suo quis potest uti, etiam cum damno alterius, dum tamen non habeat animum nocendi, ut in Gl. in c. Cui etiam Vulterana, de elec. & c. Nisi specialis, de auth. & v. pal. Secus autem cum malo animo utitur, vel sine utilitate sua, aut suorum, sed tantum cum damno proximi. Hoc enim sine peccato

Cum quis esse non potest, cum sit contra charitatem proximi. Et quando aliquis sibi non prodest, & alteri nocet, non est audiendus.
2 ¶ I. in fundo. ff. de re vendita. Quid autem sit ius naturale generium, diuinum, vel humanum, Thom. 2. secundæ. q. 57. & dist. 1. per totum.

DE IVRE PATRONATUS.

1. *Ius patronatus quid sit.*
2. *Patronus tenetur defendere ecclesiam, ne eius bona dilapidentur.*
3. *Patrono ad inopiam urgente, ecclesia succurrere tenetur.*
4. *Ius patronatus quomodo acquiratur.*
5. *Ius patronatus an ad heredes transeat.*
6. *Ius patronatus diuidi an possit.*
7. *Ius patronatus an transeat cum aliquo iure, quod patronus vendit in aliquo castro non suo.*
8. *Patronus quantum tempus habeat ad presentandum à diuacationis.*
9. *Patronus scienter presentans indignum, mortaliter peccat.*
10. *Patroni volentes aliquem presentare, debent omnes esse simul.*
11. *Patronus aliquid exigere non potest in recognitionem iurispat.*
12. *Clerico non licet ecclesiam de manu laici accipere.*
13. *Laicus edificans capellam in ecclesia, & eam dotans, acquirit ius patronatus simul cum ecclesia.*

Ius patronatus secundum Pa. & Ioan. And. in Rubrica, de iure patro. importat honorificum, onerosum, & utile ius alicui comperens in Ecclesia, pro eo quod ex diocesani consensu, per eum constructa, fundata, vel dotata est, vel per eum, a quo habuit. Et dicitur honorificum, quia ipse presentat rectorem, & sine eius presentatione, institutio alicuius per quemcunque facta, ipso iure nulla est, per c. Decernimus. 16. q. 6. nisi quando patronus fuisset negligens presentando, tunc elapso termino, valet institutio. Papa ta-

men

men sine presentatione patroni potest instituere, & legatus de latere, quando patronus esset ecclesiasticus. Secus si esset secularis, tunc non posset legatus, secundum Gloss. in clem. per literas. de pæben. Et est casus de iure pa. cap. cum dilectus.

2 ¶ Patronus tenetur defendere Ecclesiam, ne eius bona dilapidentur. 16. q. 7. c. Filiis. Vnde presentatus tenetur reddere rationem patrono, si est ecclesiasticus, de administratione, in c. Cum & plantare, de priuile. non tamen valde, & strictè, ut not. Pan. in cap. ex literis eo. tit. sed in genere duntaxat.

3 ¶ Est etiam utile, quia si patronus ad inopiam veniret, tenetur Ecclesia ex redditibus ultra necessaria remanentibus alimentare patronum pinguius cæteris pauperibus. c. Nobis in fi. de iur. pa. & c. quicumque. 16. q. 7.

4 ¶ Ius patronatus primo acquiritur dando fundum pro ædificatione Ecclesie, in d. c. Nobis. Secundo, ea ædificando de Episcopi licentia. c. Monasterium. 16. q. 7. Non enim sine Episcopi licentia Ecclesia fieri potest. c. Nemo, de conse. di. 1. vel totaliter destructam ædificando etiam si de eadem materia repararet, de consensu Episcopi, quod perinde est, ac si de nouo construeret. c. consuluit de Iude. Et primus, qui edificauerat, nec fundum, aur dotem dederat, amittit ius secundum Gloss. in c. quoniam. eod. tit. Debet tamen requiri, an velit reædificare ipse, quia aliis præferendus est. Tertio ex donatione. c. quicumque, eod. tit. & hoc ante consecrationem quia rei sacre nulla seruitus imponi potest. ff. de se. l. seruitus, & l. 2. Inno. & Host. tenent, quod si etiam post consecrationem dotetur, acquiritur ius, quod verius est, quia sine substantia rerum non potest Ecclesie deseruiri, in c. si quis obiecerit. 1. q. 3. Et si det non nomine dotis, non dicitur patronus, sed benefactor, nec habebit ius, ut in cap. quantum. eo. tit. & hoc quando fundator non potest compelli ad dotandum eam, secundum Pa. ibidem. Quod si plures ædificauerunt, vel dotauerunt, vel vnus vendit fundum alter ædificauit, alter dotauit, vel plures, omnes erunt patroni, secundum gloss. dist. 63. cap. In summa. Limita, dummodo sufficientem dotem det vnus, vel plures dent, secus si modicam, & insufficientem.

5 ¶ Ius patronatus transit ad hæredes, etiam extraneos mascululos, & fœminas, qui succedunt non per capita, sed per stirpes, Pan. in c. 1. eo. tit. cle. si. eo. ti. & cle. si. de concef. preb. ideo filius

filius qui repudiavit hæreditatem paternam, non erit patronus secundum Fe. conf. 3. sed ad hæredes transibit, si plures sint.

6 ¶ Ius patronatus non potest diuidi secundum Pa. in d. c. 1. cum sit ius incorporale, possunt tamen patroni conuenire, ut vnus vna vice præsentet, alius alia, ut in d. c. i. fi. Vel vnus in vna ecclesia alius in alia, quando plures ecclesias habent, in d. c. 1. Quia ista diuisio non prohibetur. Nec ius patronatus magis potest adiudicari vni ex hæredibus quam alteri; secundum Pan. in c. querimoniam. eod. tit. & si daretur illi, qui minus habuit pro recompensatione, esset simonia. c. præterea. eod. tit. Transit etiam cum donatione, c. consultationibus. eod. tit. cum licentia tamen episcopi, in d. c. præterea, nisi quando donatur ecclesie, vel loco religioso. Tunc namque sine licentia potest donari, in c. ex insinuatione. eod. tit. Potest etiam dari in feudum cum vniuersitate cum secundum eod. tit. Transit etiam cum venditione vniuersalium bonorum, nec est simonia, in c. ex literis. eod. tit. nisi emeret quis principaliter propter ius patronatus, vel specialiter venderetur, vel cum intentione posse præsentare emeretur, vel carius propter hoc venderetur, esset simonia, Pan. in c. quia clerici. eod. tit. Et si vendens dicat. Vendo tibi villam, & ius patronatum, non valet venditio, sicut valet, si simpliciter vendit, in cl. Pastoralis. de re iudi. quia ius patronatus vendi non potest.

7 ¶ Habens multa iura in aliquo castro non suo, & vendit omnia iura, quæ ibi habet, non transit per hoc ius patronatus, si aliquid ibi habet, quia hæc vniuersalis, omnia iura, soluitur in multas singulares, videlicet hoc, & hoc inter alia iura est ius patronatus, quod non potest vendi. Secus, quando castrum, vel hæreditas alienatur, ut s. patet. Si quis tantum venderet palarium, in quo habet capellam cum multis priuilegiis, & fortè multis bonis redditibus transit ius patronatus, ar. in l. si mercedem. §. si eum fundum. ff. de act. emp. licet Inn. & Host. in d. c. ex literis no. contrarium, primum tamè est verius. Impignorari tamen non potest, nec transire cum vniuersitate impignorata secundum veriorum opinionem, quia tunc nec creditor posset præsentare, cum non possit vi re pignorata, neque debitor, qui transfudit in creditorem, & sic ecclesia detrimentum pateretur, quod esse non debet, in c. Cum secundum eod.

8 ¶ Patronus si est secularis, à tempore vacationis habet spatium quatuor mensium ad præsentandum, si clericus sex.

ex

ex text. in c. Vnico. eod. tit. lib. 6. & potest laicus antequam episcopus confirmet variare, in cap. Quod autem, eod. tit. si autem patronus est ecclesiasticus, non potest variare post præsentationem. c. Pastoralis. eod. tit.

9 ¶ Patronus præsentans indignum scièter mortaliter peccat, quia infideliter agit in officio sibi commisso, & si est clericus, priuatur ea vice iure præsentandi, in cap. Sicut de sup. neg. præla. Non autem si est laicus, ut elicitur ex cap. Cum vos de offi. or. & hoc tenent Innoc. Host. & Ber. in d. c. Cum vos, & nemo seipsum præsentare potest, sed bene filium, si tamen sit idoneus secundum Pan. in c. Consuluit, eo. tit. & vnum de patronis, si plures sunt, ut d. glo. in d. c. Consuluit, & admittitur præsentatus à maiori parte, quando præsentatur, quasi à collegio, secundum Panor. in cap. Quoniam, eo. tit. Si autem præsentetur à pluribus tanquam à singularibus, tunc præsentatus à pluribus, etiam non à maiori parte communiter admittitur, secundum Pan. ibidem.

10 ¶ Quando patroni volunt præsentare aliquem, debent omnes esse simul, & vocari, siue præsentent, ut collegium, siue ut personæ singulares. Et hæc opinio magis placet Pan. Vide tamen ipsum in d. cap. Quoniam, Si duo sunt Patroni, & vnus præsentat Titium, alius Socratem, episcopus poterit confirmare quemcunque eorum voluerit, secundum Io. And. in cap. Cum autem. eod. tit. & Card. ibi, & Pan. in cap. Eam te, eod. tit. Debet tamen conscientia meliorem confirmare.

11 ¶ Patronus non potest aliquid exigere in recognitionem ius patronatus, nisi à principio foundationis fuisse sibi reseruatam ab episcopo, secundum Pan. in cap. Præterea eo. tit. & tale ius sibi reseruatam posset patronatus vendere, titulo apud eum remanente, quod videtur verum, quando pinguem, & abundantem dotem dedisset, non autem si tantum necessaria pro ministris tribuisset, quia tunc nullum seruitium poterit retinere, sicut no. Pa. c. 1. de cen. nisi quando locus religiosus propriis sumptibus ecclesiam ædificasset. Vide de priuile. cap. Cum & plantare. & cap. Sicut de sup. neg. præla.

12 ¶ Clerico non licet ecclesiam de manu laici recipere. Panor. in d. cap. Præterea, & taliter recipiendo mortaliter peccat, & licet non sit ipso iure suspensus, debet tamen communionem priuari, ex quo infert Panor. quod si talis im-

X

petrat

Nemo seipsum
præsentare potest.

petrat à Papa, non expressio, quòd prius habuit à laico, non valet, supra, Beneficium, §. 15. Irregularitas, §. 82. Facit ca. Postulasti, de rescript.

13 ¶ Laicus ædificans capellam in ecclesia, & eam dotans, acquirit in patronatus simul cum ecclesia, quæ ponit fundum, secundum Pan. in cap. Ad audientiam, de eccle. ædifi. Si autem clericus ædificat de bonis ecclesiæ, non ipse, nec parentes eius erunt patroni, sed ecclesia tantum, de cuius bonis ædificata est, secundum eundem. Publicatis omnibus bonis alicuius propter crimen, etiam læsæ maiestatis per secularem iudicem, filius non priuabitur iure patronatus, quod pater illius habebat, quia hoc à Papa habet, vt not. Arch. in cap. Filij. 16. q. 7. Intellige quando non est in aliqua vniuersitate seculari. Cum illa enim (vt diximus) iure patronatus transit.

DE LAICO.

1 Laicus an possit esse procurator, vel œconomus bonorum ecclesiasticorum vel clerici ad eligendum. 2.

2 Laicus an possit esse vicarius episcopi in spiritualibus.



LAICVS non potest esse procurator, seu œconomus, vel generalis administrator omnium bonorum ecclesiasticorum, tam spiritualium, quam temporalium, secundum Panor. in cap. Decernimus, de iud. qui all. glo. in cap. Iudicatum 99. dist. n. sed bene potest esse œconomus ecclesiæ in temporalibus, cap. In noua 16. q. 7. consentit. Gaspar. de Cal. & Ioan. And. in cap. Vnico, de iudico.

2 ¶ Laicus non potest esse procurator cleri ad eligendum vt not. doct. in d. cap. Decernimus, & Ioan. And. in regula, quod alicui, de re. iu. lib. 6.

3 ¶ Laicus non potest esse vicarius episcopi in causis spiritualibus, quæ laico committi non possunt, vt not. in d. cap. Noua: nec etiam si esset clericus coniugatus. cap. Vnico, de cle. coniu. lib. 6. Sed si episcopus habet iurisdictionem temporalem, potest illum facere vicarium suum in cap. fin. ne cle. vel mo. lib. 6. Quomodo laicis sit prohibitum disputare, & prædicare de fide, supra, Disputare, §. 1. An & quando licet laico accusare clericum. vide Sil. ibi, ver. Laicus, §. vlt. Laicus si sit bonæ famæ, clericum accusare potest secundum Bart. Brit. 2. quæst. in princ. Non tamen prælatum suum, nisi suam prosequendo iniuriam in c. Omnibus. 4. q. 6. in crimine hæresis, simoniæ, & læsæ maiestatis. 15. q. 3. cap. Sanè.

DE

DE LARVIS.

1 Larvis vti an liceat.

VTI larvis secundum se, modo debito, pro loco, & tempore, non est peccatum, cum etiam in representationibus licitis hoc fiat, esset peccatum mortale, si pro aliquo fine peccati mortalis fieret, vt pro homicidio, vel fornicatione patranda, vel à personis religiosis, maxime cum depositione habitus, vel occultatione, procedendo in publicum. Secus si in eorum claustro, pro recreatione fieret. Item credo clericos in hoc graniter peccare, tum ex aliorum scandalo, tum quia se exponunt peccandi periculo, cum quia hoc non decet graues personas, quales clerici esse debent, & præcipue prælati. Etiam credo bonum esse eis non vti, quia homines maxime eis vtendo dissoluantur, & præcipue feminis prohibendum esset, ne vagandi eis occasio præstaretur, & consequenter in peccatum ruendi, ad quod pronæ valde sunt.

DE LENOCINIO.

1 Lenocinium peccatum mortale est.

Lenocinium, quo quis ad aliena venerea mediat, illicit, & huiusmodi est mortale: quia cooperatur ad aliquid mortale, & tanto grauius est, quanto ex hoc plura sequuntur peccata. Ad hoc, l. palam. ff. de rit. nupt.

DE LEGATIS.

1 Legatum quid importet.

2 Legare potest omnis, qui potest testari.

3 Legari potest omnibus, qui possunt heredes institui.

4 Legata an pro anniuersarijs in præceptum, &c. legari possint mendicantibus.

5 Ecclesiæ construendæ legari potest, licet non donari.

6 Legatum factum ecclesiæ S. Petri si plures eo nomine vocentur, cui dabitur, & quid si nulla eius nominis sit.

7 Si quis reliquit centum aureos infra annum dandos P. Qui si ante annum moriatur, cui dabuntur.

8 Si P. leget decem ecclesiæ tali, si ibi sepeliatur si non sepelitur, an debebuntur.

9 Si S. legat T. centum vt redimat P. seruum T. vult redimere P. sed eius dominus non vult, an habebit legatum.

10 Pater reliquit filie suæ nuptæ omni anno pro vestimentis decem, si steterit per aliquos annos, quod se non induerit, nec ab heredibus legatum accepit, si petat, legat decursa præteritorum annorum an habebit.

X 2

11 Lega

- 11 Legatarius si pramoriatur, leganti, an legatum spiret.
- 12 Legatum factum episcopo an contemplatione ecclesie factum presumatur.
- 13 Legatum factum filiofam. nominato eius patre, an presumatur propter hoc factum intuitu patris.
- 14 Legatum factum omnibus canonicis alicuius ecclesie an eim contemplatione presumatur factum.
- 15 Legato si uti non possit legatarius nisi respectu ecclesie, eim contemplatione intelligitur factum.
- 16 Testator si leget rem alterius, an heres teneatur eam emere, & dare legatario.
- 17 Legata domo, an hortus ei coherens legatus intelligatur.
- 18 Testator si rem legatam vendidit, vel impignoravit, an heres teneatur eam emere, & dare legatario.
- 19 Legatum personale quod relinquitur alicui, an trahatur ad posteros.
- 20 Legari an possit quod futurum est.
- 21 Legatum factum creditori a debitore, an presumatur factum pro recompensatione.
- 22 Legatarius an teneatur ad restitutionem eius quod sibi relatum est ex eius importunitate.
- 23 Legatum, quo uxori legatur sua dos, ad quid valeat.
- 24 Legatum factum in genere non valet.
- 25 Si quis legavit centum aureos, quos habet in tali causa, si non inveniatur nisi quinquaginta, an legatarius plus habeat quam inventum est.
- 26 Ratione mobilium an intelligantur etiam fructus in legatis.
- 27 Legans decem S. si voluerit, eo mortuo nihil exprimente, an heres eius habeat ea.
- 28 Legans uni fundum, & alteri eius usufructum, quomodo legasse intelligatur.
- 29 Si quis legavit S. centum, & si ea perdidit, alia centum quoties ea habeat.
- 30 Si L. relinquat P. usufructuarium talis fundi, quousque eim filius erit talis aetatis, filius moriatur, usquequo durabit legatum.
- 31 Alimentorum nomine quid veniat in legatis.
- 32 Vxor relicta domina, & usufructuaria quid intelligatur. *m. ro 33.*
- 34 Vxor si leget maritus aliquid, si caste vixerit, an si transeat ad secunda vota, perdat legatum.
- 35 Si legavit uxori suae usufructum unius domus eandemque domum

- domum in eodem testamento alteri legavit, an propter hoc adimatur usufructus uxori.
- 36 Testator si dicat relinquo fundum A. ad usufructuandum, an intelligatur legata proprietatis.
- 37 Legatum fieri quibuscunque verbis voluntatem testatoris exprimentibus.
- 38 Dicitio, si an semper importet conditionem.
- 39 Legata si fuerit B. centum si T. Nupserit, si illi non nubat, an priuabitur legato.
- 40 Legata peti non possunt nisi adita hereditate, nisi ad pias causas.
- 41 Legata quo ordine capiantur.
- 42 Legatum quomodo reddatur caducum.
- 43 Legatum quando legatur ad pias causas.
- 44 Ad pias causas legare dicitur, qui legat pauperibus, vel ecclesie pro male ablatis.
- 45 Si legentur decem, nec exprimat persona ad pias causas legata dicuntur.
- 46 Relinquens consanguineo pauperi non expressa causa, an dicitur reliquisse ad pias causas.
- 47 Relicta ad pias causas, & ecclesie, eodem privilegio gaudent.
- 48 Falcidia an possit detrahi de legatis ad pias causas.
- 49 Legata facta sine institutione heredis an teneant.
- 50 Legata an vitientur ex defectu testamenti.
- 51 Herede renuntiante hereditati, vel volente adire, an legata ad pias causas debeantur.
- 52 Legatum factum ecclesie construenda, vel monasterio debetur cum fructibus intermedij temporis.
- 53 Legatum factum ad certum usum, an ad alium possit converteri, & eius commutatio ad quem pertineat. *55.*
- 54 Legata ut solvantur tam secularis, quam ecclesiasticis inde possunt compellere.
- 55 Episcopus non potest se intramittere de legato ad pias causas, quando testator prouidit de executoribus legato.
- 56 Legatum factum pro constructione hospitali an possit converteri in edificationem monasterij.
- L**egatum importat donationem quandam a testatore relictam, praestandam post mortem testatoris, & post aditam hereditatem ab herede. Institut. de lega. §. 1. Hodie legatum, & fideicommissum idem ferè sunt, & quicquid iuris est in vno, est etiam in alio. ff. de leg. l. 1.

2 ¶ Qui potest testari, potest etiam legare, & codicillari, quia hæc æquipollent. ff. de iur. Codi. l. diui. §. codicillos, Fal. lit in legatis ad pias causas, vt dicitur infra. §. fin. Quomodo autem legatum fieri queat, vide infra.

3 ¶ Omnibus, qui possunt esse hæredes, potest legari, & q. sit persona certa, aliter non valet. l. vulgo. ff. de stat. hom. Fal. lit in aliquibus casibus vt patebit infra. Fratribus etiam medicantibus, maximè quatuor ordinum, potest legari, ex priuilegiis enim eorum sunt capaces legatorum. Etiam fratribus minoribus per cle. ex iui. de ver. sig. §. cupientes. dummodo non sit tanta hæreditas, vt præsumatur fieri fraudulenter sub forma legati, pro successione hæreditatis, cuius non sunt capaces, vt d. §. cupientes. Sed cum relinquitur hospitali, vel tali collegio, cum onere dandi quotannis fratribus minoribus tot staria frumenti, vel huiusmodi, tale legatum non valet, secundum Pan. in c. In præsentia. de proba. quia hoc esset habere quandam proprietatem, & tot possent habere similes annuos redditus, quod non oportet eos mendicare, quod esset contra eorum regulam. Fratres verò prædicatores, ex priuilegio sunt huiusmodi capaces, non autem ex eorum constitutionibus, supra Hæreditas. §. 5.

4 ¶ Legata pro anniuersariis in perpetuum, vel ad longum tempus, an mendicantes possint recipere, vel in iudicio petere, nolo nunc discutere, quia omnes sunt priuilegiati super hoc propter quod licet non possent de iure communi, possunt ratione priuilegiorum, supra Hæreditas. §. 5.

5 ¶ Quamuis Ecclesiæ construendæ donari non possit, vt in c. Abbate. de re iud. potest tamen legari secundum Pan. in c. Nos quidem, de testa. Ratio diuersitatis est, quia donatio requirit personam, & scientiam. Vnde nunquam quis sit dominus rei donatæ nisi sciat, & consentiat. l. absentis. de dona. Secus in legato. l. cum pater. ff. de lega. 2. §. Surdo.

6 ¶ Legatum factum Ecclesiæ S. Petri, quando plures hoc nomine vocantur, non est nullum, sed dabitur Ecclesiæ parochiali, si hoc nomine vocetur, vel pauperi, quæ sic nominatur. Pan. in c. iudicante. de testa. Quod si nulla est ecclesia, quæ vocetur hoc nomine, dabitur Ecclesiæ cathedrali secundum Glo. in c. Nos quidem. Et si legatur Ecclesiæ fundæ, & non dicitur de loco Episcopus, & executores prouidebunt de loco Ecclesiæ construendæ, nisi aliter constet de mente testatoris, quæ consideranda est, si possibile est.

7 ¶ Si quis reliquit 100. aureos infra annum dandos Petro, qu

qui ante annum moritur, secundum Pa. in d. c. nos quidem, si reliquit intuitu animæ, ita quod si Petro non reliquisset, alteri tamen reliquisset, tunc hæres dabit alteri, vel conuerteret ad pium vsum, de licentia Episcopi. Si autem legauit respectu personæ tantum, qua non stante non reliquisset, non tenebitur amplius hæres. vt in l. pater. ff. de leg. 3. §. Tuscitanus. Si autem hoc vertitur in dubium, tunc fauore religionis præsumendum est ad piam causam reliquisse, & ad alium pium vsum esse deputandum, de licentia Episcopi. Facit cle. quia contingit, de reli. do. Et per hanc regulam multos solues casus: vt de legato factio puellæ, cum nupsit, & ante hoc moritur.

8 ¶ Legat Petrus ecclesiæ tali 10. aureos sub conditione, si ibi sepeliatur, si non sepelitur ex defectu legati, vt quia moritur excommunicatus, vel aliter: ideo non potest sepeliri, nihilominus legatum soluetur illi Ecclesiæ, secundum Bar. in l. miles. ff. de adul. Conditio enim effecta est impossibilis, ideo non vitiat legatum. l. obtinuit. ff. de con. & demon. Hæc regula ad multa valet, vide aliquid supra. Hæres. §. 14.

9 ¶ Si Sempronius legat Titio 100. vt redimat Platonem seruum, Titius vult redimere Platonem, sed dominus non vult vendere, habebit legatum Titius, quoniam per ipsum non stetit, quin Plato redimeretur. Idem dic, si Plato hoc intermedio moriatur. l. si Titio. ff. de lega. 1.

10 ¶ Socrates reliquit filiæ suæ nuptiæ omni anno pro vestimentis, vt se induat, 10. aureos, quæ filia stetit per quatuor quod non induit se, nec aureos ab hæredibus legantis accepit, si petat modo aureos præteritorum annorum, non habebit, an. l. quidam prædia. ff. de usufruct. lega. Ipsa enim fuit in culpa, quia non petiit dictos aureos.

11 ¶ Si legatarius præmoriatur leganti, legatum spirat, & apud hæredes remanet, si autem moritur post, sed ante quæ hæres adeat hæreditatem, legatum ad hæredes legatarij transit, l. vnica. C. de cadu. tol.

12 ¶ Legatum factum episcopo, vel cuiunque habenti administrationem, vel prælationem, præsumitur factum contemplatione ecclesiæ, nisi sit factum à persona coniuncta vsque ad quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, quo casu erit suum, & succedent propinqui ab intestato. c. Quia nos. & c. Requisiti. de testa. Vide Pa. ibi. Si verò sit facta personæ ecclesiasticæ, nõ habenti in Ecclesia admini-

strationem, in dubio præsumitur, quod sit factum contemplatione personæ, si tamen potest habere proprium, secundum Pan. in d. Requisisti. Quod si non potest habere proprium, ut religiosus, præsumitur factum intuitu monasterij, vel Ecclesiæ. 18. q. 1. c. Vnico. Vnde non potest disponere de hoc, nisi sicut de cæteris ecclesiæ bonis, & cedit monasterio, vel ecclesiæ.

13 ¶ Legatum factum filiofamilias per similia verba, lego filio Petri, vel expressius dicendo, Sempronio filio Petri, secundum Pan. in c. Raynucius. de testa. non intelligitur factum contemplatione patris, licet pater nominetur, quia nominatio patris sit causa demonstrationis, & iam si fiat mentio de patria potestate, patria potestas non impedit, & tunc ususfructus tantum videtur acquiri patri. Huic concordat Bar. in l. cum aliquis. C. de iure deli.

14 ¶ Legatum factum omnibus canonicis alicuius ecclesiæ etiam cum expressione nominum, præsumitur factum contemplatione ecclesiæ, per l. civilibus. ff. de reb. dub. Secus si vni non habenti administrationem, vel prælationem, ut supra. §. 12. & in d. Requisisti. Facit l. nonnunquam. ff. ad Treb.

15 ¶ Quando legatarius non potest uti legato, nisi respectu ecclesiæ, intelligitur factum contemplatione ecclesiæ in dubio, ut si legetur clerico accessus per feudum alicuius ad ecclesiam. Et ita intelligo Glos. in l. Non plures. C. de sac. san. ecc. & quod notat. doct. C. eo. tit. l. 1.

16 ¶ Si testator rem leget alienam, quam scit esse alterius hæres teneretur eam emere si potest, & dare, vel æstimationem soluere, si talis res æstimari potest. Inst. de leg. §. non solum. C. de le. l. cum alienam. Si autem testator habebat tantum aliquod ius in re illa: intelligitur tantum ius, quod habet relinquere. ff. de leg. 1. l. serui electione. Si res erat omnino aliena, & est hæredis, præstabit. Si vero hoc fecit ignorante, & reliquit extraneo, non valet. Si reliquit personæ cõiunctæ, cui tantundem reliquisset, si hoc sciuisset, etiam hæres dabit æstimationem, in d. l. cum alienam. Et hæc prædicta sunt vera, secundum ius canonicum, & in conscientia, ut communiter doct. tenent, & ut refert Pan. in c. Filius, de testa. quamuis ipse cõtrarium teneat, propter tex. dicentem, secundum leges seculi hæredem cogi ad soluendam rem alienam legatam, sed eius ratio non valet, quia secundum In. tex. loquitur in rebus ecclesiæ, alteri ecclesiæ legatis in quibus legatum nõ tenuit. Ideo in omni facto prædicta sunt tenenda ve-

12. Quia fundatur super hæc regulã q. volũtas testatoris seruanda est, qñ scitur aut probabiliter p cõiecturas deprehendit. 17 ¶ Legata domo, intelligitur etiam legatus hortus ei coherens, maximè cum est sub eodem ostio, secundum Pan. in d. cap. Raynucius: nisi aliter de mente testatoris constaret. Item legata veste vxori ornamenta eius pretiosa, secundum Ludo. de. Ro. videntur legata: quia sunt accessoria, nisi talia ornamenta essent prohibita mulieribus, tunc nõ dicerentur accessoria: licet alij oppositum teneant, dicentes accessoria pretiosiora non accedere suo principali. Legato chi ographo, legantur actiones, quæ sunt in co. l. Qui chirographum. ff. de lega. 3. Legato lecto, venit eius ornamentum. ff. de leg. 3. l. librorum. §. fin. Hæc enim accessoria esse videntur. 18 ¶ Si testator rem legatam vendidit, vel impignorauit, nec post mutauit voluntatem, immo noluit aliter disporre, tenebitur hæres rem illam emere, vel expignorare; si potest, & dare legatario, vel saltem existimationem in conscientia. Inst. de leg. §. Si rem suam, sicut dictum est, quando re alienam legauit, supra. §. 16.

19 ¶ Legatum personale, quod relinquitur alicui, non transit ad posteros. ff. de leg. 1. §. apud Iulianum. §. si quis, in Gl. ibi.

20 ¶ Quod futurum est, in legato potest relinqui: quia aequaliter est in spe, ut fructus. Etiam iura, credita, seruitutes dummodo testator non exegerit, & debitum creditori potest legari. Inst. de leg. §. ea quoque res. & §. Cum autem. §. si quis debitori.

21 ¶ Legatum factum creditori a debitore, qui ei tenebatur de necessitate iuris, in dubio præsumitur factum pro re compensatione, ita quod creditor non poterit habere vtrūque. Secus autem si debitum erat voluntarium, secundum communiter doct. in c. Officij, de testa. Et casus. in l. cum dotem. §. si pater. ff. de sol. mat.

22 ¶ Qui ex importunitate facit ut aliquis relinquat sibi, quod alteri reliquerat in testamento, vel aliter mutet testamentum, licet peccet si ex odio, vel auaritia hoc faciat, non tamẽ videtur teneri ad restitutionem, quia adhuc nulli erat ius acquisitum. Secus si dolosè hoc egit, tenebitur de actione doli, secundum Capolam in suis cautelis, non autem ad restitutionem, quia nullum ius erat acquisitum, ut supra.

23 ¶ Legatum quo legatur vxori propriæ suæ dos, valet ad hoc, ut plenior sit actio ex legato, quàm ex dote, Inst. de leg.

§. sed si vxori, quia legatum statim debetur, vt dicit ibi gl. Dos autem si constet in mobilibus, post annum. Valet etiā, quia non habebit probare dotem, si exprimatur, quantæ sit quantitatis, aliās oportere probare. C. de fal. capit. adiec. in sec. lib. 3.

24 ¶ Legatum factum in genere non valet, sed specie specialissima. Quod si res legata est incerta, & habetur in patrimonio testatoris, vt dos, vel seruus, electio pertinet ad legatarium, dum tamen nō eligat optimum, si non habetur, eliget hæres. Inst. de leg. §. si generaliter. & ff. de triti. l. 1. 3. Dummodo non eligat rem nil valentem vt seruus, vel bouē ant. quum, vel huiusmodi, quia debet dare de melioribus. C. communia. de leg. l. fin. §. 1. Et maxime si relinquat ad pias causas, vt si relinquat calicē ecclesię, intelligitur saltem de argento: si planeram, de serico. Si autem relinquat feudum indeterminate alteri, videtur derisorium, quia hæres dando digitum terræ, liberaretur. l. quod in rerum. de leg. 1. §. Si quis autem. Similiter si reliquit domum in genere, vel relinquat domos aliquas, & sit electio erit legatarij, vel non, & sic legatum erit derisorium. l. si domos. ff. de leg. 1. Legandum est ergo semper in specie, & non in genere.

25 ¶ Si quis legauit 100. aureos, quos dicit habere in tali causa, & non inuenitur, nisi quinquaginta, legatarius non habebit, nisi quod repertum est. Et si plures sunt, legatarij diuident ad ratam. Sic de vino, & oleo, quæ in tali vase reperia fuerint dabitur quod fuerit repertum. l. si quis testamēto. ff. de leg. 1. Et si legatus erret in nomine, vel demonstratione alicuius, dummodo constet de intentione, non nocet. neque vitia, institut. de leg. §. si quis in nomine. & §. huic demonstratio. Neque falsa causa vitiat legatum, vt dicendo: lego Titio decem, quia liberauit filium meam e carcere, quamuis hoc non sit verum. Insti. eo. §. longe. Secus quando conditionaliter legatur, vt ibidem dicitur.

26 ¶ Legans Petro omnia mobilia sua intelliguntur etiam fructus omnes, qui tempore mortis legantis erant à solo separati. l. fructus. ff. de re. ven. Non autem credita, quia hæc non sunt mobilia, neque immobilia, sed in tertia specie. ff. de re. iu. l. à diuo Pio. Et quia quod nobis debetur, non est nostrum. ff. de au. art. l. 1. 2. Neque ligna, vel lapides parata pro ædificio, & huiusmodi intelliguntur. ar. ff. de le. 3. l. ligni appellatio. Pro re enim immobili iam parata sunt, & disposita.

Falsa causa non vitiat legatum.

27 Si legantur Sempronio decem, si ipse voluerit, mortuo Sempronio, nihil exprimere, an voluerit, vel ne, hæres Sempronij nihil habebit. de leg. ff. de leg. 1. l. si ita legatum sit. §. illi si voluerit.

28 ¶ Legans vni fundum, & alteri vsumfructum fundi, nisi aliter de eius mente pateat, intelligitur legasse vnicuique ipsorum dimidium vsumfructum fundi secundū Lud. de Ro. in l. si alij. ff. de vsumfructu, lega. Secus est in sententia iudicis l. puto. ff. famil. exisc.

29 ¶ Si quis legauit Sēpronio centum, & si perdidit hæcentum, lego alia centum: propter hoc Sempronius nō habebit nisi semel centum. ff. de leg. 3. l. fideicommissum. §. si quis decem, aliter sæpius se amisisse posset conueniri.

30 ¶ Si Ioan. reliquit Petrum vsumfructuarium talis fundi, vsque quo filius dicti Io. erit 20. annorum durabit vsumfructus Petri vsque ad illud tempus, etiam si infra annum filius Io. moriatur: sed si Petrus moriatur ante 20. annum, expirat vsumfructus. Si vero relinquatur vsumfructuarium sub incerta cognitione, verbi gratia, donec filius meus fuerit effectus sanus statim quod deficitur sanus, cessat vsumfructus. Si autem in ipsa infirmitate moriatur perseuerat vsumfructus vsque ad mortem legatarij. l. ambiguitate. C. de vsumfruct. Similiter si dicatur vsquequo fuerit furiosus si moriatur in furore durat.

31 ¶ Si quis Ambrosio relinquat alimentā, habebit pro alimentis victum, vestitum, lectum, habitationem, & ea, sine quibus viuere non posset, ff. de ali. & ciba. leg. l. legatus. Non habebit tamē ea, quæ ad disciplinam pertinent, in d. l. legatus. Supra alimentum. §. 1.

32 ¶ Si testator dicat relinquo, quod vxor mea sit domina omnium bonorum meorum & vsumfructuarium: vxor habebit gubernationē domus, & familiæ, victum, & vestitum. Similiter, dicendo. Relinquo eam dominam, & dominatricem bonorum meorum. Intellige quod secundum qualitatem patrimonij honorificè habeat sua necessaria, & sit gubernatrix domus, & ita communis vsus, & sapientes interpretantur, vt Glo. no. auth. Hoc locum habet. C. si secundo nups. Hoc vero dicunt, si filij sunt hæredes, secus si extranei, per d. Glo. Et si filij morerentur, mater viuēs proprietaria efficeretur, vt not. Bar. per tex. in l. sicut in annos. ff. quib. mo. vsumfru. amit. Et quāuis maritus liberet eā à redditione rationis, de administratione tamen tenebitur de dolo, & lata culpa. l.

creditor

creditor. §. Lucius. ff. man. ideo aliquam reddet rationem, si-
cer non scrupulosam, secundum Bart. in l. si quis rationes. ff.
de libe. leg. Quod si dicat: lego usufructum omnium bo-
norum meorum uxori meæ, vel relinquo eam usufructuariā,
habebit in solidum usufructum omnium bonorum, & po-
terit de illis quicquid placuerit facere, etiam quod sint ultra
quantitatem alimentorum. ff. de usufruct. lega. l. uxori meæ.

33 ¶ Filij autem, si adsunt, habebunt saltem legitimam par-
tem in usufructu, ut not. Odofred. in authen. nouissima. C. de
inoffic. testa. non autem extranei, ut in d. l. uxori meæ.

34 ¶ Si testator dicat, lego uxori meæ hoc vel hoc, si castè
& honestè vixerit, & ipsa postmodum transeat ad secunda
vota, legatum non perdet, quia nubendo etiam castè, & ho-
nestè viuit. c. Nicena. dist. 31. Secus autem si testator aliter
senferit, vel loquendi vsus aliter habuerit, quia communis
vsus loquendi præfertur propriæ significationi, secundum
Inn. in cap. Olim. de verb. sign. idem tenet Pan. in cap. Ut cle-
ricorum, de vi. & hon. cle. dicens quòd deberet addi, & si in
viduitate manserit. Aliqui tamen dicunt, etiam si nubat, per-
dit legatum, quia per hoc læditur fama manti, & suorum.
Oldra. autem dicit standum esse communi intellectui testa-
toris, qui intendit, quod alteri non nubat: quod quidam putant
verum, quando testator esset simplex, & idiota, quia potest
credere in matrimonio non esset castitatem, secus, si esset
doctus. Credo tamen quod prima opinio, quæ est Bart. in l. mu-
lier. ff. ad Treb. §. cum proponeretur, sit verior, quando vlti-
ma voluntas testatoris ignoratur, quæ pro lege seruanda est,
c. vlt. 13. q. 2. Vide tamen Sil. legatum 1. §. 5. Hæc videtur bona
decisio.

35 ¶ Sempronius legauit habitationem, seu usufructum
cuiusdam domus uxori suæ, in eodem testamento dictam
domum legat alteri, propter hoc non admittitur legatum
uxoris, quò ad habitationem, secundum text. in l. Sempro-
nio. ff. de vsufr. lega. & ibi Bart. Nam legato generali vsufri-
ctu, vel habitationis non derogatur per legatum speciale ip-
sius rei.

36 ¶ Cum dicit testator relinquo tale fundum Antonio ad
vsufructuandum, vel ad gaudimentum secundum Bar. Cæ-
pol. relicta est proprietas, per l. Proculus. ff. de vsufr. Quidam
distingunt, ut ibi dicit Flo. Vide si placet.

37 ¶ Legatum potest fieri quibuscunque verbis, quibus ex-
primi potest voluntas testatoris. C. communia de leg. l. 2. Et
potest

*Comunis
vsus di-
cendi præ-
fertur pro-
pria signi-
ficationi.*

potest fieri purè, & conditionaliter per ly si, & in diè. Quan-
do pure fit, mortuo testatore, legatum cedit legatario, ut di-
cemus. J. Quando fit conditionaliter, ante conditionis ad-
uentum, non cedit legatario, ut s. dictum est. Quando verò
fit in diem, & dies est omnino incerta, tunc legatum est
conditioale. l. dies. ff. de cond. & dem. Si verò dies est certus
omni certitudine, ut cum relinquitur Titio in Pascha futu-
ro, vel certus ad minus in se, licet sit incertus pro subiecto,
ut cum relinquitur Titio aliquid, quando erit 14. annorum.
Tunc legatum factum tali tempore, vel die, à die mortis te-
statoris statim cedit legatario, taliter quod si legatarius post
mortem testatoris, & ante illum diem decedat, legatum de-
bebitur eius hæredibus, in l. vnica. §. eum igitur. C. de cad.
sol. Et si legantur fructus nascituri ex tali fundo Titio, &
ante fructus mortuo testatore, moriatur Titius, eius hære-
des habebunt fructus nascituros. Gloss. in litem quia. ff. de
pac. nisi aliud impediatur. Item quando legatur aliquid Pe-
tro, quando morietur, licet sit incertum quando morietur,
est tamen certum quod morietur, ideo legatum est ad diè cer-
tum, unde legatum debetur hæredibus Petri. Si autem sic
diceret testator, hæres dato hoc Petro cum morieris, est in
diem incertum: quia ignoratur quis prior sit moriturus, an
hæres, vel legatarius, ideo si legatarius præmoriatur, lega-
rum non transibit ad suos hæredes, sed remanebit apud hæ-
redem testatoris grauatam. Vide l. hæres, in princ. ff. de cõd.
& demon.

38 ¶ Item not. quod ly si, non semper facit conditionem propriè
ut quando respicit futuri temporis euentum certum omni
certitudine: ut dicendo, si cras orietur Sol. Bart. in l. 1. ff. de
condit. & demonst. vel quando conditio est impossibilis.
ff. de cond. inst. l. 1. ut dicendo: si valebit asinus. Sed quan-
do euentus est certus, sed incertus est, quando sit futurus, ut
est mors, sic facit conditionem, secundum Bar. supra. Item
si aliquando ponitur pro quia, aliquando pro quamuis, vide
Bar. sup. Similiter illa dictio cum, aliquando stat copulati-
uè, & non facit conditionem, aliquando est conditio, ut
quando apponitur verbo præteriti temporis, vel præsentis,
& sic non facit conditionem, sed stat causatiuè, pro quia, vel
aduersariuè, pro quamuis. Aliquando aduerbialiter, pro
quando: ut cum apponitur verbo futuri temporis. Vide Bar.
vbi s. Hæc à legis magis tractanda sunt, quam à confes-
soribus.

39 ¶ Si

*Sialiqua-
do poni-
tur pro
quia, ali-
quando
pro quã-
uis.*

39 ¶ Si testator dicat, relinquo Bertę centum, si nupserit Petro & illa noluerit ei nubere, quia non erat dignus eius nuptiis, propter hoc non priuabitur legato, quia conditio quę perpetuam viduitatem inducit, remittitur, sed non quę temporalem. Idem si legans dicat, quod nubat ad arbitrium. Sempronij, quod perinde est, ac si non esset hæc conditio adiecta. ff. de condi. & demon. l. filia suę.

40 ¶ Legata non possunt peri, nisi adita hæreditate, nisi ad pias causas. Sed adita hæreditate, trāsunt ad legatarios recta via, cum fructibus. in c. Raynaldus, de test. & vt no. Gl. in l. in legatis. C. de vsur. Fallit hoc, quando res aliena legatur l. cum alienam. C. de leg. Item in legato relicto in genere, in legato alternatiuē, in legato facto in idem. ff. de vsuf. l. l. Sempronius, in legato in quo aggrauatur hæres ad vendendum rem. l. vxorem. ff. de leg. 3.

41 ¶ De ordine, quo capiantur legata, dicit rex. in l. is cui, ff. vt in pos. leg. nullum ordinem obseruamus, sed simul omnes æqualiter tenemur, j. Restitutio. §. 25. vide aliquid, s. Hæres. §. 16.

42 ¶ Legatum redditur caducum, si quod legatur in testamento, habetur pro non scripto: vt si legatarius erat mortuus, quem testator credebat viuere, vel quando res legata non est in rerum natura, vt quia perit, & testator credebat esse, vel quia res legata prohibetur alienari; vel cui nullum est commercium, vel si sit commercium, secundum Azo, cum grandi difficultate, tamen est. De his non valet legatum, nec dabitur eorum æstimatio, instit. de lega. §. si talis res, nisi appareat, quod voluntas testatoris erat quod æstimatio daretur, quando poterat æstimari. ff. de leg. l. si quis inquilinos. Vide de hoc plenius Tab. Legatum primo. §. 54. Secundo dicitur caducum in casu caduco, vt quia legatarius moritur ante testatorem, vel efficitur seruus pœnæ, aut quia testamentum in plebe inofficiosum dicitur. l. Papinianus, ff. de in offi. testa. §. meminisse: vel etiam propter graues inimicitias exortas inter legantem, & legatarium, nisi redierint ad amicitiam: quia sic reintegratur legatum, sed propter leuem inimicitiam non rumpitur. ff. de his qui. vt indi. l. si inimicitia. Tertio, quod post mortem testatoris quacūque ratione efficitur caducum, vt si legatarius spernat vel conditio sub qua factum est deficiat l. vnica. C. de cadu. rollen.

43 ¶ Sempronius legauit Titio centum aureos sub condi-

tionē

tionē vt pontem in tali loco faciat, quem prius dictus Titius fecerat: hoc legatum efficitur caducum, per l. conditionem. ff. de condit. & demon. quia non videtur obtemperare, qui factō facit, in d. l. in fine. Et ita hæres hoc legatum soluere non tenetur, & si fieret excommunicatio contra non soluentes legata, ista non ligaretur, secundum quod not. Lud. de Ro.

44 ¶ Legatum ad pias causas est, quando relinquitur aliquid pro anima, secundum Bar. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. vel pro miserabilibus personis, viduis, pupillis, peregrinis, pauperibus, & huiusmodi, auxilio proprio destitutus secundum Pe. de Peru. in tracta. de canonica portione Episcopi, alle. cap. 187. d. vel quando relinquitur ecclesię, vel aliis piis locis. cap. fin. de test. Et nomine piorum locorum, veniunt hospitalia, monasteria, & quilibet alius locus, in quo senes languidi, pauperes aluntur, & alia pietatis opera exercentur. c. De xenodochiis, & relig. do. Item quę relinquantur (secundum aliquos) ad custodiam ciuitatis, vel aliorum locorum communium. artic. in cap. 2. de im. Eccl. & quod relinquitur pro refectione pontium, & viarum imminente necessitate, similiter murorum, fossarum, & huiusmodi, in d. cap. 2. & c. Non minus, de immu. Eccl. Et pro ornamentis Ecclesię, luminaribus, fabrica, libris, & aliis ad Dei cultum spectantibus, siue sint ad temporalem, siue ad perpetuum cultum. c. si. de test. Et pro redimendis captiuis. l. nulli C. de epi. & cle. Pro puellis maritandis, arg. cap. fin. de ferri. Pro alimentis egentium. 12. q. 2. cap. Aurum. Et quod generaliter relinquitur Deo, intelligitur relinqui pro anima. ff. ad l. Fal. 1. §. ad municipium. conclude, quod id dicitur relinqui ad pias causas, quod relinquitur pro honore Dei, vel sanctorum, vel pro salute animæ: quomodocunque relinquatur, quia pium est, quod fit propter diuinum cultum. Secus quando fieret pro honore mundano, vel fama perpetua, quia non est pium, licet præsumantur omnia supradicta esse ad causas pias, quando de opposito non constat.

45 ¶ Qui legat pauperibus pro malè ablati, vel Ecclesię, dicitur relinquere ad causam piam, secundum Io. And. in addit. ad Spec. ritu. de instru. edic. quia potius consideratur cui relinquatur, quàm causa, quare relinquatur. l. illud. C. de sacr. san. Eccl. Vnde qui relinquit diuiti, etiam si relinquat amore Dei, non præsumitur relinquere ad piam causam:

*Locorum
piorum no-
mine quid
veniunt.*

*Id piū est
quod fit
propter
diuinum
cultum.*

san: vt ibi Glof. dicit. Censetur enim non esse pia causa, cum non egeat.

46 ¶ Legans 10. aureos, non expressa persona, cui legat nec causa, propter quam legat, intelligitur relinquere ad piam causam, secundum Io. And. vbi supra, vt etiam not. Alberi. in l. ad instructionem. C. de sac. san. Eccl. licet fortè non sit, sed pro gloria humana.

47 ¶ Relinquens consanguineo pauperi, non expressa causa, non intelligitur relinquere ad piam causam. l. i. C. de sac. sanc. Eccl. Et facit quod not. Bart. ibi.

48 ¶ Eodem privilegio gaudent relicta ad pias causas, & relicta Ecclesie, secundum Pan. in c. Relatum, el. i. de testa. quia Ecclesia dicitur privilegiata propter animam, & Dei contemplationem. Facit quod not. Ioan. And. ca. i. de resti. in integ. lib. 6.

49 ¶ Delegatis ad pias causas, secundum Pan. in c. Raynaldus, de testa. non potest detrahi Falcidia, vel Trebellianica, vt communiter tenetur, licet quo ad Trebellianicam quidam teneant contrarium, prima tamen opinio magis pietati consonat, ideo videtur sequenda, licet Io. An. Alberi. & multi alij dicant posse detrahi.

50 ¶ Legata facta quæcunque sine institutione hæredis, quando quis vult mori intestatus valent, secundum Panor. in capitulo Indicante, de testa. Secus quando noluit mori intestatus, inst. de leg. §. ante hæredis. In dubio autem videtur noluisse mori intestatus vt probat text. d. cap. Indicante.

51 ¶ Ex defectu testamenti non vitiantur legata ad pias causas, secundum Panorm. in d. c. Indicante, secundum vnam opinionem, vt not. in l. i. C. de sac. san. Eccl. Vbi tenet Bartol. quod cum quis relinquit sua dispositioni Titij, respectu piz causæ, valet quamuis non valeat testamentum, quando hæres ponitur in voluntate alterius. Aduerte secundum Bar. de saxo. fer. in sna minorica, quod si testator voluit testamentum suum valere iure directo testamenti, & non aliter, sic testamentum est nullum, quia hæredem incapacem instituit, hæres ad quem veniunt bona, non tenetur in conscientia. Si autem voluit, quod valeret, & si non iure testamenti, saltem iure codicillorum, & omni alio modo, quo posset, tenetur implere legata defuncti. Et sic est præsumendum, nisi quando testator prouidit, vel substituendo aliam, vel ordinando quid faciendum. Item secundum

Panor.

Panormitan. in cap. i. de suc. ab intest. quamuis voluntas testatoris non fuerit perfecta, quia in publicam formam non fuit redacta, licet suum testamentum scripisset manu propria casu adueniente aliquo, vel facere cœpit, sed complete non potuit legata tenent, quia consensus fuit perfectus ratione voluntatis, licet non ratione operis. Idem tenet Bart. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ign. quod si testimonium est nullum, vel quia deficit voluntas defuncti vel ex præteritione hæredis, ignorando, quod eum habeat, legata non valent, nisi sint talia quod etiam si filium se habere sciisset, nihilominus fecisset. Ar. in cap. fin. 17. quæst. 4. Sed quando est irritum ex præteritione, vel exhæredatione nominis, debentur omnia legata, in Aut. ex causa. C. de liber. præteri. Quando verò est nullum, quia testes sufficientes, vel solennitas aliqua iuris ciuiliis deficit, si constat de voluntate defuncti, vel per duos testes probari potest, obligatur hæres ad illam implendam naturaliter iure gentium. Sufficit in conscientia defuncti nouisse voluntatem.

53 ¶ Quamuis hæres renuntiet hæreditati, vel nolit eam adire, nihilominus debentur legata ad pias causas, secundum Pan. in c. Relatum el. i. de testa. quia legata ad pias causas non subiiciuntur tot solennitatibus. Sufficit enim quod de testatoris constet voluntate, vt dictum est.

54 ¶ Legatum factum ecclesie construendæ, vel monasterio, debetur cum fructibus intermedij temporis secundum Pan. in cap. Nos quidem de testa. quia tex. d. c. dicit, quod debent solui sine diminutione, quia quando dies apposta est in fauorem legatarij, debetur legatum cum fructibus, vt supra est dictum: & l. si ita relictum. §. pegaseus. ff. de leg. 2. sic in hoc casu dies ponitur in fauorem ecclesie, cui si fuisset constructa, simpliciter legasset, & non idem.

55 ¶ Legatum factum ad certum vsum, si potest de iure, & de facto impleri, non potest conuerti in alium vsum. c. Nos, de testa. & Per. de Peru. vbi supra. Et si per legatarium non impletur tale legatum, redit ad hæredem, c. Cum dilecti, de don. nisi in legatis ad pias causas, vel interueniat dispensatio eius qui potest. Quod si ille vsum potest de iure impleri, sed non facto, vt propter bella, vel quia deest pecunia, vel aliter, tunc potest fieri commutatio auctoritate superioris, etiam si in testamento sit clausula, quod non possit in alium vsum conuerti, quia testatoris voluntas debet interpretari secundum ius commune, vt res magis valeat, quam pereat. *Voluntas testatoris debet interpretari secundum ius commune.*

Y

cap.

c. Abbate. de ver. sig. Si autem possit impleri de facto, & non de iure, & tunc, aut hoc est ad aliquem illicitum, vel inhonestum finem, & sic legatum est inutile, ut si legauit mille ad faciendum duella quæ prohibentur. c. Monomachia. 2. q. 3. & tunc non fiet commutatio. art. in his, quæ not. in Glof. in l. i. ff. de cond. institu. Vel fieri non potest, non quia inhonestum sit, sed tantum quia ius prohibet, & tunc fieri conuersio in alium vsum licitum, & honestum, & sic intellige d. cap. Nos. in verbo, nõ potest impleri, scilicet de iure. Illud enim tantum possumus, quod de iure possumus.

Illud tantum possumus, quod de iure possumus.

55 ¶ Commutare huiusmodi legatum quando non adest causa, & potest de iure, & facto impleri, ad solum Papam spectat. ca. Quia contingit. de relig. domi. in cle. sed existente causa. potest etiam Episcopus dioces. nisi testator aliter prouidisset, quid faciendum esset de legato, vfu non impleto, secundum Bart. in l. liberto. ff. de an. leg. & hæc est veritas, licet quidam aliter dicant. Facit quod not. d. Anto. in cap. Verum. de cond. ad Bart. in l. fi. de ope. pub. Et quando fit talis commutatio ex causa rationabili, vel quia non potest impleri de iure, vel facto requiritur consensus hæredis grauati, & Ecclesiæ, cui fit legatum, secundum Pe. de Peru. supra. Et ita loquitur lex, legatum. ff. de usufruct. leg. Et pariformiter dic quodcumque ex causa legitima commutatio fieri debet.

56 ¶ Si dubitatur, an causa sit legitima, vel hæres, & Ecclesia non consentiant, aut consentiente Ecclesia, cui legatur contradicat hæres, secundum Petr. de Peru. supra Episcopus, nihilominus poterit commutare solus. C. de nupt. l. i. quia fauebit Ecclesiæ legataria. Iste casus est in l. legatum ciuitati. ff. de usufruct. leg. Fallit hoc in legato pro monasterio construendo, quod sine cõsensu hæredis, nõ potest cõmutari, nisi fuerit negligens hæres, quia tunc sine eius consensu Episcopus poterit elapso termino, de quo in dicto capite, Nos quidem.

57 ¶ Tam iudex secularis, quam Ecclesiasticus, potest compellere, ut legata soluantur, & ad pias causas, secundum Pa. in d. c. Nos, quando sunt facta non certæ personæ, vel si certæ personæ, est tamen talis, quæ non potest petere in iudicio, ut sunt fratres minores. Secus si non ad pias causas sit legatum, & ad certum personam factum, quia tunc solum ad instantiam partis compellet. Et non parte non instante.

58 ¶ Quando testator prouidit de executore in legato ad pias

pias causas, Episcopus non potest se intromittere, secundum Pan. in cap. Si hæres. de testam. nisi propter negligentiam executionis, eo modo, quo supra dictum est, verb. Executor. §. 9. 10. 11. In casu autem quo non prouiderit, tunc in legatis pro redemptione captiuorum, & pro alimoniis pauperum prouidebit Episcopus. l. nulli. C. de Epif. & cle. in aliis autem hæres. in d. c. Si hæres. Nisi sit negligens, ut supra. Executor. §. 11. Faciunt ad hoc capit. Tua. & d. capit. Nos quidem. de testa.

59 ¶ Legatum factum pro constructione hospitalis pauperum, in quo ponatur rector ad arbitrium certi prælati, secundum Lap. in cle. contingit. de relig. do. ut refert Ant. in d. cap. Nos quidem. potest hæres de licentia Episcopi, commutare in ædificationem monasterij religiosorum, etiam contradicente illo prælato, quia qui melius facit, non aliud, sed idem facit. cap. Peruenit. el. 2. de iure iur. Vide aliquid circa hanc materiam. verb. Executor, verb. Hæres, ver. Testamentum. Et hoc consuluit Ioan. Andr. quod consilium tenet in materia fauorabili tantum, & non odiosa, & præsertim animæ in qua fit plena interpretatio. c. Cum dilecti. de dona.

Qui melius facit nõ aliud, sed idem facit.

DE LEGATO.

- 1 Legatus quis dicatur.
- 2 Legatorum diuisio.
- 3 Legati nati quam iurisdictionem habeant.
- 4 Legati ex commissione quam iurisdictionem habeant.
- 5 Legati de latere quam habeant iurisdictionem.
- 6 Legatus an possit delegati processum impedire, & eius sententiam irritare.
- 7 Legatos impediens vel Nuncios Apostolicos, cui pena subiaceant.
- 8 Legatus an habeat potestatem conferendi beneficia.
- 9 Legatione finita, quæ in ea à legato gesta vigore careant.
- 10 Legatorum constitutiones, & iurisdictione quomodo durent, quomodoque legatio finiatur.

Legatus est cui prouincia regenda committitur. ca. 1. & c. Legatos. de offi. leg. in vj. & est ordinarius in prouincia sibi taxata, & eod. tit. c. 2. Nec se esse legatū asserenti creditur, nisi per scriptū probauerit, & Apostolico mādato fidē fecerit. 63. d. c. Lectis. & secundum Panor. in c. Sicut nobis. de sen. excom. Si Cardinalis dicat quod Papa commisit sibi aliquid, tendens in præiudicium alterius viuz vocis oraculo,

non creditur nisi aliter probet, & si vult probare se perdidisse literas suæ legationis, non auditur. cap. Cum de iure: de offi. dele. Aliàs si est honestus, & notus potest ei credi. c. Nobilissimus. 97. distinctione.

2 ¶ Legatorum alij sunt nati, qui ex sua dignitate hoc habent, vt Archiepiscopus Cantuarien. de offi. leg. c. 1. Alij sunt de latere, vt qui de curia Papæ mittuntur, & hodie sunt tantum Cardinales, secundum Pan. in cap. 1. eod. tit. Alij sunt ex commissione, vt in cap. Volentes. eod. tit. quibus à Papa aliquid committitur in aliqua prouincia.

3 ¶ Legati, qui dicuntur nati non habent iurisdictionem contra exemptos, in d. cap. 1. non possunt absoluere pro iniectioe manuum violenta in clericum in sua prouincia, nec in aliena, nec subditum, nec extraneum, secundum Pan. in c. pr. de of. leg. Et intellige de iniectioe, à qua Episcopus non potest absoluere, secundum eundem Pan. ibi quia sunt perpetui, nisi quando quis specialiter haberet à Papa.

4 ¶ Legati ex commissione, qui dicuntur legati ratione personæ, à tali iniectioe possunt absoluere subditos existentes in prouincia, & extraneos in sua prouincia delinquentes, & existentes: suos verò subditos extra prouinciam suam non possunt absoluere secundum vnam opinionem, sed secundum Ge. in c. 1. eo. ti. lib. 6. possunt. Quidam glossam de licetia iudicis illius loci, quòd posset habere veritatem, quando requireret publicam, & contentiosam iurisdictionem. Suos etiam subditos, & in sua prouincia, qui extra prouinciam iniecerunt manus, secundum meliorem opinionem potest absoluere: licet quidam dicant quòd non, vt Hostien. extraneos verò aliunde venientes, tales legati non possunt absoluere. Et hæc veriora magis videntur.

5 ¶ Legati de latere possunt omnia prædicta secundum communiter doct. in d. c. pe. & etiam enormi, secundum Arc. in c. 1. de offi. leg. in 6. nisi in præsentia Papæ, & quando ante regressum sunt reuocati, secundum Pan. in d. c. pen. quid autem possint, vide in c. Legatos. de offi. leg. & Glo. in c. Quod translationes. de offi. le. & in multis aliis. c. Ibi. in 6. Sed attendendæ sunt eorum literæ, nam de iure non fit extensio ad alias excommunicationes Papales.

6 ¶ Legatus non potest delegari processum impedire, nec eius sententiam irritare. in cap. Studuisti. eod. titul. Nec absoluere excommunicatos, à Papa, vel eius delegato, in d. c. Studuisti. potest tamen excommunicatum à se, in sua prouincia

uincia absoluere extra suam prouinciam existens, secundum Inno. in foro pœnitentiæ si non est reuocatus, non autem in foro cõtentioso, nisi reuertatur in prouinciam. Noc. quod egrediendo animo non reuertendi, expirat eius legatio, ideo etiam sic reuertendo non posset, secus si animo reuertendi egressus fuerat, si reuertatur, potest.

7 ¶ Legatos impediens vel nuntios apostolicos, ne exercent sua officia, ipso facto sunt excommunicati, & terræ, & regna, & loca eorum sunt interdicta tandiu, quandiu eorum domini in contumacia persistierint. c. Super gentes, de officio leg. lib. 6. supra, Excommunicatio. 72.

8 ¶ Legatus quancuncq; plenam legationem obtineat, ex hoc non habet potestatem conferendi beneficia, nisi specialiter sit concessum, vel nisi sit Cardinalis. c. Officij, eo. tit. lib. 6. & si ecclesia habet patronum laicum, non potest per legatum conferri, nisi ei, quem præsentat patronus, etiam si patronus sit clericus, & habeat ius patronatus ratione sui patrimonij, cap. Cùm dilectus de iure patronat. Secus quando ratione ecclesiæ esset patronus. Facit c. Dilectus, de offi. l. & Glo. ibi, quia potest quod maius scilicet ipsas ecclesias conferre, non requisito episcopo, in d. c. Dilectus.

9 ¶ Reseruaciones quoruncunq; beneficiorum à quocunq; legato factæ autoritate suæ legationis, vel ab executoribus per eum deputatis & decreta, & denuntiationes, & processus finita legatione vigore carent. c. Præsentis, eod. tit. lib. 6. Potest confirmare legatus de latere, electiones episcoporum, archiepiscoporum, & exemptorum de iure communi. cap. Si abbatem de elect. lib. 6. nisi in contrarium sint eorum priuilegia. Secus in aliis legatis. Non tamen potest, etiam quòd sit Cardinalis, se introrittere de his, quæ specialiter reseruantur Papæ, nisi ei in iure concedantur, vel ex mandato, aut consuetudine habeat. c. Nisi de offi. leg. Essent tamen semper videndæ eorum commissiones, quas à Papa habent specialiter.

10 ¶ Quomodo eorum constitutiones, & iurisdictione duret vide in cap. Nemini, eod. tit. & cap. fin. & Ioan. And. in c. fin. de offic. arch. & quomodo finitur legatio cap. De causis, de offic. deleg. & in d. cap. Legatos. c. Notauit, eo. tit. Quomodo delegatus possit delegare, & non, supra, Delegatus. §. 16. 7. Legatio secundum Ioan. And. finitur quatuor modis, scilicet tempore, reuocatione, egressione, & morte. Tab. ver. Legatus. §. vltimo.

DE LEGITIMO.

- 1 Legitimi filij qui dicantur.
- 2 Legitimitas quomodo fiat.
- 3 Legitimari quis potest per Imperatorem.
- 4 Legitimitas an fieri possit quo ad unum actum tantum, & quo ad alios non.
- 5 Ad legitimationem veram quatuor requiruntur.
- 6 Princeps potest in integrum restituere ex certa scientia cum præiudicio alterius.
- 7 Legitimus simpliciter, & quò ad omnia an intelligatur legitimus ad ea, quæ sunt in præiudicium tertij.
- 8 Legitimari à Comite Palatino, & ab habentibus auctoritatem à Papa, vel Imperatore an succedant in præiudicium agnatorum.

Legitimi filij dicuntur, secundum Rayn. qui ex legitimo matrimonio nati sunt, etiam si alter coniugum contraxit cum aliquo, quem nesciebat habere uxorem & hoc facit in facie ecclesie, talis ex eis natus reputatur legitimus, secus si clandestinè contraxissent, vel si scientes ambo impedimentum publicè contraxerunt, de clan. desp. cap. Cum inhibito supra, versic. Filius. §. 2. consentit, S. Tho. & Pet. de Pal.

2 ¶ Legitimi efficiuntur filij persequens matrimonium, supra, versic. Filius. §. 11. Per specialem indulgentiam Papæ, qui quando simpliciter legitimat, fit legitimus, quò ad dignitates, & alia secundum Host. & Pet. de Pal. facit cap. per Venerabilem, eod. tit. Per episcopum etiam quò ad posse recipere ordines minores, & habere beneficium, vbiunque sine cura, & quò ad successionem bonorum, & actus legitimos seculares in terris ecclesie temporaliter subiectis, & aliis etiam quantum ad ea per quæ alteri non fieret præiudicium. In terris autem Ppapæ non subiectis temporaliter, nõ valet legitimitas eius, quò ad successionem ab intestato per Papam, vel episcopum facta, secundum Inn. & Ber. in d. cap. per Venerabile: quia alteri fit præiudicium, nisi ex magna causa, secundum Pan. in d. c. per Venerabilem, qui fil. sint leg. Per leges etiam seculares, quia legitimat multis modis, vt si efficitur curialis Imperatoris, patre offerente, vel si pater offerat curie civitatis. Si pater decedens in testamento nominet legitimum hæredem Tho. 4. sen. dist. 4. t. ar. 1. quol. 2. ad 3. vide Tab. ver. Legitimus. §. 1. & Sil. ibidem. q. 1. quoniam alij modi sunt, per quos legitimantur.

3 ¶ Per

3 Per Imperatorem etiam quis potest legitimari. Not. quòd Imperator non potest legitimare sicut Papa incipiendo à radice matrimonij de iure, per cap. Tuam, de ordi. cog. nec per rescriptum in spiritualibus. In temporalibus potest in terris sibi mediata, vel immediata subiectis, & aliis reges. Sed domini qui recognoscunt Imperatorem in dominum, de iure nõ possunt legitimare, quia legitimitas, & famæ restitutio, & similia referuari videntur principi soli. Secus quando nõ recognoscunt superiorem, quia tunc possunt principes legitimare. In terris autem ecclesie non possunt.

Legitimitas, & famæ restitutio, referuatur soli principi.

4 ¶ Legitimitas, vel emancipatio filij potest fieri quo ad certum actum, & non quo ad alios, secundum communio-rem opinionem quam sequitur Bal. quantum ad legitimationem, in l. senium, C. qui test. fa. pos. quia libertas est indiuisibilis. l. 1. §. 1. C. de lat. li. tol. Secus quando proceditur per viam dispensationis. Ideo Cæpol. in suis cautelis, docet cautelam patribus habentibus filios legitimos, & spurios, quos vellent legitimos fieri, sed non succedere pariter cum legitimis, quòd procedant per viam dispensationis, vt certo modo possint succedere. Et hæc dispensatio non est proprie legitimitas, & hoc potest facere, qui potest legitimare.

5 ¶ Ad veram legitimationem quatuor requiruntur, secundum Pan. in d. c. per Venerabilem, videlicet expressio qualitatis existimationis, expressio si fratres habet legitimos, vel naturales, aliter non valet consensus patris & filij legitimi, quòd vocentur agnati si pater mortuus est, vt assentiant, nisi quando princeps ex certa scientia vellet legitimare, ipsis non vocatis, tunc vocandi non essent.

6 ¶ Potest etiam princeps restituere in integrum ex certa scientia, cum præiudicio alterius, vt not. in l. fin. C. sententiam passis. Quòd si pater ante mortem ordinasset, quòd filij legitimarentur nõ esset opus vocare agnatos: immò ipsis inuitis possunt legitimari, & succederent ipsis agnatis ab intestato morientibus, sic legitimati filij.

7 ¶ Legitimus simpliciter & quò ad omnia, non intelligitur legitimus ad ea, quæ sunt in præiudicium tertij, nisi hoc specialiter exprimat, quia concessionibus aliis præiudiciales sunt restringendæ, de offi. deleg. cap. Super eo. Hoc Ant. de But. est tamen legitimus quo ad dignitates secundum Host. quòd verius est.

8 ¶ Legitimari à Comite Palatino, & ab habentibus auctoritatem

Y 4

ritatem

ritatem ab Imperatore, vel Papa legitimandi, non possunt succedere in præiudicium agnatorum, nisi auctoritas esset data simpliciter, quòd possent legitimare in præiudicium aliorum, sicut potest Papa, & Imperator, & sic Pan. in d. cap. per Venerabilem, credit quod possent succedere si sic legitimarentur. Vide aliquid supra, ver. Filius. §. 13. 15. 16. Legitimus à Papa ad dignitates, secūdū Gof. in sum. & Host. nō est legitimatus ad episcopatum, & maiores dignitates, sed ad inferiores. De legitima portione hæreditatis, siue sit pars debita iure naturæ, siue quæ Trebellianica appellatur, siue Falcidia, vide Sil. in ve. Legitima portio, & C. de inoffi. testa. Authē. nouissima, & ad l. Fal. & ad Trebel. per totum. Ad forum animæ parum pertinet hoc.

D E L E P R A.

- 1 Lepra inter morbos contagiosos computatur.
- 2 Lepra superueniens soluit sponsalia de futuro, nō autem matrimonium contractum.
- 3 Lepra coniugem sanum absoluit à redditione debiti.
- 4 Leprosi in communi viuentes an teneantur soluere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium suorum.
- 5 Leprosi ecclesiam possunt habere, & presbyterum, si eam possint construere.
- 6 Sacerdos factus leprosus an possit in ecclesia fugi officio prælationis, &c.

Lepra inter morbos contagiosos computatur, ideo leprosi, quòd ad cohabitationem secūdum iura separantur. cap. 1. de communi leproso, ne vnus alterum inficiat.

2 ¶ Lepra superueniens soluit sponsalia de futuro, ad instantiam sani. c. Literas, de spon. Et idem de qualibet alia enormi superueniente infirmitate, quia in generali obligatione de contrahendo, intelligitur, nisi aliquod turpe superueniat, vt in c. Quemadmodum, de iur. iur. Ideo possunt solui hæ promissiones. Superueniens lepra non soluit matrimonium contractum. c. Literas, eo. tit. & c. 1. neque impedit contrahendum, dummodo leprosus inueniat volentem contrahere. c. 2. eo. tit.

3 ¶ Lepra absoluit coniugem sanum à redditione debiti, & cohabitatione imminente periculo probabili infectionis, non tamen absoluit à debito seruitij in necessariis, quia non est sic periculosum, sicut debiti redditio, & filij leproso- rum, cum sano parente remanere debent, ne inficiantur, secundum omnes. Vide supra, ver. Debitum coniugale. §. 3.

4 ¶ Leprosi

4 ¶ Leprosi in communi viuentes, non tenentur soluere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium suorum, secundum Gloss. c. 2. de eccle. ædifi. De alijs autem, quæ non excipiuntur tibi, tenentur. Secus autem quando non viuunt in communi, quia tenentur vt cæteri.

5 ¶ Possunt etiam habere Ecclesiam, & presbyterum, quādo tot sunt communiter, quod eā cū cæmeterio possint construere, dummodo non fiat iniuria in iure parochiali alijs veteribus Ecclesijs, in d. ca. 2. Quotus leproso- rum numerus requiratur. vide Abba. in cap. Cum dicat. de Eccl. ædific.

6 ¶ Sacerdos factus leprosus, nō potest in ecclesia fugi officio prælationis, quādo est ex hoc scandalum, & abominatio populi: tamen quousque vixerit, necessaria sunt ei ministranda, secundum facultates Ecclesiæ, de cle. egr. c. Tua. Celebrare autem non prohibetur in secreto, quando sine scandalo potest fieri, supra, ver. Corpore vitiat. §. 2. & 3. Rectoribus verò Ecclesiarum similibus, dandus est coadiutor, qui animarum curam habeat, cui congruè ab Ecclesia de facultatibus prouideatur in cap. De rectoribus, de cle. ægro.

D E L E G E.

- 1 Lex iniusta mortale peccatum est.
- 2 Præcepta iudicialia, & ceremonialia legis antiquæ an amplius obligent.
- 3 Leges humanae si sint iuste obligant in foro conscientia.
- 4 Lex quomodo cognoscitur quod sit præceptiua.
- 5 Casus omnes permitti secundum leges Imperiales an liceant secundum conscientiam.
- 6 Constitutione promulgata affirmatiuè, concessa videtur omnia quæ in illa continentur, &c.
- 7 Leges civiles an sequantur canonum dispositionem.
- 8 Facientes leges iniustas, & consentientes mortaliter peccant.
- 9 Actus contra legem factus an semper sit nullus.
- 10 Lex indulgens aliquid, quod tendit in alterius præiudicium intelligitur saluo iure partis.
- 11 Lex vt obligat, quæ requirantur.
- 12 Omnia quæ sunt in decretis, an sint obseruanda.
- 13 Lex multis modis tollitur.

Lex iniusta mortale peccatum est, nec meretur lex, vel statutum appellari, sed corruptio legis malignitas, vel ex materia mala, vt cum mandatur, fieri malum aliquod præcipuè mortale, vt adorare idolum, & huiusmodi: vel ex

Y 5 forma,

forma, ut quando est contra iustitiam distributivam, aggravaans inæqualiter subditos, vel ex statuente, qui non habet auctoritatem talia statuendi, vel super tales, ut quia sunt excepti, vel tale opus, siue quia non ordinatur ad commune bonum, sed ad suum proprium. Th. i. secundæ. q. 90. ar. vlt. Cai. in sum. in ver. Lex. & tunc non obligat ad sui observantiam subditos. Contra enim rationem est, & consequenter contra Deum.

2 ¶ Præcepta iudicialia, & cæremonialia legis antiquæ Mosis, non amplius obligant: quia per adventum Christi evacuata sunt. Moralia autem semper obligant secundum Th. prima secundæ. quæst. 104. art. 3. quia sunt secundum rectæ rationis dictamen.

3 ¶ Leges humanæ, si sint iustæ obligant in foro conscientie, secundum Th. i. secundæ. q. 96. arti. 4. Si autem sint iniustæ, non obligant in conscientia, nisi ratione scandali, quando scilicet non observando, quis exponeret se periculo magno sui, vel aliorum. Si autem tales leges essent contra virtutem, vel diuinum cultum, nullo modo essent seruandæ, etiam propter scandalum, quia tale scandalum esset scandalum Phariseorum. Nec semper mortaliter peccat transgrediens legem, sed sicut dictum est, supra, ver. Constitutio. §. 7. Th. supra art. 4. & 2. 2. q. 176.

4 ¶ Quoniam lex ad mortale obligat ratione præcepti, multis modis cognoscitur, quod sit præceptiva. Primo, quando est de materia necessaria ad salutem, ut sunt præcepta legis diuinæ. Secundo, quando constat de mente præcipientis, intendentis obligare ad mortale. Facit quod no. Glo. cap. 3. & cap. per venerabilem. qui fil. sint le. & ibi per Pan. Tertio, quando verbis utitur præceptivis, ut dicendo præcipio, inibeo, & huiusmodi. cap. Quod præcipitur. 14. quæst. 1. Vel utitur, verbis imperatiui modi, & si materia est multum ponderosa, obligat ad mortale, quia est præceptum, si non sit ponderosa est consilium. cap. Paratus. 23. q. 1. Quod autem sit mortale, quando materia est ponderosa, est te. in cle. exiui, de verb. sig. §. Item qui præterea. Quarto, quando utitur verbis inhibitoriis, ut dicendo prohibemus, inibemus, interdiciamus, & huiusmodi, & sic inducit mortale, secundum Pan. in cap. Nam concupiscentiam. de consti. Vel utitur verbis cõmunibus dicendo, statuo, ordino, & huiusmodi, & sic non obligat ad mortalem culpam, secundum eundem Pa. in d. c. Nam concupiscentiam. Quinto, quando utitur verbo, de-

Verbum
Debet
imporrat
necessita-
tem.

bet, quia ex suo proprio significato importat necessitatem, ut d. Gl. in cle. attendentes, de sta. re. idem inducit mortale. Intellige quando materia est necessaria, aliàs est de congruo. cap. 1. de spon. impu. Sexto, si mandatur sub pœna excommunicationis obligat ad mortale, quia nullus, nisi propter mortale excommunicatur. c. Nullus 12. q. 3. Hic tamen adverte, quod Cai. in summa, in ver. Præceptum facit differentiam inter pœnam excommunicationis, comminatæ, & latæ sententiæ, & dicit quod transgrediens præceptum factum sub pœna excommunicationis latæ, peccat mortaliter. Non autem si dicatur sub pœna excommunicationis simpliciter, sed post monitionem, contrafaciens peccat mortaliter, & tunc potest excommunicari. Vide infra ver. Præceptum. §. 6. Vel loquitur per hæc verba in virtute sanctæ obedientiæ, vel Spiritus sancti, vel sub pœna maledictionis æternæ, vel sub indignatione omnipotentis Dei, & similibus, & inducit mortale. c. Vnico, de sta. re. in 6. Septimo, quando consuetudo habet, ut per talia verba quis obligetur ad mortale, ar. in c. Dilectus, de consue. & d. cle. exiui. Octavo quando mandatur sub pœna suspensionis, depositionis, vel interdicti secundum Arch. Flo. 2. par. 1. 4. vel sub pœna mortis, vel mutilationis, aut grauioris pœnæ, quia ista non inferuntur, nisi pro eo, quod est multum iustitiæ læsionum. Credo etiam quod eodem modo sit, quando mandatur sub pœna carceris, vel alicuius alterius, in quo importeretur grauis infamia, quia si propter notabile damnum corporis, mortale peccatum incurritur, ut dictum est, multo magis propter periculum infamiæ grauis. Vide Sil. ver. præceptum. §. vlti. & infra, ver. Præceptum. §. vlti. 7. & 6. Not. tamen distinctionem Cai. ver. Præceptum de præcepto in communi. & anonomastice dicto, non enim videtur quadrare his, quæ à Sil. dicuntur.

5 ¶ Non omnes casus permissi secundum leges imperiales, sunt liciti secundum conscientiam. c. Lege. d. 10. Ut occidere adulterum, tenere concubinam, & alij casus multi, quos causa breuitatis non pono. Vide Tab. ver. Lex. §. 29.

6 ¶ Cõstitutione promulgata affirmatiue, videtur cõcessa omnia, quæ in illa cõtinentur, & ex eis sequentia, nisi inueniantur prohibita, secundum Hostien. ut si concessum est matrimonium, ergo omnib. & semper, nisi vbi prohibetur, ut cle. & c. Si vero promulgata sit negatiue omnia etiam sequentia negantur, nisi reperiantur concessa.

7 ¶ Leges ciuiles, sequuntur canonum dispositionem secundum

Nota.

condusa

Secundum Pan. in c. Clerici, de iudi. Ideò licet aliter ius civile disponat, quàm canonicum, in materia ad Ecclesiam pertinente, debemus sequi ius canonicum, secundum Doct. Secus in materia indifferenti, & quia data contrarietate contra canonem, & legem, canon seruatur in foro suo, iuxta Glo. in regula possessor, de reg. iur.

Isa. 10.

8 ¶ Facientes leges iniquas, & consentientes, mortaliter peccant. Isa. 10. Væ qui condunt leges iniquas, Vt facientes leges contra libertatem Eccle. & q̄ vsuræ soluantur, & non teneantur ad restitutionem de damnis inde sequutis, & sunt excommunicati, s̄. Excommunicatio. 79. & vltra, tenentur de damnis.

9 ¶ Non omnis actus factus contra legem est ipso iure nullus, vt quando causa prohibitionis non est perpetua. c. n. de matr. contrac. contra inter. ec. Et dicitur non perpetua, sed temporalis, quando est ad certum tempus restricte, vt traductio sponsæ: quia non omni tempore possunt traduci, &c. Secundo, quando prohibitio legis facta est in fauorem alicuius, quia potius est, exhortatio illius, in cuius fauorem facta est, vt, si statuto caueatur, ne mulier possit contractum facere sine præsentia duorum agnatorum, si facit, contractus sine præsentia eorum, tenet, nisi statutum expressè annuller actu factum, facit l. si quis in conscribendo. C. de pac. & c. Ad apostolicam, de reg. & ibi Pan. Tertio quando lex dat certam formam super eo, q̄ alicui conuenit ex sua potestate, sicut si ipso qui absolueret potest ex sua iurisdictione ab excommunicatione, quam sibi conditor canonis non reseruauit, lex mandat, q̄ non absoluat, nisi faciat sic, vel sic, tenet absolutio, etiam quòd contrarium faciat. Secus quando lex dat talem potestatem ei, qui alias eam non habebat, cum tali forma, quia forma non seruata, nihil facit, ex Car. in cl. i. de iur. pa. Et concor. Gloss. ibi, & Pau. Quarto, quando lex punit contrafacientes, tenet actus, si expressè non annuller cõtra factum. Secus quando non punit, sed solum prohibet, quia tunc actus non tenet. Hoc ponit Car. in cl. i. de resc. Et sic patet declaratio illius regulæ iuris scilicet. Quæ contra ius sunt debent pro infectis haberi. Vide plenius Sil. verbo. Lex. §. 28.

10 ¶ Lex indulgens aliquid, quod potest tendere in alterius præiudicium intelligitur saluo iure partis, Pan. in c. i. de iudi. Quomodo consuetudo vim legis habeat, & quid requiratur ad hoc, q̄ tollat legem, s̄. Consuetudo. §. 5. In fraudem, leg. s

legis nihil est agendum. ff. de legi. l. contra legem. quia cum quid prohibetur vna via, intelligitur, & alia via prohiberi. l. 6. de re. iu. c. Cum quid. Propterea in legis fraudem facta, nõ tenere dicuntur, ex not. Bart. in l. amplius. ff. rem ra. ha. & de rat. Secus si quid fieret in fraudem hominis, etiam principis. Vide Pan. in c. Dilectus el 2. de præben. Facit text. in l. si libertus. ff. de iu. pat. Legem concedere potest generalem Papa in omnibus spiritualibus, & ecclesiasticis, c. si. de const. Papa potest concedere legem ciliu prouinciale, c. Quid dicitur. 16. d. & episcopalis synodus 18. d. c. i. Episcopus in sua diocesi. c. Si quis de maio. & generalè obe. Capitulum etiam c. Accessissent. de consti. Vniuersitas in omnibus spiritualibus. In temporalibus. Imperator. C. de le. l. 2. Præfertur Prætorio, & quibus Imperator hoc mandat, populus Romanus, Senatus Romanus, leges generales condere possunt. Omnis ciuitas, vel populus potest sibi legem statuere. Hæc omnia Iusti. de iure naturali. §. 1. & 2. & omnium hic dictorum rationes ponit Thom. 1. secundæ q. 90. & 2. sent. d. 44. in litera. Ordinare enim aliquid ad bonum commune, multitudine est, vel vices eius gerentis.

11 ¶ Ad hoc quòd lex obliget, multa requiruntur, & primo quòd sit iusta, quia si esset iniusta non obligaret, vt s̄. patet. Secundo, quòd sit promulgata, & solenniter edita, secundum Pa. de postu. præla. c. i. Tertio quòd sit elapsus tempus, post quod incipit obligare, videlicet duorum mensium, quò ad constitutionem generalem, secundum communiter doct. Sic est roboratum iure canonico in c. Nouerit. de sent. exc. Inferiorem autem, lex, vt Episcopi, Capituli, &c. ligat incontinenti facta promulgatione, secundum Host. nisi absentes, & ignorantes, quibus tempus limitatur arbitrio iudicis. cap. fin. qui matri. ac pos. nisi ponatur in constitutione tempus determinatum, quò liget. Vide Pan. in cap. Cognoscentes, de consti. quia bene distinguit. Nunquam tamen ligat ignorantes, quia est absurditas, in d. c. Cognoscentes, & in cap. Animarum, lib. 6. de constit. supra, constitutio. §. 5. rantes. Lex non ligat igno- rantes.

Quarto, quòd sit per inferiores suscepta, & approbata. cap. In istis d. 4. §. leges, quia si mores ventium possunt legem firmatam abrogare, possunt etiam facere ne firmeretur, & vim obligatiuam habeat. Si verò maior pars accipit, & incipit seruare, minor pars tenetur acceptare, & si ab vno populo accipitur, ab alio autem non, non obligat, non recipi autem.

Et

Et dicit gl. in c. quia circa. de confan. & affi. quòd tolerantia, & dissimulatio principis in actu, de iure prohibito, inducit dispensationem. Quòd d. And. intelligit, quando constitutio Papæ, à principio non recipitur, Papa sciente, & tolerante, quo casu tolerantia excusat à peccato. Non autem si principio recepta fuit à maiori parte, secundum quod limitat Pan. Ad hoc est. c. Leges. d. 4.

12 ¶ Non omnia quæ sunt in discretis sunt modo seruanda, nam multa sunt abrogata per consuetudinem contrariã, multa sunt correctã in constitutionibus posterioribus, multa intexuit etiam Gratianus ex suo sensu, quæ non tenentur, sed reprobantur. Similiter sunt falsæ, & non tenendæ aliquæ Glof. decretorum. Item quantum ad ecclesiasticas doctrinã aliquæ sunt reprobatæ tanquam falsæ, & hæreticæ. 24. q. 3. c. penul. & d. 15. cap. Sancta Romana. de sum. tri. & fi. cath. cap. Damnamus. Quædam reprobantur tanquam apocryphæ, in d. c. Sancta Romana. Quædam sunt approbatæ, in d. c. Sancta Romana quæ omnia prædicta non adduco. Qui vult ea in singulari videre, legat Sil. ver. Lex. q. 12. vsque ad 14. parum enim ad confessores spectant.

13 ¶ Lex tollitur: primò, consuetudine contraria, supra. Consuetudo. §. 2. Secundo, per non usum, vt colligitur ex Pan. c. Ioannes, de cle. coniu. Si non usus habet in se actum tacitum contra iuris dispositionem, inducit consuetudinem derogatam legi. Tertio per constitutionem posteriorem contrariã, licet non faciat mentionem de priore, secundum Panorm. in c. Cum accessissent, & c. 1. de cognã. spir. nisi habeat clausulam derogatoriam ad secundam, quo casu, opus esset facere mentionem de prima, in c. Nonnulli, de rescri. Quidam dicunt, qd non oportet facere talem mentionem de prima, quia princeps præsumitur omnia scire, & velle reuocare primam. Et Arch. Flo. dicit simpliciter, qd posterior constitutio tollit priorem, etiam si de ea non fiat mentio, nisi prior sit rescriptum. c. Cæterum. de rescri. vel priuilegium, vt no. Gl. in c. Quoniam 28. vel nisi sit consuetudo, quia non tollitur per sequentem, nisi fiat mentio, de ea. c. Licet de const. lib. 11. Multæ sunt constitutiones imperatoris, quæ cum sint iniustæ, obligare in conscientia non possunt, de quibus Sil. ver. Lex. q. 10. §. 1.

DE LIBELLO.

1 Libellus famosus peccatum mortale est, & eius pœna.

Libellus

Libellus famosus, quo quis cedula scribit continentem crimen, vel infamiam, aut iniuriam alicuius, & proicit, vel appendit in publicum, vt quis infametur ex se peccatum mortale est, quia contra bonum notabile proximi videlicet famam: nisi fortè ex imperfectione actus. Et pertinet ad detractionem, si est occultum nomen scribentis: ad contumeliam verò, si sit manifestum. Per legem autem, contra tales statuta est magna pœna. cap. Si quis famosum. §. q. 1. & secundum canones talis debet flagellari, & excommunicari. §. scribentes q. 1. cap. Qui in alterius. In foro pœnitentia tenetur talis ad restitutionem famæ, supra, Detractio. §. 4. Restitutio. §. 42.

No. cõtra scribentes libellos falsos.

DE LITERIS.

- 1 Literas alterius aperire sine licentia mittentis, peccatum est mortale.
- 2 Litera si sunt generales, an præiudicent scribenti.

Literas alterius signatas aperire sine licentia mittentis, vel eius, ad quem mittuntur, vel sine auctoritate publica, vel rati habitatione, peccatũ mortale est ex genere suo, ad iniustam curiositatem pertinens, maximè quando fit animo iniuriandi, vel infamandi, vel damnificandi proximum in rebus, aut in fama, notabiliter. Potest etiam esse veniale, quando non adest mala intentio, nec est periculum de damno notabili corporali, vel spiritali. Si autem ex causa rationabili aperiantur, vt propter prodiciones, vel vt faciunt prælati, & superiores erga subditos & patres erga filios, & filias, & mariti erga vxores, non peccant, quia iure suo vtuntur, nisi fortè mala intentione hoc facerent, supra, falsarius. §. 4. Sed si ad cauendum malum fiat, peccatum nõ est.

Quomodo liceat, & quomodo peccatum sit alterius literas sine licentia aperire.

2 ¶ Literæ si sunt generales, vt cum dicitur præsentium latori adhibeas fidem, secundum Panorm. in cap. Fraternitati. de cle. non rescri. non derogant scribenti, nec lator per hoc potest aliquid intentare in præiudicium scribentis, quia potius sunt literæ commendatitiæ. Si verò aliquid adderetur, vt puta det is quod petit sub periculo meo, vel fide mea, & huiusmodi, secus esset, vel nisi dolosè dederit illi literas, quia tunc tenetur. art. 50. quod venditio. ff. de dolo. Quando verò literæ sunt magis speciales, vt cum dicitur tali, qui de me te mea est informatus, fidẽ adhibeatis plenã, tunc tenetur scribens, & ille, cui scribitur agere contra eum, non tamen debet

debet ei credere in aliquo, quod ei approprietur. Facit lex, Si verò remunerandi. ff. man. de hoc vide Panor. in d. c. Frater. nitati, & Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuf.

DE LITIGIO.

1. Litigium quandoque mortale, quandoque veniale est.
2. Litigare in iudicio quatuor modis est peccatum.
3. Litigans, & sciens causam iniustam esse, an teneatur parti adversa de damno.

Litigium, quo quis se omnibus opponit, verbo, vel motu, quibus se molestum facit, intendens proximum confundere, vel contemptibilem, aut despectum reddere, mortale est contra caritatem proximi, aliàs veniale, contra virtutem affabilitatis, ex Caie. in summa ibi propriè autem in verbis litigium consistit.

2. ¶ Litigare in iudicio secundum Thom. i. Cor. 6. quatuor modis peccatum est. Primò ex irrationabili causa, puta ex avaritia, vel odio. Secùdò ex modo litigandi, vt non loquendo cum aduersario, & vt inimicus se habendo. Tertio, fraudulenter, & peruersè procedendo cum cautelis, & aliis, vt fieri solet inter malignos. Quarto, quando ex hoc sequitur scandalum, vt si diues pauperem impotentem nimis arctet, cui donare deberet, vel fortunam pinguiorem expectare. Communiter enim hæc sunt mortalia, contra caritatem proximi. Si autem de re modica sit sine iniuriis & scandalo mortale non erit.

3. ¶ Litigans, & sciens causam esse iniustam, quam defendit in principio, vel in processu, & non desistens, tenetur aduersæ parti de damno: ar. in c. Dominus, de sec. nupt. De ordine litis iudicialis, vide si vis Sil. vers. Lis. Quomodo autè peccatur per aduocatos in litibus, vt dictum est supra, ver. Aduocare, circa medium.

¶ LIBELLVM quod idem est, quod emphyteusis, seu Emphyteusis per totum.

DE LOCATIONE.

1. Locativus quid sit.
2. Locari possunt omnia, quæ possunt vendi.
3. Locari an possint seruitutes personales.
4. Locari an possit res venalis.
5. Locare potest prolatus fructus rei ecclesiasticæ ad paruum tempus.

6. Locare

6. Locare an possit clericus operas suas pro diuinis officijs decimis.
7. Locare an possit conductor rem conductam alteri.
8. Locari quibus non possit domus propinqua magistro lectori.
9. Locari an possit res omnibus, qui possunt emere.
10. Locatio ad tempus, & in perpetuum fieri potest.
11. Locatori merces quomodo soluenda est.
12. Locator quibus casibus possit inquilinum expellere ante finem locationis.
13. Inquilinus quando dimittere possit domum conductam, contra voluntatem domini.
14. Locator quando conductori teneatur ad interesse.
15. Si quis locauit operas suas alteri, nec per ipsum stat, quin præstet, sed per conductorem, licet casus fortuito habeat mercedem.
16. Sterilitas si eueniat casu fortuito, an sit remissio pro rata.
17. Fertilitas si augeatur casu fortuito, an etiam augebitur pensio.
18. Si T. conuenit cum P. vt aliquid faciat pro certo precio pro se, & suis heredibus in perpetuum nūquid multiplicatis heredibus, ad idem tenetur.
19. Colonus qui conducit fundum ad medium, vlla facta mentione de arboribus, an de eis habeat fructum.
20. Agro seminato per colonum, si dominus illum vendat, an colonus habeat suam partem.
21. Conductor si aliquid expendit necessarium, vel vtile in re locata, locator restituet expensas.
22. Conductor an teneatur pro re conducta, si pereat.
23. Locans rem vitiosam pro bona scienter, an teneatur conductori de damno.
24. Locator si ponat res in aliquo loco præter voluntatem conductoris, & ibi pereant, an teneatur restitutioni.
25. Conductor debens soluere pro aliqua re, quæ est eiusdem fori cum domino, an teneatur quarere dominum.

Locatio importat concessionem factam personæ, vel rei ad vsum conuenta mercede in pecunia numerata & si aliquid daretur, non esset locatio, sed contractus innominatus. Conductio verò est personæ vel rei ad vsum acceptio interuentu pecuniariæ mercedis, ita quod conductor est qui soluit pensionem, locator autem, qui dat ad vsum, modo dicto. §. si quis. ff. de po. l. i. Si verò conductio sit respectu operis, est econuerso. Nam qui ponit operas, est locator, & qui soluit, est conductor. ff. eod. titul. Item quæritur

Z

§. l.

§. 1. Et si est conductor rei urbanæ dicitur inquilinus, rusticæ vero colonus.

2 ¶ Omnia, quæ vendi possunt: possunt etiam locari, exceptis seruitutibus prædialibus ut iter, actus, via, &c. quæ locari non possunt. Glo. & text. in l. locare. ff. loca.

3 ¶ Seruitutes personales, quæ sunt ususfructus, bene possunt locari. l. arboribus. ff. de usufr. sed non seruitus usus. Inst. de usu. & habita. §. minus.

4 ¶ Res venalis locari non potest æstimata periculo conducentis, quo ad perditionem, & deteriorationem, sed videtur fieri in fraudem usurarum, quia res æstimata intercedit loco pecuniæ. l. Si verò. ff. sol. ma. nec est locatio, quia locator rem periculo tradit. Locari possunt fructus decimarum ad annum censum laicis, secundum Pan. in c. Etiam, de loca. & conduct.

*Locatio-
nes in præ
iudicium
successorū
& ad lon
gum tem
pus sunt
prohibita
in Cō. Tri.
Ses. 25. c.
11.*

5 ¶ Prelatus potest locare fructus rei ecclesiasticæ ad paruum tempus quod est infra decennium, secundum Glo. in cle. 1. de reb. Eccl. non alie. Et si obiiciatur, quod Paulinæ determinat tempus triennij, respondent quidam, quod illa non est in usu, vel quod fuit reuocata per Sixtum secundum aliquos, vel quia dicitur ibi, præterquam in casibus à iure præmissis, & sic quod est secundum ius erit, secundum Paulinam, & quia secundum ius, est spatium nouennij quod dicitur paruum secundum Doct. Ideo videtur quod possit fieri locatio per nouennium, non obstante d. Paulina, Si quis tamen bene consideret verba Paulinæ clarè videbit, quod huiusmodi locatio fieri non potest. Si illa sic acceptata, quod mihi est dubium, an vniuersaliter. Vide supra. Excommunicatio. 62.

6 ¶ Non licet locare operas suas clerico pro diuinis officiis dicendis, aliàs esset simonia. cap. Cum in ecclesiis, de fimo. pro temporalibus bene licet, potest tamen pacisci cum aliquo, ut moretur in aliqua Ecclesia ad celebrandum ibi diuina. Ita tamen, quod intentio non dirigatur ad diuina, sed ad mansionem, quam ibi facit, vel ad laborem, quem ibi sustinet, vel ad damnum, quod ob moram patitur, ut in capitul. Ad quæstiones de re. permu. vt Innoc. in pe. cap. ne Præla. visu.

7 ¶ Conductor potest alteri rem conductam locare, secundum Pan. in cap. Inter dilectos, de si. instr. & l. nemo. C. loca. nisi aliud esset conuentum in d. l. nemo: vel propter hoc alteri fiat præiudicium, vt si personæ inhonestæ, vel insolenti

locare

locaretur, vel inuitis sociis, secundum communiorem opinionem.

8 ¶ Domus propinqua alicui magistro lectori non potest locari alteri, ita vt voces adinuicem confundantur, vt ferrario, vel alteri lectori, & si sic fieret, prior alium posset expellere. l. vnica. C. de stu. li. vr. Ro. & cap. Pridem. §. q. 2. & secundum Barr. in l. i. ff. sol. matr. In arbitrio iudicis est iudicare quis taliam sit expellendus, consideratis circumstantiis, & his quæ ad æquitatem pertinent.

9 ¶ Locari potest res omnibus, qui possunt emere, excepto milite, & curiali, quibus prædia ad colendum, locari non possunt. C. locati. l. milites, & l. curialis. Clerico, & monacho, nisi necessitatis causa. ne cle. vel mo. cap. 1. & c. Secundum, Vbi hæc notant Ber. & Host.

10 ¶ Locatio potest fieri ad tempus, & in perpetuum. l. i. ff. si ager vect. & si moritur conductor infra tempus locationis, hæres eius succedit in iure conductoris, secus in usufructu, qui extinguitur cum persona. l. Si quis domum. §. Usufructuarius. ff. loca.

11 ¶ Merces locatori soluenda est secundum Pan. in c. Propter sterilitatem, eo. tit. secundum quod conuentum est, aliter secundum consuetudinem regionis, quod si non apparet de ea, soluetur in fine anni facit cap. In obscuris, de re. iud. lib. 6. Et Pan. in cap. Peruenit de arbi. Not. differentiam inter soluere annuatim, & omni anno, quia qui tenetur soluere annuatim, in principio anni tenetur, qui verò omni anno, in fine anni debet.

12 ¶ Locator potest inquilinum ante finem locationis, quatuor ex casibus expellere. Primò, si non soluit per biennium, est tamen audiendus, si paratus est soluere. l. quæro. ff. loca. si tamen alius casus de sequentibus non est. Secundo, si domus locata est necessaria locatori pro sua habitatione, ex superueniente casu, cui aliter providere nequit, l. ædem. C. loca. fiet tunc remissio pensionis. Tertio, si domus reparatione indiget, quia ruinam minatur, quod non faciebat tempore locationis, & etiam in isto casu fiet recompensatio sicut in præcedenti ad ratam temporis, in d. cap. Propter sterilitatem, & l. ædem, vel locator providebit de alia domo æquè idonea. l. cum plures. ff. eod. tit. & ea re facta, inquilinus potest petere reponi in ea, per Glo. & rex. l. si duo. ff. vt i. §. cum inquilinus. Quarto si conductor peruersè conuersatur in ea, etiam sine læsione rei, vt quia ibi tenet

Z 2

mere

meretrices, & similia, & tunc non fit remissio pensionis secundum Host. vel lædit arbores, non colit tempore debito, & huiusmodi, & tunc remittet dominus pensionem, & aget de damno, & interesse, secundum Host. in d.c. Propter sterilitatem, & sic cõcordat d.l. eadem, & d.c. Propter sterilitatem, quæ videntur contraria. Alex. Imo. conf. 126. addit quintum, quando scilicet iuravit omni anno soluere, & non soluit, & cessat vno anno soluere. l. si quis maior. C. de transac. & hoc communiter secundum doct. in d.l. tenent in omnibus contractibus iuratis.

13 ¶ Inquilinus propter supervenientem probabilem necessitatem dimittere potest domum conductam etiam contra voluntatem Domini, secundum Pan. in d. ca. Propter sterilitatem & sic in conscientia esset servandum, licet fortè in foro contentioso aliter fieret.

14 ¶ Si conductor non potuit uti re locata propter locatoris voluntatem, locator tenetur conductori ad interesse. l. si de fundo, C. loca. Si per casum fortuitum locatoris, vel rei locatæ, ut quia ex culpa locatoris fundus fuit publicatus, vel domus corruit, pensio remittetur pro rata. l. si quis domum, ff. loca. Si stat per conductorem, ut re locata minus utatur, vel ob eius culpam nihilominus totam soluet pensionem, l. colonus, §. navem. ff. loca. Si autem casu fortuito hoc advenit conductori, similiter tenetur, quando locator alteri locando mercedem habuisset, alias non. ff. ad l. re. di. de iact. l. si. §. 1. Facit lex, sed addes. §. cum quidam. ff. loca.

15 ¶ Quando quis locavit operas suas alteri, nec stat per ipsum, quin præster, sed per conductorem, sic talis conductor etiam si impediatur casu fortuito, soluet mercedem, & est casus §. cum quidam. ff. loca. l. sed addes, intellige, quando talis locator, non habuit cui locando operas acquireret mercedem, quam mercedem habuisset si tali non locasset in conscientia. Si verò stat per locatorem, casu fortuito non impeditum, locator restituet damnum conductori, & non habebit mercedem, si in casu fortuito impeditur, remittetur pensio pro rata temporis, l. si vno. ff. loca. §. Item cum quidam, nec tenetur ad interesse. Et si iam inchoato opere, fecisset aliquas expensas, ad se præparandum, & casu fortuito impediatur, repetet expensas propter hoc factas, l. pecuniam. ff. de condi. ob cau. in princ. Fallit in aduocato, qui si moriatur non repetetur salarium ab heredibus. l. ff. de va. & extr. cog. & idè de quocunque habente officium publi

publici. l. arborib. §. de illo. ff. de vsu. nisi consuetudo obster. 16 ¶ Si sterilitas ex casu fortuito proveniat, vel vitio rei locatæ, sine culpa coloni, ut quia timet ager siccitatem, vel humiditatem, vel grandinem, vel huiusmodi, & non potest recompensari cum fertilitate anni præcedentis immediate, vel sequentis, durante locatione eadem, secundum Host. in sum. eo. tit. fiet remissio pro rata, & secundum Pa. in d.c. Propter sterilitatem, (ut puta) colligit tantum duas tertias partes de solito, soluet duas tertias de pensione. Si autem sit partiaris, diuidens cum domino lucrum, & damnum, non fiet recompensatio, ut not. Glos. in d.c. Propter sterilitatem, & secundum Ioan. & Pan. in d.c. Propter sterilitatem. In conscientia annus dicitur sterilis, quando de tribus partibus solitis colligi, non colliguntur nisi duæ, quamvis doct. fuerint varij in hoc cap. Propter sterilitatem. Si verò fructus collecti marcescant, vel per milites, aut aliter pereant, non dicitur sterilitas, nec fit compensatio. l. ex conducto. §. si vis. ff. loca. secus si ante collectionem hoc accidat.

17 ¶ Si fertilitas augeatur casu fortuito, ut quia alia molendina sunt destructa, meum plus fructificat, augetur pensio pro rata, sicut fieret remissio propter sterilitatem, hoc tenent Glo. in l. si merces. ff. eo. tit. & Pan. supra, non autem si augeatur, quia fructus plus valent, aut si per industriam coloni augeantur sicut nec fieret remissio, propter negligentiam coloni, vel si parum valerent fructus. l. Ex conducto. ff. eo. tit.

18 ¶ Titius convenit cum Paulo, ut certo pretio molat pro se, & suis hæredibus in perpetuum, in processu temporis multiplicantur hæredes Titij quasi in infinitum nunquid molem hæredes Pauli pro eodem pretio? Dicit Vgo quod non, quia non videtur Paulum de hoc cogitasse, quando se obligavit, & hæc opinio est in conscientia æquior, licet Alberi. in auth. hoc ius. C. de sac. san. Eccle. dicat teneri ad hoc de stricto iure. Pro prima opinione facit l. si quis in vna. ff. de peri. & co. rei vend.

19 ¶ Colonus conducens fundum ad medium, nulla facta mentione de arboribus, nullum fructum de eis habebit, sed locator omnes habebit. l. fructus. ff. de vsu. & si colonus arbores destruat, tenebitur pro eis, similiter si alius propter odium aduersus colonum, cuius odij colonus dedit causam, hoc faciat. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. & secundum Glo. ibi, tenebitur etiam.

*Annus
quado dicitur
sterilis.*

20 ¶ Agro seminato per colonum, & post vendito per dominum, colonus partem suam habebit, secundum quod inter eos est cōuetum. Si tamē venditor omnes fructus accepisset, agere poterit colonus cōtra venditorem. ff. de leg. 1. l. nihil speciale.

21 ¶ Si conductor aliquid expendit necessariō expediens vel vtile in re locata, locator restituet expensas, ff. loc. & cō. l. dominus. Si tamen potest tollere expensas sine læsione rei locatæ, tollit, si vult, quia tunc locator non tenetur. §. si inquilinus. d. l. sed addes. Non intelligas tamen de expēsis pro pascendis animalibus, vel colendo agro locatis.

22 ¶ Conductor pro re conducta, si pereat, vel deterioretur ex dolo, vel culpa sua, etiam leui tenetur locatori. Quia gratia vtriusque contrahitur. insti. qui mo. re. contrahi. obl. §. vlt. hæc est communior opinio, quod non teneatur de leuissima. Idem dic de locante operas suas: Si tamen tale opus requireret diligentissimam curam, vt polire preciosum lapidem, & huiusmodi, teneretur etiam de leuissima, §. qui columnam. l. si merces. ff. loca supra. custos. §. secundo. Depositi. §. secundo.

23 ¶ Locans rem vitiosam pro bona scienter, tenetur conductori de damno, ar. in d. l. sed addes, & si etiam ignoranter locauit vitiosa pro bonis, tenetur de damno, nō enim debet dare pro bono quod nesciebat bonum esse, licet crederet, quoniam exposuit proximum periculo, ideo de damno sequuto tenebitur, secus si dedit simpliciter, sicut erat dicendo, credo esse bonum, tu vide &c. Fecit enim, quod potuit & dolus cessat.

24 ¶ Si locator ponat res meas in vna domo, vel camera alia sine voluntate mea, & pereant igne, vel aliter quod non fuisset, si in primo loco remansissent, tenetur restitutioni. l. item quæritur. ff. eo. tit. Secus quando fecit hoc sine culpa bona fide, nec etiam tenetur, quando etiam mala fide ponens, ita periissent ibi, sicut hic. ff. ad l. Ro. de iac. l. fin. Et dicenti fuisse dolum, vel culpam incumbit probare: vbi qui tenetur de dolo, & lata culpa, sed vbi tenetur de leui, & leuissima tunc incumbit conductori probare, quod fuit à casu. Sicut intelligit d. lex si.

25 ¶ Conductor debet soluere p̄ aliqua re, quæ est eiusdē foci cū domino, tenetur querere dominū, sed si nō est eiusdē foci, satis est, q̄ sit paratus soluere in domo sua, secūdu Pa. inc. Significante. de pign. Sic intellige d. c. Propter sterilitatem.

DE

Ludus quomodo sit peccatum.

2 Ludus ex circumstantiis quibus modis sit peccatum.

3 Ludus scaccorum clericis non prohibetur.

4 Clerici aleatoris quæ sit pœna.

5 Acquisitum per ludum est obnoxium restitutioni.

6 Lucrum per ludum prohibitum per legem an teneatur ad restitutionem.

7 Lucrum fraudulentum an recompensetur cum ludo licito.

8 Filiusfam. ludendo patri potest acquirere, non autem acquiritur a distrabere sine licentia patris.

9 In ludo quando quis perdidit, quomodo possit repetere.

10 Mutuandi pecuniam ludenti an competat repetitio.

11 Ludos inspicere an sit peccatum.

12 Secularibus non liceat in ludis vti habitu religiosorum.

Ludus ex suo genere multis modis peccatū est. Primo quando assumuntur turpia verba, vel facta, quæ si sunt mortalia, peccatum mortale est, aliter veniale. Secundo, quando proximo nocumētum notabile infert, est mortale peccatum. Tertia quando gesta sanctorum in derisum, vel contemptum assumuntur, est etiam mortale propter iniuriam, quæ fit Deo, & sanctis, Præceptum enim domini dicit, Non assumes nomen Dei tui in vanum.

2 ¶ Ex circumstantiis ludus etiam inuenitur peccatum simpliciter. Primo, quando propter ludum non curatur de præceptis diuinis, & hominum, in his, quæ pectinent ad salutem animæ de necessitate, tūc mortale est. Secundo quando talis ludus non est cōdecens personæ, vt sunt senes, prælati, & graues homines. Tertiō, si fieret in loco prohibito, vt in ecclesia, quod mortale esset, si fierent ibi ludi theatrales, vel simile, qui prohibentur, in ca. Cum decorem. de vita & ho. cle. & Pa. ibi. Veniale autem, si ex rationabili causa aliqui ludi non prohibiti fierent, vt ludere ad scaccos. Vide S. Thom. secunda secundæ. quæst. 168. ar. 2. Quarto, quando diebus festiuis homo abstrahitur à diuinis, quia mortale esset, si propter ludum non audiret missam ad quam tenetur, & totum diem in huiusmodi consumeret. Quinto, quando prohibiti sunt ludi, vt clericis prohibetur ludus alearum, & quidam alij capit. Clerici, el. 2. de vita & ho. cle. & ca. Presbyteri. 44. dist. Sexto si fraudulenter ludatur, & si fraus tendat ad damnum notabile, erit mortale, contra iustitiam. Septimō, quando de ludo qui repertus est pro recreatione

Z 4 sit

Ludus
quomodo
sit actus
virtuo-
sus.

fit negotiatio, & principaliter intenditur licitum. Si autem ludatur modo debito, peccatum non est, sed actus virtuosus ad virtutem eutrapeliæ pertinens, secundum Tho. secunda secundæ, supra.

3 ¶ Licet ludi plures sint clericis prohibiti, ut taxillarum & alearum cum taxillis, siue tabularum, ut in d. ca. Clerici, tamen ludus scaccorum secundum Pan. ibi non est prohibitus. Et per Inno. in c. rator, de homi. Concor. Arch. in c. Episcopus. 35. dist. in principio, licet quidam teneant contrarium, & malè.

4 ¶ Clericus publicè aleator secundum Pan. in d. c. Clerici ipso facto repellitur à promotione, non tamen priuatur beneficio obtento, nisi præcesserit monitio, secundum Gl. in d. ca. Clerici, in ver. Aleas. Et licet Gl. videatur tenere, quòd ludendo sic semper clericus mortaliter peccet, auth. de san. e. pi. §. interdiciamus, tamen non est verum, quia hoc non prohibuit eis Papa, nec Imperator præcipere potest, maxime quin ex recreatione possint ludere, & si prohibeatur in d. c. Clerici, non tamen est præceptum obligans ad mortale, ut §. dictum est in ver. Clericus. §. 10. Vide Sil. verbo Ludus. §. qui hoc idem tenet.

5 ¶ Acquisitum per ludum secundum Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. & 4. sen. dist. 15. q. 3. ar. 4. est obnoxium restitutioni, quando est acquisitum ab eo, qui alienare non poterat, vel quando lusor alium nolentem ludere traxit ad ludum minus, vel alio modo, ex cupiditate lucri, vel si fraudulenter lucratus est, vel lucratus est ex ludo prohibito per leges, vel statuta prohibitoria, quæ non sunt abrogata, & in hoc casu de lucro lusor elemosynam facit, in aliis perditore restituet, sicut tenetur.

Nota.

6 ¶ Lucrans per ludum prohibitum per legem in qua non mandatur fieri restitutio, sicut prohibetur ludus torneamentorum, non tenetur ad restitutionem ex præcepto: peccat tamen faciendo contra legem. De consilio autem debet dare pauperibus, quia est turpe lucrum: & hæc est communis opinio Doc. Et io. An. & ioan. Cal. in d. c. Clerici, dicunt tutum esse, hoc dari pauperibus, & non necessarium, ideo aduertere cōfessor, quòd si quis nollet tale lucrum dare pauperibus, cū de præcepto non teneatur, non est neganda ei absolutio. Sed in casibus in quibus ius præcipit fieri restitutionem, nūquid tenetur de necessitate? Respondet Alexan. Lom. in tit. de usuris, quod sunt abrogatæ huiusmodi leges per contrarium

num usum, quia repetenti perditum in ludo, in foro civili, & iudiciali, non datur actio, nec sententia restitutionis fiendæ, ut clarè patet. Et idem tenet Sco. in 4. sen. dist. 16. idè non videtur peccare mortaliter, non restituendo huiusmodi lucrum, ubi modo dicto lex est abrogata. Si autem lex esset in viridi obseruantia, secus esset.

7 ¶ Si hodie lusi cum Tirio, & fraudulenter lucratus est mihi 10. cras ludam cum eodem sine fraude ad ludum licitum, & lucrabor ei 10. ipse Titius non potest recompensare 10. quæ fraudulenter lucratus est, cum 10. quæ ego sine fraude vici, sed tenetur mihi restituere, iuxta ea quæ supra diximus. Si autem hoc fieret in eodem ludo, eodem tempore, quia illud dicitur lucrum, quod in fine ludi reportatur, secus esset.

8 ¶ Sempronius filius familias lusit cum Petro potèti perdere, & lucratus est 10. ad scaccos, postmodum ludit cum eo ad chartas, & perdit 10. non potest Petrus facere recompensationem, sed tenetur restituere 10. quia filius familias ludendo potest patri acquirere, sed non potest acquisita distrahere sine licentia patris. Idè dic, si sit idem ludus specie, sed non numero, quia in diuerso tempore sit. Et hoc est verum de iuris subtilitate. De æquitate tamen conscientiæ, dicit Sil. ver. Ludus. q. 17. quod credit posse fieri. ar. eius quod not. Pan. in c. Filius de test. & in ca. Ex parte de censibus prima tamen opinio mihi videtur verior, & tenenda. Idem dic de sermo, religioso, vxore, &c. quando non possunt alienare.

9 ¶ Quando in ludo quis perdidit, potest reperere in casu quo alius tenetur restituere eidem, vel certæ personæ, secundum Pan. in d. c. Clerici.

10 ¶ Mutuanti pecuniam ludenti, non competit repetitio, secundum Pa. §. nec valet transactio facta in ludo, secundum communiter Doc. in d. c. Clerici, ut dicit Pan. quia ibi non potest esse lis, immo est evidens calumnia: ergo non valet transactio. l. summa. ff. de condi. indebi.

11 ¶ Inspicere ludos, secundum Th. 2. secundæ. §. secundum se non est peccatum, sed propter prohibitionem his s. quibus prohibitum est vel ratione periculi cadendi in aliquod mortale, tunc esset mortale, scienter, vel dubitanter se exponere, ut cum in ludis repræsentantur turpia, & lasciuia, vel dimittendo diuina necessaria de præcepto, tunc est mortale, vel ex visione, quis aduertèter alium ad mortale induceret, ut cū ad ipsum corrigere pertinet, & videndo videtur fa-

uere, vel quando complacent iudi, qui sunt mortales, non solum quo ad actum, sed etiam quo ad deformitatem, ut dictū est s. Curiositas. §. 2. Vide Ar. c. Flo. 2. parte, tit. 3. c. 8. §. 11. Sil. ver. Ludus. q. 8.

12 ¶ Non licet secularibus, in ludis etiam licitis, quando faciunt larvas, & huiusmodi, uti habitu religiosorum. Et grauitur peccant, sicut grauitur puniri debent. auh. de san. epi. §. fin. ar. C. de epi. & cle. l. minime. Et maxime si vntur in theatralib⁹, vel in turpibus publice. Religiosi autē possunt uti in secreto in suis recreationib⁹, ut si frater minor induat habitū monachalē, & huiusmodi, & etiā habitu seculari, ut in dictis representationibus fieri solet in suis monasteriis.

DE LVXVRIA.

- 1 *Luxuria vnum est ex septem vitijs capitalibus.*
- 2 *Actus venereus in matrimonio an sit peccatum.*
- 3 *Luxuria filia quæ sint.*
- 4 *Luxuria species quæ sint.*
- 5 *Vitium contra naturam quot modis fiat.*

Luxuria prout venereorum superfluitatem dicit, ponitur vnum de septem vitijs capitalibus secundum Th. 2. 2. q. 153. ar. 4. & Greg. 3. li. mor. Et si superfluitas huiusmodi contingat secundum quancunque speciem, sic semper est mortale peccatum: ut fornicatio, adulterium, stuprū, &c. ut de quolibet s. & j. in suis locis patet, & patebit. Secundum autem circūstantias tantum, si contingat, communiter est veniale, ut superfluitas quæ inter cōiuges reperitur: licet aliquādo possint esse mortales, vel ratione periculi vel scādali.

2 ¶ Actus venereus in matrimonio si fiat debito modo, & tempore, non est peccatum, secundum Tho. s. arti. 2. quando autem fit ex concupiscentia, dummodo non excedatur limes matrimonij, erit veniale. Tho. de veritate. q. 25. ar. 5. ad 7. hæc affirmat.

3 ¶ Luxuriæ filia, secundum Th. supra ar. vlt. & Greg. vbi supra, sunt hæc. scæcitas mētis, incōsideratio, precipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, desperatio futuri, & etiā stultitia, quæ peccatum est. Hæc enim peccata à luxuria originantur.

4 ¶ Species luxuriæ secundum Th. supra q. 154. sunt fornicatio simplex, adulterium, incæstus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam. Simplex fornicatio est, quando solutus cum soluta miscetur. Adulterium quando alter, vel amba

sunt matrimonio coniuncti. Incestus inter consanguineos, vel affines committitur, vsque ad quartum gradum inclusive. Stuprum quando fit cum ea, quæ est in patris potestate, quæ si violenter corrumpatur, dicitur raptus. Contra naturam dicitur quando taliter fit, quod non potest sequi generatio. Sacrilegium autem reducitur, vel ad adulterium, vel ad aliam speciem, secundum diuersum modum, quo exercetur. J. Rapina. §. 3.

5 ¶ Vitium contra naturam, licet sit vna species luxuriæ, secundum Thom. s. artic. 11. multis tamen modis exercetur. Vel quando procuratur pollutio causa delectationis sine aliquo concubitu, & dicitur immundities, vel pollutio, vel fit per concubitum ad rem non eiusdem speciei, & dicitur bestialis, de qua supra ver. Bestialis, vel per concubitum ad rem eiusdem speciei, sed non secundum debitum sexum, ut masculus cum masculino, vel femina cum femina coit, quod peccatum dicitur Sodomia: vel non seruantur debita instrumenta, ut si vir cum femina non seruat locum debitum, sed alium accedat, & scelus hoc nomen proprium non habet, vel accedit ad locum naturale debitum, sed modo indebito, ut si mulier supergrediatur virum, vel huiusmodi, nec hoc habet nomen proprium. Omnia prædicta semper sunt mortalia, excepto vltimo, quod etiam erit mortale, si taliter fiat, quod non possit sequi generatio, vel sit periculum de effusione seminis extra vas. Et quicumque propter effrenatam concupiscentiam exponit se huic periculo aduertenter, mortaliter peccat. Et not. quod quando vnus seminat, alio non seminante, intendens vitare generationem, vel voluntariè extra seminat, est peccatum contra naturam. De huiusmodi oportet confiteri specificè, & de cogitationibus, ac actibus, qui in eadem specie sunt, ad eundem finem ordinantur. De cogitationibus, tactibus, osculis, vide in locis suis, supra & infra. Not. etiam secundum Tho. supra quod si vir cognoscat uxorem suam extra vas debitum, non dicitur sodomia, sed species innominata, ut supra diximus. Sit igitur diligens confessor, dum circa hoc peccatum interrogat, ut tangat species, non autem ad actus, & modos singulares descendat.

DE MAGISTRIS.

1 *Magistri quomodo peccent. & num. 2.*

3 *Magister qualis esse debeat.*

4 *Relig.*

4 *Religiosus de licentia sui superioris potest assumi ad magistrerium.*

3 *Magistri sententiarum errores.*

Magistri communiter peccant in tribus. Primo, circa doctrinam, docendo noxia animarum: siue contra fidem, siue contra bonos mores, directe, vel indirecte, ut si magnificent opiniones contrarias, & paruipendant eam, quae ad fidem pertinet. Secundo, docendo falsa pro veris ex industria, & sic nocuum in ferunt bono intellectui, ideo mortaliter peccant. Secus si non faciunt ex proposito, nisi ex hoc sequeretur magnum damnum proximo, ex incuria, vel temeritate doctoris. Tertio, quando non volunt docere aliquod pulchrum punctum ex invidia. Quinto, quando alios damnificant doctores, vel iniurias irrogant, ab eis deuiando auditores, in damnum etiam auditorum, ideo mortale est, & contra caritatem, ex doctrina Caiet. in summa ver. Magistrorum peccata.

2 ¶ Circa mores etiam peccant, si non corrigunt corrigendos, vel in correctione excedunt, si fouent, vel inuitant ad turpia, vel ludos. Graue enim est peccatum hoc, propter adolescentem, qui male imbuuntur. Quod autem ad lucrum peccant, exigendo ultra debitum, vel a quibus non debet. Caiet. supra.

3 ¶ Qualis debet esse magister, vide. c. 1. de mag. & secundum Pan. ibi, debet habere. §. qualitates. Primo, peritiam docendi. Secundo facultatem dicendi. Tertio, subtilitatem interpretandi. Quarto, copiam differendi. Quinto, approbatus ab habente potestatem.

4 ¶ Religiosus de licentia sui superioris potest assumi ad magistrerium, per c. Doctos. & c. Moderamine. 16. q. 1. Quomodo magister debeat, & possit aliquid petere pro licentia docendi, vel a scholaribus, vide multa capitula de mag. Et quomodo simonia committatur, dando aliquid vel recipiendo pro huiusmodi. §. Simonia. Circa principium. Non est simonia, quando exigitur secundum consuetudinem, non ut precium spiritualis rei. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 3.

5 ¶ Magister Sententiarum in multis errauit, & primo in hoc quod dicit, quod caritas, qua diligimus Deum, & proximum, non est habitus creatus, 1. sen. Quod termini numerales, ut trinus, vnus, & huiusmodi, non dicunt positionem, sed priuationem. 1. sen. dist. 24. Quod similitudo, & qualitas in diuinis

uinis nihil ponunt. 1. sen. dist. 31. Quod praemium in angelis praecessit meritum. 2. sen. dist. 5. Quod, nihil de cibis transiit in veritate humanae naturae. 2. sen. dist. 30. Quod semen est de substantia patris: eadem dist. Quod anima humana separata a corpore, est persona. 3. sen. d. 5. Quod Christus in triduo suae mortis fuit homo. 3. sen. dist. 20. Quod sacramenta veteris legis nullo modo iustificabant etiam ex caritate facta. 4. sen. dist. 1. Quod baptizati baptismo Ioan. non ponentes in eo spem, non rebaptizantur. 4. sen. dist. 2. Quod Deus potuit communicare creaturae potentiam creatiuam. 3. sen. dist. 5. Quod haeretici praecisi, suspensi, & schismatici, & degradati, consecrare non possunt. 3. sen. dist. 14. Quod maritus alicuius sponsae, per consensum de praesenti, quam tamen non cognouit, bigamus vocatur, & ad sacros ordines promoveri non potest. 3. sen. dist. 27. Quod cognoscens sororem sponsae legitimae, postremo non potest uxori debitum reddere. 4. sen. dist. 35. De huiusmodi erroribus vide in propriis locis quod declarat Tho. Haec loca in quibus magister errauit, collegit Arch. Flor. parte 1. tit. 5. c. 8.

DE MALEDICTIONE.

1 *Maledictio peccatum mortale est.*

Maledictio qua quis imprecatur alicui non desiderio aliquod malum (ut puta) mortem, infamiam, infirmitatem, & huiusmodi: & non sub ratione boni honesti, aut vtilis, ut pro eius correctione, vel vtilitate Reip. sed non curando de huiusmodi, ex suo genere mortale est, si deliberato animo fiat, & aduerte, quia opponitur caritati proximorum, quos amare, & desiderare eis bonum tenemur. Ni autem creaturae irrationabiles simpliciter absque alia relatione maledicantur, verbum est ociosum, sed ut relatæ ad Deum, vel ut bona hominis, sic peccatum mortale est: perinde ac si huiusmodi, vel Deo malediceretur. Si vero maledicantur relatæ ad aliquod malum, sicut Iob maledixit diei suae, sic *Iob.* non est peccatum. Cum autem huiusmodi maledictiones fiant verbo, sed non animo nocendi, vel parui nocuenti, vel ex animi surreptione, peccatum veniale est, ex imperfectione actus: nisi in illo paruo tempore, & in illa subita passione irae, esset determinatus consensus, quia tunc non euaderetur mortale, secundum Caiet. in summa. eod. tit. quauis transacta ira nollet tale malum. Conformiter S. Th. secunda secundae. quaest. 79. art. 3. De maledictione, qua quis male di-

*Malum
pane mi-
nus est
malo cul-
pe.*

xit de proximo, cum denigrando famam, s̄. Detractio, per totum maledicere, secundum se minus peccatum est detractio, susurratio, & contumelia, quia malum poenæ minus est malo culpæ. Tho. ibi supra, ar. vi.

DE MALEFICIO.

1 *Maleficium dupliciter est mortale.*

2 *Maleficium maleficio soluere non licet.*

1 **M**aleficium, quo quis nocet per dæmonum inuocationem, impediendo vsu[m] matrimonij, fascinando pueros, & huiusmodi, mortale est dupliciter, tum quia nocuumentum proximo infert: tum quia dæmon ibi inuocatur, quod sine mortali fieri non potest, supra, Inuocatio, per totum. Et ad maleficium reducitur omnis incantatio, &c.

2 ¶ Non licet maleficium alio maleficio soluere, licet faciens tale maleficium, semper sit paratus ad hoc peccatum, sicut vsurarius ad mutuandum sub vsura, quia inuocatio dæmonum, vel exercere maleficium, nunquam licet, sicut mutuare ex se licitum est, vt gratis mutuare. Ideo hoc peccato vti nullo casu possumus ad nostram vtilitatem, sicut mutatione vsurarij. Soluere autem maleficium, sine maleficio, qui scit, potest (puta) soluendo ligaturam, in qua erant maleficium, & huiusmodi. Vide aliquid infra, Matrimonij. §. 49. Consentit Caiet. ibi, in summa. Quomodo autem possint maleficia solui, vide Sil. ver. Maleficium. q. 7.

DE MALITIA.

1 *Malitia peccatum graue est, & principium peccandi.*

1 **M**alitia, qua quis ex sola intentione mali, eligit malum, & non ex passione, peccatum est grauius ceteris, ex eo quod eligit malum, & peccat ex habitu vicioso, & malitia est principium peccandi, secundum Th. quæst. de ma. q. 3. prima secundæ, quæst. 78. ar. 2. Et hoc peccatum maxima difficultate emendatur. Potest etiam esse veniale, ex imperfectione actus, vt quando quis malitiosè mentitur de re parua. Ad hoc autem quod quis ex malitia delinquat oportet, quod malitia peccandi sit principium, vt dicit Th. quæstionibus de mal. q. 3. ar. 12. ad 5.

DE MANDATO.

1 *Mandatum quid dicatur.*

2 *Mandati formam si excedat mandatarius gesta per eum non valent.*

3 *Si duo mandantur, & non possint adimpleri quid agendum.*

4 *Mandans aliquod delictum fieri, quod post multum tempus perpetratur, an teneatur.*

5 *Mandans an teneatur mandatario de omni damno secuto.*

6 *Mandatum morte mandantis expirat.*

7 *Mandatum factum posterius non derogat priuilegio.*

8 *Mandatum rei turpis nullum est.*

1 **M**andatum significat impositionem adimplerionis voluntatis alicuius factam alicui, nullo dato, vel promisso preterio, ad vtilitatem mandantis. Si vero sit ad vtilitatem illius, cui mandatur, dicitur persuasio, vt not. Bart. in l. non solū. ff. de iniur. §. si mandato. Mandatarius dicitur cui mandatur.

2 ¶ Si mandatarius faciat contra formam mandati, vel præter, vel circa, non valet gestum per ipsum, secundum communiter doct. Vide text. cum Gloss. in cap. Si cui de cle. in 6. & Panor. in cap. fi. de resti. spo. quoniam quando actum datur certa forma, paria sunt agere contra, citra, & præter formam.

3 ¶ Si duo mandantur, etiam sub certa forma, licet nõ possint simul impleri, debet tamen fieri, quod potest, & valebit gestum, facit quod no. doct. in c. Constituimus, de rescript. vide Pan. in d. c. fi.

4 ¶ Mandans aliquod delictum fieri, quod post longum tempus perpetratur, si non reuocauit expressè, vel tacitè, tenetur secundum Inn. in cap. Ad audientiam. de hom. s̄. Irregularitas. §. 15. Concord. Barrol. cum Gloss. l. 3. §. fin. ff. de adimen. le.

5 ¶ Mandans tenetur mandatario, de omni damno secuto ex casu fortuito, sine eius culpa, quod mandans cogitare potuisset, & quod propter executionem mandati, quod sine mercede, sed gratis implere voluit, euenit secundum Pan. in c. Sicut, de iu. iur. & Inn. ibi. Secus, si exequitur causa pietatis, vel parentelæ, vel mercedis, vel ex debito. c. Si dominus. 2. q. 3. 13. q. 2. c. Non inferenda. De eo autem, quod cõtingit incogitabile verisimiliter, non tenetur.

6 ¶ Mandatum per mortem mādatoris expirat, re integra, secundum doct. in c. Gratum, & c. Relatum, de offi. del. alias no. l. Mandatum. C. mand.

7 ¶ Si mandatum fiat posterius, non derogat priuilegio, nisi de eo faciat mentionem. C. Graue, de offi. or. Si mandatū sit generale, non prohibet nisi illicita. cap. Super quibusdam, de

de ver. sign. Si sit speciale derogat generali, etiam si de eo non faciat mentionem. cap. Pastoralis. de resc. secundum Bern. nisi quando generale in effectu est speciale. c. Ex parte. de of. del. vel in privilegiis. c. Cum ordinem de resc. vel quando res non est integra, vel in legatis. ff. de sup. le. l. 4. quomodo autem res dicatur integra, vide doc. in d. l. mandatum.

8 ¶ Mandatum rei turpis nullum est. ff. manda. l. 3. mandatum delictum fieri quomodo teneatur, & includatur sub dispositione iuris, vel statuti punientis eum, qui tale delictum fecit, vide Pan. in c. Mulieres, de sent. excommu.

DE MANIFESTO.

1 Manifestum probatione non indiget.

1 **M**anifestum, quod est idem quod notorium est proprie id, quod probatione non indiget, secundum gl. c. Olim, de ver. sig. Ut quando euidencia facti manifestat, vel constat, per confessionem, vel legitimam probationem. Alio modo id dicitur manifestum, quod sufficienter probari potest, & de facili per multos testes. l. hæredes. C. de testa. tertio modo manifestum dicitur, quod patet omnibus, vel aliquibus & in re dubia, vel in penalibus, capere oportet primo modo, in c. fi. de ver. sig. infra, Notorium. §. 1. Etiam secundum Pan. in cap. Olim, de ver. sign. Dum de manifesto loquimur, materia subiecta consideranda est, & loquendi usus.

DE MARTYRIO.

1 Martyrium sustinere an sit in precepto.

1 **M**artyrium sustinere, & ad hoc subeundum paratum esse, quando opus est, propter Christum, & salutem animarum, est in precepto. Th. q. 4. q. 12. ar. 2. alias est de perfectione, scilicet se offerre. Aliquando malum est se offerre, ne detur occasio alicui male agendi. Cum autem offertur, debet patienter tolerari. Et quodcunque bonum humanum relatum in Deum martyrij causa esse potest, ex Th. secunda secundæ. q. 124. ar. vlt.

DE MATRIMONIO.

1 Matrimonium quid est.

2 Peccare multis modis contingit in contractu matrimonij.

3 Impedimenta matrimonij que sint.

4 Error in persona impedit matrimonium.

5 Conditio persone impedit matrimonium.

6 Seruus contrahere potest etiam ignorante, & contradicente domino.

7 Si quis accipit ignoranter seruum, & cognita seruitute accedit ad eam, non poterit amplius eam dimittere.

8 Votum quomodo impediatur matrimonium.

9 Cognatio impedit matrimonium, eaque triplex est.

10 Vxor eandem cognationem contrahit, quam contraxit maritus leuando aliquem de sacro fonte.

11 Si plures teneant ad baptismum, inter eos non contrahitur aliqua cognatio spiritualis.

12 Pater spiritualis contrahere an possit cum sorore filie spiritualis.

13 Religiosi, monachi, &c. non debent nec baptizare, nec tenere.

14 Quando quis in domo baptizatur ob necessitatem, tunc contrahitur, non quando portatur ad ecclesiam.

15 Casus prohibiti in cognatione baptismali qui sint.

16 Cognatio legalis que sit, & quando impediatur matrimonium.

17 Inter adoptantes, & adoptatos quomodo sit cognatio legalis impediens. 18 19.

20 Cognatio naturalis duplex est, & eius declaratio. 21. 22. 23. 24. 25.

26 Affinitas quid sit.

27 Affinitas quomodo contrahitur.

28 Affinitas quomodo impediatur matrimonium, & quomodo impediatur in veteri lege. nu. 29.

30 Crimen adulterij, & homicidij impedit, & dirimit matrimonium, & nu. 31. 32. 33. 34. 35.

36 Disparitas cultus impedit matrimonium.

37 Infideles in quibus gradibus possint contrahere.

38 Coniugum altero nolente conuertere, alter nubere potest.

39 Coniuges infideles si conuertantur si erant in gradibus coniuncti, an debeant separari.

40 Coniugum si vnus conuertatur, alter non, filij non habentes rationis usum, cui dabuntur.

41 Violentia que dirimat matrimonium.

42 Ordo sacer impedit matrimonium.

43 Qui contraxit cum vno non potest cum altero contrahere.

44 Credens maritum esse viuum, cum tamen sit mortuus, credensque non posse contrahere, si contrahat, non tenet.

45 Credens maritum esse mortuum quantum expectare debeat.

46 Iustitia publica honestatis impedit matrimonium.

47 Impotentia coeundi impedit matrimonium. 48.

- 49 Maleficiati contrahere non possunt.
- 50 Contrahens cum virgine nec valens intrare claustra pudoris, an separari debeat.
- 51 Mulier, quæ ita arctæ est, quod non potest fieri apta, non potest contrahere.
- 52 Alter coniugum si sciat impedimentum, & contrahat altero ignorante si ignorans voluerit cohabitare, an possit.
- 53 Castratus quomodo non possit contrahere.
- 54 Interdictum ecclesiæ impedit matrimonium, si tamen contrahatur, tenet.
- 55 Votum simplex quomodo impedit matrimonium.
- 56 Sponsalia impediunt matrimonium.
- 57 Incestus cum consanguineis vxoris impedit matrimonium.
- 58 Vxoridium impedit matrimonium.
- 59 Levatio proprii filij de fonte baptismatis, vel de chrismate impedit matrimonium.
- 60 Monalem si quis accepit in vxorem, inhabilis ad contrahendum efficitur.
- 61 Matrimonia publicè fieri debent.
- 62 Matrimonium quo tempore licitè celebrari possit, & quibus diebus consummari possit. 63. & 64.
- 63 Contrahens per verba de presenti, & non intendens animo contrahere, mortaliter, & peccato sacrilegij peccat.
- 66 Contrahens matrimonium ad malum finem, mortaliter peccat.
- 67 Contrahens in excommunicatione, vel peccata mortali mortaliter peccat.
- 68 Quantum ad usum matrimonij multipliciter peccare contingit.
- 69 Coniugi negare debitum expresse, vel interpretatiuè sine rationabili causa, est mortale.
- 70 Debitum reddere ante benedictionem, an sit mortale peccatum.
- 71 In sponsarum benedictione consuetudo est attendenda.
- 72 Viro an liceat ob adulterium vxoris eam totaliter dimittere.
- 73 Septem sunt casus, in quibus vir mulierem adulteram dimittere non potest.
- 74 Dimittens vxorem adulteram liuore vindictæ, vel propter lucrum peccat.
- 75 Mulierem adulteram, si pœniteat de adulterio, non tenetur vir ex præcepto eam dimittere.
- 66 Vir quam primum constat de adulterio vxoris, potest illam quoad thorum dimittere proprio arbitrio, nec debitum reddere tenetur.

77 Coniugum alter si adulterium secretè commisit, & petat debitum, an aliter ignoranter reddendo peccet.

78 Vir, & vxor in causa diuortij ad paria iudicari possunt.

Matrimonium est coniunctio viri, & mulieris, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, inter legitimas personas. 4. sent. dist. 27. secundum Magist. Tho. & Pet. de Pal. Ex hoc sequitur, quod neque vnus vir plures possit habere vxores, neque vxor plures viros, quia loquitur in singulari, neque vnquam, nisi ex diuina dispensatione licuit, quia est contra legem naturæ, in qua solus Deus dispensat, in c. Gaudemus, de diuor. Item intelligitur definitio de matrimonio consummato inter fideles, quia hoc nunquam potest separari, quin sit matrimonium, licet quo ad cohabitationem queat.

1 ¶ In contractu matrimonij contingit multis modis peccare: vt si contrahatur contra impedimenta, vel non debito modo, vel contra intentionem sacramenti, vel mala intentione, vt ex dignitate personæ. Et de omnibus his oportet confessorem esse bene instructum, vt sciat, quæ impediunt contrahendum, & quæ dirimunt contractum, & huiusmodi.

2 ¶ Impedimenta matrimonij quædam impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, quædam impediunt contrahendum, sed contractum non dirimunt. De primis impedimentis, sunt hi versus pro memoria à summissis recitati.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,

Cultus disparitas, vis, oratio, ligamen, honestas,

Si sis affinis, si fortè core nequibus,

Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.

3 ¶ Hæc dicuntur impedire, quia si matrimonium de facto contrahatur, non tenet secundum legem, & dirimunt matrimonium non verum, sed totaliter de facto contractum. Nam, si superuenirent vero matrimonio, non dirimeretur, quia verum matrimonium non separatur.

4 ¶ Primum impedimentum est error circa substantiã personæ, vt si intendo contrahere cum Hippolita, & cōtraho cū Antonia, vel intendo contrahere cū primogenita, & supponitur altera, tunc matrimonium nullum est. Si autem error esset circa qualitatē, vt quia credebam pulchrã, diuitem, vel huiusmodi, & non est sic, nihilominus tenet matrimonium. c. Tua de spon. & Pan. in c. 2. de coniu. seru. & Th. 4. sen. di. 30. art. 1. Primum, non est matrimonium quia non consentit in

personam, No. in c. Tua. de spon. secundum sic, quia consentit in personam, non in qualitatem.

5 ¶ Secundum impedimentum, est conditio. s. seruilis, ut si quis contrahat cum serua, quam credebat liberam, cum ipse sit liber, matrimonium non tenet. Idem de libera, si ignoranter contrahat cum seruo, quod si sciret non contraheret, quia seruus non potest tradere potestatem corporis sui alteri. secundum Tho. 4. sen. dist. 36. & in d. c. 2. & ibi Pa. Si autem seruus contrahat cum serua, quam liberam credit, vel serua cum seruo, quem liberam putat, tenet matrimonium, quia non deterioratur conditio ex parte contrahentis: ideo a fortiori tenet, quando melioratur conditio, ut si seruus contrahat cum libera, quam credebat seruam, vel econuerso ex parte contrahentis, in d. cap. 2.

6 ¶ Seruus potest contrahere, etiam ignorante, & contradicente domino, quia matrimonium contrahere, est de iure naturali, seruitus autem de iure positivo, secundum Tho. 4. sen. supra, & determinationem ecclesie, in cap. 1. de coniu. seruo. licet secundum leges ciuiles non possit, ut dicit Pa. in cap. Proposuiti, secundo no. cod. tit. Et si contrahat domino ignorante, vel contradicente, non tenetur reddere debitum, sed potius obedire domino, tamen posset accidere casus in particulari, quod teneretur, etiam nolente domino, ut propter periculum castitatis, vel quando paruum, vel nullum damnum ex hoc domino sequeretur. Bene ergo sunt considerandæ particulares circumstantiæ. Vide Pa. in d. cap. 1. de coniu. seruo. Si autem de beneplacito domini contraxit, tenetur reddere debitum, etiam domino contradicente, secundum Tho. in 4. sent. supra. Quia concedente domino matrimonium concessit, & omnia, quæ sequuntur ad ipsum, & consequenter non potest dominus talem seruum vendere, taliter, ut vxor priuetur debito, secundum Tho. 4. sen. dist. 25. & Pa. in d. c. 1. Nec vir potest seipsum taliter vendere, ut vxor priuetur debito, quod si illa non consentiente, seipsum maritus vendiderit, nullum potest generari præiudicium matrimonio, cum seruitus superueniens non dirimat matrimonium contractum, & sic poterit vxor petere debitum, & ille tenebitur ad omnia, quæ matrimonium requirit, secundum Tho. 4. sent. supra ar. 3. vxor vero nullo modo potest sic se seruam facere.

7 ¶ Si quis accepit ignoranter seruam, & postquam cognouit seruitutem eius, accedit ad illam affectu maritali, non

Nota.

non potest eam in conscientia dimittere, nisi secundum legem, ut tenet Tho. supra, & Pan. cum Inn. & Io. And. in c. 2. de coniu. s. c. Si autem cognouit eam, non tanquam vxorem, sed ob aliam causam, ut propter dilectionem, & c. secundum ius canonicum non potest eam dimittere. cap. Inquisitioni. de sent. exc. & d. c. 2. in conscientia autem non est eius vxor nisi de nouo simul consentiant, nec debet reddere ei debitum, etiam ecclesia præcipiente, quia fornicaretur, secundum Th. supra, & ecclesia si hoc præcipiat, facit, quia non iudicat nisi de his, quæ foris apparent, & quia latet quo affectu talis accesserit ad eam, ideo ecclesia potest hoc præcipere, sed ipse non tenetur debitum reddere, & hæc est sententia bonorum doct. Nec potest eam propria auctoritate relinquere, quando contraxit in facie ecclesie, secundum Ric. in 4. quando reperit eam seruam. Quidam tamen, ut Host. dicunt quod potest quando seruitus est notoria. Melius tamen videtur, ut per ecclesiam dissoluatur, cum in facie ecclesie sit facta.

8 ¶ Tertium impedimentum est votum non quodcumque, sed solemne religionis approbatæ, siue fuerit professio expressæ, siue tacite facta, quia impedit, ne quis possit contrahere matrimonium, & si contrahat, est nullum. c. Vnico, de no. in 6. quia per tale votum, homo amittit proprii corporis potestatem. Secus de voto simplici, quod impedit contrahendum, sed non dirimit contractum, in d. cap. Vnico. idem dic de ordine sacro, in d. cap. Vnico, qui impedit, & dirimit eodem modo, & totaliter contrahens ipso facto est excommunicatus. in cle. eos de cons. & aff. supra excommunicatio, 45. secus in ordinibus minoribus contrahentes, quia tenent, nec sunt excommunicati. Votum autem simplex hoc modo non dirimit, licet impediat, ut infra dicemus, §. 53.

9 ¶ Quartum impedimentum, est cognitio, quæ est, triplex. s. naturalis, spiritualis, & legalis: naturalis, de qua infra dicitur §. 21. tollit matrimonium, & impedit usque ad quartum gradum inclusiuè, inter consanguineos, & consanguineas, & affines. Spiritualis autem cognitio contrahitur in sacramento baptismi, & confirmationis, tollitq; matrimonium secundum tres tantum lineas videlicet, inter tenentem ad baptismum, vel christum, & baptizatum, aut confirmatum, ita quod inter parentem spirituale, & filium, vel filiam spirituale, non potest esse matrimonium, & pariter inter baptizantem, aut confirmantem, & baptizatos, vel confirmatos,

Ecclesia non iudicat, nisi de his quæ foris apparent

Votum.

secundum Caiet. ibi in Summa. Idem dic de vxore tenentis ad baptismum si eam cognouit per consummationem matrimonij, secunda linea est inter compatrem, & commatrem. Tertia inter fratres, & sorores spirituales, id est, inter filios tenentis, & tentos, siue sint legitimi siue non, dummodo sint naturales, non autem si sint adoptiui, vt §. quod autem 30. q. 3. & hoc impedimentum est ex statuto ecclesie, in c. 1. de co. spi. & si præcedit, impedit matrimonium, & dirimit contractum: non autem si sequatur. Alia autem sacramentalis effectum non efficiunt: quia per alia sacramenta non fit aliqua regeneratio, secundum Th. 4. sent. supra. Cum autem cognatio spiritualis sequitur, si ex articulo necessitatis hoc fit, vt cum pater filium in articulo necessitatis baptizat, vel ex ignorantia, adhibita debita diligentia etiam extra casum necessitatis, non impedit, quin quis reddere debitum, & petere possit. Si autem aliter fiat, impedit petitionem debiti, non autem redditionem, altero exigente, qui non fuit in culpa, secundum Th. supra, & Pa. in c. 2. eod. tit. licet quidam alij huic determinationi non assentiant.

10 ¶ Item no. quod si quis post consummatum matrimonium cum vxore, baptizat, vel leuat aliquem, vel aliquam, tunc eius vxor contrahit spirituales cognationem cum eisdem, etiam quod fornicarie ante matrimonium cognouisset illam, non autem si nondum cognouit, quia nondum effecti sunt vna caro, secundum Pa. in cap. Martinus. eod. tit. Circa hoc quidam dubitant de cognita fornicarie, sed ista in dicta determinatione, quæ est S. Th. & aliorum magnorum doct. & ratio militat eadem, quia vna caro facti sunt per carnalem copulam, etiam fornicarie.

11 ¶ Item no. quando plures tenent eundem, non contrahitur inter eos talis cognatio, ideo si vir aliquis, & eius vxor tenent simul aliquem (licet sit indecens) tamen inter eos non contrahitur aliqua spiritualis cognatio, secundum Thom. in 4. sent. Item quando pater contrahit cum aliquo baptizato, vel chrismato, legitimo, vel non legitimo, filij eius naturales contrahunt cum eodem, & dicuntur confratres. cap. fin. eod. tit. Non autem, si filius contrahit, oportet patrem contrahere cum eodem. cap. Illud. 30. quæst. 3. nec transit ab vno filio ad alium, ideo quamuis filius baptizatus contrahat cum leuante, & eius filiis, non tamen ipse leuans, nec filij eius contrahunt cum aliis fratribus leuati, siue baptizati, in d. c. 1. Item non baptizatus, vt Iudæus, si baptizet, vel aliter

aliter contineat, non contrahit cognationem spirituales, quia non est capax alicuius spiritualitatis. Et si alicubi esset consuetudo contra dicta, debet seruari, si non seruando aliquod scandalum oriretur. cap. 1. eod. tit. Et quod dictum est de baptismo, intelligitur etiam de confirmatione, & quod dicitur de leuante, intelligitur de baptizante, & confirman- te, & quod dicitur de viro, intelligitur de vxore, & e con- ter- so, tam per matrimonium cognita, quam per aliam copulã, quia facti sunt vna caro, vt supra dictum, est §. 1. c. Quod autem dictum est de consuetudine contraria valet, quia secundum Pan. in d. c. 1. videtur habere vim statuti.


12 ¶ Item non est prohibitum, patrem spirituales contra- here cum sorore filie spiritualis. c. fi. 30. q. 3. item qui non tangit, fingens se esse patrum, non est patrum, si vero tangat, & non respondeat, intendens facere, quod alij faciunt, fit patrum, quia verba non sunt de essentia. Item secundum Pa. in c. fi. eod. tit. non requiritur, quod quis intendat contrahere, sed sufficit quod tangat, vel teneat lintheum, neque per procuratorem potest contrahi, secundum Pa. in c. Veniens, eod. tit. & Ioan. An. in reg. potest quis, de re. iu. lib. 6. Procurator autem, qui tenet nomine alterius, si intendit contrahere, contrahit, si autem non intendit, licet tangat, non contrahit secundum veriore opinionem. Fed. conf. 15. & non est simile de bap- tizate, vel leuante nomine suo: quia etiam sine intentione, vt dictum est, contrahunt.

13 ¶ Religiosi canonici, regulares, monachi, abbates, non debent baptizare, vel tenere ad baptismum, vel confirma- tionem. c. Placuit 16. q. 1. c. Non licet. de con. d. 4. Neque per reiterationem baptismi trahitur spiritualis cognatio, quia non recipitur nouum esse spirituales, sicut in prima baptizatioe.

14 ¶ Quando quis baptizatur in domo ob necessitatem, contrahitur, tunc non autem postea quando portatur ad ec- clesiam, & sunt solennitates, neque leuantes chrismata con- trahunt, quia tunc non recipit esse spirituales.

15 ¶ Titius vir Rosæ tenet Socratem ad baptismum, ex quo Rosa fit mater spirituales Socratis. Titius moritur, & Rosa accipit alium virum, ex quo generat Bertam, nunquid Socrates poterit accipere Bertam? quidam dicunt quod sic, quia non est expresse prohibitum. Ge. in cap. 1. eod. tit. tenet quod non, & melius, quia hic est filius spirituales, & illa filia naturalis. Vt autem melius intelligantur casus prohibiti pro- nuntur quinque domunculæ hic inferuis.

Placuit spiritui sancto & acraque Tri. Sy. vt inter hos, nunc nulla sit spiritualis cognatio. Vide scilicet. 2. di. 2.



Quoniam hoc edictum de cognatione spirituali prohibitorium est ab ecclesia, consequenter personæ, quæ nō excluduntur, admittuntur, nisi aliud existat impedimentum, nec egreditur personas hīc expressas, vt in capit. 1. eod. titu. libr. 5.

16 ¶ Cognatio legalis, quæ, scilicet est secundum leges humanas, quæ ab adoptione ortum habet, & hæc etiam impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, rationem adducit Thom. 4. sen. d. 42. q. 2. ar. & Pan. in capit. 1. eod. titu. in glo. & cap. Ita diligere. 30. q. 3. & habet tres lineas, secundum Tho. supra. artic. 3. quæ hīc inferius ponuntur.

17 ¶ Prima est inter adoptantem, & adoptatum, & filios, ac nepotes adoptati, & sic deinceps descendendo. Secunda inter adoptatum, & filios naturales adoptantis ac legitimos. Tertia est inter uxorem adoptantis, & adoptatum,

ptatū, & inter adoptatum & uxorem adoptati: & hæc tertia linea sicut & prima est perpetua. Secunda autē nō quia soluta adoptione, possunt contrahere, quia nō durat nisi quādiu manet in potestate adoptantis. Vnde mortuo patre, vel filio emancipato, potest inter eos contrahi matrimonium, sed inter patrem naturalem, & matrem adoptantem, & inter patrem adoptantem, & matrem naturalem adoptati non contrahitur matrimonium, secundum Th. supra. ar. 3. ad 1. & in d. c. Ita diligenter.

18 ¶ Filius adoptiuus potest secundum Inno. & Host. in c. vnico. de cog. leg. contrahere cum filia illegitima adoptantis, quia illegitimus non est in patria potestate. Instr. de nupt. §. pe. Pan. in c. vnico, eod. tit. in fi. & ibidem in Gl. contrarium tenet, cui Thom. consentire videtur, secundum Sil. & sic prima opinio melior est, quam etiam sequitur Ar. Flo. 3. parte, tit. 1. c. 13. & Pisa. Io. de Pla. & alij.

19 ¶ Vir & mulier ab eodem adoptati, possunt simul contrahere quia non reperitur prohibitum, quia si duo filij spirituales possunt contrahere, multo magis filij adoptiui, vt innuit Tho. & sequitur Ar. Flo. licet aliqui contradicant. Et filius naturalis, & filia adoptata, possunt simul contrahere si vnus eorum emancipetur. c. Per adoptionem. 30. q. 3. nō

aut in prima, vel tertia specie, quia cognatio est perpetua, etiam soluta adoptione. Ial. de nup.


§. ergo. Horum autem omnium impedimē-

ti causa est facilitas carnalis copulæ

propter cohabitationem talium personarum.

A a §

20 ¶ Cognatio



20 ¶ Cognatio autem naturalis est duplex, videlicet consanguinitatis, & affinitatis. Consanguinitas secundum Tho. in 4. sen. di. 40. q. 1. ar. 1. est vinculum personarum ab eodem stipite descendendum. Et est quasi sanguinis unitas.

21 ¶ Tres lineæ in gradibus consanguinitatis assignantur, Prima descendendum, ut pater, filius, nepos, &c. Secunda est ascendendum, ut filius, pater, auus, &c. Tertia est transversalium, ut fratres, & descendentes ab eis inter se in diversis gradibus coniuncti. Vna persona sola non facit gradum propinquitatis, quia nullus est sibi ipsi propinquus, sed alteri. Ideo oportet plures esse personas ad faciendum gradum.

Vna sola persona non facit gradum.

22 ¶ In linea ascendendum, & descendendum, computantur gradus, secundum quod vna persona propagatur diversimodè ab alia, ut B. Filius distat ab A. patre vno gradu, & C. qui est ambobus, in secundo gradu, & sic deinceps ascendendo & descendendo. In linea verò transversali, gradus considerantur secundum quod plures propagantur ab vno, ideò debent computari secundum comparationem ad vnum principium, ex quo propagatur. Sed quia computatio legalis, non conformatur canonicæ, ideò relicta computatione legali, dicemus de canonicæ, quæ in contractu matrimonij consideratur. Sit ergo hæc prima regula pro maiori sequenti notitia.

23 ¶ Quoto gradu distant personæ à cōmuni stipite, toto gradu distant inter se, ut duo fratres, sunt in primo gradu, quia à patre distant vno tantum gradu. Hanc regulam mādanda memoriæ. quia valde necessaria est.

24 ¶ Secunda regula. Quādo duæ personæ inæqualiter distant à cōmuni stipite, quoto gradu remotior distat à stipite, toto gradu distant inter se, ut puta C. distat ab A. duobus gradibus, & D. distat ab ipso A. tribus, ideo C. distat à D. in tertio gradu. c. fin. de consang. & affi.

Regula ad cognoscendum consanguinitatem.

25 ¶ Tertia regula. In linea quot sunt personæ, tot sunt gradus, vna adempta, quia vna persona non facit gradum ut dictum est: ideò numera vsque ad quartum gradum inclusiuè, quia huiusmodi consanguinitas impedit contrahendum matrimonium, & dirimit contractum. Vnde ad transeundum gradus prohibitos sex personæ requiruntur, quæ quintum gradum constituunt, in quo licet contrahere, & non infra.

Non licet contrahere nisi in quinto gradu.


Antiquitus in noua lege vsque ad septimum gradum matrimonia erant prohibita, sed postmodum ecclesia ad quartum gradum inclusiuè restrinxit, ut patet in c. Non debet, de consang. & affi. quia vltra inutile erat, & periculosum gradus prohibere, cuius ratione assignat Tho. in 4. sen. vbi supra. ar. 1. & Papa potest circa hoc ita ordinare, quia non solum sacramentum matrimonium est, sed etiam in officium naturæ. Et ista prohibitio d. cap. Non debet, secundum Io. And. & Pan. post Host. in d. c. Non debet, in linea transversali tamen est, cum in linea ascendendum, & descendendum secundum veriorum opinionem sit perpetua, quia si viueret semper, illa reuerentia remaneret. Inter parentes, & filios, ut d. Ar. Flo. nūquam fuit dispensatum nec dispensari potest, ut dicunt doct. quia est de iure diuino fundato super naturali. In quibus dispensari possit satis est dictum supra, Dispensatio. §. 9. Ut autem clarius dicti gradus cognosci valeant, exemplum ponitur, & figura sequens.

Typus

Typus graduum

Consanguinitatis.

Linea descendens, in qua perpetuum impedimentum est.



Linea ascendens, in qua perpetuum impedimentum est.

Linea transversalium licita post quartum gradum.

Per

Tertio, que dicta sunt de gradibus consanguinitatis, facile possunt cognosci gradus affinitatis. Not. quod affinitas sic definitur.

26 ¶ Affinitas est proximitas personarum, ex carnali copula proveniens, omni carens parentela, ut declarat Tho. 4. sent. d. 4. q. 1. ar. 1. q. 31. que non deficit, etiam deficiente causa eius, videlicet copula carnali, secundum Thom. s. & cap. Fratemitatis. 35. q. 10. & ex omni actu carnali, quo fit mixtio seminum maris, & femine, siue fornicarie, siue matrimonialiter fiat, talis affinitas causatur, secundum Thom. supra, non autem ex concubitu, per quem generatio sequi non potest. Vnde si vir etiam inter claustra pudoris femine intrauerit & non seminet, non causatur affinitas, quia non fit mixtio seminum. c. Extraordinariam. 35. q. 3. ex quo sequitur, quod si non intret vir claustra, tamen seminet intus, & fiat mixtio seminum, causatur affinitas. Sed si vir intret claustra, & seminet mulier vero non seminet, causabitur affinitas, quia secundum philosophum, potest sequi generatio ex sanguine mulieris, sine eius semine. Vide Pan. in cap. Fratemitatis, de eo qui co. consang. vxor. suæ.

27 ¶ Affinitas sic contrahitur, quia omnes consanguinei vxoris, efficiuntur affines marito, & omnes consanguinei viri, efficiuntur affines vxori, in eodem gradu, quo erant consanguinitate iuncti: ut si Sempronius, & Berta sint coniuges, frater Sempronij, qui est in primo gradu consanguinitatis, cum Sempronio est in primo gradu affinitatis cum Berta, & Petrus frater Bertæ est affinis Sempronij in primo gradu, & sic de singulis. Cum autem sint multa genera affinitatis, tantum prohibetur primum genus nunc in quo vera stat affinitas, ut in c. Non debet, de consang. & aff. Secus olim, ut in c. Contradicimus. 35. q. 4.

28 ¶ Si affinitas præcedat, impedit contrahendum, & contra tum dirimit, non autem si sequatur, & eodem modo impedit, sicut consanguinitas, propter eandem rationem, videlicet necessitatem cohabitandi simul, secundum Th. supra. & in c. 1. & 2. de consan. & aff. Sic enim est quoddam amicitie vinculum inter consanguineos, & inter affines.

29 ¶ Secundum Dei legem, ut patet Leuit. 18. inter quasdam personas fieri matrimonium erat prohibitum: vnde versus.

Nata, soror, fratris priuigni nata utriusque,
Et patris coniux, mater, priuigna, nouerca,

Vxorique

Vxorisq; soror prinigni nata vtriusque.

Atque soror patris, coniungi lege vetantur.

De quibus supra. Dispensatio. §.9. Aliud exemplum nō pono, quoniam gradus affinitatis, possunt patere per exemplū supradictum de consanguinitate, cum sit eodem modo mutata consanguinitate in affinitatem.

30 ¶ Quintum impedimentum, quod impedit contrahendum & dirimit contractum, est crimen duplex, videlicet homicidij, & adulterij, non cuiuscunque sed in his quatuor casibus, vt infra. Primus casus est, quando alter coniugum procurat alterum occidi, per tertiam personam, tunc alter coniugum remanens, non potest accipere illam tertiam personam in perpetuum. c. Laudabilem, de conuer. infid. requiruntur tria. Primum quod ambo machinentur in mortem alterius coniugum, videlicet, alter coniugum, & illa tertia persona. Secundū, quod cum tali machinatione sequatur effectualiter mors. Tertium, quod hoc fiat, vt possit cū illa tertia persona contrahere, quod si machinatio adesset, & mors sequeretur, & non hac intentione machinarum esset, secundū quod ferē omnes limitant, non impediret, sed Caiet. in summa ibi dicit, q̄ hęc non est bona limitatio, quia cū spectat ad ius posituum, & iura non apponant hanc limitationem, vt patet intuenti, nec aliis alius canon allegeretur ad hoc, non apparet securitas appositionis huius limitationis. Vnde vult ipse Caiet. q̄ siue cum fiat tali intentione, vt inter eos fiat coniugium, siue non interuenientibus aliis conditionibus, impediatur, quoniam in d. c. Super hoc, eod. & in c. laudabilem. de conuer. in fide talis non sit limitatio, ideo securum non est sic limitare. Et hęc determinatio Caiet. satis rationalis est, quia in iure posituo sumus.

31 ¶ Secundus casus est ex homicidio mixto adulterio, Quando scilicet alter coniugum adulteratur, & per se, vel per alium occidit alterum coniugem, tunc inter coniugem remanentem, & personam, cum qua commissum est adulterium, non potest esse matrimonium, vt in d. c. Super hoc. de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. & c. Si quis viuente. 31. q. 1. Et intellige secundum doc. si fiat intentione, vt fiat inter eos matrimoniū, aliter non impedit, quod non placet Caiet. vt supra immediatē diximus. Quia siue adsit intentio, siue non, impedit.

32 ¶ Tertius casus est ex adulterio mixto promissioni, cum fide data, vt cum Berta vxor Petri, dicit Antonio, quod post mor-

mortem Petri accipiet ipsum in virum, & dat fidem permittere se carnaliter cognosci ab Antonio, siue enim promissio hęc præcedat, siue sequatur adulterium, nunquam inter hos adulteros potest esse matrimonium, etiam mortuo Petro. c. Si quis vxore, de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. & c. Relatum. 31. q. 1.

33 ¶ Quartus casus est ex adulterio mixto contractui alterius matrimonij, vt si Petrucius habens vxorem, contrahat de facto cum alia, & cognoscat illam, siue adulterium præcedat talem contractum, siue sequatur inter Petrucium, & adulteram, cum qua de facto contraxit, stante primo matrimonio, nunquam poterit esse matrimonium. c. Significauit, de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. c. Literarum. cap. Si quis. intellige prædicta, si mulier illa adultera sciebat Petrucium esse vxoratum, quando contraxit cum eo, & adulterauit, vel si nesciuit, quando contraxit, sciuit tamen antequam adulterauit, vel postquam sciuit, tamen postea cum eo se miscuit. Si vero nesciuit Petrucium esse vxoratum, nisi post mortem vxoris eius propriæ poterit si vult contrahere cum Petrucio: quoniam ipsa mulier non commisit adulterium formaliter, quia putauit Petrucium esse suum verum maritum. Requiritur ergo primo quod contrahant de facto per verba de præsentī. Secundo quod interueniat adulterium. Tertio quod vterque sciat quod habet alium vel aliam. Ex quibus sequitur q̄ si Petrucius mortua prima vxore vera, contrahat de nouo cum tertia, non obstante cōtractu facto per verba de præsentī cum secunda altera, stabit cum tertia: Etiam si post mortem primæ cognosceret secundam, ipsa secunda ignorante adhuc, per c. Veniens. de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. quod si Pet. post mortem primæ, cognosceret secundam, ignorante adhuc affectu maritali, & postea contrahat per verba de præsentī cum tertia antequam secunda sciat impedimentum, quod erat, tertia erit vxor Petri, & non secunda, quia cum secunda non est matrimonium, nisi de nouo consentiat. Cuius signum est, q̄ cognito impedimento, quod erat ante, non obstante copula, habito etiā affectu materiali, facta tamen per ignorantiam, quia credebat illum esse virum suum & non erat, potest se ab illo separare. Hęc verior opinio, quamuis quomodo sit valde dubia, vide Tab. Impedimentum. 7. §. 2.

34 ¶ Quidam ponunt quintum casum sic. Si mulier occiderit vxorem alterius, vt ipsum habeat in virum, vel econ-

uerso,

nefio vir occiderit maritum alicuius, vt eam habeat vxorē, inter homicidam, & relictam nō potest esse matrimonium, & adducunt d.c. Si quis viuente. Sed quia canon ille loquitur de homicidio, mixto, cum adulterio, ideo standum est casibus illis solum, qui in iure sunt, de quibus iste non est. Placet hoc Caiet. ibi in summa, secus quando interueniret adulterium, vt supradictum est satis.

35 ¶ Impedimenta alia quorundam criminum, ponit Tho. 4. sen. d. 35. in expositione literæ, vt est incestus. ca. Si quis viduam: vxoricidium c. Admonere. 33. q. 2. Raptus alienæ sp̄s. fa. cap. Statutum. 27. q. 1. Leuatio proprii filij de fonte, insidiando matrimonio cap. de eo. 30. q. 1. interfectio sacerdotis. Qui presbyterum. de p̄c. & re. Pœnitentia solemn̄is. 33. q. 2. c. De his. acceptio monialis in vxorem cap. Hæc vero 17. q. 1. Hæresis, secundum Th. 4. sent. d. 38. Hæc prædicta non dirimunt contractum, sed impediunt contrahendum, quia contrahendo peccatur, si fiat sine licentia episcopi, vel potentis dare, & dicit Arch. Flor. quod mortaliter agitur. Consuetudo tamen, quæ est optima legis interpres, est seruanda. Si consuetum est, petere licentiam, non petendo, peccatur, si non est consuetum, non credo esse peccatum, contrahere in his casibus, nisi aliud interueniat.

36 ¶ Sextum impedimentum est disparitas cultus, nā inter baptizatum, & non baptizatum, non potest esse matrimonium, cum sine baptismo nullum possit recipi sacramentum, secus quando sunt baptizati, licet sint hæretici excommunicati, vel apostatæ, tenet matrimonium contractum inter eos, licet male faciant sic contrahendo. cap. Caue. 8. q. 1. ibi est prohibitio, potest tamen pro aliquo magno casu in hoc dispensare quando ex hoc speraret conuersionem alterius coniugum, secundum quendam Ioan. And. in cap. si de cōdi. apost. licet Car. teneat quod non possit. Sed quia hæc prohibitio, est ex statuto ecclesiæ, ideo videtur quod possit, vbi non imminet periculum subuersionis alterius ad infidelitatem, & si Papa dispensaret, esset quidem matrimonium, vt est in naturæ officium, non autem vt sacramentum, quia sine baptismo in altero coniugum non esset sacramentum, & hoc intendit Cardinalis quia Papa non potest supersacramentis, &c.

37 ¶ Infideles possunt contrahere in omnibus gradibus non prohibitis diuina lege, & si conuertantur, in illis remanere, secundum Tho. 4. sent. d. 36. ar. 2.

38 ¶ Si

38 ¶ Si alter coniugum infidelium nolit conuerti nec est spes conuersionis, nec qui vult conuerti, potest secum habitare sine iniuria creatoris, vel sine mortali, vel non vult secum habitare, etiam requisitus, potest nubere liberè, & vouere castitatem, & ordinari, & postquam contraxit cum alia, est solutum primum matrimoniū. Sed ante si vult conuerti, vel est spes de conuersione, vel vult secum habitare sine iniuria creatoris, non potest cum alia contrahere, secundum Thom. supra art. 4. & 5. Ex hoc patet quod Panor. in c. Gaudemus, de diuor. in glo. in ver. Compellentur, male dixit, dicendo matrimonium esse solutum, antequam contrahat, sed soluitur dum contrahit in fide, quia hoc est maius vinculum.

39 ¶ Si coniuges infideles conuertantur, si erant coniuncti in gradibus lege naturæ, vel Dei perhibitis, debent separari: si autem lege tantum humana, possent cum illis remanere. Si vero plures quis habuerit vxores, quod est contra legem naturæ, & conuertantur omnes, remanebit cū prima. Quod si prima non vult conuerti, accipiet quam voluerit de aliis conuersis, etiam si dedisset libellum repudij alicui, quæ erat sua vxor, quia repudium est contra legem naturæ, secundum Tho. supra.

40 ¶ Si vnus coniugum conuertatur, alter non, filij qui rationis vsum non habent, debent dari conuerso. Si vero habent rationis vsum, possunt sequi quam volunt. d.c. Gaudemus. & c. Literis, de conuer. inf. Nullus enim ad fidem inuitus compellitur, quia credere voluntarium est.

41 ¶ Septimum impedimentum est vis, idest violentia, siue sit absoluta, vt coactio, siue violenta, quæ est per metum cadentem in constantem virum, vt metus stupri, verberum, necis, & aliorum, quæ etiam homo constans timeret. Hæc enim vis impedit matrimoniū, & dirimit contractum. Nam talis non consentit in matrimonium perpetuo, sed tantum pro runc. Et quia ecclesia vult matrimonia esse libera, ideo non tenent, secundum Thom. 4. sent. dist. 19. ar. 2. & 3. quol. 1. Pan. in cap. Cum locum, de spon. Si tamen postea tacitè consentiat, ratificatur matrimonium, dummodo consensus alterius perseueret, aliter non tenet, etiam si confirmauit iuramento, vel permisit se cognosci carnaliter, si de nouo non consentiat, quia primus consensus non valet, etiam si voluntariè consentit, tamen propter metum tunc consentit, non tenet, quia hoc non fuit purè voluntarium, sed mixtum

Nota.

Nota.

Nullus
ad fidem

compellitur
violentiā.

Matrimo
nia debent
esse libe
ra.

B b

cum

Papa non
potest su-
per sacra-
mentis.

cum violentia, & sic ex statuto ecclesiæ non valet. Quod bene notari debet, propter multa matrimonia facta tali metu, & nunquam postea ratificata.

42 ¶ Octauum impedimentum est ordo, scilicet sacer, habentes. n. aliquem ordinem sacrum, non possunt contrahere, & si contrahunt, non tenet, sed sunt excommunicati, in cle. eos. de consang. & aff. Quod autem impediatur, est. c. Vnicum, de voto. lib. 6. supra, tertio impedimento. §. 8.

43 ¶ Nonum impedimentum est, quando scilicet vna persona est alligata alteri in matrimonio per verba de presenti, non potest cum alia persona contrahere, & si contrahit, matrimonium nullum est, etiam quod non consummasset cum prima. c. Licet, de spon. duo. Si autem antè consummationem alter coniugum religionem ingrediatur, & profiteatur, post professionem remanens in seculo potest nubere cui vult liberè. Si autem esset tantum per sponsalia quis alligatus, secus esset. Infra sponsalia. §. 7. licet enim non posset contrahere, si tamen contraheret teneret, quamuis mortaliter ageret.

44 ¶ Credens maritum suum esse viuum, cum tamen sit mortuus, & contrahens cum aliquo, & credens non posse contrahere, non est matrimonium, quia non est consensus in matrimonium, cum non posse esse credat. Secus si contraheret credens posse contrahere, consentit enim in matrimonium quod credit posse esse, & de facto potest, cum vterque sit solutus, & nullum adsit impedimentum, secundum Vuer. & Arch. Fl.

45 ¶ Dubitans de morte coniugis, non sufficit expectare per quinquennium, sed debet expectare certitudinem mortis. c. Dominus, de secun. nup. c. in presentia, de spon. & certum dicitur quod per violentas presumptiones habetur. Vt quia in acie fuit, & aliis redeuntibus, ipse non venit, vel quia per amicorum literas constat, vel huiusmodi. Et si contraxit, & est dubitans, debet reddere debitum, sed non exigere. Et si postmodum sciat pro certo primum viuere, dimittat secundum, & reuertatur ad primum in d. c. Dominus, quod si steterit cum secundo, reputabitur adultera. c. Cum per bellicam, 3. q. 2. & primus tenetur eam recipere. per d. c. Cum per bellicam, nisi cognito primo viuere, permisisset se cognosci à secundo. De huiusmodi certitudine iudex iudicabit consideratis circumstantiis, vtrum sit certum, vel non secundum Pan. in d. c. in presentia, qui post longam disputationem sic concludere videtur.

46 ¶ Decimum impedimentum est publicæ honestatis iustitia, que oritur ex sponsalibus, & ex matrimonio non consummato, secundum Tho. 4. sent. d. 41. quæst. 1. art. 1. quol. 4.

Quod autem impediatur, habet ex statuto ecclesiæ. cap. Con. Tri. inebatur. de despon. impu. & ciuuenis. de spon. Et impeditur *Con. Tri. Sess. 24. c. 3.* vsque ad quartum gradum, sicut affinitas, & consanguinitas, siue sint pura, & certa, siue sit nulla ex causis consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, vel alia causa, dummodo non sit nulla ex defectu consensus, vt puta facta ab infante, vel furioso, secundum quod fuit determinatum post S. Tho. in cap. Vnico, de spon. lib. 6. iustitia igitur publicæ honestatis, vetat illos inter quos sunt, vel fuerunt sponsalia pura, & certa, posse cum consanguineis alterius partis vsque ad quartum gradum contrahere. Vnde Titius, mortua sponsa, vel etiam viuente, non potest contrahere cum aliqua consanguinea suæ sponsæ, vsque ad quartum gradum. Neque sponsa cum consanguineis Titij similiter. Secus quando non essent vera sponsalia, ex defectu consensus, vt dictum est, vel conditionata conditione suspendente actum, de quibus infra. Vel incerta, vt si promisit ducere filiam Ioan. qui Ioan. plures habet filias. Vide hæc in d. c. Vnico, & in d. c. iuuenis, & c. Sponsa. de spon. Et idem dic, imo magis de matrimonio non consummato, secundum Pan. in d. c. Sponsa. & d. cap. iuuenis. Et hoc impedimentum impedit contrahendum, & dirimit contractum, sicut de aliis impedimentis supra diximus.

47 ¶ Undecimum impedimentum impediens contrahendum, & dirimens contractum, est impotentia coeundi, quando scilicet est perpetua, siue procedat ab intrinseco, vt ex maleficio. cap. Quod sedem, eo. tit. Et est hoc ex statuto Ecclesiæ, secundum Tho. 4. sent. dist. 34. Iudicare autem an sit perpetuum, vel non, ad Ecclesiam spectabit, quæ statuit spatium triennij, infra quod nisi alter coniugum factus sit habilis ad coeundum, data opera ad hoc fideliter, vt consummaret, ab ipsa Ecclesia separatur matrimonium ex statuto Ecclesiæ, fundato in ratione naturali. Nam per matrimonium datur potestas vtrique in corpus alterius, quod non posset dari, existente perpetuo impedimento, quod quomocumque proueniat, siue ex nimia caliditate, siue frigiditate siue maleficio, siue arctatione, siue alia causa impedit, & dirimit. Secus autem quando non est perpetuum, licet per plures annos steterint non valentes, & fuerit separatim per Ecclesiam

marrimonium, & postmodum reperiatur potens, integra-
bitur primum marrimonium, & dirimetur secundum, vt
Tho. supra affirmat. Vide Pan. in c. Laudabilem, & c. Frater-
nitatis, eod. tit.

48 ¶ Quando contrahentes sciunt tale impedimentum, &
tamen contrahunt, tenet marrimonium, quoniam alium fi-
nem quærunt ex hoc contractu, & ius non prohibet, secun-
dum Tho. supra ad 4. Hæc est verior opinio, quam sequitur
Th. Pe. de Pa. & Arc. Flo. licet Pa. in c. Consultationi. eod. tit.
Inno. & Ho. dicant, quod non est verum marrimonium, si
scienter contrahunt. Vnde quatuor requiruntur ad hoc, quod
impediat. Primum, quod præcedat tale impedimētum, quia
si sequitur marrimonium, ratum non potest dirimere. Se-
cundum quod sit tantum impedimentum, quod nullo mo-
do possit coire. Tertium, quod sit perpetuum. Quartum
quod sit ignorantia maximè facti.

49 ¶ Impedimentum maleficij, quod nisi maleficio, vel ar-
te dæmonis potest solui, debet reputari perpetuum, quia
nunquam licet illud soluere, supra maleficio. §. 2. & secun-
dum Tho. 4. sent. dist. 34. ar. 3. ad 3. Differentia est tamen in-
ter frigidus, & maleficiatos, quia frigidis post separationem
marrimonij non datur licentia nubendi alteri, quia frigidus
vni, est frigidus alteri: maleficiato autem datur licentia nu-
bendi cui velit, quia licet non possit cum vna, poterit cum
alia, secundum Tho. supra, ar. 3. & experientia sæpius pro-
barum fuit.

50 ¶ Qui contraxit cum virgine, & non potest aperire clau-
stra pudoris, licet possit cum corrupta misceri, non reputa-
tur hoc perpetuum impedimentum, quia tunc per artem
possunt aperiri claustra pudoris, vel aliquo instrumento, vel
alio modo licito, nec hoc esset peccatum, quia non sit ob
delectationem, sed ad medicamentum, secundum Tho. su-
pra ad 4.

51 ¶ Similiter si taliter sit arcta, quod non possit fieri apta,
nisi per incisionem, idem iudicium est, sicut de frigiditate
in viro, ita quod non potest contrahere, & si contrahat, &
post fiat apta per incisionem tantum, oportet quod de nouo
contrahat, quia primus consensus non valuit. Item quod ca-
stratus non possit contrahere patet, per d. c. Quod sedem, in-
fra. §. 53. Et qui erigit virgam, nõ tamen potest seminare, nõ
potest contrahere, secundum quod tenet Pa. in d. c. Quod se-
dem. Alij autē tenent, quod sic, & verius, quia, & si nõ potest
seminare,

seminare, potest tamen mulierem prouocare. Tamen com-
muniter tenetur, quod non potest contrahere, quia mulier
potest dicere. Volo fieri mater, vt dicit Sil. Marrimonium. 8.
quæst. 116. §. 2. Tab. impedimentum. 12. §. 6. tenet quod po-
test contrahere. Et hæc opinio magis videtur consonare di-
ctis S. Tho. facit Glo. in c. Quod sedem eo. tit.

52 ¶ Si alter coniugum sciens impedimentum, contrahat
altero ignorante, & comperto impedimēto, alter qui erat
ignorans, velit secum habitare tanquam soror, vel frater te-
netur alter, qui sciuit, habitare secum. Arc. c. 1. de eo qui du. in
matri. Si tamen talis contrahat cum alia, vel alio, vbi non sit
impedimentum tenet marrimonium, primam tamen debet
tenere, & alere, vt sororem, consentit Rayn. & Pet. de Pal. Sed
quid compellit ad hoc, ipse contractus vt videtur velle Th.
4. sen. di. 34. q. 1. art. 2. Posset etiam ex aliqua iusta causa, alter
separationem petere.

53 ¶ Quod dictum est de castrato, intellige quando taliter
est truncatus, quod seminare non potest, secundum quos-
dam 32. q. 7. c. His qui. Si vero seminare potest, sed inualidè,
potest contrahere, & hoc sequitur Pet. de Pa. Alij autem di-
cerent, quod dummodo possit virgam erigere, & prouocare
mulierem, posset contrahere, vt supra dictum. Vide Sil. ver.
Marrimonium. 8. §. 7. q. 16. Sequuntur alia impedimenta, que
impediunt, ne possit contrahi marrimonium, si tamen con-
trahatur, tenet. Et dicitur non posse contrahi, quia de iure
non potest & absque peccato fieri.

54 ¶ Primum impedimentum est interdictum Ecclesiæ, vt
si Episcopus, vel curatus inhibeat aliquibus, ne contrahant
marrimonium, propter aliquam causam rationabilem, vt-
puta, donec clarè constet de aliquo impedimento, vel hu-
iusmodi. Quando ergo contra talem prohibitionem con-
trahunt, peccant mortaliter, non tamen marrimonium est
inualidum, de marrim. contrac. contra interdi. per torum,
nisi esset statutum Papæ, qui solus potest facere personas
illegitimas ad contrahendum, & tunc marrimonium con-
tractum contra tale statutum Papæ, nullum esset, quod co-
gnoscitur, quando causa est perpetua, secundum Pan. in cap.
Ad dissoluendum.

Interdicta sunt etiam matrimonia clandestina, vt infra
sponsalia. §. 2. & infra, §. 61.

55 ¶ Secundum impedimentum est vorum simplex. Nam
qui vouit castitatem simpliciter, si contrahat, mortaliter

peccat, violans fidem Deo datam, tamen tenet matrimonium, nec illud potest sine mortali consummare. Potest. n. adhuc votum implere per ingressum religionis, sed postquam consummauit, non potest petere debitum sine peccato, reddere tamen potest, & tenetur exigenti, & si moriatur eius vxor, aliam accipere non potest, secundum Tho. 4. sen. dist. 38. q. 1. Potest tamen super prædictis dispensari, & melius erit, propter periculum. Item intellige quod tenetur reddere petenti expresse, vel interpretatiue, per signa, vel quando credit meliorem velle, sed propter verecundiam non petere. Nam propter hoc, non debet se onerosum exhibere in matrimonio, vt vxor semper habeat expresse petere, & Episcopus potest dispensare, vt communiter moderni tenent in c. Rufus, qui cleri, vel vouentes.

56 ¶ Tertium impedimentum sunt sponsalia. Quando, n. qui alteri dedit fidem, non potest cum alia, vel alio contrahere, quia peccaret frangendo fidem, nisi ex rationabili causa occurrere. Si tamen contrahit matrimonium tenet, nisi post sponsalia, sponsam cognouisset maritali affectu. De sponsalibus suo loco dicitur. Quartum impedimentum est, quando quis est alteri iunctus catechismo, quia tenuit eum ante baptismum. ad catechismum. cap. Per catechismum, de cog. spi. in 6.

57 ¶ Quintum impedimentum est incestus cum consanguineis vxoris, tunc mortua vxore, punitur ab Ecclesia, vt nullam aliam possit accipere. c. 1. de eo qui cog. cōsan. Similiter dic de vxore, quæ permittit se cognosci à consanguineis mariti, secundum Th. & Arc. Flo. Non autem vniuersaliter intelligitur de omni incestu, vt credit. Sum. Ang. non enim reperitur in iure, vt dicit Ach.

58 ¶ Sextum impedimentum est vxoricidium. 33. q. 2. c. Admonere. Non autem si vxor virum interficiat nisi faciat, intentione habendi adulterum, vt s. dictum est in impedimento criminis, non enim hoc reperitur scriptum. Intelligit tamen iuxta superius dicta. §. 30. in quinto impedimento.

Septimum impedimentum est raptus alienæ sponsæ in c. Statutum. 27. q. 2.

59 ¶ Octauum impedimentum est leuatio proprii filij de fonte baptismi, vel de chrismate insidiando matrimonio, vt possit vxorem priuare debito coniugij. c. De eo. 30. q. 1. §. 11. Nonum impedimentum est sacerdotis occisio: de pœ. & re. c. Presbyterum, quando scilicet conuictus est de hoc in

in iudicio, secundum Pa. ibi secundum vnā expositionem. Decimum impedimentum est crimen, propter quod quis fecerit solennem penitentiam. 33. q. 3. ca. De his. Hoc non est amplius in vsu.

60 ¶ Vndecimum impedimentum est, si quis monialem accepit in vxorem. c. Hi vero. 27. q. 1. Hæc impedimenta sunt, vel ex statuto Ecclesie, vel iure nature ad quod fidelitas spectat, & cōtrafacere, maximè contra tres primos casus videlicet contra prohibitionem Ecclesie, cui tenemur obedire, vel contra sponsalitia, quia fides seruanda est: contra votum, quia Deo sit promissio, est mortale. Si quis tamen cōtraheret post votum simplex, cum intentione non consummandi matrimonium, sed ingrediendi religionem, ante cōsummationem, non peccaret mortaliter, quia non agit contra votum, tenetur tamen postmodum ingredi religionem secundum Cai. in sum. ibi Matrimonium. In reliquis autem casibus non iudices mortale, si quis contrahat, quando desit cōtempus, nec est consuetum petere licentiam, quia Episcopi scientes, & nihil dicentes videntur consentire. Turius tamen est petere dispensationem, vel per se, vel per alium, & Episcopus potest dispensare in omnibus præterquam in voto: & sponsalicio, quia ista duo aliunde habent robur, quam ex iure positiuo, secundum Cai. vbi s.

61 ¶ Debent etiam matrimonia publicè fieri, præmissis bannis: vt si quis scit aliquod impedimentum & c. dicat. vbi tamen est consuetudo, & omittendo, incurritur peccatum. Secus vbi non est talis consuetudo, sed clandestinè contrahens sine sufficientib. testib. mortaliter peccat. tum ratione scandali, tum ratione periculi, quæ possent oriri, vt quotidie experimur. Posset autem per accidens aliquando contrahi secretè, sine peccato, vt quando contracto matrimonio in facie Ecclesie reperitur impedimentum dirimens, quod erat secretum, & de nouo oportet contrahere, sufficit habita dispensatione occultè contrahere. Posset, & alius casus occurrere excusans matrimonium clandestinum, statim tamè publicandum, & non esset mortale, c. si. de cla. despon. & c. Alter. 30. q. 5. Vide etiam Cai. in 3. par. supra. S. Thom. circa finem d. hoc.

62 ¶ Licet sponsalia, & matrimonium omni tempore fieri possint, cum non sit prohibitum, & petitio, vel redditio debiti: tamen certis temporibus prohibetur traditio nouæ sponsæ, & nuptiarum celebratio, & huius rationem assignat.

Tho. in 3. sen. 32. artic. vlt. Interdicuntur. n. ab aduentu vsque ad Epiphaniam, à septuagesima vsque ad octauā Paschæ, & à tribus diebus ante Ascensionem, vsque ad octa. Pent. c. Nō oportet. 33. q. 4. & tribus c. sequentibus de matr. contr. contra in inter. per totum, & c. Capellanus, de feriis. Quādo autem incipiant dicti dies, & obseruatio, an in vesperis vel post, & quando finiantur an intelligatur octa. Epiph. inclusuē, vel octa. Pan. quæ est dies Trinitatis, standum est consuetudini secundum Ar. Flor. infra. Nuptiæ per totum.

Idest vt tribus diebus festiuis contineatis in Ecclesia inter miserarum solennia publicè denuntietur. vt etiam à Concil. Trid. nouiss. statutum est, vide decretum primum. §. sessi. vi. de etiam ibi quomodo sine denuntiationibus id fieri possit Nunc Tr. synodus sic huiusmodi tempora sta-

63 ¶ An consummare matrimonium his diebus sit peccatum mortale, quidam dicunt quod sic, quia principalis causa prohibitionis videtur esse consummatio, secundum Th. supra & d. ca. Capellanus, prohibere videtur copulam, vt d. Gl. ibi. Et Ray. dicit, quod tria prohibentur, traductio, consummatio, & solennitas nuptiarum Tab. in versi. impedimē. rum 14. §. 1. tenet quod causa principalis est consummatio, ideo sine peccato fieri non potest. Caie. autem in summa, ver. Matrimonialis vsus, capite septimo, tenet oppositum.

64 ¶ Dicit enim quod consummare illo tempore quo sunt prohibita traductio, & nuptiæ, est quidem peccatum, quia sit contra finem præcepti, sed non mortale, si fiat sine solennitate, & traductione vxoris in domum, quia hoc non inuenitur alicubi prohibitum, nec cadit sub prohibitione Ecclesie, vt prohibitum, sed vt finis prohibiti. Aliud est enim quod præcipitur, aliud quod est finis præcepti sicut finis præcepti ieiunij, est eleuatio mentis, si tamen quis ieiunat, & non eleuat mentem non est transgressor præcepti. Et hæc opinio mihi magis quadrat, & pro vera illam teneo.

65 ¶ Peccat etiam mortaliter, & peccato sacrilegij contrahens per verba de præsentis, & non intendens animo contrahere, quia mentitur perniciosè in sacramento, & est fictus, tenereturque parti læsæ. Et tale matrimonium non tenet, cum non sit verus consensus. Sacrilegium etiam committit contrahens cum aliqua conditione contra tria bona matrimonij, videlicet, contra fidem, prolem, & sacramentum. ca. Vlt. de condi. apo. vt si deducatur in pactum sterilitas, totalis separatio, vel non redditio debiti, & in his casibus, vltra peccatum matrimonium non tenet, in d. c. Vlt.

66 ¶ Peccat etiā mortaliter contrahendo matrimonium ad malum finem, vt cum quis accipit vxorem, vt ea abutatur liberius, vel vt furetur. Qui verò contrahit, non propter principalem finem, primò vt propter prolem generandam vel propter

propter vitandam fornicationem, sed vel propter delectationem, vel diuitias, vel parentelam, & huiusmodi. Licet ordo præposteretur, non tamen mortale peccatum incurrit, quia non interuenit abusus sacramenti, nec hoc sacramentum ordinatur ad finem extraneum, sed remanet ordinatum ad suum finem, qui est mutua potestas corporum coniugum. ita sentit Caie. §. Peccatum autem interuenit, quoniam debitum ordo non seruatur.

67 ¶ Peccat etiam mortaliter existens excōmunicatus, vel in peccato mortali, sine contritione contrahens, quia cum sit indignus, iniuriam facit tali sacramento. Et intellige etiā de minori excommunicatione, quia separat à participatione passiuæ sacramentorum, ideo antequam contrahat, faciat se absolui, & confiteatur deuote hoc sacramentum dignè cum Dei gratia recipiat, aliter sacrilegij peccatum cōmittit.

68 ¶ Quantum autem ad vsus matrimonij, multipliciter peccare contingit. Primò quando quis tantum propter delectationem vitur actu coniugij, venialiter agit. Secundò, quando seruat vas, sed nō debitum modum, vt si mulier virum supergrediatur, vel aliter, & tunc est mortale, quando impediunt, quod non possit sequi generatio. §. Luxuria. §. 5. Quòd si non impeditur generatio, & fiat ex rationabili causa, vt ne comprimatur proles in ventre, & huiusmodi, erit sine peccato. Tertiò, mulier peccat petendo debitum, tempore mēstruorum, non tamen mortaliter, neque etiam reddendo, secundum Caie. supra quia nulli facit iniuriam, qui iure suo vitur. Quartò, vt i actu coniugij cū periculo abortus, vel notabilis nocumēti sui vel alterius cum quis aduertit, & non curat, mortaliter agit, quia est contra charitatem proximi.

69 ¶ Negare debitum coniugi petēti expressè, vel interpretatiuè, sine rationabili cā, est mortale, quia contra iustitiā. Rationabilis causa est, quando non potest sine periculo vitæ, vel grauis infirmitatis, ideo si lepra sit infectiua alterius, vel alia infirmitas, non tenetur sanus, alteri reddere debitum cum periculo. Secus quando non esset periculum, §. Debitum. §. 3. Similiter quando perens, commisit adulterium, quia ius petendi amisit, ideo exactus non tenetur reddere, supra debitum. §. 4. & 16. Diuortium. §. 7.

70 ¶ An sit mortale reddere debitum ante benedictionē, supra Debitum. §. 12. & de tactibus, qui fiunt inter coniuges, supra debitum. §. 12. & multa habes ibi ad hoc. Et Cai. in cō-

mentariis tertiæ partis S. Tho. circa finem.

71 ¶ De benedictione sponſarum conſuetudo debet attendi. Secundæ nuptiæ, quæ ſecundæ ſunt ex parte amborum coniugum, non debent benedici, ſi autem ſunt ſecundæ ex parte viri tantum, & non vxoris, vt cum virgo accepit viduum debent benedici, ſed ſi ſunt ſecundæ ex parte vxoris, & non viri, cum vidua accipit iuuenem non viduum, non benedicuntur, ſecundum Tho. 4. ſen. diſt. 42. q. vlti. ar. 2. In c. Vir autem. de ſecun. nup. non fit differentia inter virum, & vxorem, ſed dicitur quod ſiue vir, ſiue mulier tranſeant ad bigamiam, nõ debent benedici, ne iteretur benedictio. Quia verò conſuetudo in multis locis aliter habet, ideò Th. attulit rationem talis conſuetudinis, quæ quaſi vbique ſeruatur, & ſi nõ eſſet conſuetudo, credo quod ſtari deberet illi, c. rã. quam determinationi eccleſiæ, & ſacerdos iterans benedictionem, quando non debet, grauitèr peccat, & punitur, in c. i. de ſecun. nup. niſi obſtet conſuetudo, ſecundum Pan. ibi, & Io. An. & ſponſa, quæ non eſt virgo, non debet benedici. c. Seriatim. 32. d. & etiam debent benedici poſt conſummationem, ſecundum Tab. Impedimētū. 14. ſi hoc habeat conſuetudo.

72 ¶ Non licet viro ob adulterium vxoris, eam totaliter dimittere, & aliam accipere, ſecundum communiter doct. Cai. autem ſuper Matth. 19. tenet quod poteſt, ex tex. Euãgelij, vbi dicit Chriſtus. Quicūque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit (ſcilicet in vxorem) mœcharur. Ibi enim mota quæſtione, dicit ſic ſonare ſenſum planum ſcripturæ, ſed quoniam nõ audeo me opponere contra torrentem Doctorum, & iudiciorum eccleſiaſticorum, ideò dixi textum nihil diſponere de dimittente fornicariam. Intelligo igitur ex hac Domini noſtri Ieſu Chriſti lege licitum eſſe Chriſtiano, dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipſius vxoris, & poſſe aliam ducere vxorem, ſalua ſemper eccleſiæ diffinitione, quæ haftenus nõ apparet. Nam decretales pontificiæ, de hac materia, non ſunt diffinitiuę fidei, ſed iudiciales facti. Proſitentur autem ipſi Pontifices, vt patet in capit. Quanto, de diuort. & capit. Licet. de ſpon. duo. in his iudiciis matrimoniorum, aliquando erraſſe, nec ex his intelligas vxores poſſe dimittere viros fornicantes, quoniam Chriſtus non conceſſit hoc, nec eſt par ratio, ſicut nec in veteri lege, vxor poterat repudiare virum, ſicut econuerſo. Nec ego ſum primus, qui hunc Euãgelij textum intellexit quoniam B. Ambro. ſic intelligens, idem

dem dicit, & docuit, prime Cor. 7. hæc Cai. quaſi de verbo ad verbum, ſed oppoſitum eſt verum, vt tenent doc. in 4. ſenten. d. 25. ibi dicit Tho. quòd nihil adueniens ſuprà matrimonium, poteſt ipſum diſſoluere. Et ſuper primam Co. 7. idem tenet, exponens illud. Præcipio non ego ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere. Et Thom. ſoluit illud dictum Mar. 19. quod Cai. accipit pro argumento, dicit quòd talis obiectio procedit ex falſo intellectu. Item quia Cai. allegat dictum Amb. ſed miror quòd Am. pro ſe adducat, cum Magiſter ibi dicat, quòd hæc verba, nõ ſunt Am. ſed à falſariis in libris Am. creduntur poſita. Ideo Paulus poſtquam dixit aut viro reconcilietur, de viro intulit. Et vir vxorem non dimittat. ſ. totaliter. Poteſt tamen dimittere quò ad thorum, & ex ſua. vt ſuprà diuortium. §. 2. hanc ſequere veritatem.

73 ¶ Septem caſus ſunt, in quibus vir mulierem adulterã non poteſt dimittere. Primus, ſi ipſe vir etiam fornicatus eſt c. Significasti, de diuor. etiam poſt ſeparationem reintegrabitur, etiam ſi occultè, quia non deficit ius, ſed probatio, ſecundum Th. ſuprà. art. 6. ad 5. Secundus ſi vir vxorem proſtituit. in d. c. Significasti in Gl. vel ſi non prohibuit, cum poſſet. quia videtur idem q̄ conſentire, non autem, ſi dedit occaſionem indirectè, vt non bene prouidendo, & huiusmodi. c. Ex literis de diuor. Tertius, quando mulier nupſit credens probabiliter virum ſuum mortuum, tunc non reputatur adultera. Quartus ſi cognita fuit ab aliquo latentèr intrante lectum ſub ſpecie viri. Quintus ſi fuit vi oppreſſa abſolutè. c. Pro poſito. 32. quæſt. 5. Sextus, ſi poſt adulterium ſpontè reconciliatus: eam carnaliter cognouit, vel eam publicè adulterantem, tenet in conſortio maritali. 22. q. 1. c. 2. & 3. Septimus, eſt in c. Gaudemus. de diuor. Si matrimoniũ in infidelitate contracto ex parte vtriuſque vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupſerit, tunc ſi vterque conuertatur, tenetur eandem vir accipere. Alij addunt octauum, vt etiam ponit Th. 1. Cor. 7. quando vir dedit occaſionem mulieri adulterandi, non reddendo ei debitum, contra eius voluntatem, vt in c. Secundum verba. 33. q. 5. Alij dicunt nõ propter hoc excuſari, quin maritus poſſit eam dimittere, ar. ibi in Gl. Vide ſ. diuortium. §. 4.

74 ¶ Dimittens vxorem adulteram liuore vindictæ, vel propter lucrum, peccat ſecundum Thom. 4. ſenten. diſt. 35. articu. 6. Non autem ſi ad propuſſandam propriam infamiam ne videatur criminis particeps, vel ad correctionem vxoris

vxoris, vel ad euitandum prolis incertitudinem. Quomodo autem debeat procedi in accusatione circa adulterū, quādo quæritur separatio: vide Tab. vbi supra ar. 3. ad 5. & in cap. Tuę, de procur. Quomodo etiam propter aliud crimen possit fieri diuortium, supra Diuortium. §. 8.

75 ¶ Si mulierem adulteram pœniteat de adulterio, vel est capax correctionis, non tenetur vir ex præcepto eam dimittere, quia pœna corrigens non requiritur, vbi est emendatio. Si autem illam non pœniteat, tenetur dimittere ex præcepto, ne eius peccato consentire videatur dum correctionem debitam non apponit, secundum Thom. vbi s. ar. 2. Si tamen crimen sit occultum, nec probari possit, non debet eam dimittere, secundum Petr. de Palu. in 4. sent. Et quando plus cohibetur retinendo, quàm eam relinquendo: vt si timeat quòd sic se prostituat, vel quando maritus timet sibi de incontinentia. In his casibus, secundum Pet. de Palu. supra, non debet eam deserere. Quod si non dimittendo, immineret scandalum, debet notificare causam, quare hoc facit, si potest, & si non potest, non curet. Et si aliqua auctoritas sanctorum videatur contraria, debet intelligi extra prædictos casus. Si autem inuenit eam incorrigibilem, possit eam includere, quod melius esset, quàm deserere. Mulier autem non sic tenetur virum deserere, quia non tenetur corrigere virum, nec scandalum de hoc nascitur, & melius est illi cohabitare, quia pro tunc vitatur fornicatio, quam cum aliis faceret. Nam quanto magis accedit ad vxorem, tanto minus ad alias foeminas vadit. Si tamen nollet eam cognoscere nisi contra naturam, vel timeret quòd eam traheret ad peccatum, debet eum deserere, si potest, vt mali imminentis occasionem fugiat.

Quando mulier debet deserere virum.

76 ¶ Quamprimum constat viro de adulterio vxoris, potest illam dimittere, quo ad thorum proprio arbitrio, nec tenetur reddere debitum exigenti, quia præiudicaret sibi, secundum Thom. supra art. 3. & fieret irregularis, id est, bigamus, nisi per Ecclesiam compelleretur, & tunc taliter reddens, nullum sibi præiudicium facit. Quo autem ad thorum, & cohabitationem, non potest dimittere, nisi Ecclesie iudicio, & si dimiserit, potest cogi ad habitandum cum ea, nisi statim possit adulterium probare, secundum Host. infra octo dies 33. q. 2. c. Ecclesiastica. Ideo diuortium, non nisi iudicio Ecclesie potest fieri, secundum Thom. nisi fornicatio sit carnalis, & notoria. Quod si sic, potest. c. De illis. de diuor.

Diuortium non potest fieri nisi iudicio Ecclesie.

Secu

Secus de fornicatione spiritali, & notoria. cap. Porro, eod. tit. secundum vero Panor. ib, quando est notorium est par ratio in vtroque. Gloss. in cap. su. de conuer. coniu. Quando aliquid dicatur notorium, supra, Manifestum, per totum, & Notorium. §. 1.

77 ¶ Si alter coniugum adulterauit secretè, & si petat debitum non coactè, sed humiliter, non propter hoc mortaliter peccat, licet fornicando ius petendi perdidit, scilicet, quasi sibi debitum, non autem quin possit petere quasi rogando, & non cogendo, nec tenetur reuelare vxori hoc, quia cum hoc sit introductum fauore coniugis non peccantis, si sciret hoc, & redderet, præiudicaret sibi, non autem si igno- rante reddat. Sic tenet Tab. Matrimonium. 4. §. 6.

78 ¶ Vir & vxor in causa diuortij ad paria iudicari possunt, licet maior causa sit in vno, quàm in alio, sufficiens tamen ad diuortium in vtroque secundum Tho. supra ar. 4. reliqua quæ ad diuortium pertinent, supra. Diuortium per totum. Si ecclesia alteri coniugum scienti impedimentum præcipiat cohabitare cum altero, obediatur, quo ad cohabitationem, & necessarium administrationem, non autem quò ad debiti redditionem, secundum Vgo. quia absque peccato reddere non potest.

DE MEDICO.

- 1 *Medici multis modis peccant. 3.*
- 2 *Medicus an debeat relinquere infirmum diuitem, si non vult soluere.*
- 4 *Clerici an possint mendicare.*
- 5 *Medicus an sit excommunicatus intrans monasterium in quo alius prohibuitur est intrare sub pœna excommunicationis.*
- 6 *Infirmi agentes contra voluntatem medici an peccent mortaliter.*

Medici multis modis peccant. Primò quando ignorant infirmitatem, & tamen vel ex temeritate, vel ne reputentur ignorantes, vel propter lucrum, aut huiusmodi assument infirmum medicare, exponentes cum periculo mortis, vel notabilis nocuenti, & hoc est mortale, quia contra caritatem proximi. Vel si possunt scire, tamen nolunt studere, aut peritos consulere. Secundò peccant mortaliter, quando cognita infirmitate negligunt studere, aut de remediis, vel visitare, vel propinare debitas medicinas si possunt, vel quando fecerunt vnā medicinam, & aduertunt

tunt

tunt non esse conuenientē, non mutant, ne credantur ignorare. Si etiam exhibuerunt medicinam dubiam pro certa, vel non secundum artem, sed secundum suam stultam phantasiā volunt medicare, vel experimenta facere, & huiusmodi, quibus infirmus exponitur periculo graui mortale est, Tertio, quando consulunt propter sanitatem corporis aliquod, quod est mortale, vt fornicationem, pollutionem incantationem, vel huiusmodi, mortale est hoc: quia contra honorem, & præceptum Dei, & etiam est prohibitum, in c. Cum infirmitas, de poeni. & re. Quarto quando infirmus est in casu periculoso, & infirmitas grauis est etiam quod non sit in casu mortis, si medicus, non admoneat & inducat ad confessionem quantum potest, vt præcipitur in d. c. Cum infirmitas, etiam contraria cōsuetudine medicorum non obstante, quia non est consuetudo, sed corruptela contra bonos mores, ideo non valet secundum Host. in d. c. Cum infirmitas. Ca. tamen ibi in summa dicit, quod si hæc constitutio non est approbata consensu medicorum vrentium, & superiores hoc scientes tolerant, & medici non seruant, non ex contemptu, sed ex negligentia, vel respectu humano, vel quia hoc cōtrariatur suæ arti promittenti semper bonam spem, non peccant mortaliter. Sed sufficit quod dicant illis, qui in domo habitant, quibus infirmi cura magis incumbere videtur de salutæ animæ, vt ipsi admoneant infirmum, qui admonitus si noluerit confiteri, non propter hoc debet relinqui, ne fortè desperatus moriatur, hoc enim videtur esse contra caritatem, qua tenemur, & malis, & iniustis benefacere, & hæc mihi videtur bona determinatio, & satis modesta. Quinto mortaliter peccant, si non nuntient, secundum Archi. Flor. & Ioan. de Nea. quol. II. quando probabiliter credunt quod nuntiatio mortis infirmo, erit multum utilis animæ infirmi: vt quia confitebitur, disponet de testamento, quod huiusmodi, ex quo multa bona prouenient, quia tunc agunt contra caritatem proximi. Secus quando non credunt hæc debere sequi, tunc non tenentur. Sexto, si non medetur pauperibus infirmis, non valentibus soluere, & ipsi possunt, mortaliter agunt. Quia hic est extremus casus, in quo quilibet potens tenetur ex præcepto subuenire. Secus quando est diues, & non vult soluere, nisi quando medicus esset à communitate salariatus, quia tunc omnibus gratis seruire tenetur, tam pauperibus, quam diuilibus infirmis.

2 ¶ Si

2 ¶ Si autem diues sit infirmus, & non vult soluere nõ propter hoc medicus debet eum permitttere mori sine medicamine, sed debet ministrare remedia, & postmodum petere ab eo, vel eius hæredibus salarium, vel expensas pro eo factas. Et ipse, vel hæredes tenentur mercedem soluere medico, qui fecit quod ille, vel illi tenebantur facere, quamuis contra voluntatem auaram ipsius egerit. ff. de neg. gest. l. Pōponius. Vide in l. Stichus. ff. de pec. leg.

3 ¶ Septimo peccant, quando minus excessiuum salarium petunt contra iustitiam. Vel quando faciunt fieri expensas nimis excessiuas, & superfluas, maximè pauperibus, vt vel ipsi plus lucrentur, vel aromatarij. Vel quando cito possent sanare, sed in longum trahunt, quia quandiu pendet fructificant. Et in multis aliis mortaliter delinquant quæ poterit prudens confessor aduertere quando sunt notabiliter contra iustitiam, vel contra caritatem, vel contra bonos mores.

4 ¶ Clericis in sacris existentibus, vel in minoribus beneficiis, & religiosis, non licet vti arte medicandi: nisi gratis, & vbi periculum non imminet. cap. Multa ne cler. vel mo. Chirurgiam vero, quæ incisiones, vel adustione, vel sanguinis effusione indiget, exercere eis non licet. cap. Sententiam ne cle. vel mo. cap. Tua nos de homi. Ibi enim interdicitur, supra, Irregularitas. §. 47. posset enim clericus in medicando irregularitatem contrahere, quam non contraheret secularis medicus: quia non dat operam rei illicitæ, sicut clericus, cui hoc prohibetur: ideo sibi opus illicitum est, non laico.

*Clerici
quomodo
possint vti
arte me-
dica.*

5 ¶ Medicus intrans monasterium, in quo prohibitum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ cuiquam, excepto medico intrare, etiam quod non sit doctoratus, dummodo medicet, hac de causa intrauerit, non est excommunicatus secundum Bart. in l. sciendum. ff. de edil. edic. Et ita casui huic occurrenti respondit, An liceat vocare medicum Iudæum supra, Iudæus. §. 9.

6 ¶ Licet infirmi, & seruitores non teneantur obedire medico, cum non sit eorum prælatus, nec possit præcipere, tamē si non stant consiliis medici, sed & scieat, vel improbabili ignorantia, vel inordinato appetitu sumunt aliquid, propter quod notabile malum, vel mortem incurrant, mortaliter agunt contra caritatem: quia corpus proprium debet diligere, ar. cap. Si non licet. 22. quæst. 3. Idem dicit de seruentibus, quia

quia exponunt infirmum graui periculo, & sic si sequeretur mors, essent irregulares, quia ex eorum culpa sequuta est. Secus quando inuincibili ignorantia faciunt, credentes prodesse infirmo. An medici, vel chirurgi debeant promoueri ad ordines, Sil. versic. Medicus. §. vltimo.

D E M E N D A C I O.

- 1 *Mendacium quid sit & quando mortale peccatum.*
- 2 *Mendacium prædicatoris, & iudicis mortale est, & persona grauis. 3.*

Mendacium quod importat falsam vocis significationem, semper est peccatum, si est cum intentione fallendi, quia est contra virtutem iustitiæ, sed aliquando dicens mendacium intendens bonum proximi, & dicitur officiosum, & est veniale. Aliquando intendit solatium, & dicitur iocosum, & est etiam veniale. Aliquando intendit nocumentum spirituale, vel corporale, quod si sit notabile, vel ratione personæ, vel ratione rei est mortale. Si autem sit de parua re, vel sit secundum primos motus animi, vel sine animo multum nocendi, communiter est veniale. Similiter quando est ex loquacitate, vel sine mala intentione nisi ex hoc aliquod graue damnum sequeretur, quod quis debuisset aduertere, tunc enim mortale esset. Et dico mendacium esse perniciosum, quando est contra sacram scripturam, vel contra scientias, quæ sunt bona intellectus.

2 ¶ Mendacium prædicatoris de his, quæ pertinent ad officium prædicationis, & mendacium iudicis in quantum iudex, & eorum quæ in iudicio dicuntur secundum formam iudicij, siue sit iudicium temporale, siue spirituale, vt iudicij sacramenti confessionis mortale est, si formaliter mentiatur quis, supra, accusatio. §. 22. infra, Confessio. §. 3. Vide S. Tho. 2. 2. q. 90. art. 3. & vl. Ar. Flo. 2. parte. tit. 10. cap. 1. §. 3. Si quis negaret se Christianum esse timore mortis, an mortaliter peccaret, supra, ver. Fides. §. 7. Dicit enim Apostolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

3 ¶ Si persona grauis diceret mendacium, etiam officiosum, ratione scandali, posset esse mortale, & ratione iuramenti, supra Iuramentum. §. 7. vel ratione voti, vt si vouisset non dicere aliquod mendacium, & diceret, mortaliter peccaret.

DE

D E M E R C A N T I A.

- 1 *Mercantiam exercere quomodo liceat.*

Mercantiam exercere simpliciter propter lucrum, tanquam eius finem, non licet, quia finis talis mercatoris est inhonestus. Si autem lucrum ad bonum rei, vel ad sustentationem propriæ familiæ, vel ad alium finem honestum, erit licita, infra negotiatio. §. 1. dummodo non fiant fraudes, vel aliquod iniustum interueniat, vt mendacia, iuramenta falsa, & huiusmodi. Tunc enim ratione adiuncti non esset licita, & propter hoc mercatores culpantur.

D E M E R E T R I C E.

- 1 *Meretrix qua dicatur.*
- 2 *Confessor qualiter se habere debeat in confessione meretricis, qua ad penitentiam reuertit voluerit.*
- 3 *Meretricis oblationes prohibet ecclesia.*
- 4 *Meretricem ducens in uxorem vt eam à malo retrahat, meretur.*

Meretrix est illa, quæ venalem turpitudinem suam facit. 23. q. 4. c. Meretrices, & prohibitum est ad eas accedere de iure diuino, in d. c. Meretrices, & eorum peccatum semper est mortale, quia contra legem naturalem, & diuinam, siue hoc faciant pro mercede, siue non. Quæ si accipiunt pecuniam per fraudem, vel ab his, qui alienare non possunt, tenentur restituere, sicut de lusore, aliter non nisi de consilio, tanquam turpe lucrum, supra. Ludus. §. 6.

2 ¶ Dum meretrices ad penitentiam reuertuntur, volentes de criminibus confiteri propriis, secundum Caic. ibi, in summa, & in commentariis tertiæ partis, debet sufficere confessori, vt sciat peccata sua in generali carnalia, vt quod per tot annos stetit prostituta omnibus volentibus, &c. tam religiosis quam secularibus, tam consanguineis, quam aliter, & non oportet confessorem sollicitare eam de singulis peccatorum speciebus, quia hoc esset se, & illam præcipitare in tentationem sine vtilitate, sed satis est hæc confuse dici. Potest enim prudens confessor existimare specierum, & actuum multitudinem, & numerum, turpitudinemque.

3 ¶ Meretricis oblationes recipi Ecclesia prohibet, solum in criminis detestationem.

4 ¶ Meretricem ducens in uxorem, vt eam à malo retrahat, meretur. 32. q. 1. c. Non est culpandus.

Cc

DE

DE MILITE.

1 *Militum peccata que sint. 2.*

3 *Militia ars an licita sit.*

Militum peccata ponuntur Luc. 5. c. videlicet concussio, calumnia, non contentari propriis stipendiis. Concussio pauperum est, quādo vi, vel metu extorquent bona pauperum, vel in persona lædunt. Calumniari dicuntur, quando diuitibus falso imponunt crimen factionis, vel rebellionis, & hostilitatis. Non contentantur propriis stipendiis, quando volunt expensas, & hospitia sine solutione, quæ omnia sunt mortalia, quia contra iustitiam, nisi in re parua.

2 ¶ Implicantur etiam peccato luxuriæ, vt Philosophus dicit, sed magis hoc ex experientia patet, & peccato blasphemiarum. Vide supra aliquid, ver. Bellum, per totum.

3 ¶ Militæ ars est licita, si debito modo fiat, c. Militare. 23. q. 1. & maximè si seruant regulam datam à Io. Bapt. Luc. c. 3. Non debet se exercere in his, in quibus est periculum mortis, vel grauis mali, &c.

DE MINORE.

1 *Minor quis dicatur.*

2 *Minor intrans religionem omnia sua potest alienare, alias non.*

Minor dicitur, qui 25. annum non compleuit. l. 1. ff. de minor. Et potest petere restitutionem in integrum, non solum in læsione, quæ de patrimonio demit, sed etiam cessantis lucri ad quadriennium, postquam 25. annum compleuit, de his solum in quibus læsus est infra 25. annum. dum in minoribus esset. Glo. de restit. in integ. cap. 2.

2 ¶ Minor si intrat religionem secundum Pan. in c. In presentia de prob. potest omnia bona sua alienare, quia mori fingitur. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Non autem non ingrediendo, etiam ad causas pias sine autoritate curatoris, nec etiam contrahere. Quod si ecclesiastico renuntiauit beneficio, minimè restituitur, quia in spiritualibus vt maior admittitur, agit, & conuenitur. l. ait prætor. ff. de mino. & in Glo. in prin.

DE MINIS.

1 *Minari quando sit mortale.*

2 *Minas iurans cum intentione non exequendi committit periurium.*

Minari aliquando est mortale, vt quando quis alteri minatur grauis malum, & iniustum, vel non ratione iustitiæ,

stitiæ, vel correctionis, sed liuore vindictæ, non curans an iustum sit, vel iniustum, quia iniustum ex suo genere mortale est, nisi sit quid minimum, & vlcisci iniurias liuore vindictæ etiam similiter est peccatum. Si autem fiat comminatio ad terrendum tantum, & nõ animo exequendi, est mendacium, & iuxta regulas mendacij iudicandum erit mortale, vel veniale.

2 ¶ Quod si iurantur minæ cum intentione non exequendi, committitur periurium, quia mendacium iuratur. Si autem iurantur minæ iniustæ, siue cum animo exequendi, siue non, mortaliter agitur, quia malum iuratur, à quõ recedere est necessarium. Si autem iurantur minæ iustæ, cum animo exequendi, si ante punitionem facta est aliqua mutatio, per quam minæ mereantur dimitri, vt quia correctus est cui minabatur, vel huiusmodi, vel iudicatur melius esse non punire, propter aliquod melius bonum, iustè remittitur comminatio sine vitio periurij, supra, Iuramentum. §. 12.

DE MISSA.

1 *Missæ à quo potest dici.*

2 *Missæ qua hora dici possit.*

3 *Missam dicere ante matutinas est mortale.*

4 *Missæ vbi dici debeat.*

5 *In missa priuata sufficit habere vnum, qui respondeat.*

6 *Celebrans qualiter indutus esse debeat.*

7 *Celebrans capite cooperte sine causa rationabili, grauitè peccat.*

8 *Quomodo in missa aliquid omittendo peccet quis mortaliter.*

9 *Sacerdos post inceptam missam si sine rationabili causa desistat, mortaliter peccat.*

10 *Sacerdos post sumptionem sacramenti debet os, ealicem, & digitos abluere, & quando.*

11 *Sacerdos si post inchoatam missam deficiat, nec complere possit, an alius debeat supplere.*

12 *Sacerdos sanus existens, & temerariè non perficiens inceptam missam excommunicatus est minori excommunicatione.*

13 *Sacerdos si post consecrationem recordatur quod non sit ieiunans, vel in mortali, an complere debeat, vel deferere.*

14 *Si musca, vel aliquid aliud prouocantium vomitus inueniatur post consecrationem in calice, quid agendum.*

15 *Sacerdos si post consecrationem aduertat quod non posuit vinum in calicem, vel aquam, vel liscium pro vino, quid facere debeat.*

- 16 Sumendo calicem si aduertit sacerdos quod est aqua, quid agere debeat.
- 17 Sacerdos ante consecrationem si aduertat non esse hostiam, quid faciat.
- 18 Sacerdos percipiens defectum hostiae post sumptionem sanguinis quid agere debeat.
- 19 Sacerdos si post sumptionem hostiae aduertit eam non fuisse conuenientem, quid facere debeat.
- 20 Sacerdos si post consecrationem recolit se verba consecrationis non dixisse, vel alia quid facere debeat.
- 21 Hostia consecrata si caderet in calicem aliquo casu, quid agendum.
- 22 Sanguis si per negligentiam effundatur, vel hostia consecrata marcescant, quid agendum.
- 23 Hostia particula si remaneat in calice sumpto sanguine, quid agendum.
- 24 Vinum si ante consecrationem congeletur in calice quid agendum.
- 25 Missam quoties in die celebrare liceat.
- 26 Si quis communicauit in aliqua die, & superueniat periculum de perditione hostiae consecratae, quid agendum.
- 27 Sacerdos an teneatur omni die celebrare.
- 28 Institutus in aliquo beneficio ut quotidie celebret, an ad hoc teneatur.
- 29 Missam quando quilibet audire teneatur.
- 30 Missam audire quis excusetur.
- 31 Missa quomodo audienda sit.
- 32 Missa qualiter, & qua prosint defunctis.
- 33 Missa vna pluribus secundum intentionem celebrantis prodesse potest. 35.
- 34 Missa boni sacerdotis an plus prosit quam mali.
- 36 Sacerdotes alicuius collegij secundum cuius intentionem celebrare debeant.
- 37 Celebrans ut Deus aliquem perdat, mortaliter peccat.
- 38 Missa pro quibus dici debeat.
- 39 Missam audiens de praecepto an possit simul dicere orationes ad quas similiter de praecepto tenetur.
- 40 Religiosi verba infamatoria vel falsa, &c. dicere non debent laicis, &c.

Vnde dicitur
Missae
sa.

Missa, in qua offertur sacrificium mediatoris, à solo sacerdote ritè consecrato potest dici, de sum. tri. cap. i. §. vna, & bene disposito, supra, Communicare. §. i. Et dicitur
secun

- secundum Vgo. de sancto Vict. quasi transmissa à populo ad Deum, per ministrum sacerdotem. *Conc. Trid. sess. 22.*
- 2 ¶ Missa dici potest incipiendo in aurora, vsque ad horam nonam, secundum Tho. 3. par. 83. inchoatam, propter tamen aliquam necessitatem, potest aliqualiter anticipari, & tardari, maximè in sabbato sancto, propter ordinationes, & in hoc maximè consuetudo Ecclesie moderne attendenda est, & contrafacere est mortale, quia fit contra generalem consuetudinem Ecclesie, quae seruari debet, secundum quod in diuersis locis diuersa est. Qui tamen ante auroram celebraret, credens esse auroram, vel haberet super hoc priuilegium, ut Episcopi, secundum Glo. in cap. si. de priui. lib. 6. & fratres praedicatorum olim congregationis Lombardiae, cum licentia suorum praelatorum: non peccaret mortaliter, vel in nocte Natiuitatis Domini, ut in cap. Nocte, de con. d. i. in qua nocte vna tantum dici potest. c. Eo soluiti. de celeb. miss. & Tho. supra. 3. par. art. 2. Pet. de Pal. in 4. sent. Communicari omni hora diei, dummodo quis sit ieiunus à media nocte, non inuenitur prohibitum licet in mane sit hora congruentior. Neque bis in die, nisi cum quis celebrat. *Decr. de obser. & in celebr. Missae.*
- 3 ¶ Dicere missam antequam quis matutinas dixerit secundum Vueruan. mortale est, quia contra generalem, & approbatam Ecclesie consuetudinem fit. cap. In his. ii. d. posset tamen dici sine mortali, propter scandalum vitandum, vel alia ex rationabili causa. Ante primam autem potest dici: quia haec non est consuetudo, ut prima dicatur ante missam. immò in aliquibus ecclesiis ante primam dicuntur missae. Et quia aliquod statutum de hoc non est, ideo consuetudini standum videtur, quae contraria huic non apparet.
- 4 ¶ In ecclesia ordinariè celebrare licet, in aliis autem locis cum licentia. In mari autem, vel fluuio, nunquam etiam ob necessitatem licet, vbi probabiliter timeretur de sanguinis effusione, secundum Arch. Flo. Sub diuo propter necessitatem licet celebrare, potius quam missam perdere: quia eo casu Papa dat licentiam. cap. Concedimus. de con. d. i. Et quicumque celebrat, vel celebrare facit diuina, praeterquam in casibus in iure permissis, ei ipso facto est interdictus ecclesie ingressus. cap. Episcoporum, de priui. in 6. Idem si in locis à iure, vel ab homine iudice prohibitis, eodem. c. Quomodo fratres praedicatorum, super hoc habent priuilegium supra, Altare. §. 4.
- 5 ¶ In missa priuata, sufficit habere vnum, qui respondeat
Cc 3 & mini

Con. Trid.
sess. 22.
Decr. De
obser. &
enit. in cea
leb. missa.

& ministret, at. in cap. Proposuit. de si. presby. & Pan. in cap. Quisque, de vit. & honest. cler. Non tamen debet esse mulier, quia ministrare non potest, nec incensum circa altare deferre. cap. Sacramenta. d. 2. & capit. Vestimenta, de con. d. 1. In missa verò solenni, plures debent adesse, per cap. Hoc quoque, de con. d. 1. & Thom. 3. parte, quæst. 83. arti. 5. ad ult. Et ubi ius dicit plures debere interesse, nunc per contrariam consuetudinem, secundum Pet. de Pal. abrogatum est.

Nota.

6 ¶ Celebrans debet habere calecamenta, amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, casulam, quæ omnia exceptis calciamentis debent esse benedicta secundum communior opinionem. Debet etiam habere ignem. c. si. de cel. mis. calicem cum patena, de quo supra, Calix. §. 1. cum altari lapideo. supra Altare. §. 1. cum corporali, & tobaliis seu mappis, quæ ad minus debent esse duæ, secundum Ar. Flo. & Pe. de Pal. Rosel. dicit, quòd sufficit habere vnam longam, quæ possit plicari, & corporale, & debet esse de lino simplici, vel canape, supra, Corporale. §. 1. cum missali, hostia azyma, vino, & aqua, de qua minus debet poni quam de vino, vt in c. perniciosus, de cel. mis. sub Eucharistia. §. 9. sine prædictis celebrans, secundum communiter Doct. vt dicit Arch. Flo. peccat mortaliter, quando scienter facit. Et potius debet non celebrare, etiam si sit dies festus. Si tamen celebrat sine prædictis, non efficitur irregularis, vt dicit Ric. 4. sen. d. 13. cum non sit cautum in iure. Sine calciamentis celebrare sine cõtemptu & ex eo, quod non habentur, non videtur mortale, cum non reperiaur. Botæ ubi consuetum est, possunt esse loco calciamentorum. Quomodo prædicta debent munda esse, supra Corporale. §. 5. Sine missali celebrare, videtur mortale, quia celebrans exponit se periculo errandi in canone. Consentit Arc. Flo. & Ang. ver. Missa. §. 37.

Dua mappa ad missam debet esse super altare. Memini me vidisse doctorem non spernenda auth. dicentem quod in calice debent esse quatuor partes vini & una aqua. Nam Panlus: omnis vir orans velato capite, detur pat caput suum. i. Christu. 1. Cor. 2.

7 ¶ Celebrans capite cooperto sine rationabili causa, grauius peccat, propter c. Nullus episcopus, de cõ. d. 1. vbi præsumptuosè contrafacientes priuantur commune, quod non fieret, sine graui peccato. Et quando legitur Euangelium, omnes debent erecti stare capite discooperto. per c. Auctoritate apostolica, de con. d. 1. Ang. in ver. Missa. §. 8. tenet quod mortaliter peccant propter illud verbum præsumptuosè capite cooperto celebrantes sine rationabili causa, quod satis rectè dictum viderur.

8 ¶ Omittens aliquod notabiliter de his, quæ dicenda sunt,

vt Euangelium, Epistolam, canones, & huiusmodi, mortaliter peccat, secundum communiter Doct. si scienter hoc faciat, & maximè aliquod verbum de cõsecratione aduenièter dimittit, quòd si inaduertenter dimisit, & postmodum aduertit, cum locum, in quo debebat dicere, pertransiit, & sine nota replicare non potest: vt si post dictam collectam recolit de Gloria in excelsis, non debet replicare, nisi essent verba consecrationis necessaria, sine quibus consecratio nequaquam fieret.

9 ¶ Si sacerdos post inceptam missam desinat sine rationabili causa, mortaliter peccat, aliàs non, per d. c. Nullus. de cõ. 1. & c. Nihil. 7. q. 1. Concordat Sil. ve. missa. 1. §. 4.

10 ¶ Post sumptionem sacramenti sacerdos debet os, calicem, & digitos vino abluere, nisi sit aliam missam celebraturus. capitu. Ex parte, de cele. mis. & Thom. supra. artic. 7. ad 10.

11 ¶ Si sacerdos inchoata missa deficiat, ita vt non possit completere, ante consecrationem non oportet per alium suppleri, secundum Tho. supra. artic. vlt. ad 1. potest tamen suppleri, & est securius, si sacerdos est ieiunus. Si defecit, post inceptionem canonis, ante consecrationem, & scitur vbi dimisit, ibi incipiatur, quod si ignoratur, incipiatur à principio canonis, quod si defecit, postquam incepit consecrare hostiam, & non finiuit formam consecrationis, incipiat ibi. Qui pridie, & dicat totam formam super eandem materiam, i. hostiam, vel aliam accipiat prima remota, siue sit ieiunus, siue non, quando non adest sacerdos ieiunus, quia præceptum de perfectione sacramenti, maius est quam de ieiunio. Si defecit post consecrationem hostiæ, & ante consecrationem sanguinis, alius incipiet vbi dimisit, super eandem hostiam, quod melius est. Quòd si defecit dum consecrabat vinum, & non compleuit consecrationem, potest accipere alium calicem præparatum, & facere sicut dictum est de hostia. Si vero deficiat post consecrationem corporis, & sanguinis completam, incipiat, vbi dimisit, si scitur, sed si nescitur, incipiat ibi. Hæc quotiens, &c. Si defecit post sumptionem corporis, calice non sumpto accipiat aliam hostiam, & alium calicem præparatum seruato priori calice cum reliquis, & incipiat tibi, Te igitur, &c. Et post sumptionem sacramenti, antequam perfusionem sumat, recipiat quòd seruatum est. Si autè deficiat, post sumptionem totius, nõ est necesse suppleri p aliu ex Th. supra, & 4. sentet d. 8. q. 2. ar. 4. quo. 2. &

Præceptum de perfectione sacramenti maius est quam de ieiunio.

in c. Nihil. 7. q. 1. Hæc à sacerdotibus bene aduertenda sunt, ut veniente casu non erretur.

12 ¶ Existens sanus, & temerarie non perficiens inceptam missam, est excommunicatus minori excommunicatione, per dictum c. Nihil. & secundum Arist. ibi intelligitur tantum de minori, quia in d. c. Nullus Episcopus. de con. dist. 1. ponitur in isto casu pœna minoris excommunicationis: nō autem si de Ecclesia fugeret propter periculum mortis, ut si videretur Ecclesia ruere vel huiusmodi.

13 ¶ Si sacerdos post consecrationem recordatur se non esse ieiunum, vel esse in mortali, de quo non est confessus, vel esse excommunicatum, debet nihilominus complere sacramentum mediante cōtritione. Si autem hoc ante consecrationem accidat, inceptam missam deferat si sine scandalo potest, secundum Tho. s. (licet Pe. de Palu. dicat, quod non debet deferere propter peccatum non confessum, quia sufficit in hoc casu contritio, maximè quando est excommunicatus vel non ieiunus, (quanquam Bona. dicat quod tunc etiam potest proficere: etiam si meminit se esse irregularem) nec in hac excommunicatione celebrando efficitur irregularis, quia non adest præsumptio, art. in c. Clerici. & cap. Latrores, de cle. ex. mi. Multa enim fieri permittuntur, ad vitanda scandala.

14 ¶ Si musca, vel aliquid non venenosum, nec læsuum aut prouocatum vomitus, post consecrationem reperitur in calice, debet capi, & diligenter lauari, postea comburi, & ablutio simul cum cineribus in sacrarium poni. Si verò sit venenosum, vel (ut dictum est) læsuum, nullo modo debet sumi, neque dari, ne calix vitæ vertatur in mortem, sed debet feruari in aliquo vasculo, cum reliquiis & ne sacramentum remaneat imperfectum, iterum ponatur vinum in calice, & incipiatur à consecratione sanguinis. Tamen si corpus iam sumpisset, aliam accipiat hostiam, consecretque eam, & totum perficiat sacramentum. Tho. s. ad 3.

15 ¶ Si sacerdos post consecrationem hostiæ, aduertit, quod non posuit vinum in calice, vel aquam, debet statim apponere, & consecrare. Si vero post consecrationem calicis aduertit, quod non apposuit aquam procedat, quia appositio aquæ, non est de necessitate sacramenti: nullo modo debet aquam in sanguine apponere, quia sequeretur aliqua corruptio circa sacramentum. Si verò percipit, quod in calice non fuit positum vinum, sed liscinium, vel huiusmodi, & iam di-

xit verba consecrationis sanguinis, non tamen sumpsit, effuso illo liquore vinum & aquam ponat, & consecret, ut dictum est. Si autem hoc percipit post sumptionem, debet accipere aliam hostiam, & vinum, ut supra, & consecrare omnia & sumere, non obstante quòd aquam sumpserit, ut scrutetur debitus ordo perfectionis sacramenti, secundum Thom. supra ad 4. licet aliter dicant quidam: hæc tamen opinio S. Th. probabilior est.

16 ¶ Si aduertit quando sumit calicem, quod est aqua, antequam deglutiatur, debet expuere in calicem & extracta particula hostiæ de aqua, aquam reponat in sacrario, & accipiendo aliam hostiam & vinum, iterum cōsecret ut dictum est. Particula verò sumatur postmodum, si non timetur de vomitu, alias ponatur cum reliquiis, licet quidam dicant, quod debet comburi, & cineres in sacrario reponi, quod videtur esse immane sacrilegium, ideò melius est quod dicit Tho. ibi s. quod ponatur cum reliquiis, pro maiori reuerentia.

17 ¶ Si ante consecrationem aduertit non esse hostiam, ut quia à vëro est rapta, vel quia nō est triticea, vel quia est marcida, &c. tunc ea reiecta aliam accipiat, & sequatur vbi dimiserat, secundum Thom. & Arc. Flo. secundum autem Pet. de Pal. & Ric. reincipiat à canone. Quod si aliam bonam habere non potest, totum deferat, quia non posset sic perficere sacramentum. Nam sacramenti perfectio necessaria est.

18 ¶ Si percipit defectum hostiæ post sumptionem sanguinis, secundum Ar. Fl. & mentem S. Th. rursus ponat nouum panem, & vinum, & iterum consecret, incipiendo à Te igitur, vel secundum alios à Qui pridie, si tamen hoc percipit ante datam benedictionem, quia si post perciperet, non esset perficere, sed iterare, secundum Arc. Flo.

Si verò non posset aliam hostiam habere, nihilominus sumat sanguinem, ne calix remaneat inassumptus, secundum Ros. ver. Eucharistia. §. 3.

19 ¶ Si post sumptionem hostiæ, & ante sumptionem calicis percipit hostiam non fuisse conuenientem, secundum communiter doct. non obstante, quod non sit ieiunus, accipiat aliam hostiam debitam, & incipiat ibi, Dominus Iesus, qui pridie quam &c. vsque ad, Simili modo, &c. & postea aliis omissis sumat eam, & inde proficatur vbi dimisit, ut etiam d. Ang. verbi. Missa. §. 15. & hæc opin. melior est, ut sacramentum sit perfectum.

20 ¶ Si sacerdos post consecrationem, non recolit se dixisse

xisse verba consecrationis, vel alia necessaria ad hoc sacramentum, secundum Thom. supra artic. ult. ad 5. propter hoc non debet mentem conturbare, quia multa dicuntur, quorum memoria non remanet, & presertim si est consuetus dicere bene consideratè. Si verò certificetur se omississe aliquid de necessariis, vt sunt formæ, resumatur à forma consecrationis, & sequatur cætera, vt dictum est, in defectu materiæ, ne mutetur ordo sacrificij. Sed propter alia dimissa non necessaria, non credo esse reassumendum, ne mutetur ordo sacrificij, sed esse proseguendum missam, secundum ordinem.

21 ¶ Si hostia consecrata caderet in calicem aliquo casu, ob quod sacerdos non posset debito ordine perficere, & procedere, non propter hoc debet iterare cum alia hostia, sed proseguere cum illa: quia hoc non est de necessitate sacramenti, sed in significatione. ex S. Tho. supra ad 6. Ideo proseguatur vsque in finem celebrationem.

22 ¶ Si sanguis per negligentiam, vel aliam causam effundatur, vel euomatur, vel hostiæ consecratæ marcescant, vel aliter peant ex causa sacerdotis, quid sit agendum, vide de c. d. i. c. Ex decreto, & c. Si per negligentiam. d. 2. & S. Th. supra ad ult. Hi autè, ex quorum negligentia hæc accidunt, mortaliter peccant, quoniam in re tam excellentissima, diligentissimam curam habere tenentur. Quod si animal, quod comedit hostiam consecratam, potest capi immediate exenteretur, & accepta hostia reponatur in honesto loco donec naturaliter consumatur, & nullo modo comburatur, quia esset immane sacrilegium, ne proiciatur in piscinam: animal autem comburatur, cuius cineres ponantur in piscinam, quia quandiu sunt ibi species panis, est ibi verum Christi corpus, cui summa reuerentia debet exhiberi. Et si aliquis esset ieiunus, & vellet illud sumere, esset laudandus, vt dicit Pet. de Pal.

23 ¶ Si sumpto sanguine, remanet particula hostiæ in fundo calicis, apponatur digitus, & trahatur ad labium calicis, & sic sumatur, vel apponatur vinum, & simul cum eo sumatur, primum tamen est melius. Si autem adhereat palato, resumat vinum, & cum eo deglutatur, vel cum digito remoueat, primum tamen est honestius. Fractio, & figura, non etiam nocent consecrationi, propter tamen scandalum plebis, debet esse hostia non fracta, & rotunda.

24 ¶ Si vinum congeletur in calice ante consecrationem, debet

debet liquefieri si potest, & sic consecrari, vt sit actu potabile, si autem congelatum consecraretur, erit consecratum, quia non differt ab alio non congelato specie, sed tantum qualitate.

25 ¶ Missam celebrare licet tantum semel in die regulariter, pluries tamen aliquando secundum Thom. 3. par. quæst. 83. artic. 2. vt in natiuitate domini dicuntur tres missæ, quarum vna tantum ante auroram dici potest: Post autem simul omnes tres possunt dici, de cel. miss. ca. Soluisti. Aliquando licet plures celebrare propter necessitatem, de cel. miss. c. 1. & secundum Thom. supra, ad 5. non tamen pro auaritia, vel adulatione, sed vel pro communicando infirmo, quando aliter fieri non potest, vel quando occurrit subito sepeliendus, qui secundum consuetudinem non est sine missa sepeliendus, tunc potest dicere sacerdos vnã missam pro viuus, alteram pro defunctis, quando aliter commodè fieri non potest (hoc tamen hodie amplius non seruatur.) Vel quando in die festo peregrini adsunt, volentes audire missam, & aliter fieri non potest, vel propter benedictionem nuptiarum, vbi consuetum est sine missa non benedicere, vel quando quis habet duas ecclesias commendatas vel vnã commendatam, & aliam intitulatam, & propter paupertatem non potest habere vicarium, vel aliter supplere, quia quilibet populus vult missam in sua ecclesia, vt in c. 1. 21. q. 1. & cap. Dudum, de elec. vel quando eodem die occurrunt duæ missæ dicendæ, vt vna de festo, alia de feria, & non adest alius sacerdos potens supplere, vel quando aliqua magna persona, vt episcopus, Comes, & huiusmodi qui solent missam quotidie audire, adest. Idem dicendum de aliis, etiam non magnis, quando in die festo veniunt, & tenentur audire missam, & aliter fieri non potest. In dictis ergo casibus, potest sacerdos bis celebrare, & non plus, & quod sit ieiunus, id est, quod non acceperit ablutionem, neque purificationem solitam recipi.

26 ¶ Si quis communicauit in aliqua die, & superueniat periculum de perditione hostiæ consecratæ, si sit ieiunus, potest illam sumere, at. in cap. Tribus. de con. dist. 2. reliquias autem potest sacerdos etiam post ablutionem sumere, quia non possunt faciliter seruari, & ex eo quod in vna celebratione incontinenti hoc fit, etiam post ablutionem immediate reputatur ieiunus, per ea quæ not. in c. Olim, el. 1. de restit. spolia. in Gloss. Item quia præceptum de ieiunio est propter

reue-

*Quando
liceat di-
cere plu-
res missas.*

reuerentiam sacramenti, sed recipiendo reliquias, ne perdantur, est maior reuerentia, quam sic relinquere, igitur est licitum. Non autem sic de eo, quod non celebrando communicat, quia post ablutionem, non potest reliquias sumere, & qui semel celebrauit, licet post ablutionem, possit reliquias sumere, (vt diximus) non tamen iterum celebrare, vel aliam hostiam consecratam sumere, quia ritus ecclesie solueretur.

27 ¶ Non quilibet sacerdos omni die tenetur celebrare, per cap. Quotidie, de con. d. 2. qui tamen curam animarum gerunt, tenentur saltem in festis de precepto celebrare, vel celebrari facere, vt satisfaciant populo, art. cap. 1. de celebratio. missæ. An autem non legitime impeditus nunquam celebrans, maxime in solemnitatibus, in quibus consueuerunt deuoti communicare, mortaliter peccet, supra, ver. Communio. §. 14. Vide Thom. 3. par. q. 82. ar. vl. & 4. sent. d. 13. q. 4. ar. 2. quol. 1.

28 ¶ Si quis instituitur in aliquo beneficio, vt quotidie celebret, non tenetur sic institutus ad quotidie celebrandum, secundum Pan. in c. Significatum, de præb. & c. Consului, de cel. mis. debet intelligi, quod celebret quanto frequenter potest salua sua honestate, & debita deuotione sacramenti. Similiter dic, si institueretur ad dicendum peculiarem missam, vt de mortuis, vel aliter, & hoc quotidie, hoc non obstante, potest & debet celebrare de feria, quando occurrit, per c. Quidam, de cel. mis. Secus quando instituitur, vt quotidie celebret in tali capella, quia tenetur vel ipse celebrare, vel supplere per alium. Si potest aliter obligationi, & promissioni non (vt debet) satisfacit.

29 ¶ Quilibet tenetur omni festo de precepto audire missam si potest, nisi magna necessitas eum excuset. c. Missas, de con. d. 1. & cap. Omnes fideles. Et hoc de precepto ecclesie, nisi tales essent excommunicati, interdicti, vel legitime impediti: Aliis autem diebus non tenentur, non obstante c. Solet, de con. d. 1. & c. si. de priui. in 6. quia non obligant ad preceptum, sed hortantur ex honestate.

30 ¶ Legitima impedimenta sunt in particulari, vt elicitur ab Ar. Flo. & aliis doct. custodia infirmorum, qui sine periculo notabili relinqui non possunt, ipsa infirmitas, ob quam infirmus sine periculo exire non possit, custodia puerorum, qui sine periculo relinqui non possunt, arduum negotium, quod esset relinquendum propter auditionem missæ, officiales,

ciales, castellani, seruitores dominorum, & seruitrices, Domini, & consiliarij, qui vrgentibus causis tempore missæ sunt occupati, puellæ nobiles quando prohibentur à parentibus, quos etiam rationalis causa in hoc excusat, vt si propter honestatem, vel periculum hoc faciant. Viduæ etiam si per aliquot dies secundum laudabilem consuetudinem in domo clausæ maneant, secus quando hoc fieret per menses: coniugatæ, quæ sine virorum scandalo ire non possunt, vel turbatione familiaræ, si non præparent prandium, & huiusmodi. Debent tamen Domini & patroni seruis, & ancillis suis, dare tempus eundi ad missam, quantum possunt. Itinerantes, si commodè non possunt audire, vt quia societas noluit expectare, vel nauis voluit recedere, & huiusmodi, & solus eundo erat in periculo, vel propter latrones, vel propter expensas, quas à sociis habebat, vel huiusmodi. Mulieres etiam pauperulæ, non habentes vnde decenter vestiantur, & quæ exeuntes ad missam sic deriderentur, & breuiter, quotiens quis missam dimittit, propter aliquos, quod rationale iudicatur, secundum rectum iudicium, remoto contemptu excusatur à mortali. Vt sunt custodes portarum, rerum, domus, & huiusmodi, qui libenter irent ad missam nisi prædicta obstarent. Reliqui autem omnes vsu rationis habentes, tenentur, si sciunt, vel commodè scire potuerunt hoc preceptum secundum Pet. de Pal. In huiusmodi discretus confessor audito pœnitente iudicabit.

31 ¶ Tota missa à principio vsque ad benedictionem debet audiri, in d. c. Missas, & quia modicum pro nihilo reputatur: capite re vera, de con. d. 2. qui medicum dimittere, vt introitum vel huiusmodi, vel quia occupatur quis in mysteriis missæ, non agit contra preceptum, secus si dimittit partem notabilem: secundum Arch. Flor. vt esset Euangelium, vel tertia pars missæ, & huiusmodi. Neque necesse est auribus propriis audire verba, licet sit benefactum, sed sufficit præsentem ibi esse, & vacare pro illo tempore his quæ dicuntur, quia sic intendit, & quod non se occupet in aliis pro tunc. Nec necesse est, quod audiatur in propria parochia, vel alia ecclesia, sed vbicunque audiatur, satisficit. Similiter satisficit, siue quis audiat missam quæ deberet de eo, de quo fit officium: dic vt est ar. cap. Quidam laicorum, de cel. mis. & ibi Pan. siue audiat alia, licet quidam teneant oppositum, & malè, quia d. c. Missas, & c. Quidam non loquuntur de necessitate

*Conc. Tri.
decreuit
vt sacer-
dotes mo-
neant suos
fideles, vt
saltē die-
bus Do-
minicis,
& maio-
ribus fe-
stis ad
suas pa-
rochias
accedant.
Vide Ses.
6. in fine.
Notēt hic
sacerdo-
tes, &
bene.*

cessitate de propria missa, sed de congruitate. Et Pan. etiam ibi in d.c. Quidam & Arch. Flor. dicit quod non tenetur, & si forte contra prædicta esset aliquod ius per contrariam consuetudinem abrogatum est.

32 ¶ Missa de sancto aliquo ita prodest defunctis, ac si de mortuis diceretur, quo ad sacrificium, quo autem ad orationes, magis prodest ea, quæ pro defunctis est: tamen huic defectui, facit satis maior deuotio, vel affectio eius, qui missam de sancto celebrat, secundum Thom. 4. sent. dist. 45. quæst. artic. 3. quol. 1. art. 5. Vnde non est benefactum relinquere missas ordinarias, quando debent dici, pro missis mortuorum.

33 ¶ Si sacerdos est celebraturus pro aliquo, vel aliquibus dummodo non fecerit promissionem alicui de merito totius illius missæ, & superveniat alius, vel plures, rogantes celebrari pro animabus suorum defunctorum, potest omnes acceptare, & valet pro omnibus secundum deuotionem offerentium. Nam offerentes eleemosynam, & rogantes offerri, dicantur offerre & ipsi sacrificium, & in hoc sensu potest intelligi c. Non mediocriter, de conse. 5. Debet ergo sacerdos esse cautus, vt nulli promittat specialiter, sed dicat, rogabo pro eo, &c. Hoc secundum mentem Sil. ver. Missa primo, circa si. idem videtur sentire sum. Ang. ver. missa. §. 52. quo ad meritum speciale. Quomodo missa concubinarij non possit audiri, supra, Clericus. §. 13.

34 ¶ Missa boni sacerdotis orantis etiam in persona ecclesiæ, vt eius instrumentum, plus valet quàm mali ad impetrandum gratiam, quanto enim melius est instrumentum, tanto melius efficitur. Quò autem ad sacramentum æqualis est, licet aliqui dicant contrarium. Primum tamen est secundum Thom. 5. sen. di. 13. q. 1. art. 1. quol. 5. & ratio, quæ huic adducitur est optima.

35 ¶ Si sacerdos tribus sigillatim promisit celebrare vnam missam, & postea non celebrat, nisi vnam pro illis tribus secundum Pe. de Pa. non satisfacit, potest tamen secundum eum & Arch. Flo. multis modis excusari. Et primo propter impossibilitatem celebrandi, vt quia oportet ipsum celebrare secundum intentionem prælati. Secundò propter consuetudinem, & maximè si talis scit consuetudinem. Tertio si in aliis suffragiis satisfacit, vel si haberet tantum affectum ad quemlibet trium, sicut ad vnum tenetur habere, vel sequendo superiorem opinionem. Et si promisit celebrare in vno loco,

loco, vel de Spiritu sancto, vel aliter, & non facit, infideliter agit, & non satisfacit.

36 ¶ Sacerdotes, qui sunt de aliquo collegio debent celebrare secundum intentionem præsentis, qui est dispensator onerum, & commodorum, & potest dare licentiam alicui vt celebret pro aliquo amico suo, ex rationabili causa.

37 ¶ Qui celebrat, vt Deus aliquem perdat, mortaliter peccat. Arch. in c. Quicunque. 26. q. 5. nec nocet illi hoc sacramentum, cum de natura eius sit prodesse, vt est, art. 1. q. 2. cap. Si autem Deus. Posset tamen excusari à mortali, si talis esset inimicus reip. vel talis, cui tale malum iustè posset imprecari, & non faceret liuore vindictæ, sed pro iustitia, vel bono communi seruando.

38 ¶ Missa non debet dici nisi pro his, qui sunt membra Christi, vt pro viuis, & mortuis in charitate existentibus. ca. Visum. de con. di. 1. & Tho. 3. par. q. 79. art. 6. ad 2. aliis autem non prodesset. Pro his, qui sunt in gloria celebratur, ad honorem, & gloriam eorum, vel pro solatio viuorum.

39 ¶ Audiens missam de præcepto, non potest simul dicere aliquam aliam orationem, vt officium, ad quod tenetur sub præcepto, quia cum sint duæ obligationes, duo tempora distincta requirunt, supra, festum. §. 11.

40 ¶ Religiosis præcipitur in cle. religiosi, de priui. ne dicant verba infamatoria, vel falsa, ne laicos à frequentia ecclesiarum suorum prælatorum, vel accessu retrahant, sub interminatione anathematis. Missam celebrantes omissionis tot peccata habere possunt, quot sunt requisita, ad eius celebrationem: quæ volentem celebrare scire oportet, ne omitendo peccet.

DE MISERABILI PERSONA.

1 Miserabiles persone quæ sint & à quibus excusentur.

Miserabiles personæ sunt, quæ per se possunt causam promouere. cap. 1. de postu. & sunt secundum Pan. in cap. Licet, de cen. cæci, pauperes, pupilli, viduæ, & morbo laborantes, qui possunt ab Ecclesia auxilium implorare, quando nimis in collectis grauantur: in cap. Significanti- bus. de offi. del. & ibi Panor. Excusantur autem hi à muneribus personalibus secundum eundem Pan. in d.c. licet. Non autem à realibus ordinariis, nisi principes velint eã remittere. C. de vaca. mu. & de mune. patri. quasi per totum. Pro miserabili persona, constitutus in sacris potest aduocare, etiã in foro seculari.

seculari. Abb. in c. i. de postula. Facit, quod not. in c. Ex tenore, de foro compe.

DE MODERAMINE.

1 *Moderamen inculpatæ tutelæ quid sit.*

Moderamen inculpatæ tutelæ est, quando id fit, quomisso, iniuria repellere non potest. Non enim imputatur alicui, quod facit, si aliter se defendere non poterat, & iniuriam repellere. l. scientia. §. quod cum taliter. ff. ad leg. Aquil. quod considerabitur ad arbitrium boni viri, pensatis circumstantiis, scilicet modo, qui est circa qualitatem armorum. Non enim debet resistere cum armis, si sine armis inuaditur, vel si venit cum pugno, non debet baculo percussu, unde potest talibus uti, quæ sufficiant ad repellendum, & non plus. Considerandum est etiam moderamen in cursu temporis, ut quando inuaditur persona, antequam quis percussatur, potest incontinenti inuadentem percutere, ut euadat percussorem, & iniuriam, & magis dicitur repellere iniuriam quam inferre, & sic intelligitur Glo. in l. ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. & Bar. ibi. Si autem iniuria iam est facta, non est licitum percutere etiam incontinenti, quia non est defensio, sed vindicta quæ non est permessa singulis, sed iudici, nisi timeretur geminata percussio, secundum Inno. in c. Olim, de rest. spol. Si verò violentia rebus inferretur, debet repellere incontinenti, licet iam sit facta iniuria, quia hæc non est vindicta seu defensio. Item consideranda est causa, ut scilicet, fiat ad defensionem, & non ad ultionem: & hæc defensio manualis, quia naturalis est per aliquam legem, vel iudicem tolli non potest. Secus de ea, quæ est de lege positiua aliquo modo, ut sic, vel sic appellare.

DE MOLLITIE.

1 *Mollities quid sit, & an peccatum.*

Mollities, quæ est idem quod peccatum pollutionis, contra naturam voluntariè, siue fiat sine instrumento, siue cum instrumento proprio, vel alieno mortalis est, sicut & ipsa pollutio de qua infra. Pollutio, per totum. Est, & mollities alia opposita perseverantiæ, qua homo adeo est deditus delectationibus, ut non solum à contristantibus, verum etiam à tollentibus delectationem abducatur, ut viam virtutis deserat, & quia contra rationem, ideo peccatum est.

DE

DE MONACHO.

- 1 *Monachi in quibus à conuersis differant, quique illi sint.*
- 2 *Monachorum nomine in materia odiosa qui veniant.*
- 3 *Monachus fieri an possit canonicus regularis.*
- 4 *Monachus fieri non potest canonicus ecclesie secularis.*
- 5 *Monachus ad nullam dignitatem ecclesie secularis promoueri potest, nisi sit episcopalis.*
- 6 *Monachus in ecclesia vbi monachi collegialiter habitant curam animarum habere non potest.*
- 7 *Monacho in diuersis monasterijs locum habere non licet.*
- 8 *Monachus si deputetur alicui ecclesie, an relinquere possit, substantialia regula.*
- 9 *Monachus si dispensatione indigeat, ad quem recurrat.*
- 10 *Monachis quæ prohibeantur.*
- 11 *Monachus comedens carnem, an peccet mortaliter.*
- 12 *Abbas an teneatur ex contractu monachi.*
- 13 *Abbas, vel monasterium an teneantur pro facto rei depositæ apud monachum.*
- 14 *Monasterium an teneatur pro delicto monachi.*
- 15 *Monacho si relinquatur aliquid conuertendum in usum pauperum, an valeat.*

Monachi differunt à conuersis, & oblati, secundum Pa. in cap. Non est, de regu. quia conuersi sunt, qui offerunt se, & sua, mutando habitum, & profitemdo, laici tamen sunt, quia non promouentur ad ordines. Oblati verò sunt, qui se, & sua offerunt monasterio habitu non mutato. Et secundum Glo. in cap. ut lex. 27. q. 1. isti conuersi, & oblati, magis astringuntur monasterio, quam monachi. Quia etiam causa arctioris religionis, non possunt ad alia monasteria transire, quamuis à superiore licentiam petant, quia efficiuntur quasi ferri monasterij. Monachi verò hodie sunt proprie, qui habitum mutant, profitentur, & ad ordines promouentur. 19. q. 1. in multis capitulis.

2 ¶ *Monachorum nomine, in materia odiosa, non veniunt alij religiosi, ut patet in cle. i. de sta. mo. vbi textus, postquam excommunicauit monachos, subiungit, aut canonicos regulares, quod frustra fuisset appositum, si nomine monachorum venirent omnes religiosi. Pan. vero, in c. Ex parte de postu. dicit, quod constitutio emanans respectu religionis, licet loquatur, de monachis, ad omnes tamen religiosos extenditur, nisi possit diuersitatis ratio assignari, & hoc in omni materia. Primum tamen videtur melius, quia ibi non*

D d

appa

apparet specialis ratio differentiae, & tamen nomine monachorum non includuntur canonici regulares, &c.

3 ¶ Licet ordo monachorum sit atctioris obseruantie quam canonicorum regularium, vt dicit Tho. secunda secundae q. 189. art. 8. ad. 2. Tamen si monachi essent laici, liceret eis transire ad ordinem canonicorum talium, non econtra c. mandamus. 19. q. 3. Si autem monachi sint ministeriis obsequentes, nō licet transire ad dictos canonicos. Bene tamen econuerso petita prius superioris licentia cap. Statuimus. 19. q. 3. & d. cap. Mandamus. Quomodo regulariter possint transire, infra Religio. §. 14.

4 ¶ Monachus non potest fieri canonicus Ecclesiae secularis cap. In noua. 16. q. 7. extra de elect. c. Cum causam. Idem dic de religioso, per allegata.

5 ¶ Monachus, vel religiosus, non possunt promoueri ad aliquod beneficium, vel dignitatem ecclesiae secularis, nisi sit episcopalis, secundum Pa. in cap. Quod Dei, de sta. mon. neque ad canonicatum, vel ad aliud simplex beneficium, in ecclesia collegiata. cap. Super eo, de reg. Nec in hoc Episcopus potest dispensare, secundum Car. in ecclesia autem non collegiata secundum Pa. potest eligi, vt sit praepositus, non autem secundum Host. nisi dispensatiue. Si autem ecclesia sit cum cura, potest religiosus de iure communi promoueri, vt communiter tenetur, secundum Host. Ioan. An. & Cal. ab episcopo sine dispensatione, & hoc sequitur Feli. in consilio 131. Domini tamen de Rota tenent quod requiratur dispensatio. Vide nihilominus tex. cum Glo. in c. Parochia. 16. q. 1. & text. in d. cap. Quod Dei, qui dicit quo monachi possunt promoueri, ex quo videtur quod nō indigeant dispensatione.

6 ¶ Monachus non potest habere curam animarum in ecclesia vbi monachi collegialiter habitant, secundum Pan. in cap. 1. de capel. mon. sed debet Episcopus, capellanus instituere, qui populum de consilio monachorum regat.

7 ¶ Monacho non licet locum habere in diuersis monasteriis. cap. si. de reli. domi. nisi vnum monasterium sit sub alio, nec potest praefici in diuersis monasteriis, nec pluribus ecclesiis curam animarum habentibus, nisi vnum ex alio pendat, lib. 6. de praeb. c. Cum singula, vbi ponitur poena committentibus monacho praedicta, & alias administrationes consuetas non eiusdem monasterij, &c.

7 ¶ Monachus, vel religiosus deputatus alicui ecclesiae, tenetur

netur ad substantialia suae regulae, vt ad tria vota ad deferendum habitum, etiam si sit episcopus, nec debet portare rochetum. cap. Clerici, de vi. & ho. cle. & tenetur abstinere ab esu carniū, sicut ante, nisi dispenseretur, secundum Gof. allegantem c. Quisquis. dist. 41. Ab aliis autem, quae officium suum impediunt, absoluitur, non autem ab his, quae non impediunt, imō magis iuuant, non absoluitur, & sic intelligitur. cap. Monachum. 20. q. 1. & cap. Nemo. 16. quaest. 1. quando vero, & quomodo eximatur ab obedientia abbatis, vide ca. Vnicum. 19. quaest. 1. & cap. Parochia. 16. quaest. 1. & cap. Sane. cap. Visus. 16. quaest. 2. Vide Tab. ver. Monachus. §. 5.

9 ¶ Si talis dispensatione indigeat, ad illum recurret sub cuius iurisdictione ecclesia sua subiecta est, sine sit abbas, siue episcopus, vel Papa, quanquam si sit exempta, & ipse secum poterit dispensare, sicut alij praelati exemptorum, vt dicunt quidam rationabiliter, & eligere sibi confessorem.

10 ¶ Monachis multa prohibentur, in cle. ne in agro dominico, de sta. mo. & in c. Ad monasterium, &c. In singulis eod. tit. vide ibi, si opus est, & sunt decem, videlicet, deferre habitum secundum formam. Omni mense confiteri, & eucharistiam suscipere, exponatur regula ab aliquo, &c. Non vti camillis, Seruare silentium certis horis, & locis, Facere capitula triennia, & interdicitur aucupatio, & venatio, non ire ad curias, mandatur, non tenere arma, non comedere carnes, infra religio. §. 12. Tho. quol. 9. art. 4. Multa alia prohibentur eis in sua regula, & ordinationibus suis, quae videndae essent.

11 ¶ Monachus comedens carnes non peccat mortaliter, nisi propter praepceptum, vel contemptum, licet dicatur in canone, quod incarceratur, quia intelligitur de monacho contumaci, vel inobedienti, infra Religio. §. 12. Vide S. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 9. vbi rationem horum scribit.

12 ¶ Ex contractu monachi, qui commissa est administratio tenetur Abbas, & monasterium, in quantum se extendit administratio, secundum Inno. aliter non, nec ipse monachus tenetur, quia nihil habet, Tamen omnis actio per monachum acquisita, etiam si sit fugitiuus, ad monasterium pertinet. ff. de acqui. pos. leg. quia quicquid acquirit monachus monasterio acquirit, sibi autem nihil, cum proprium habere nequeat.

13 ¶ Abbas nec monasterium, tenentur pro furto rei depositae alicui monacho, nisi Abbas fuisset in causa, vt quia

vidit & potuit facile prohibere, & noluit, vt credit Innoc. Dicit tamen Host. quod licet Abbas videat res auferri, & non prohibeat, licet peccet, nō tamen credit ipsum vel monasterium teneri, ex quo fuerunt penes personam monacha. ca. 1. de po. Et hoc credo verius, nisi fuisset talis persona, quæ hoc prohibere debuisset.

14. ¶ Monasterium non tenetur pro delicto monachi, vel Abbatis nisi pro quanto versum est in eius vtilitatem, secundum Inno. & Host.

15. ¶ Si monacho relinquatur aliquid conuertendū in vsum pauperum, quod licitum est: de testa. cap. 2. lib. 6. Vel pro vsum vestimentorum, vel librorum, vel huiusmodi valet. Abbate consentiente, aliter non. Et si relinquatur, vt administrat, prout sibi placet, tanquam res propria, non poterit habere, etiam de licentia Papæ, per d. capit. Ad monasterium. Quod si Abbas nolit consentire ad suscipiendum dictam administrationem, relictum non valet, & remanebit apud grauatum. leg. vnica. C. de cad. tol. Abbas autem poterit auferre talem vsum fructum, in quo tenuit legatum, à monacho, per cap. 2. de statu. mō. Cautela autem eius, qui vult quod monachus habeat, vsum fructus esset, si sic diceret. Legotibi vsum fructum talis rei, donec & quousque molestabitur per suum Abbatem, quo casu nolo amplius, quod habeat, secundum Paul. de Cast. ff. ad Trebel. leg. Lucius. §. tres hætedes. Quomodo bona ingredientium religionem pertineant ad monasterium: infra, Religio. §. 17. 21. & 22. Quid sciendum de bonis relictis illis religiosis, qui nihil habere possunt. Vide auri. ingressi. C. de sac. sanct. eccl.

DE MONASTERIO.

1. *Monasterium an noua consuetudine grauari possit, seruitio, vel onere.*

2. *Monasteria monialium frequentans, qua pœna puniatur. 24.*

Monasterium non potest noua consuetudine grauari, seruitio, vel onere, nisi à patrono in principio, de Episcopi consensu, in cap. Sit imposira. Non tamen in dote necessaria, sed in aliis à dote. cap. Scientes. de censi.

2. ¶ Monasteria frequentans monialium si sit clericus, sine causa manifesta, & rationabili, post admonitionem deponitur, & secularis excōmunicatur. cap. Monasteria, de vi. & ho. cle. Monasteria in quibus sunt masculi, & feminae, qua dicuntur

dicuntur dupla, licita non sunt, vt no. in cap. Diffiniuimus, & c. In decima. 28. q. 2. Moneta, supra, Falsarius, per totum.

DE MONOPOLIO.

1. *Monopolium quid sit, & an licitum sit.*

Monopolium est singularis negotiatio in ciuitate, & damnatur. C. de monopolis. l. vnica. Vnde non licet mercatoribus concordare inter se, vt omnes vno pretio vendant, & non minori, aliquis vendere possit. Neque licet vt vnus solus sit venditor, vel emptor. Et contrarium facientes peccant mortaliter, propter pœnam exilij, & expoliationis omnium bonorum appositam. Insuper quia hoc est contra iustitiam, & bonum rei. Idcirco tales essent penitus exterminandi è ciuitatibus.

DE MORA.

1. *Moram quis incurrit.*

2. *Morosus an teneatur ad restitutionem damni ex tali mora.*

3. *Mora quomodo purgatur.*

4. *Mora sua cuique semper est nociua.*

5. *Debitor si fuit in mora soluendi, & creditor in mora recipiendi cuius mora noceat.*

Moram incurrit quis, quando non facit quod facere tenetur, & eo tempore, vt not. in cap. vlt. de loca. Et quando dies appositus est obligationi, non requiritur monitio, vt quis constituatur in mora, in d. c. vlt. quia dies pro homine interpellat. Si dies non sit appositus, requiritur monitio, secundum Pa. in c. Licet heli, de sym. & de accu. c. 2. quamuis Glo. in d. c. Licet heli, dicat quod in pecuniariis admonitio est de honestate non de necessitate, infra §. 2. Obligatio. §. 5.

2. ¶ Morosus tenetur ad restitutionem damni emergentis ex tali mora ipsi creditori, & lucri cessantis. Et not. quod nō dicitur esse in mora, qui potest se rueri legitima exceptione per regulam, non est in mora. de reg. iur. lib. 6. Ignorantia autem quando quis tenetur, & impossibilitas, excusant à morositate, per l. quod te. ff. de re. cre. & quando nō fuit monitus, secundum Lud. de Romanis.

3. ¶ Mora purgatur ex celeri solutione, ante factam requisitionem, vt no. in d. c. vlt. Not. quod mora, & culpa æquiparantur, nisi in hoc, quod mora est purgabilis. l. seruum. ff. de Mora verb. oblig.

4. ¶ Mora sua unicuique semper est nociua. Propterea si quis est in mora restituendi aliquid, & casu etiam fortuito pereat, nocet

nocet moroso, nisi clarum sit quod eodem modo apud dominum periisset, per l. fin. §. 1. ff. ad leg. Rod. de iac. Si autem dubium est, non liberatur debitor, quia interpretatio fit contra eum. l. cum res. ff. de leg. 1. §. fin.

¶ Si debitor fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiendi, vel econtra, ultima mora nocet leg. debitor. ff. de usur. & fruct. Mora semel commissa purgari non potest, quando dies praefigitur à lege, vel canone, poenam imponente, ut dicit Io. An. in regula mora in vi. de re iur. quia poena semel commissa non purgatur. Et sic intellige iura dicentia moram non purgari, de elect. c. In cunctis, nisi in eodem canone caueatur, quod mora possit purgari, & poena vitari, & ita iura contraria, quae videntur velle, quod purgari possit, ut c. 1. d. 18. & d. 100. quoniam, & de sup. neg. prael. c. Literas, intelligantur.

DE MORTVO.

- 1 Mortuum spoliare peccatum est.
- 2 Mori pro salute proximi quando quis teneatur.
- 3 A moriente petere, ut post mortem veniat, & informet de suo statu, an sit peccatum.
- 4 Exponere se mortis periculo pro salute personae, per quam ecclesia, vel respub. sustentatur, laudabile est.
- 5 Mors illata etiam pro criminibus, an auferat totam poenam peccati, vel partem.
- 6 In articulo mortis qui esse dicatur.

Mortuum spoliare, peccare est contra legis prohibitionem. leg. 3. ff. de sepul. viol. quia spoliatores mortuorum latronibus comparantur. 4. lib. Ethicorum.

¶ Mori pro salute proximi, quando adest articulus necessitatis, quilibet tenetur esse paratus, quia ad hoc cogit charitas, supra Episcopus. §. 3. & 4.

¶ Non est peccatum petere à moriente, ut post mortem veniat, & de suo statu informet, secundum Tho. quol. 4. q. 19. artic. 6. secundum tamen diuinum iudicium. Esset tamen peccatum, si hoc procederet ex dubitatione fidei, vel ex alia iniusta causa. Magis enim scripturis sacris quam mortuis credere tenemur, ut ex euangelio Luc. cap. 16. colligitur.

¶ Exponere se mortis periculo pro salute personae, per quam ecclesia, vel resp. sustentatur, laudabile est secundum Thom. 2. 2. q. 33. artic. 6. Et nullus est à morte eripiendus, contra iura, secundum Tho. secunda secundae quaest. 10. art. 2. ad 2.

¶ Mors

¶ Mors illata etiam pro criminibus, auferit totam poenam peccati, vel partem, secundum quantitatem culpae, & patientiae, & contritionis, si patienter toleretur, non autem sic de morte naturali per quam non purgatur quis à peccatis actualibus. secundum Tho. 2. 2. q. 174. arti. 1. ad 7. licet quidam oppositum teneant, & male quia in naturalibus neque meremur, neque demeremur, sic Scotus autem in quarto sent. dist. 21. dicit quod si voluntarie acceptetur, est sufficiens poena pro venialibus.

¶ Isti dicuntur esse in articulo mortis, videlicet, laborans febre continua, obsessus, vbi machinae iaciuntur, obsessus ab hostibus volentibus eum occidere, nauigaturus per loca periculosa, iturus per loca insidiosa, ætate confectus, vel breuiter status cuiuslibet, arbitrio boni viri pensatis debitis circumstantiis, iudicantis talem esse in mortis articulo, & hæc est generalis regula, qua possit quis iudicari esse in articulo mortis, ut possit absolui, &c.

Mortuaria, supra Exequiæ per totum.

Mulier, supra, Foemina per totum.

DE MURMURATIONE.

1 Murmuratio quid sit, & quomodo committitur.

Murmuratio est quædam querela cum impatientia, in his, quæ homo debet patienter ferre, ut dicit quædam Gloss. super illud Sap. 1. custodite vos à murmuratione, & committitur aliquando contra Deum, quando displicet alicui, quod non det prosperitatem, vel mittat tribulationem, vel quod non regat mundum modo nostro. Est etiam contra homines, quando s. quis conqueritur de re iusta, vel iniusta, sed non debito modo, vel non apud eum cuius interest providere. & licet communiter sit peccatum veniale, est tamen quandoque mortale, ut si ex ipsa fiat contra aliquod præceptum, vel propter scandalum, vel huiusmodi. De Poena murmurantium, vide capit. Alienus distin. 90. Hoc vitium coincidit, cum detractione, quamuis murmurationis nomine minus significetur, ut dicit Caietanus.

DE MUTILATIONE.

1 Mutilare se vel alium an liceat.

Mutilare se vel alium, est illicitum, secundum Tho. 2. 2. q. 65. artic. 1. & peccatum ex se mortale, quia notabile nocumentum infertur sibi, vel proximo, quod est contra charitatem, nisi fiat propter sanitatem totius corporis, secundum artem medicinae, vel per publicam potestatem, pro bono

De 4 communi.

Nota.

Nota de illis qui per manus

communi. Mutilare autem est membrum inutile reddere, vel truncare, supra corpore vitiatum, §. 1. Quomodo inducatur propter hoc irregularitas, supra Irregularitas, §. 2. & 4. Et corpore vitiatum, §. 2.

D E M U T U O.

1 *Mutuum quid est.*

2 *Mutuare quando quis teneatur indigenti.*

Mutuum est, quod de meo fit tuum. ff. si cert. pet. 2. & consistit in his quæ mensurantur, & ponderantur in d. l. 2. Et hoc sequitur & si res mutuata pereat, etiã casu fortuito, periculum manet apud eum, qui mutuum accepit. l. in cediũ. C. si certũ petat. Res enim si pereat, perit illi cuius est. Secus quando consignatur pecunia in bursa, tunc non est mutuum, sed depositum. ff. si certum per. l. si ab initio.

1 ¶ Habens pecuniam sibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat, si non mutuat indigenti petenti, secundũ Sco. in 4. quia facit contra præceptum naturæ, & Christi. Luc. 6. Intelligit tamen primito quod sit tutus de retrahendo tempore opportuno. Secundo in indigentia citra necessitatem, vel decentiam. Si autem esset extrema necessitas, debet commodare, etiam si non esset tutus de rehabendo. Si enim tenetur tunc subvenire, multo magis mutuare. s. Elec. mosyna. §. 3. Vide j. Vltura, quando non licet per totum.

D E N A V F R A G I O.

1 *Rapiens res naufragij mortaliter peccat.*

2 *Rapiens de naufragio rem, quæ sine illo non fuisset salva, restituere teneatur.*

Rapiens res de naufragio, siue in mari siue in litore, siue in aqua, mortaliter peccat, quia contra iustitiam agunt, & proximum notabiliter offendunt in bonis, & tenentur restituere. l. Si quis ex naufragio. ff. de incen. tui. & naufr. nec aliqua consuetudo potest excusare, quia sit furtum. ff. de æq. re. do. l. qua ratione, in fi. Et si talis sit prælatus, vel clericus, debet deponi. c. Dilecti, el. 1. de accusa. si laicus, debet excommunicari, si non restituat, vel est excommunicatus, de rap. cap. Excommunicationi, supra, Excommunicatio septuagesima octava: intellige de spoliatis eos qui ex iusta causa nauigant, secus de piratis, & hostibus fidei, qui nomini Christiano inimicantur. C. de fur. In aut. nauigia.

2 ¶ Rapiens

1 ¶ Rapiens de naufragio rem statim perituram, vt zacharum, vel huiusmodi, quæ sine illo non fuisset salva, si sine quocunque vitæ periculo hoc facit tenetur restituere: quoniam ad hoc agendum charitas fraternã illum vrgebat, debet tamen habere laboris sui præmium. Si vero cepit cum qualicunque vitæ periculo, & patronus aliter non erat habiturus, quia perisset, non tenetur restituere, quia cum tali periculo non tenebatur suffragari domino. Si autem patronus alia via verissimiliter erat rehabiturus, licet mortis periculo se exposuerit, restituet, & laboris sui mercedem accipiet, ad arbitrium boni viri. In illo enim casu non habebatur pro derelicto. Si autem fieret statutum, vt rapiens de naufragio tantum lucrarentur, teneret, quia sit in fauorem naufragantium, & rapiens tunc deberent habere mercedem taxatam. Si quis autem prædicta iactata in mari, vel sponte, vel per naufragium inueniatur a casu tenetur restituere, nisi haberentur pro derelicto. secundum gl. in c. Cum dilecti. de accu.

D E N E C R O M A N T I A.

1 *Necromantia quid sit, an sit mortale peccatum.*

Necromantia, quæ importat diuinationem per dæmonem repræsentantes mortuorum personas, mortale peccatum est, quia ibi est dæmonum invocatio, & societas, quæ sine mortali esse non potest, supra Incantatio. §. 1. j. Superstitio. §. 3.

D E N E G L I G E N T I A.

1 *Negligentia quando sit mortale peccatum.*

Negligentiã in opere exteriori, vel interiori, potest esse mortale peccatum, vel quia negligitur opus necessarium ad salutem, vt confessio, vel huiusmodi, vel contemnitur opus bonum, & sit voluntas cadit a charitate, quia contemptus vbique damnabilis est, alias communiter est veniale, Arch. Flor. in secunda parte, titu. 9. capitu. 3. in fin. videtur velle, quod negligentia, quæ est ex consuetudine sit mortalis, vt puta habens consuetudinem non dicendi officium horis debitis, quæ non sunt de præcepto. Hoc tamen verum esse non teneo, quia licet consuetudo aggrauet, non tamen quod est ex se veniale facit mortale. Posset tamen hoc edictum esse verum, accipiendo consuetudinem, pro contemptu. Et si ita accipit idem Arc. verum dicit.

D E N E G O T I A T I O N E.

1 *Negotiatio multis modis est peccatum.*

Dd 5

2 *Merces*

2 *Merces assureare an liceat.*

3 *Lucrum fortuitum an liceat.*

Negociatio, quæ alio nomine mercantia dicitur, multis modis est peccatum. Primo ex malo fine, vel propter avaritiam, vel alio fine, qui si sit mortalis, etiam ipsa erit mortalis. Secundo ex persona, ut si à clerico, vel religioso exerceatur. supra Clericus. §. 10. & 16. Tertio si fiat diebus festis, exceptis nundinis. supra, Feriæ, vel Festum. §. 16. Est enim opus seruale, quod interdicitur die festo. Quarto ex loco inhonesto. cap. In omnibus d. 81. Neque in ecclesia debet quis negotiari. 16. q. 8. ca. Et hoc diximus, alioquin mortale est. De immu. ecc. c. Domum. decet in 6. nisi magna necessitas excuset, vel honor Dei, aut subuentio cultus Dei, ut debent facere vendentes candelas in ecclesia, qui non debent principaliter lucrum intendere, sed secundario, aliter non possunt. Quinto, si dolose exerceatur cum mendaciis, & periuriis. Sexto, si est reip. damnosa, ut faciunt monopoliones, vel si lucrum quærat immoderatum. Septimo, si negotietur cum habente malam conscientiam scienter, tenetur enim tunc, quam citius potest soluere talem societatem. Si vero non potest, protestetur, quod de illicitis lucris, non vult se intromittere. ar. d. 83. capit. Error, & in prædictis modis, non est necessaria substitutio, sed tantum de consilio, nisi ubi interuenit iniustitia in venditione vel emptione, vel quando quis fuit causa, quod precium nimis cresceret, emendo totum, ut carius venderet, secundum Ro. tunc tenetur læsis, quia ipse dedit causam damni dati iniuste. Cōcor. Sil. in summa, versic. Negotium. q. 1.

2 *¶* Licitum est assureare merces, ut si saluæ veniant assureans certum quid lucretur, ut quinque pro centenario. Si autem pereant, totam mercem soluat, secundum Arc. Flo. nec obstat cap. Nauiganti, de vsu. quia hic non est aliquod mutuum, ut no. Io. Cal. sed hoc si tantum ratione periculi. Idem potest fieri assureando pecunias, quas quis portat, vel quas mutuat quis alteri, quod re habebit. Idem dic in saluo conductu personæ, hoc potest fieri cum lucro, dummodo seruetur promissum, infra, Vsuræ, §. 8. nec est lucrum illicitum, neque turpe, cum ad aliquem bonum finem ordinetur.

3 *¶* De lucro, quod fit, quando aliqui exponunt se fortunæ dicentes, quid vis ponere, quod cras pluet, vel talis infra mensem morietur, & de aliis in quibus tantum est vanitas: dico non esse licitum lucrum, quia non ordinatur ad utilitatem

tem proximi, sicut prædicta assureatio, sed tantum est hic vanitas, ideo illicitum, non tamen tenetur quis ad restitutionem ex hoc, sicut de turpi lucro, quod de consilio debet dari pauperibus. An autem liceat assureate mercatori illum, qui ponit pecunias in societate, quod pecunia sua erit salua & quod lucrabitur quinque pro centenario, vel huiusmodi, infra, Vsuræ. §. 8. Sil. ver. Negotium. q. 4.

DE NEMESI.

1 *Nemesis quid sit, & quando peccatum mortale.*

Nemesis, idest tristitia, quam homo habet de alieno bono temporali, quia talis indignus est hoc habere, ut puta est malus homo, & est diues, vel bene fortunatus, quando se extendit ad arguendam Dei prouidentiam, tanquam iniuste distribuentem bona temporalia, est peccatum mortale, vel si homo propter talē tristitiam ita afficitur, ut velit malos imitari homines, mortale est. Tristari autem de huiusmodi aliquo modo, semper tamen cum Dei reuerentia non videtur peccatum, sed illicitum, sicut de aliquo monstro tristari, supra Inuidia. per totum, & præsertim, si propter aliquem bonum finem fiat.

DE NOMINATIM.

1 *Nominatim quid dicatur.*

Nominatim dicitur, quando alicuius proprium nomen exprimitur, vel quando ita circumstantiæ individuales exprimuntur, ut dubium non sit, de quo dicatur, ut si quis tacito nomine proprio, dicat filium primogenitum Petri de Petro, &c. vel Petrum cum suis fautoribus, de quibus fautoribus, constat notorie, vel cum dicitur talem villam, cum hominibus illius, omnes de quibus constat notorie esse de tali villa, dicuntur nominatim. Vide in cap. Lateranensis de præb. & Pan. ibi, qui nititur concordare. Gl. in ca. Constitutionem, de sen. exc. in 6. & in pœnis requiritur circumlocationes valde strictæ non autem sic in fauorabilibus, in quibus larga fit interpretatio.

DE NOTARIIS.

1 *Notariorum peccata quæ sint.*

Notariorum peccata sunt, si non seruant iuramenta per eos facta, si falsa conficiunt instrumenta in toto, vel in parte, si reprobant acta licita, si occultant, vel lacerant instrumenta protocolla. Hos de mortali in prædictis excusare nescio, nisi secundum quod ignorantia, vel deceptio eorum posset aliquo modo eos excusare, vel quando errant

in aliquo modico sine malitia, nec sunt magnæ importan-
tiæ, infra, Tabellio, per totum. Concordat Caietanus in
summa.

DE NOTORIO.

- 1 Notorium aliud iuris est, aliud facti.
- 2 Notorium iuris quandoque exigit contra negantem probatio-
nem.
- 3 Notorium per duos testes.

Notorium aliquando dicitur iuris, ut cum quis iuridi-
cè est condemnatus, vel confessus in iudicio, vel legi-
timè conuictus. cap. Vestra, & de coha. cle. Aliquando dicitur
facti, ut cum populus est testis, & non est locus dissimulan-
di. cap. Tua. de coha. cle. nec requiritur, quòd omnes de villa
sciant, sed sufficit, quòd sint, 10. graues, & honestæ personæ
quia 10. homines faciunt populum. 10. quæst. 3. cap. Vnio. se.
cundum Gloss. Ray. Aliquando dicitur notorium facti per-
manentis, ut quando quis publicè tenet concubinam in do-
mo. Aliquando dicitur notorium facti transeuntis, ut quia
occidit hominem publicè. Aliquando dicitur notorium fa-
cti præsumpti, ut cum quis tenetur communiter pro filio ra-
lis viri, vel affine, & huiusmodi.

2 ¶ Notorium iuris, quandoque & exigit contra negantē,
probationem. c. Sicut de sen. & re. iu. In notorio facti non re-
quiritur ordo iuris, qui aliàs esset obseruandus. c. Ad nostrā,
el 2. de iur. iur. Facti verò euidencia non indiget accusacione,
c. Euidencia. de accu.

3 ¶ Licet duo testes non sufficiant ad causandum notoriū,
requiruntur tamen, & sufficiunt ad probandum secundum
Panor. in d. c. Vestra. de cohabita. cle. In notorio iuris præ-
sumptio secundum Pan. in d. c. Vestra, iuris ordo seruandus
est. In notorio autem facti, non requiruntur nisi scientia, &
citatio. Immo si constat, quòd nulla defensio possit compe-
tere, citatio non est necessaria, & sic intelligitur. c. Olim de
re. iudi. & c. Venerabilem, de electione.

DE NOVITIO.

- 1 Novitius esse quis possit.
- 2 Novitijs regulariter datur vnus annus probationis. num. 5.
- 3 Professio in quacunque religione facta ante annum pubertatis
non valet, quòd etiam prohibetur abbatibus. num. 4.

6 Noui-

- 6 Novitius semper exire potest sine aliqua pœna.
- 7 Novitius quomodo tacitè efficiatur professus.
- 8 Professio tacita facta ante, vel infra annum probationis an
obliget ad religionem.
- 9 Professus expressè infra annum si non intendebat se obligare,
an possit redire ad seculum.
- 10 Deferens habitum professionis an habeatur pro professo.
- 11 Abbas sine consilio capituli sui non potest aliquem ad profes-
sionem recipere.
- 12 Annus probationis debet esse continuus.
- 13 Novitius debet deferre habitum illius religionis quam vult
profiteri.
- 14 Novitius quando vult profiteri, an certam verborum formam
seruare debeat.
- 15 Qui vult iurare aliquam religionem, non tenetur renuntiare
seculo antequam profiteatur.
- 16 Volens ingredi religionem, si ante ingressum donet omnia sua,
si non profiteatur, an rehabebit omnia.
- 17 Bona nouitij non professi, & donata simpliciter monasterio, si
ibi moriatur, an ibi remanebunt post eius mortem.
- 18 Nouitij an teneantur ad præcepta religionis, & possint puniri.
- 19 Nouitij intrantes religionem animo mutandi vitam, plenariam
omnium peccatorum veniam consequuntur.

Novitius quilibet potest esse qui est rationis capax, &
pubes, & qui potest esse religiosus. cap. per totum 20.
quæst. 1. & cap. Cum simus de reg. Nec potest quis esse no-
uitius propriè. §. nisi post 14. annum in masculo, & 12. in fœ-
mina, in c. ad nostram, & c. Significatum de regu. Quia ante
illud tempus, non potest experiri, quid sit castitas, nec mali-
tia ætatem potest supplere, in cap. Ad nostram. Quod si an-
te tempus ipso consentiente, offeratur à parentibus, secun-
dum Dir. lib. 2. non poterit exire ante legitimam ætatem, ad
similitudinem carnalis matrimonij. cap. De illis. de spon.
impu. & si propria auctoritate intrat impubes à parentibus,
vel tutoribus ante annum, & diem poterit extrahi. cap. Puel-
la. 21. quæst. 5. non autem si ipsi consenserunt tacitè, vel ex-
pressè, cap. Addistis. 20. q. 2. Si autem in annis pubertatis
fuerit ingressus extrahi non poterit, secundum Gloss. in d.
c. puella.

2 ¶ Novitijs datur vnus annus probationis regulariter. c.
Ad apostolicam, de regula. Potest tamen ante hoc tempus
profiteri interueniente consensu nouitij, & monasterij, &
tenet

*Ad omnes
remouen-
dos erro-
res
decreuit
sacrosan-
cta Tr. Sy.
vt ita viri
quam mu-
lieres non
profitean-
tur nisi
post 17.
annu ex-
pletum &
qui per
annum ad-
missos in
probatio-
ne cu ha-
bitu per-
miserint.
Vide Sess.
25. c. 15.*

tenet professio, licet male faciant prelati, si sine magna discretionem, & causa hoc faciant, in d. cap. Ad apostolicam, & quia aliquibus videtur prohibitum, ne ad professionem recipiant, ante 18. annum, in cap. Quia in insulis, de regu. ideo quia hoc est multum clarum, quæ sunt insulæ rigidæ, melius crediderim standum fore laudabili consuetudini. Licet Per. de Pal. illam decretalem, In insulis. esse reuocaram dicat, vt Arch. Flor. in 3. par. tit. 16. cap. 3. §. 1. adducit, quod tamen clarum non est. Mendicantes non possunt recipere quenquam ad professionem ante annum completum probationis, de reg. lib. 6. cap. Non solum, & c. Constitutionem. Moniales autem ordinis prædicatorum non arctantur ad hoc, tum quia non sunt mendicantes, tum quia cap. loquitur in masculino genere, videlicet fratres, tum quia vt dicit Tab. §. 4. habent priuilegium, Cle. 4. in bulla, quæ incipit ex tenore, vt possint ante annum profiteri, dummodo sint puberes, & non sint in insulis. In idem concurrunt. Sil. ver. Religio. 3. §. 3.

3 ¶ Professio facta in quacunque religione, ante annum pubertatis, non valet, in d. cap. Ad nostram, facta autem in ordine mendicantium post annum pubertatis, & ante annum probationis, non obligat illi religioni in particulari profectum; sed in communi in d. cap. Non solum, & recipientes sic mortaliter peccant, & puniuntur poena grauioris culpæ, & amplius non possunt aliquem ad professionem recipere, per d. c. Non solum. Si tamen durante tali suspensione alium reciperent, non efficerentur irregulares, secundum Gemi. in d. cap. Non solum, quia receptio ad professionem non est actus attributus certo ordini, vt possit inducere irregularitatem.

4 ¶ Abbatibus etiam prohibetur receptio ad professionem ante annum probationis, tamen si profiteantur, tenet professio artic. quia cap. In insulis. quamuis prohibeat non tamen dicit quod talis non sit astrictus, sicut dicitur in d. cap. non solum.

5 ¶ Clemens 4. in bulla, quæ incipit, Ex tenore, determinauit, vt supra diximus, quod moniales prædicatorum possunt profiteri ante annum probationis, & post annum pubertatis, in insulis autem post annum 17. Furiosi autem, & amentes, & qui non sunt doli capaces, durante tali impedimento profiteri non possunt, & annus probationis in foemina debet incipere post completum annum 12. in masculo post 14.

in furioso autem, vel eo, qui non est capax doli, post cessationem talis impedimenti. Illo enim tempore non potest expediri religionem.

6 ¶ Nouitius semper potest exire sine aliqua poena. in cap. Postulasti. de reg. nisi sit processus tacite, vel expresse c. Statuimus de regu.

7 ¶ Nouitius efficitur professus tacitus, secundum Pan. in cap. Vidua de reg. si sponte se ingerit & scienter actibus qui tantum professis conueniunt de iure, vel consuetudine, & scit hoc tantum illis conuenire, & quod per triduum in eodem proposito perseueret, stando cum habitu professorum distincte in forma, & scissura, vel colore. Secundo secundum Innoc. & d. Ant. deferendo habitum professorum, sciens quod talis habitus solum conuenit professis & quod ex tali delatione de iure, vel consuetudine inducitur professio tacite, & quod habitus sit distinctus, & quod sponte faciat, & quod detur ei ab eo, qui potest eum incorporare religioni, aut ipso consentiente accipiat, secundum Pan. in d. cap. Vidua, cum perseuerantia tridui. Tertio modo per delationem habitus, qui non distinguitur ab habitu nouitiorum, nisi benedictione, scientibus, & consentientibus illis, quorum interest incorporare. Vide tamen Cle. eos, de regu. & Pan. in c. Ex parte. Quomodo autem inducatur professio tacita, quando quis intrat cum animo mutandi vitam, infra, Votum. §. 18. an ad seculum redire queat.

8 ¶ Professio tacita facta ante, vel infra annum probationis, non obligat sic profectum illi religioni, sicut si fuisset expressa, per d. cap. Constitutionem, sed obligat in communi. Illam tamen religionem obligat ipsi tacite profectio, ita vt non possit ab ea expelli, si non esset religiosus iste, si nulla ei religio teneretur, & posset contrahere matrimonium cuius contrarium dicit text. i. c. Vnico, de voto, li. 6. si tamẽ habuit animum obligandi se religioni. Nam si non intendebat se obligare, votum non fuit.

9 ¶ In ordine mendicantium professus expresse infra annum, si non intendebat se obligare, nisi illi religioni, quia professus est, non tenetur, neque illi, neque aliis, sed liberè potest redire ad seculum. Si autem intendebat saltem in communi se obligare religioni nõ poterit ad seculum redire, tamen si contrahat, tenebit matrimonium. Si verò tacite profectur in ordine dicto obligatur religioni, & si contrahat, nõ tenet matrimonium, quia tacita professio nõ prohibetur, sicut expresse

expressa, in d. c. Non solum, & c. constitutionem, in religione mendicantium, & hæc est ratio diuersitatis.

10 ¶ Deferens habitum professoris, vbi habitus distinctus est, cum protestatione; quod ob hoc non intendit profiteri, quia iste actus potest fieri, & animo profitendi, & animo probandi, talis protestatio iuuat, secundum Ioan. And. vt Ale. Ge. in cap. 1. de reg. & Panorm. capit. Ex parte de reg. Vbi autem habitus non est distinctus, non est necessaria talis protestatio, Panorm. in cap. Postulasti, de regul. nisi quando portaret ultra annum. Socrates vouet intrare religionem, & habet animum perseuerandi, non tamen vouet perseuerare, Si ingrediatur, & exeat, quia non sibi placet, ex aliqua causa satisfacit. Similiter si vouit, vt experiretur, non potest exire, vsque ad probationem, aliter idem esset, ac si non nouisset, quia qui non stetit, non venisse dicitur, & si inuenit religionem sibi gratam habentem ea, quæ quærebat per probationem, & refutat illam, ex sola libertate, non satisfacit, sed mortaliter peccat: quia ex voto intelligitur se obligasse ad probandum bona fide, & non fictè, ideo si probando omnia grata inueniat, tenetur profiteri, & perpetuo remanere. Qui verò nouit religiosum esse, tenetur non solum intrare, sed etiam profiteri, quia nisi per professionem, non potest esse religiosus, nisi aliter in intentione haberet, ad quam in foro animæ est recurrendum. Concordat Thom. & Caiet. 2. 2. quæstio. vlt. artic. 4. Et si vouit intrare, & exire peccat, quia de re mala promittit, nec votum huiusmodi tenet.

11 ¶ Abbas sine consilio capituli sui non potest aliquem ad professionem recipere, secundum Panorm. in cap. Ad apostolicam, de reg. quia hoc est aliquod præcipuum, quod fieri non debet sine consilio capituli, vt dicitur in regula monachorum, nisi aliter habeat consuetudo, quæ primò est inspicienda, vt dicit text. in cap. fin. de reg. lib. 9. Episcopus autem potest recipere ad professionem, & erit verè religiosus, licet non intret monasterium, secundum Innoc. alle. c. Si vir. 27. secus de aliis prælatis inferioribus. Oppositum videtur tenere Panorm. vide tamen Ge. in d. cap. Constitutionem, & conclude quod episcopus siue habens auctoritatem incorporandi, si recipiat aliquem ad professionem, nomine alicuius monasterij sibi subiecti, alicuius approbatæ religionis, consensu maioris partis illius monasterij, tenet professio, & est verè religiosus, & sic debet intelligi Ge. secus autè, si aliter fiat,

fiat, nisi consuetudo secundum regulam, vel ordinationis per sedem apostolicam obtent approbatæ, quæ in huiusmodi, & in aliis seruari debent.

12 ¶ Annus probationis debet esse continuus secundum Pa. in c. Ad apostolicam, de reg. quia interruptio temporis minuit de austeritate regulæ. Ideo nouitius, per interpellationem non posset austeritatem regulæ experiri, si tamen per annum continuum expertus fuisset; si exiens postea reueteretur, non esset necesse de nouo illum probare.

13 ¶ Nouitius debet deferre habitum illius religionis, quæ vult profiteri, & monasterio, secundum Tancredum quo tenet glo. in cap. Super eo, de reg. & ita habet consuetudo, & delatio habitus extra monasterium nunquam tacitam induceret professionem, in d. cle. eos.

14 ¶ Nouitius quando vult profiteri, non est necesse, quod seruet certam formam verborum, quam quædam religiones habent, secundum Pa. in cap. Porrectum, de reg. nec aliqua scriptura est necessaria, quia professio in Deum dirigitur. Potest etiã fieri per procurationem, cum quilibet actus per procurationem possit fieri, nisi excipiatur. l. i. §. vsus. ff. de proc. Cum ergo iste actus non excipiatur, potest fieri. Facit regula, potest quis, de re. iu. in 6.

15 ¶ Qui vult intrare religionem aliquam, etiam minorum non tenetur renuntiare seculo, nisi quando vult profiteri, per dictum c. Non solum, licet in regula fratrum minorum dicatur præcipiendo, quod dicant volentibus intrare religionem eorum, quod vendant omnia bona sua, & ea student pauperibus erogare, quia hæc verba debent intelligi post annum probationis, & ante professionem, ne sint hæc verba contraria verbis, d. c. Non solum. Ideo illa verba sunt magis exhortatoria, quàm præceptiua.

16 ¶ Volens ingredi religionem aliquam, si in ipso ingressu vel ante eadem donet omnia bona sua, si non profiteatur tacitè, vel expresse, rehabetur omnia, secundum Panorm. in cap. Quod à te, de cle. coniug. quia tunc in dubio videtur donasse causa mortis, qua cessante, nõ profitendo reuocatur. Idem si professio non teneat, licet crederetur tenere, secundum Bart. C. de sac. san. eccl. auth. ingressi, sicut relinquens omnia bona Titio, credens esse filium suum, reperto quod non sit filius, auferuntur ab eo, & veniunt succedentes ab intestato, in l. si pater. C. de hæc. instit. Si vero non donauit omnia, sed aliqua, non rehabetur, quia videtur donasse causa ingressus. Et

fic debet intelligi Pau. & Host. in d. c. Statuimus, qui videtur dicere oppositum. Est cap. Constitutionem, & c. Beneficium, de reg. in 6. Si verò sciebat professionem non tenere, non re- habebit, quoad iuris præsumptionem in dubio, præsumitur enim tunc absolute donasse, sed in conscientia, quando po- test sciri, quod solum donauit causa ingressus, & non pro- pter aliud recuperabit, quia semper videtur donasse causa mortis. Et hoc est satis æquum, ut re habeat.

17 ¶ Bona nouitij non professi tacite, vel expresse morien- tis, donata simpliciter monasterio remanebunt ibi post mortem eius. Si verò expresse non contulit, vel ante mor- tem expresse collata reuocauit, succedent proximiores ab intestato, secundum Pa. in cap. Præsentia, de probatio. Et sic intelligendi sunt Cy. & alij Doct. in d. authen. ingressi & d. Ant. in d. c. Præsentia, de prob. & Bart. in authen. si qua mu- lier. C. de sacros. eccl.

18 ¶ Nouitij non tenentur ad præcepta religionis, plus- quam alij seculares, nec possunt puniri pœna perpetui car- ceris, etiam quod delinquendo incurrerent, si essent professi, secundum Gem. in d. c. Non solum, quia sic non essent liberi posse reuerti ad seculum, nec possunt eligi in prælatum. cap. Nullus, de elect. lib. 6. nec ordinari, etiam ad primam consu- ram. cap. In monasterij. 19. q. 3. neque beneficium eorum si habent, infra annum probationis vacat, nisi constet ipsum habere animum mutandi vitam, nec eo inuito potest alteri conferri, sed per alium seruiret beneficio cap. Beneficium, de reg. lib. 6. De fructibus beneficij debita portio assignabitur seruienti beneficio, reliqua seruabuntur in utilitatem eccle- siæ, secundum Glo. in d. c. Beneficium, & per c. Quia sæpe, de elect. lib. 7. Et si est canonicus nouitius, ad electionem Epi- scopi non debet vocari, per d. cap. Beneficium, & Ioan. And. ibi. Secus in electione, quæ pertinet non iure collegij, sed iu- re singulari, ut in iure patronatus. Nouitij gaudent priuile- gio clericali, ita quod eos percutiens est excommunicatus, supra, Excommunicatio 1. Est cap. Religiosè, de priu. lib. 6. Idem de conuersis approbatæ religionis.

*Nouitij
gaudent
priuilegio
clericali.*

16 ¶ Nouitij intrantes religionem approbatam animo mu- tandi vitam, perseuerandi, & seruiendi Deo plenariam om- nium peccatorum remissionem, si sunt bene contriti conse- quuntur, secundum Thom. secunda secundæ. q. vlt. ar. 3. ad 3. quæ si quis elemosynis potest statim satisfacere, multo ma- gis, qui se totaliter offert Deo per religionis ingressum. Et in

vitis

vitis patrum dicitur, quod intrantes religionem consequun- tur eandem gratiam, quam & baptizati, ut allegat Tho. ibi, sup. Immo tenet diuus Bernar. in quodam ser. quod quilibet religiosus, quoniam de præteritis est bene contritus, existens in gratia, & est contentus de sua professione, & paratus si non fecisset, quod faceret & actu se totum Deo offert, sem- per plenariam consequitur indulgentiam, quia Deus pensat voluntatem, plusquam opus, ideo dum profitentur, & sunt in mortali, si postmodum eos pœniteat, & actualiter confir- ment votum suum modo dicto, consequuntur etiam indul- gentiam propter eandem rationem. De hoc Tab. dubitat, & ad negatiuam magis videtur declinare partem.

*Intrantes
Religio-
nè, conse-
quuntur
eandem
gratiam
quam &
baptizati.*

DE N V P T I I S.

1 *Nuptia tria important.*

Nuptiæ, sup. Matrimonium. §. 62. His autem, quæ ibi di- cta sunt, adde, quod nuptiæ tria importat scilicet spon- sorum benedictionem, sponsæ traductionem in domum sponsi, & conuiuium, & hæc tria dicuntur prohibita tempo- ribus ibi supra dictis. Et quia pœnæ non sunt extendendæ, ideo illis temporibus possunt matrimonia contrahi, per ver- ba de præsentis, & sponsalia, & qui credunt euadere peccar- tum facientes benedictionem in sabbato ante aduentum, vel septuagesimam, & in sequenti Dominica facientes alia duo, scilicet traductionem, & conuiuium, nõ euadunt trans- gressionem legis, magis enim hæc duo prohibentur, quam primum, quod est quoddam spirituale. Et scienter contra hoc statutum facientes, peccant mortaliter, quia cum pu- blicè hæc fiat, non videtur fieri sine contemptu. Consum- mare autem matrimonium his temporibus, non est morta- le, ut supra dixi, Matrimonium. §. 63. sed tantum illa tria pro- hibentur. Vide supra, Matrimonium, §. sexagesimoquarto. Concor. Caie. in summa. ibi.

*Vide su-
pra mat-
quid no-
tatur in
postilla.*

DE OBEDIENTIA.

- 1 *Obedire Deo quomodo sit de necessitate salutis.*
- 2 *Inferiores suis superioribus quomodo obedire teneantur.*
- 3 *Religiosi prælati suis tenentur obedire, & in quibus.*
- 4 *Prælate quando obedire non liceat.*
- 5 *Subditus ad prælaturam cogi potest etiam quod non habeat sufficientem scientiam.*
- 6 *Papa obedire in quibus casibus non liceat.*
- 7 *Clericus non tenetur obedire episcopo præcipienti dare res suas alteri.*

Ec 2

8 Cleri

8 Clericus obedire tenetur episcopo imponente clerico quicquam pro negocijs ecclesie.

9 Laici prælatus spiritalibus an obedire teneantur.

10 Episcopus si mandet sacerdoti ut T. quem scit innocentem, excommunicet quid facere debeat.

11 Filius parentibus obedire in quibus teneatur.

12 Obedientis quæ sint conditiones.

13 Obedientia esse potest etiam in his quæ libenter volumus.



Bedire Deo in omnibus, quæ mandat, etiam quod videantur esse contra legem naturalem, & conformare voluntatem propriam diuinæ, in his quæ vult nos velle, in quantum nobis innotescunt, est de necessitate salutis, secundum Tho. 2. 2. q. 104. ar. 4. Quamuis homo non teneatur semper velle, quod Deus vult, quia non vult ea nos velle.

2 ¶ Inferiores tenentur obedire suis superioribus, secundum quod sunt superiores, & quia circa actus interiores voluntatis, & intellectus directè, & circa naturam corporis homo non habet superiorem nisi Deum, ideo in his nulli homini tenetur, quando non actus interior colligatur exteriori, tenetur obedire: ut si præcipitur dici deuotè officium præcipitur consequenter attentio, quæ est actus interior, & huiusmodi. Similiter licet homo non possit præcipere subdito, quod contrahat matrimonium, vel non contrahat, tamen quando aliquis promisit viuere castè adimendo sibi quod erat naturale, potest cogi per superioris præceptum & tenetur obedire, & sic de alijs secundum Thom. ubi supra. Ita etiam circa comestionem, & matrimonium ecclesia ordinat; & tenetur obediens, licet non possit prohibere hæc absolutè.

3 ¶ Religiosi prælatis suis tenentur obedire in omnibus, quæ ad regularem conuersationem pertinent, in his, quæ sunt in eorum regula, aut ordinationibus explicitè, in alijs autem licitis non tenentur de necessitate, sed tantum de perfectione. In quibusdam autem neque tenentur, neque debent, ut in his quæ sunt contra Dei præcepta, vel contra regulam, in quibus prælatus dispensare non potest, ex S. Tho. 2. 2. supra quol. 1. ar. 15, & quol. 10. ar. 10. Etiam secundum Ar. Flo. 3. par. tit. 6. c. 1. §. 6. & 1.

4 ¶ Si mandat prælatus contra Dei præceptum sibi reuelari crimen occultum, non seruato ordine fraterne correctionis, ut supra. Accusatio. §. 7. Inquisitio. §. 8. vel præter præceptum, ut dicere mendacium, vel verbum ociosum. c. Dominus 2.

q. 3.

q. 3. non ei obedientiam est. Secundo si præcipiat contra ordinationes ecclesie, ut quis celebret pro hæreticis. cap. Si quis episcopus. 1. q. 3. Tertiò, si contra ordinationes suæ ecclesie, vel contra regulam, aut constitutiones præcipiat sine rationabili causa, quia tunc non potest dispensare, non debet subditus obedire. Si autem est dubium, obediat, arg. in c. Quod culpatur. 23. quæstio. 1. & iudicium superiori relinquat. Quarto licet prælatus non possit auferre necessaria corporis, ut cibum, & vestimenta, & huiusmodi potest tamen determinare de tempore, qualitate, & quantitate horum, in quibus subditus tenetur obedire. Quinto si præcipiat ea, ad quæ sua potestas non se extendit, vel fieri faciat maiores austeritates quàm sua regula mandat, nisi hoc ei imponatur per modum pœnitentiæ, vel punitionis delicti, ut not. Vgo. in c. Præsens. 23. quæstio. 5. non tenetur obedire, laudabile tamen est, ut obediat, per ar. in c. Quid ergo. 2. q. 3. Sexto si præcipiat aliquod habens speciem mali, ut si se nudet coram alijs, & huiusmodi, quia videtur inhonestum, non tenetur obedire, secundum Glo. in cap. Non est. 2. quæstio. 3. Septimo si aliquod vanum præcipiat, ut leuare festucam: vel huiusmodi, sine aliqua utilitate, non tenetur etiam cap. Admonere. 33. q. 2.

5 ¶ Ad prælaturam tamen potest subditus cogi, etiam quod non habeat sufficientem scientiam, secundum Pet. de Pal. 4. sent. d. 19. q. 1. & non peccat obediens. Secus si sponte hoc faceret, sicut de confessoribus à prælato expositis. Octauo si præcipiat aliquid ubi est mortis periculum, ut esset pestilenti seruire, non tenetur obedire, quia in his quæ ad naturam corporis pertinent, omnes sumus pares. Potest autem cogere ad ordines suscipiendos, & confessiones audiendas subditum, dummodo non adsit legitimum impedimentum, infra, Ordo. §. 13. Hæc enim ad regularem conuersationem pertinent.

6 ¶ Si Papa, qui superiorem non habet, mandaret aliquod iniustum continens, vel sapiens hæresim, vel continens peccatum, vel ex quo præsumeretur vehementer ecclesiam debere turbari, vel aliqua mala futura, non esset ei obediendum, etiam si sub pœna excommunicationis præciperet secundum Pa. in c. Inquisitioni. de sent. excom. & c. Si quando de rescr. Si vero mandat seculari non sibi subiecto ratione ecclesie, causæ, vel personæ, circa temporalia, ut quod det bona sua alteri, cui non tenetur, non tenetur ei obedire, quia

E e 3 in

In his
quæ ad
naturam
corporis
pertinent,
omnes sumus
pares.

In hoc non est ei subditus, secus si circa spiritualia, secundum eundem Pa. ubi s. neque religiosi vitam arctiorem precipere potest in regula, quod omnes tangit, in 6. Et si mandat, ut alicui notorie indigno assignetur certum beneficium, in quo non potest dispensare, non est ei parendum. Secus quando potest dispensare, & constat expresse de eius intentione, secundum Io. An. in c. Adeo, de rescrip. & c. Significauit. de offi. ordi.

7 ¶ Si episcopus mandet alicui clerico, quod res suas der alteri, sine causa rationabili, non tenetur dare. ar. in c. cum apostolus, de censib. Si autem mandet, ut libros suos acquisitos tamen de bonis Ecclesie accommodet alteri clerico literis idoneo, cum ipse non sit idoneus ad literas, tenetur accommodare, quia hæc est rationabilis causa, videlicet Ecclesie utilitas, argumen. in cap. Quia super 7. quæst. 1. aliter non tenetur. cap. Requisisti. de test. & capit. Cum dilectus, de iure patrona. s. nos igitur, neque tenetur obedire, si mandat, ut renuniet beneficio, ut alteri conferat, in d. c. Quia super. Intellige causa iusta non existente, etiam secundum Rayn.

Bonum commune praeferatur particulari.

8 ¶ Episcopo imponeute clerico quicquam pro negotiis Ecclesie, tenetur obedire, nec valet si excuset se pro cura rei familiaris, quia bonum commune praeferatur particulari, nec valet si dicat, quod sunt alij meliores. & c. quia in talib. oportet seruare talem ordinem secundum Rayn.

9 ¶ Laici non tenentur obedire praelatis spiritualib. nisi in his tantum quæ promiserunt in baptismo, quia in aliis non sunt eis superiores, sed dominis temporalib. qui vere sunt eorum domini tenentur obedire in temporalib. prout iustitia requirit, secundum Tho. 2. 2. q. 104. ar. ult. non autem contra iustitiam, nisi fortè ad euitandum magnum scandalum, vel magnum periculum. Consentit Gul. quia in huiusmodi illis non subiiciuntur.

10 ¶ Si episcopus mader facerdoti, ut excommunicet Titium, quæ sacerdos scit esse innocentem, si scit ita notorie, quod possit probare, debet ante Episcopum probare eius innocentiam, & si probauerit, non debet eum excommunicare, licet possit solum denuntiare: si verò non possit probare, & res dubia sit tenetur obedire, secundum Tho. in quolibet. ut alleg. Pisa. & per c. Quid culpatur. 23. q. 1. Obedientia enim ipsum à peccato seruat, dū dubius est, vel probare non potest.

11 ¶ Filius

11 ¶ Filius tenetur obedire parentib. quod ad dispositionem domus, & morum disciplinam, quia in eius est subditus. Th. quol. 2. arg. 9. Quando autem sit mortale peccatum, s. In obedientia. §. 2. satis dictum est.

12 ¶ In omni obedientia sunt intelligendæ aliquæ conditiones, ut dicit Gl. in c. 2. de voto. videlicet, Si adest possibilitas. c. Quærelam & c. Breui. de iur. iur. Secundo quod sit rationabilis causa, secundum quod not. Pan. in c. Magnæ, de voto, & Arc. in c. Utinam 76. dist. & inobediens non potest præscribere, quia semper est in malâ fide. c. si. de regu. & ca. Sic nobis. in Gl. Quando autem inobediens mortaliter peccet s. Inobedientia, vide amplè.

13 ¶ Obedientia etiam potest esse circa ea, quæ libenter volumus, si in ea propter præceptum principaliter ferimus Tho. 2. 2. q. 104. art. 2. ad 3.

DE OBLATIONE.

- 1 Oblatio quid sit, & an monachus eas accipere possit.
- 2 Oblationes factæ in parochia seu altari, cui cedant.
- 3 Parochiani an & quando possint compelli ad offerendum.
- 4 Oblatio de quibus fieri possit.
- 5 Oblationes quæ sunt in dominica, si sint vnice, & quæ sunt in die alicuius sancti, sint alterius, si talis sanctus veniat in dominica, cuius erunt.

Oblatio est id, quod offertur à Christiano Ecclesie de re donabili, iuste acquisita. c. quia in omnibus. de usu. & c. Ex transmissa. de dec. Et monachus seu alius religiosus, potest recipere oblationes, vel ut pauperes, vel ut ministri altaris, vel parochiani. c. Oblationes. 10. q. 1. Vide S. Thom. 2. 2. q. 86. arti. 2. & Pan. in c. Pastoralis, de his quæ fi. à præla.

2 ¶ Oblationes factæ in parochia, seu altari, cedunt Ecclesie parochiali, siue sint factæ imagini, siue capellæ, sunt rectoris & non presbyteri capellæ, secundum Pan. & Ant. in d. ca. Pastoralis, etiam si imago, cui sunt factæ, sit depicta in muro, infra limites parochiæ, & facit Glo. in l. statua. ff. de usufr. Quod quidam limitant, si fiant intuitu parochiæ. Idem si fiat celebrari in ecclesia alicuius, quia sunt similiter rectoris nisi esset Episcopus celebrans, quia tunc communitate sunt eius. cap. Super eo. de paro. nisi consuetudo obstet, quæ est sequenda. De collatis autem, & oblatis religiosi, in ecclesiis eorundem non possunt prælati aliarum ecclesiarum aliquid sibi vendicare, secundum Pan. in cap. Nimis iniqua, de excess. præla. quia videtur res illa eis collata intuitu Ecclesie, &

Et 4 non

nō nomine oblationis, & expressius hoc tenet in c. 1. de sta. mon. & est textus expressus in d. c. 1. Et quo ad fratres prædicatores est prohibitio, cle. 5. in privilegio, quod incipit, Nimis iniqua. vnde ex hoc privilegio, dicti fratres possunt facere offertorium in suis ecclesiis in missa. Sicut concludit etiam Tab. ver. Oblatio. §. 1. in fi.

3 ¶ Parochiani ad offerendum oblationem possunt compelli, secundum Pan. in rub. de paro. & S. Tho. 2. 2. quæst. 86. ar. 1. Primo, quando tenetur dare ratione census, quem annuatim solvunt. Secundo, ex oblatione testamentaria. cap. Quanto, de cen. Tertio, quando sacerdos indiget, & ipsi abundant. Ad hoc est, c. Si episcopus. de offi. or. lib. 6. Quarto, quando hoc habet consuetudo. cap. Ad Apostolicam, de simo. Et in his duobus ultimis casibus oblatio quoad quantitatem remanet voluntaria, secundum Th. supra. Idem dic de primitiis, secundum eundem, ibi, artic. 4.

Math. 15.

4 ¶ De qualibet re possessa licite, potest fieri oblatio, nisi vergat in detrimentum alterius, secundum Tho. 3. ar. 3. Et hoc reprehendit Christus Matt. 15. dicens. Vos autem dicitis: munus quodcumque ex me est, tibi proderit, &c. Vel propter scandalum. Vnde aliquæ personæ prohibentur offerre oblationes, quas numerat Glo. in c. Oblationes. 50. d. & intelligi debet, quando eorum crimina sunt manifesta, noluntque corrigi. Et idem dicendum est de hæreticis, excommunicatis, & Iudæis, in d. c. Quanto, de censu.

5 ¶ Si consuetudo habet, quod oblationes, quæ fiunt in dominica sint rectoris, & quæ fiunt in festo sancti alicuius sint sacristæ, & talis sanctus veniat in dominica, oblationes erunt rectoris, quia maior est dominica, quam festum illius sancti, & hoc secundum quod concludit Bar. per l. proconsul. ff. de offi. proconsu. Sacerdos potest recipere oblatum promissis dicendis, quas pœnitenti iniunxit, ut faceret celebrari nisi sit scādalum, à quo cauere debet, Vide c. Abb. omni, de vi & ho. cle.

Oblatus quis sit, supra Monachus §. 1.

DE OBLIGATIONE.

- 1 Obligatio quid sit.
- 2 Obligatio triplex est.
- 3 In obligatione generali an veniant ea, quæ quis specialiter obligasset.
- 4 Obligatio adueniente termino, an dissolnatur.

5 Obligatio

3 Obligatio si sit dies appositus tenetur rem sine interpellatione actoris.

6 Obligatio quando non teneat.

Obligatio iuris vinculum importat quo necessario quis astringitur ad aliquid dandum, vel faciendū. Insti. de obli. in prin. adde vel patiendum, & sine consensu, est nullum. ff. de pac. lib. 1. Intellige voluntario, & cum animo obligandi facit Glo. in c. 3. de voto.

2 ¶ Triplex potest esse obligatio, videlicet, naturalis, quæ continet naturale vinculum consensu contracta inter eos, qui rationi capaces sunt tantum, ligans solum in foro conscientie, & ad agendum in contentioso foro inefficax. Alia civilis tantum dicitur, non obligans in foro conscientie, nisi secundum quod quis à superiori cogitur, secundum Ina. in ca. Quia plerique. de immu. ecc. Tertia dicitur naturalis, & civilis simul, ut cum quis civiliter, & cum solennitate se obligat ad aliquod, quod naturalis æquitas suadet, ut solvere agrum, quem in veritate tenetur solvere, & hæc in utroque foro obligat. De his insti. de obli. per totum. Iustitia enim ad hoc etiam cogit.

3 ¶ In obligatione generali non veniunt ea, quæ quis specialiter non obligasset, & si Titius obligavit omnia bona, non intendebat obligare pannos, lectum, & alia sine quibus vivere non poterat, secundum Bar. in l. 1. C. quæ res pig. obpos. Contra enim æquitatem esse viderur.

4 ¶ Obligatio cui oppositus est terminus ad sollicitandū implemētum obligationis, adueniente termino non dissoluitur, quia iam contractus est factus, ut si contractis sponsalibus promisit ducere sponsam infra mensem, elapso mēse, non dissoluitur hic contractus. Si vero terminus positus sit ad finiendum, vel limitandum contractum, adueniente termino soluitur obligatio illius, per quem nō stetit quin impleteretur contractus initium, ut si promisi tibi tali die facere vēditionem de domo, & per te stetit, elapso illo die, nō amplius teneor, secundum Pan. & Gof. in ca. Sicut ex literis, de sponsa.

5 ¶ Si dies appositus sit obligationi, & actor, & reus sunt eiusdem fori, tenetur reus sine interpellatione offerre, & ire ad domum actoris, secundum Pa. in c. Licet heli. §. de simo. quia dies interpellat pro homine cap. Potuit. de loc. quod si non sunt eiusdem fori sufficit quod reus dicat in domo sua, paratus sum solvere, si sit qui recipiat, iuxta not. in l. ite illa

Ec § ff. de

ff. de constit. pec. & quod ibi not. Bart. pro limitatione. d. c. Potuit. Intellige tamen nisi aliter sit in pacto specialiter. Si autem dies non est apposta, requiritur monitio. in l. si ex legati causa. ff. de ver. ob. §. Mora. §. i.

6 ¶ Quando turpitudine est ex parte recipientis obligationem, obligatio non tenet, secundum Pan. in c. Debitores, de iuu. ex quo patet, quod obligatio de soluendis vsuris, non stringit, nisi interueniat iuramentum secundum Pan. in d. capitu. Debitores, quia iuramentum fit Deo, qui non turpiter accipit, nec qui sic iurauit, peccauit. Simplex autem promissio, nulla fuit propter turpitudinem hominis recipientis. Vide Thom. secunda secundæ. q. 88. ar. 3. ad 3. Is pro quo quis negotia utiliter gerit, eidem obligatur. art. in l. cum pecuniam. ff. de neg. gest. & Pan. c. 2. de prec.

DE OBSTINATIONE.

1 *Obstinatio quid sit.*

Obstinatio importat inhærentiam pertinaciter alicui peccato, ut cum quis intendit pertinaciter perseverare in peccato, sicut quando non vult remittere iniuriam, vel vult tenere concubinam, vel ita habituatus est in peccato, quod est factum sibi quasi naturale, & quasi nunquam inest eis aliquis motus ad bonum, & ad resurgendum à peccato. & tales parum distant à statu damnatorum, quamuis possint conuerti secundum Caiet. ibi in summa. Vide Tho. ver. q. 24. ar. 11.

DE OCIO.

1 *Ocium quid sit.*

Ocium secundum Grego. est quod caret intentione pietatis utilitatis, aut iustæ necessitatis, & propter hoc, non omne verbum, vel factum iocosum, ociosum est, nec consequenter peccatum, immo in talibus cōtingit esse virtutem, quæ eutrapelia dicitur. Et quamuis verbum ociosum sit cōmuniter veniale, tamen potest esse mortale, si dicatur in cōtemptum Dei, vel proximi, vel propter aliquem finem, qui sit peccatum mortale, ut ad incitandum aliquem ad luxuriam, & huiusmodi.

DE ODIO.

1 *Odium vnde oriatur.*

2 *Proximum quando quis odio habere dicatur.*

3 *Propter odium an debeat quis subtrahere communi a beneficiis, &c.*

Odium

Odium secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 34. articul. 5. & 6. non est vitium capitale, sed formaliter oritur ex inuidia, dispositiue autem ex ira. Si sit contra Deum, est grauissimum peccatum, secundum Thom. ibi. arti. 1. cum nihil sit in Deo quantum est ex se odibile, cum sit simplex bonitas. Si sit contra proximum ex suo genere mortale peccatum est, quia directe contra caritatem est, licet ex imperfectione actus, quandoque sit veniale, sicut alia peccata.

2 ¶ Qui odit non proximum sed eius prauos mores, vel inimicitiam, quam tenet contra caritatem, non proprie odit proximum, & consequenter non peccat, quoniam & Deus odit impios, & eorum impietates. Et qui odit bonum proximi, etiam ad bonum finem, ut puta ad correctionem, non peccat, quia hoc est magis amare proximum quam odire. Et qui vellet proximum puniri iustitia mediante, secundum eius demerita, non liore vindictæ, sed magis zelo iustitiæ, & ut alij timeant, non peccat, quia hic est affectus iustitiæ vindictiue.

3 ¶ Quomodo non debet quis propter odium subtrahere communia beneficia, supra, caritas. §. i. Sunt tamen horrandi homines, ut ab inimicis non subtrahant consueta beneficia, colloquia, & huiusmodi etiam extra articulum necessitatis, ut omnis spiritus odij de mente eradiceretur, & inimicus ad bonum prouocetur, exemplo Christi, qui Iudæis illum persequentibus prædicationis, & curationis beneficia non subtraxit.

DE OFFICIO.

1 *Officium seculare an vendi possit.*

Officium seculare vendere licet dominis dummodo vendat personis, de quibus possit præsumi, quod sunt utiles ad talia officia exequenda, & quod non vendantur tanto pretio, quod recuperari non possint sine grauamine virorum subiectorum. Attamen quamuis possint hoc modo licite vendi, nihilominus non expedit, quia illi, qui ad huiusmodi officia essent magis idonei, quandoque sunt pauperes, & non possunt emere, vel si sunt diuites, non ambiunt officia, nec aspirant ad illa propter lucrum, unde magis videntur expediens, ut boni homines eligantur, & etiam inuiti compellantur secundum S. Thom. ad Ducissam Brabantiam. Est etiam hoc permissiosum satis reip. secundum Caieta. ibi in summa, quia communiter indigni habent officia, ubi sunt venalia. Tollitur etiã ratio studiorum, & bonarum virtutum, ex eo quod

quod non nisi pecunia habentur officia, non virtus, sed pecunia honoratur, venditur plerunque actus iustitiæ, & multa alia mala sequuntur, vt testatur experientia, per quam videmus Reip. ruinam. Et quia actiones humanæ iudicandæ sunt secundum quod in pluribus inuenitur, ideo huiusmodi venalitates abominabiles exterminandæ sunt, ex quo concludo quod licet speculatiuè sint licitæ, secundum tamen quæ nunc sunt in vsu, non sunt exercendæ, s. Dominus. §. 10. An officialis possit aliquid recipere, s. Dominus. §. 13.

DE OLEO SANCTO.

1 *Oleum sanctum chrismatibus per episcopum conficitur, & quando, & an sic de alijs.*

Oleum sanctum, quod chrisma dicitur, conficitur per episcopum in die cœnæ, & non alio die. ca. omni tempore, & de consec. dist. 4. Fit ex oleo, & balsamo, cum quo benedicuntur fons baptismalis, calix, patena, ecclesia, altare episcopi in manibus, in capite quando consecrantur, puer baptizatus in fronte, & in vertice omnes fideles quando chrismanantur, & est omni anno consecrandum, & innouandum. cap. si quis, de alio, de consec. dist. 4. Grauitex quoque punitur sacerdos vtens in baptismo de alio, quam de hoc nouo per d. cap. Si quis de alio. Est & oleum catechuminum confectum per episcopum, quo inunguntur baptizati inter scapulas, & in pectore, & manus sacerdotis cum ordinatur, principes, & reges in brachio, & humero, ecclesia, & altare ante chrisimationem. Tertium oleum est sanctum, quo vnguntur infirmi in mortis articulo, infra, Vinctio, per totum, & in c. Vnico, de sac. vinct. De secundo, & tertio oleo, non inuenitur prohibitum, quin alijs diebus possit confici, sicut de primo, vt in d. c. Omni tempore, & c. Quoniam, de sen. exc. in 6. Oleum non sacramm additum sacramento totum erit sacramm, sicut dictum est de aqua. Supra, Aqua. §. 2.

DE OPINIONE.

1 *Opinio, quando sit illicita, & quando ea vti possimus in credendo. num. 2.*

3 *Opinio que meliori rationi innititur sequenda est.*

4 *Opinio sequens equitatem scriptam præfertur ei qua sequitur rigorem iuris scripti.*

5 *Opinio, qua soluit, potius est sequenda quam ea qua ligat.*

Opinio est illicita. Primo quando quis eam sequitur, non quia magis rationalis, sed quia est opinio suæ sectæ, quam

quam vult tueri, tunc talis opinio illicitè tenetur, quia non voluntate, sed ratione, opinio amplectenda est. Secundo quando talis opinio licet videatur rationabilior, tamen repugnat dictis sacre scripturæ, quia sacra scriptura est regula morum, & fidei, ideo omnis opinio examinanda est secundum illam. Et propter hoc damnantur opiniones hæreticorum repugnantes sacre scripturæ, vel determinationi Ecclesiæ, vel ei, quo communis Ecclesia vtitur. Vnde à mortali excusari non possunt sequentes huiusmodi opiniones scienter, & pertinaciter, hoc enim ad hæresim pertinet. Si vero non apparet has esse contra bonos mores, neque contra determinationem ecclesiæ, neque contra sacram scripturam, & sequitur aliquis tales opiniones credens benefacere, & sine pertinacia non peccat, etiam quod tales opiniones essent falsæ, immo hæreticæ, sed non manifestæ. Vnde nunc multa sunt hæretica condemnata, quæ ante sine peccato poterant teneri, secundum Tho. 1. q. 32. ar. 6. quia manifestus error non erat. Vnde & si Abbas Ioachim tenuit contra fidem, in cap. Damnamus. de sum. trin. non fuit hæreticus, quia talis articulus nondum erat damnatus.

2 **¶** In credendis, vti pro regula opinione, est illicitum, nisi opinionem superiori regulæ sanctæ ecclesiæ, & apostolicæ sedis, quæ in his, quæ sunt firmiter credenda, errare non potest, cum à Spiritu sancto regatur, quis supponat. In operandis verò, vbi sunt opiniones, semper tutior pars est eligenda, ne quis exponat se periculo ambiguitatis, & consequenter peccandi, quod illicitum est vt in contractibus, vbi plures sunt doctorum opiniones, qua faciens opus aliquod, quod dubitat esse mortale, mortaliter peccat quia taliter operans, potius voluntatem propriam adimplere quam à tali opere, etiam si sit mortale abstinere, & sic mortaliter agit, non curans perdere Dei amicitiam pro tali opere. Et prædicta intelligit de opinione quæ est cum formidine alterius partis. Nam qui sequitur vnâ opinionem, & non tenet pro dubia, sed pro certa, & sic operatur non se exponit dubio, sed pro certo tenet, ideo non peccat, sicut qui sequitur opinionem aliquam, & formidat de opposito. Item licet aliquando vna opinio sit melior altera, tamen non tenetur quis semper meliorem sequi, quia non tenetur facere quod melius est, sed quod bonum est, ideo quando dicitur, quod tenetur amplecti tutiorem, intelligitur quando est cum formidine alterius partis, sed quando firmat se in vna opinione alicuius doctoris

doctoris quam veram credit, licet credat illam opinionem esse meliorem, non propter hoc exponit se mortali, quia non sequitur aliquod, de quo dubitet esse falsum, licet credat minus bonum.

8 ¶ Opinio, quæ meliori rationi innititur, sequenda est, secundum Pan. in c. Capellanus, de fer. Et doctor referens plures opiniones, videtur sequi ultimam, quando aliã non firmat secundum Host. in c. 1. de priui. lib. 6.

4 ¶ Opinio sequens æquitatem scriptam, præfertur sequenti rigorem iuris scripti, cap. Vnico de re. permu. in 6. fallit in odium Iudæorum, contra quos rigor præfertur æquitati, c. Secundo de Iudæis.

5 ¶ Opinio, quæ soluit, potius sequenda est, quam ea, quæ ligat regula. Odia, lib. 6. Et opinio habens pro se legem, vel antiquam consuetudinem debet præferri non habenti. c. Literas, de rest. spol. c. Cum expediat. de elect. lib. 6. & l. minime. ff. de legi. An Papæ opinio præualeat opinioni Concilij, supra Concilium. §. 2. & 3. In dubiis doctrina ecclesiæ Romanæ, quæ principaliter est in Papa, est regula fidei, & ad ipsum pertinet huiusmodi dubia determinare: ex S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 3. de potentia, q. 10. ar. 3.

DE ORATIONE.

- 1 Orans ex intentione, & non attendens orationi, an peccat.
- 2 Oratio quare necessaria sit.
- 3 Orationis ommissio quando sit mortale.
- 4 Oratio quæ à ministris ecclesiæ fit, pro populo debet esse vocalis.

Orans ex intentione formaliter, & non attendens orationi, peccat, quia irreuerenter Deo loquitur in oratione. Si autem orat materialiter, vel se exercendo in cantu, vel ut ocium fugiat, & non attendat, non irreuerenter agit, & consequenter non peccat, secundum Caie. ibi in summa.

2 ¶ Oratio est necessaria, ut reuerentiam Deo exhibeamus, cui debitorum sumus, & ut impetremus, quod Deus disposuit per sanctorum orationes implendum secundum Thom. 1. 2. q. 8. arg. 2. & solus Deus est orandus principaliter ad implendum, quæ petimus, sancti autem orandi sunt ad impetrandum secundum Thom. vbi supr. arg. 4. Dicere autem sanctos non esse non modo orandos, & non posse pro nobis orare, fuit hæresis Vigilantij, & nouiter à Lutheranis suscitata. Ideo dico, quod sunt orandi, quia sicut Deus agit hæc inferio-

inferiora per secundas causas, ut ordo naturæ seruetur, ita nos exaudit per sanctos, tanquam per causas medias. Secundo ut sancti honorentur. Tertiò si viui pro eis inuicem possunt orare, multo magis sancti possunt pro nobis orare. Quarto, quia sic habet usus ecclesiæ, quæ orationes ad sanctos dirigit, & secundi Mach. 15. dicitur, quod Iudas Machabæus vidit Oniam, & Ieremiam, qui erant mortui, orare pro populo Iudæorum.

3 ¶ Qui non orat pro se, & proximo etiam inimico in casu quo credit per orationem posse se, vel alium de aliquo graui modo eripere, peccat mortaliter, sicut negando elemosinã in articulo necessitatis. Agit enim contra præceptum Christi dicentis, orare pro persequentibus, &c.

4 ¶ Oratio communis, quæ fit à ministris ecclesiæ in persona populi, secundum Tho. supra art. 12. debet esse vocalis, ita ut possit innotescere toti populo, pro quo profertur, ideo irrationabiliter agit sacerdos celebrans ita submissè, ut vix à seruitore audiat, & qui stant in choro taliter dicentes officium, ut ipsi tantum seipsum percipiant, ut supra, ver. Horæ, in fin. dictum est. Et peius agunt qui tantum mouent labia, & neque seipsum audiunt, quos credo non satisfacere officio. Oratio autem singularis sufficit quod sit mentalis, & habet esse cum intentione, ut dictum est supra, Horæ. §. 6. Peccator orans ex bono naturæ desiderio, ex pura Dei misericordia exauditur, dummodo perat necessaria ad salutem suam, piè, & perseveranter, Thom. secunda secundæ, supra.

DE ORDINE.

- 1 Ordines conferens indigno, mortaliter peccat.
- 2 Ordines superiores à nemine recipiendi sunt, nisi minores habeat. Et qui illi sint.
- 3 Prima tonsura an sit ordo.
- 4 Ordinandus debet necessariis tangere quæ tangenda porriguntur ab ordinante.
- 5 Character in ordinibus quando imprimatur.
- 6 Ordines minores omnes eadem die dari possunt.
- 7 Prima tonsura omni tempore conferri potest, alij autem quando.
- 8 In ordinatione si aliquid omitatur quomodo supplendum. 16.
- 9 De substantia ordinum quæ sint.

- 11 *Ordinem Episcopatus quomodo quis suscipiat.*
 12 *Si Episcopi faciunt actum, & alius dicat verba, nihil fit.*
 13 *Ordinatus non est, qui coactè ordinatur.*
 14 *Ordinatus per metum cadentem in constantem virum, ante-
 neatur continere.*
 15 *Regulares non debent ordinari contra voluntatem suorum præ-
 latorum.*
 16 *Ordinans non sibi subditos, quam pœnam incurrat, & similiter
 ante legitimam ætatem, num. 17.*
 18 *Episcopus qui renunciauit loco tantum, vel etiam dignitati,
 quos ordines possit conferre.*
 19 *Ordinari ad sacros ordines qui possint.*
 20 *Ordinum collationem an negare possit episcopus.*

1 **O**rdines conferens indigno, secundum Thom. 4. sen. di. 42. q. 3. mortaliter peccat, similiter prælati, & alij, qui faciunt promoueri, quia infideliter dona Dei dispenfant, & ecclesiæ detrimentum faciunt, & honori diuino. Idem de consulentibus, promouentibus, & præsentantibus tales, quando scienter faciunt, vel non adhibent curam scire eos dignos, quia cooperantur ad malum, c. Votum. 2. q. 1. nec sufficit secundum Alber. magnum, non scire eos esse malos, sed oportet, quod sciant eos esse bonos, per illum modum, quo est possibile scire.

2 ¶ Ordines superiores nullus debet recipere, nisi habeat inferiores, ex ordinatione ecclesiæ, licet antiquitus hoc aliquando non seruaretur, secundum Thom. supra. Qui ordines sunt. 7. videlicet, hostiariatus, lectoratus, acolytatus, exorcistatus, subdiaconatus, diaconatus, & sacerdotij, quorum tres ultimi sacri dicuntur, secundum Th. sup. tales ad castitatem tenentur, supra, ver. Matrimonium. §. 8.

3 ¶ Prima tonsura non est ordo propriè, ideo iura inter ordines non posuerunt, c. Seriatim. di. 32. sed est deputatio seu dispositio ad Dei cultum. Et quia ordo propriè non est, ideo characterem non imprimit.

4 ¶ Qui ordinatur, debet necessariò tangere, quæ porriguntur tangenda ab ordinante, secundum Pet. de Pal. in 4. sen. & Arc. Flo. 3. parte. tit. 16. c. 14. qui recitatis opinionibus, videtur declinare cum Pe. de Pa. Alber. & S. Thom. supra. q. 1. ar. 1. quol. 5. dicunt sufficere porrectionem, vnde in concilio sub Euge. 4. cum traditur materia ordinis, nunquam fit mētio de iactu ipsius, sed solum de actu tenente, se ex parte ministri, id est porrectione, datione, traditione, & assignatione

vt dicit Caie. ibi in summa. Securius tamen est tangere, nihilominus si non retigit, non est aliter supplendum propter hoc. Idem videtur, quòd sola eleuatio manuum sufficiat, & non necessarius contractus secundum Arc. Flo. supra, licet securius sit tangere. Sufficit etiam tangere rem porrectam, vna manu, vel digito.

5 ¶ Character imprimitur in traditione instrumenti pertinentis ad actum illum, qui est principalior in illo ordine, secundum Pe. de Pa. & Tho. supra, vt in sacerdotis ordinatione, in datione calicis, sub determinata forma verborum quantum ad actum, qui est consecrare corpus, & sanguinem Christi, quantum verò ad potestatem absoluendi, in impositione manuum, dicendo, Accipe spiritum, &c. In diacono, in datione libri Euangeliorum. In subdiacono, in traditione calicis, & patenæ vacuæ, secundum Tho. & Pe. supra. In acolyto, in datione vrceoli vacui secundum Tho. & Arc. Flo. supra. In lectore, in traditione prophetiarum. In hostiario in traditione clauium. In exorcista, in receptione libri exorcismorum, secundum Tho. supra.

6 ¶ Omnes ordines maiores, & prima tonsura, possunt dari eidem personæ eodem die, vbi est consuetudo, licet Innoc. & Host. in cap. De eo, de temp. or. contrarium dicant, glo. tamen ibi dicit, quòd omnes minores simul eidem dari possunt. Sed dicit, quòd consuetudo est seruanda, quæ habet, & est in practica, quòd simul eodem die, eidem personæ conferuntur cum prima tonsura. Ideo intellige Inn. & Host. vbi non est consuetudo, & facere esset scandalum. Ordines minores, cum aliquo sacro, eodem die, eidem dari non debet, sine licentia Papæ, secundum Innoc. & Host. in c. Dilectus, de tempor.

7 ¶ Prima tonsura omni tempore potest conferri, secundum Ho. & d. Ant. in cap. Consultationi, de temp. or. ordines vero minores, poterit quilibet Episcopus dare in dominicis diebus, secundum Host. in d. cap. De eo, dum modo non videatur tenere generalem ordinationem, & similiter Abb. secundum d. Ant. in d. cap. De eo, immò etiam in aliis festis secundum Host. Alij autem ordines dari debent ab Episcopis tantum in sex temporibus anni, videlicet in sabbatis quatuor temporum, sabbato ante dominicam de passione, & sabbato sancto, de temp. or. per totum, & per S. Thom. 4. sen. dist. 25. in expositione literæ. Hoc tamen tempus, non est de substantia ordinis, cap. Sane, de temp. or. de pœna autem

recipientium ordines extra dicta tempora, supra, Irregularitas. §. 32. Si extra hæc tempora, & post prandium darentur, tenerent quidem, licet peccatum, & pœna incurrerentur, secundum Vgo. in c. Ordinationes. d. 75. Hæc de essentia ordinis non sunt.

8 ¶ In ordinatione si aliquid omittatur quod sit, vel dubi- retur esse de substantia, totum debet iterari, quia non dici- tur iterari, quod dubitatur esse factum. cap. Solemnitates, de con. dist. 1. si autem clarum, quod non est de substantia, non debet iterari, sed statuto, tempore caute suppleri. c. Presby- ter, de sa. non ite. & concor. Inn. ibi. c. 1. Et suppleatur ab eo- dem, qui ordinaverat, si possibile est, secundum Innoc.

9 ¶ De substantia non est tempus ordinationum, in d. cap. Sanè, nec ætas. c. Diaconus. di. 77. Nec unctio. cap. 1. de sa. vn. nec impositio manus episcopi, scilicet tactu corporali. c. fin. de sac. non ite. nec quod recipiatur à proprio Episcopo or- do, vel quod non recipiat simul. c. Quod translationem de temp. or. vel sit ieiunus ordinans, vel ordinatus, vt commu- niter tenetur, & hæc certa sunt non esse de substantia. Alia quædam sunt dubia, vt est missa de qua communiter vide- tur, quod non sit de substantia, vt no. doct. in c. Quod sic, de elect. De minoribus certum est, quod non est de substantia, vt manifestat consuetudo, quæ legis interpretis est.

10 ¶ Quando omissum est aliquid, debet suppleri per eum qui ordinavit, si fieri potest, vel per alium, si non potest, ser- uata forma pastorali. Omnia quoque, quæ sunt in pastorali intelliguntur esse de substantia, nisi oppositum in iure pa- teat. Debet autem sic suppleri, vt suppleatur tempore ordi- nationis, secundum Host. & patiens defectum, veniat quasi ministrans episcopo, & non sit intentio episcopi reiterare, sed supplere, & fiat sine scandalo quantum est possibile. Et non exequatur officium vsque quo sit suppletum. cap. 1. de sa. non itera. & ibi Glo. & secundum Theo. illa dicuntur de substantia, in quibus imprimatur character, de quo supra di- ctum §. 5.

11 ¶ Ordo episcopatus quò ad potestatem eius, suscipitur in impositione manuum episcoporum super caput eius, in cap. episcopus, iuncta glo. d. 21. secundum veriore opinionem,

12 ¶ Si episcopus facit actus, & alius dicit verba, vel econ- tra, in sacris ordinibus, nihil facit, quia sacramenta sunt uni- tatis, quæ diuidi non possunt. cap. Quia passus, de con. d. 2. in minoribus tamen fallit in cap. Accolitus, 23. d.

13 ¶ Qui

13 ¶ Qui coactè, & contra suam voluntatem ordinatur, non est ordinatus, quia non intendit facere quod facit ecclesia, sicut nec reciperet baptismum cap. Maiores de baptif. Si au- tem ordineretur contra voluntatem suam, non absolute, sed conditionate, quia nollet tamen, quia mandatur ei sub ali- qua pœna, est contentus, recipit ordinem, quia intendit or- dinari magis, quam talem inobedientiam incurrere, & po- test quis ad hoc cogi per superioris præceptum, & ad episco- patum, & ad curam animarum secundum Pe. de Pal. & tene- tur obedire, nisi adsit legitimum impedimentum, supra, Obedientia. §. 5. Et sine necessitate cogens inuitos ad ordi- nes, est puniendus. cap. 2. 74. dist.

14 ¶ Ordinatus metu cadente in constantem virum, nõ te- nerur continere, secundum Gul. si non vult, quia continen- tia non debet esse nisi voluntaria. cap. Ante triennium d. 31. alias sic. c. Prælatum, de his quæ vi, me. ve. c. Et præcipue si consensit voluntate in suscipiendo ordines sacros, quia vo- luntas cogi non potuit. Si talis non habebat vxorem quãdo fuit ordinatus, tenetur continere c. De Iudæis dist. 45. quod si habebat, quando ordinatus fuit, & ipsa velit continere, ip- se etiam tenetur continere propter ordinem sacrum, quem recepit. Si verò ipsa nolit continere, tenetur reddere debi- tum, quia hoc facere non potuit in vxoris præiudicium, nec in conscientia coactio excusat, quia & si corpus cogebatur, poterat tamen non intendere ordines suscipere, & ita ad ca- stitatem non obligari. In foro autem exteriori, non poterit cogi, si protestatus fuit nolle ordinari, vel de coactione om- nino inuoluntaria constet.

15 ¶ Regulares non debent ordinari contra voluntatem suorum prælatorum c. Ad aures. de temp. ord. Quos possit Episcopus ordinare. vide c. Nullus, de temp. or. lib. 6. & in c. præcedenti.

16 ¶ Ordinaas non sibi subditos, est suspensus à collatione omnium ordinum per annum cap. Eos. de temp. ordi. in vi. Si tamen ordinatus erat clericus. Ordinati sic non sunt ir- regulares, sed sunt suspendendi, per d. cap. Translationem. Et si celebrant antequam suspendantur, non efficiuntur ir- regulares, secundum Host. licet grauius peccent antequam eorum Episcopi ratam habeant talem ordinationem, vt no. in d. c. Eos, nisi quando eorum Episcopi sunt suspensi mani- festè, propter aliorum ordinationes, tunc eorum subditi, si- ne horum licentia, possunt à vicinis Episcopis ordinari,

Ff 2

in

Conc. Tri.
ses. 6. cap.
5. ses. 24.
c. 2. sess.
23. c. 3. &
c. 10.

in d.c. Eos, & cap. i. de temp. ord. lib. 6. de Ultramontanis ordinatis ab Italico Episcopo, & contra supra. Irregularitas. §. 81. satis dicitur.

De etate ordinandorum, vide Conc. Trid. Sess. 23.

17 ¶ Ordinans ad ordines sacros ante legitimam ætatem, est suspendendus à collatione ordinum, & sic ordinatus ab executione ipsius ordinis, vsque ad ætatem legitimam, secundum d. Ant. in cap. Vel non est, de temp. ord. art. cle. Generali, de æta. & qual. or. Et peccat, si ante legitimam ætatem exequatur, non tamen fit irregularis, nisi prius suspendatur, sicut de iure, debet suspendi, supra, irregularitas. §. 82. ætas. §. 1.

18 ¶ Episcopus, qui renunciauit loco tantum, si rogetur à proprio Episcopo, potest ordines conferre. Si autem renunciauit loco, & dignitati, potest tantum minores conferre, supra Irregularitas. §. 79.

19 ¶ Non possunt ordinari ad sacros ordines, nisi vsu rationis habentes, secundum Thom. 4. sent. dist. 25. art. 1. quol. 3. bene tamen ad ordines minores. De æta. autem requisita ordinandis, supra, Ætas. §. 1. Bigami prohibentur, supra. Bigamus. §. 4. Solenniter pœnitentes. c. Ex pœnitentibus d. 50. Neophyti. dist. 48. c. Quoniam, obligati curiæ dist. 51. cap. 1. De seruis & corpore vitiat, vide in suis titulis. De illegitime natis, in ver. Illegitimus. §. 1. cum quibus dispensetur, supra Beneficium. §. 28. vsque. 34. peregrini ignoti non sunt ordinandi, in c. Nullus de æta. & quali. or. lib. 6. Hermaphroditæ, supra eod. tit. §. 1. infames supra, Infamia. §. 7. Irregulares, suspensi, excommunicati vide in suis titulis. Interrogandi sunt ergo ordinantes, si huiusmodi scienter admiserunt, si seruauerunt quæ sunt in suis pontificalibus, si non contulerunt gratis. Ordinati verò, si in peccato mortali receperunt, an ante debitam ætatem, sine licentia superioris, quia in omnibus mortale videtur, &c.

20 ¶ Ordinum collationem non potest denegare episcopus existenti in dignitate, & beneficio, alio non existente impedimento c. Ex tuarum tenore. de temp. or. sicut potest secularibus, & regularibus, quibus non tenetur ca. Ad aures. de temp. or. immo sine licentia sui prælati tales non possunt promoueri ad ordines, & sic loquitur d. cap. Ad aures.

DE ORGANQ.

¶ *Organa an licita, & qua ratione pulsari debeant.*

Organorum vsus in ecclesia est licitus, licet Romana ecclesia coram Pontifice eis non vtatur, non tamen licet

licet inter diuina in eis canere, vel pulsare seculares cantus vel plausus, aut turpes, & amatorias cantilenas, & est mortale secundum Caiet. ibi, in summa. Est enim contrarium diuino officio, cuius est excitare deuotionem, & tales cantus excitant ad turpia, vel vana. Similiter qui tales conducunt sonatores, & consentiunt eis in hoc. Possent hi aliquo modo excusari, quando crederent non esse prohibitum cum in aliis ecclesiis sic fieret. Sed à sono turpium; nulla ignorantia excusat, quia statim continet contrarietatem ad solennitatem Christi, secundum Caiet. ibi, in summa supra. Cantus. §. 4.

DE ORNATV.

1 *Ornatus exterior virorum, & mulierum, quomodo possit esse peccatum.*

2 *Capillos mortuorum portare an sit peccatum.*

3 *Mulier fucata, & ornata afficiens homines. an peccet.*

1 **O**rnatus exterior mulierum, ac virorum, solet multipliciter esse peccatum. Primo ex fine malo, qui si sit mortalis, & ornatus erit mortalis, vt si fiat ad prouocandum aliquam personam, non coniugem, ad lasciuiam, si sit venialis, vt pro aliqua vana gloria, erit & venialis. Secundo, quando ponitur in hoc tanta sollicitudo, vt præmittantur necessaria ad salutem, vt missa, tunc est mortale. Tertio si sit contra legem obligatiuam ad mortale; quæ potest cognosci, secundum Caiet. ibi in summa, ex pœna, vt si esset sub pœna excommunicationis & si ita seruaretur, esset mortale. Si verò legis leuis est pœna, & deficit contemptus, non erit mortale: sicut si adesset contemptus. Si verò sit contra consuetudinem quæ non transierit in legem, communiter est veniale, quod si consuetudo transierit in legem, sine pœna & deficit contemptus est veniale. Quarto, ex qualitate, vt quando habitus est indecens, vel minus honestus, vt quando ostendunt pectus, & huiusmodi, si desit mala intentio, non videtur mortale, posset tamen esse ita inhonestus, quod ex eo personæ scandalizarentur, & esset mortale, quia daretur aliis materia scandali. Quinto, ex fuce, quod communiter veniale est, nisi aliud adiungatur. Potest etiam fieri fucatio, sine peccato, vt cum declaratur turpitudine, ex aliquo accedente proueniens, vel ex aliqua rationabili causa. Sexto, ex nimia preciositate ornatus in annulis, torquibus, & huiusmodi, ultra conditionem personarum: nam quod est nimis preciosum ciui, non erit comiti, & hoc communiter

est veniale. Septimo, ex scádalo, vt cū quis ornat se, vt ab alio inhoneste appetatur, mortale est, quia dat occasionem peccandi, cum mala intentione. Si non habet malam intentionem, neque propter hoc ornat se vel hoc facit vt proprio marito placeat, vel propter alium respectum, qui non est peccatum mortale, non mortaliter agit, etiam quod mul- ti peccent eam personam appetendo, & ipsa sciat se appeti, hoc enim est scandalum tantum passiuum in ea, secundum Cai. ibi, in summa. Non enim rei illicitæ dat operam.

2 ¶ Portare capillos mortuorum, & huiusmodi, dummodo desit superstitio, & mala intētio, etiam quod sit ibi vanitas, non est mortale peccatum.

3 ¶ Aliqui dicunt quod licet mulier non intendat ruinam alicuius ex suo ornatu, tamen cum aduertit quod aliqui pro- nocantur ex hoc, non debet se illis offerre, & quotiens se of- fert, mortaliter peccat, quod est valde durum, ideo videtur melius dicendum, quod si ex parte mulieris non est inten- tio ad prouocandum, nec sibi placet, quod prouocentur ad peccatum, licet placeat ei quod laudetur, vt pulchra, si vana superfluitate, & fuce ornet se non propterea mortaliter pec- cat, quia alij peccant ipsam amando turpiter, non enim dat occasionem, sed illi accipiunt, secundum Caiet. supra. Sicut qui credit multos sibi desiderare mortem cum vident ipsū, propter hoc nunquid non potest exire domum, & ad alia negotia, sicut & Christus, sciebat multos debere scandaliza- ri de verbis sacramenti eucharistiæ, & tamen hoc non ob- stante, protulit verba, Neque propter prodigalitem est mortale, nisi secundum quod prodigalitas ipsa mortalis est. Vide Cai. secunda secundæ q. 169. & infra Scandalum. § 3.

Ioan. 6.
Mat.

DE OSCULO.

- 1 Osculum tripliciter potest considerari.
- 2 Mulier aduertens se libidinosè osculari à consanguineo, an renuere debeat.

Osculum tripliciter potest considerari, secundum se- solum, & sic non est peccatum, Vnde inuicem os- culamur, ex amicitia, & consuetudine sine peccato. Secun- do potest fieri propter delectationem sensitiuam, ordina- tam ad aliquem actum peccati mortalis, & tunc est morta- le, ex intentione osculantis extra matrimonium. Tertio, po- test fieri ex delectationem sensitua tantum, non ultra pro- grediendo, & sic etiam mortale est, quia actus venereus est

Osculum
quomodo
peccatum
sit & quo
modo non

ex

ex se. Huiusmodi autem oscula extra matrimonium facta ob delectationem, & non ex bencvolentia, vel consuetudi- ne, mortalia sunt, secundum Cai. ibi in summa supra, Impu- dicitia. §. i. quidam tamen aliter sentiunt & male, &c.

2 ¶ Mulier aduertens se osculari à consanguineo secundū morem patriæ, sed tamen libidinosè, nō peccat etiam quod non tenuat, sed tantum ille, qui malam habet intentionem, immo male ageret negando publice signam amicitia, secū- dum Tho. secunda secundæ. q. 15. ar. 4. Intellige prædicta si principaliter fiat propter delectationem, quia talis dele- ctatio, est infra latitudinem venereorum mortalium.

DE PACTO.

- 1 Pactum duplex est.
- 2 Pacto nudo de iure canonico quis obligatur.
- 3 Pactum restitutum an omnes obliget.
- 4 Pactum dolo intum non valet.
- 5 Pacta inita per fratres mendicantes cum rectoribus ecclesia- rum parochialium, an teneant.
- 6 Pacta iuramento firmata continentia turpitudinem an obli- gent.
- 7 Pactum de non cedendo bonis an teneat.
- 8 Pactum filia dum traditur nupti quod contenta dote ad pa- trimonialia bona non habebit reuersum, si iuramento fir- matum sit an teneat.
- 9 Pactum contra substantiam contractus an vitiet actum.
- 10 Pacta pœnalia in contractibus apposta an valeant.

Pactum est duplex scilicet vestitum, & nudū. Vestitur autē sex modis, te, verbis, literis, cō- sēsu, cohērentia, & interuētū rei, vt cū dicitur, dabo tibi equū meum, si dederis decem, si in- teruenit datio decem, teneris mihi dare equum. Inst. de ver- bo. sign. Nudum vero dicitur, quando non aliquo prædicto- rum vestitur, sed est in meris, purisque consensibus conuen- tionis, vt si promisi tibi dare centum sine aliqua præceden- te interrogatione, vel scriptura, vel huiusmodi, & consentis quod si non consentis, non erit pactum, sed pollicitatio, de qua. ff. de pac. le. iuris gentium. §. igitur. Similiter dicitur nu- dum, qñ nō continet causam, qā traditio rei sine causa, nul- lus est efficaciz. l. nūquā nuda. ff. de acqui. re. do. qā tamen

ff 4

quan-

quandoque fallit, vide Pan. in c. Si cautio, de fide instrum.
 1 ¶ Ex pacto nudo, & sola promissione, ex iure canonico, & in conscientia, quis obligatur, quando videlicet exprimitur causa secundum Pan. in c. Prudentis de dona. & c. Si cautio, de instr. ut dicendo: promitto tibi decem, quia dedisti mihi equum vel huiusmodi. Si vero sit nudum, taliter quod nulla exprimat causa, non obligat, etiam in conscientia, quia praesumitur per errorem promississe. Tamen si quis dicat promitto tibi donare centum, quia praesumitur quod hoc faciat ex liberalitate, non est sine causa, & sic obligatur. Vel si promittitur loco pio aliquid, quia praesumitur, quod se obligauerit favore pie causae, nec praesumitur error c. si. de suc. ab intest. vel si habuit animum se obligandi, quando nudè paciscebatur, secundum Th. 3. sen. d. 38. & facit. c. Literarum, de voto. Alias si non habuit animum obligandi, non tenetur sub mortali, nisi subesset causa, quae alias obligaret, ut si promissit dare panem existenti in extrema necessitate, quia tenetur dare, etiam quod non habuerit animum obligandi se, etiam non tenetur si adueniat aliqua conditio rationalis, quam si cogitasset à principio, talem promissionem non fecisset, secundum Tho. secunda secunda. q. 11. Vide etiam ipsi circa dicta supra secunda secunda. q. 88. ar. 3. Item quando est promissio de re parua, non obligat ad mortale.
 3 ¶ Pactum vestitum non omnes obligat secundum Pa. in c. Pactiones, de pact. quia ubi iuramentum non obligat, neque pactum, fortius est enim iuramentum, quod fit Deo quam pactum factum homini, quoniam homine quocumque, maior est Deus.
 4 ¶ Pactum dolo initum, non valet. ca. Cum vniuersorum. de re perm. quo ad dolosum. Similiter si sit alteri captiosum. ff. de rescin. ven. l. si id, quod pure. in fi. Item si sit factum ob iniuriam seueritiam alicuius personae, non obligat. l. i. ff. quare. ac non da. Item si sit iuramento firmatum, & contineat turpitudinem. ff. de pac. l. si vnus. §. pacta, quae turpem causam, & quod contra ius est, turpe dicitur cap. Faciat homo. 12. q. 2. si tamen haec turpitudinis sit, vel ex parte vtriusque, scilicet, iurantis, & non recipientis, vel ex parte iurantis tantum, non tenet, ut in regula. Quod non est obligatorium, & de re. in. in 6. Si veto solum turpitudinem ex parte recipientis, sic tenet c. Debitor, de iure iur. Item si sit pactum in conventionibus innominatis, non obligat si ille cum quo contractat, non implet ex parte sua contractum l. ex placito. C. de re.

de re. perm. & l. naturalis §. i. ff. de praer. ver.
 5 ¶ Pacta inira per fratres medicantes cum rectoribus ecclesiarum parochialium, super iuribus parochialibus, puta iure funerandi, & huiusmodi si sint facta per priores vel guardianos cum consensu suorum contentuum, vel locorum tenentium, licet non interuenit licentia sui generalis, vel principalis, seu sedis apostolicae, dummodo adsit honestas c. Ex eo. de pac. in 6.

Turpe dicitur quod contra ius est.

6 ¶ Facta iuramento firmata, continentia turpitudinem, scilicet quod est peccatum, vel contra ius ex parte recipientis tantum obligant, cap. Debitor, de iure iur. sup. §. 4.
 7 Pactum de non cedendo bonis, tenet, nisi sit notoria paupertas secundum Pa. in d. c. Pactiones, tunc enim videretur, se obligare ad carceres, quod non potest, quia nemo est dominus membrorum suorum.

Nemo est Dominus membrorum suorum.

8 ¶ Pactum filiae, dum traditur nuptui, quod contenta dote ad patrimonialia bona non habebit recursum, si firmetur iuramento, tenet, alias non. cap. Quamuis, de pac. li. 6. supra, Dos. §. 2. Tenet etiam, si faciat postquam tradita est nuptui secundum Ioan. mo. quia est ratio eadem concor. Gemi.

9 ¶ Pactum quod est contra substantiam contractus, etiam quod non contineat turpitudinem, vitiat ipsum actum, siue sit per viam modi, siue per viam conditionis, siue resolutiue, siue suspensiue, siue etiam in matrimonio, quod est valde factorabile, secundum Pa. in c. si. de condi. ap. quia remota substantia alicuius actus, remouetur & ipse: quia sine substantia nihil potest subsistere, ad hoc ca. Tua. de spon. & cognoscitur aliquid esse de substantia alicuius, quando sine eo illud stare potest.

10 ¶ De pactis poenalibus appositis contractibus, vide Sil. ver. Pañor. circa si. & infra Poen. §. 5. 6. & 7. Quomodo pacta obscura debeant interpretari. Tab. versi. Pactum. §. 9.

DE PALLIS.

i *Palla aliarum quales, & quot esse debeant.*

i **P**allae altaris i. tobaliae, siue mappae, super quibus extenditur corporale, quot esse debeant, & quales, supra Missa. §. 6.

DE PALLIO.

i *Pallium quid sit, & de eius materia remissive.*

i **D**e pallio quod est speciale ornamentum archiepiscoporum, vide in c. Nisi, eo. tit. & Pan. in c. Antiqua, de priu.

priu. & c. Quoniam. 100. d. Ad confessores hæc materia parti pertinet.

DE P A P A.

- 1 *Papa quomodo eligendus.*
 - 2 *Papa electio facta per simoniam nulla est.*
 - 3 *Papa iura ciuilia an tollere possit.*
 - 4 *Princeps quomodo ex suo contractu obligatur.*
 - 5 *Papa vnde auctoritatem suam habet.*
 - 6 *Appellatio potest fieri ab omni principe ad papam.*
 - 7 *Potestas omnis iurat fidelitatem papa, & obedientiam.*
 - 8 *Papa an papatu renuntiare possit.*
 - 9 *Papa iudicem non habet in terra.*
 - 10 *Papa pro quo crimine possit deponi.*
 - 11 *Papa animas omnes purgatorij liberare potest.*
 - 12 *Papa statuta consilij an possit tollere, & mutare.*
 - 13 *Papa an possit absoluerè lasciu ad obligatione præstita alteri.*
- P**apa debet eligi à duabus partibus Cardinalium, aliter si se pro Papa ingerit, & est excommunicatus, supra. Excommunicatio 95. Similiter recipientes talem. cap. Licet de electione.
- 2 ¶ Electio Papæ facta per simoniam, secundum statutum Iulij secundi in consilio Lateranen. sessione. 5. ipso facto est nulla, ex quo patet, quod Papa potest statuere circa electionem sequentis Papæ, nec sede vacante possunt mutare cardinales, & est summus inter omnes, quia habet plenitudinè potestatis, alij partem sollicitudinis. per c. De cætero. 2. q. 6. & per S. Tho. in li. contra errores Gr. c. 65. Et licet Leo papa iudicio Imperatoris se supposuerit, hoc tamen fecit spontè, secundum Tho. secunda secundæ. q. 67. ar. 1. ad 2.
 - 3 ¶ Papa quò ad forum ciuile, vbi non habet iurisdictionem temporalem, non potest tollere legem, secundum Ioã. nisi in his, in quibus est periculum animæ, cum potestates sint distinctæ. c. Causam. el. 2. qui fil. sint leg. in quibus autem animarum periculum est, quò ad vtrunque forum potest, de sen. exc. lib. 6. c. Decernimus, & c. Nouit. de iudi. & cap. fin. de rescri.
 - 4 ¶ Princeps ita ex suo contractu obligatur, quod sine culpa priuare non potest eum, quem instituit in aliquo castro, vel baronia, vel huiusmodi, nec successores, etiam quòd habeat plenitudinem potestatis. d. c. Nouit.
 - 5 ¶ Papa habet iurisdictionis suæ auctoritatem à Christo, mediante electione ecclesiæ, vel habentis vicem ecclesiæ, & omnis

omnis alia potestas in ecclesia, ab ista, & sub ista est, quantū ad institutionem, seu collationem, ita quòd Papa ea potest vti in sui adiutorium, etiam quòd sit secularis, secundum Her. vt recitat. Flo. 3. par. tit. 23.

6 ¶ Ad Papam potest fieri appellatio ab omni principe, etiã temporali, & non recognoscente superiorem in temporalibus, in c. Licet. de for. compe. quando alter non potest haberi, & res est alicuius momenti.

7 ¶ Omnis potestas iurat fidelitatem Papæ, & obedientiam recognoscente ab eo omne, quod habet. capit. Tibi domino. 63. d. Et si aliquando aliquis Imperator donauit ecclesiæ, vt de Constantino dicitur, non fuit donatio, sed restitutio.

8 ¶ Papa potest renuntiare papatu, etiam si iurasset non renuntiare, cum adest causa rationabilis, sicut fecit Papa Cyriacus, & multi alij, vt dicit Arch. Fl. 3. par. tit. 23. & de ren. li. 6. cap. 1.

9 ¶ Papa iudicem non habet in terra, nisi desinat esse caput, aut se sponte subiiciat, vnde à nullo potest deponi, nisi se ipsum facto deponat, licet concilium possit declarare, quod sit depositus. 2. q. 7. c. Nos. 9. q. c. Nemo iudicabit, Auctoritas enim Papæ, vniuersalis ecclesiæ, & generalis Concilij, est eadem, secundum Thom. secunda secundæ. q. 2. ar. 10.

10 ¶ Si Papa sit hæreticus clare, & nolit se emendare, ipso facto mortuus est, & depositus, pro alio autem crimine, etiã notorio, non potest deponi, secundum Aug. de ancho. de pote. pa. & Pe. de Pa. de pote. pa. Caiet. de auctoritate pa. & concilij. cap. 26. & 27. quia licet sit caput languidum, est tamen caput. Et licet Pā. dicat oppositum, tamen ei non est credendum, tum quia hæc materia est Theologalis, & magis ad Theologos spectat, quam ad canonistas, tum quia ipse Pa. semper fuit Conciliis, magis quàm auctoritati Papæ, vt dicit Sil. ver. Papa. q. 4. Si autem Papa malis moribus ecclesiam destrueret, vel patrimonium ecclesiæ totum daret parentibus, resistendum esset illi per honestam reprehensionem, sine tamen depositione eius, & contra eius voluntatè, conuocari posset concilium, vt per illud, Papa moneretur, & resistendo in malis, remedium apponeteretur, non tamen hæc multitudo sic congregata sine auctoritate Papæ, haberet auctoritatem Concilij, secundum eundem Petr. de Pal. supra.

11 ¶ Papa potest liberare omnes animas purgatorij, etiam quod plures essent, si quis pro eis faceret, q̄ iuberet: peccaret tamen indiscretè concedendo, & in hoc sensu dicunt doct. quòd non potest spoliare purgatorium, secundum quòd dicit Sil. in ver. Papa. q. 4. §. 6. & indulgentia, q. 7. & probat ratione, adducens etiam Arch. Flo.

12 ¶ Papa potest tollere, & mutare statuta Concilij generalis, nisi essent statuta declarantia aliquid esse de iure diuino, vt sunt articuli fidei, declarati per concilia, & hoc ex causa. c. Non debet, de consan. & Th. contra impug. reli. Christi. nec obstat. c. Contra, 25. q. 1. quia modo prædicto capitur. Intellige etiam dum modo non decoloretur status ecclesie per talem mutationem, vt intelligit Pan. in d. c. Non debet, & quòd adsit causa, & sic intelligitur. c. proposuit, de concess. præbend. tamen etiam quòd sine causa dispenset Papa in omnibus his, quæ sunt de iure positio, tenet, licet peccet, secundum Tho. supra, Dispensatio. §. 7. & 13. Et vt d. Sil. ver. Papa. 15. sic facere permittendus non esset.

13 ¶ Papa ex rationabili causa potest absoluerè laicum ab obligatione præstita alteri, & etiam collectate, & pro necessitate vnius partis accipere ab alia, ar. in c. Per principalem. 10. q. 3. & Tho. in secunda epistola ad Cor. c. 11. Non autem sine rationabili causa vt auferre librum meum, & alteri dare secundum placitum suum, quo ad temporalia secundum Pa. in c. 2. de voto, & Inno. in c. Inquisitioni, de sen. & re iudi. Vide aliqua, ad hoc propositum, supra concilium, & ver. Dispensatio.

DE PARAPHERNO.

- 1 Paraphernum quid sit.
- 2 Paraphernalium fructus quando hereditate possit maritus.
- 3 Statutum loquens de dote an ad paraphernalia extendatur.

Luc. 1. ¶ Paraphernum est id, quòd mulier habet præter dotem, vndeunque veniat, secundum Gl. C. de pact. conuen. in rub. In quibusdam tamen locis habet consuetudo, quòd & dos, & omnia mobilia sint communia, & sunt privilegiata, sicut bona dotalia quo ad hoc, vt pro eis tacite sint hypothecata omnia bona viri, sicut pro dote, secundum Gl. in c. Ex literis, quòd pignoris. Vide tamen distinctionem Pan. ibi in d. c. Ex literis, nisi specialem hypothecam mulier pro his a viro exegerit.

2 ¶ Ma-

2 ¶ Maritus inuita vxore non debet habere fructus paraphernalium naturales, quando non est translatum dominium eorum in ipsum, nec debet se intromittere de illis. C. de pac. conuen. l. hac lege, & nunquam præsumitur maritus habere dominium eorum, nisi expressè appareat, vel probetur, secundum Gl. in l. si. C. de pac. conuen. Et si maritus, dicta bona male administrat, tenetur de dolo, lata culpa, & leui vt not. in d. l. si. cumque maritus volente vxore habet fructus quicquid superest non consumptum, ad vxorem pertinebit. per no. in d. l. si. & l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Et hoc consuluit Bar. secundum Baldum.

3 ¶ Statutum loquens de dote, extenditur ad paraphernalia, secundum Alberi. in l. de quibus, ff. de legi. col. 24. Quæ actione reperantur. Vide Sil. ibi. q. 5. Paraphernum dicitur à para, quòd est iuxta, & ferni dos. Quasi iuxta dotem.

Paraphernum vnde dicitur.

DE PARENTIBVS.

- 1 Parentum nomine qui veniant.
- 2 Pater quoniam filij contractu obligetur.

¶ Parentum nomine, veniunt pater, mater, auus, auia, & superiores. ff. de ver. sig. l. appellatione. Quomodo tenentur alere filios, & e contra, supra, Alimenta. §. 2.

2 ¶ Pater obligatur ex filij contractu, quando res versa est in patris vtilitatem, vt quia mutuo accepit, vt se vestiret decenter, etiam sine licentia patris, ff. de in rem verso. l. 3. §. laqueo, quòd si non est versum in vtilitatem patris, neque de eius mandato fecit, & pater rem apud se non habet, non tenetur. ff. in rem verso. l. quòd si seruus. §. Sed si accepit. Neque in hoc casu dominus pro seruo tenetur, si tamen haberet peculium filij, vel serui, deducto prius peculio, quòd pater habet in illo, & dominus in peculio serui, tenentur. l. sed si damni. §. peculium. ff. de peculio, supra. Dominus. §. 5. & 6. An parentes testificari pro facto filij queant. vide doc. & Abb. in c. Viderur, qui matri. ac. pos. & in c. Super eo. el. 2. de test.

DE PATRIA POTESTATE.

- 1 Patria potestas quomodo soluat,ur.

¶ Patria potestas soluitur. Primò quando transit in potestatem alterius, vt in l. si arrogator. ff. de adopt. vt si fiat quis religiosus. Secundò, si profiteatur post pubertatem in religione approbata, vt not. glo. in c. 1. 20. q. 2. Ante autem puber-

pubertatem, nolente patre, non potest profiteri, nec matre inuita potest pater offerre filium religioni ante dictam etatem, secundum Pan. in cap. 2. de reg. quia de iure diuino, & naturali tenetur filius parentibus obedire. Tertio, per emancipationem, supra Emancipatio. §. 1. Quarto, per sacrum ordinem cap. frequens, dist. 54. Quinto, per dignitatem episcopalem cap. si seruus clem. 2. d. 53.

DE PECCATO.

- 1 Peccatum actuale duplex est.
- 2 Peccata quedam spiritualia, quedam carnalia.
- 3 Peccatum quomodo sit voluntarium.
- 4 Actus diuersi sed coniuñti ad vnum finem, an sint vnum peccatum, vel plura, & num. 5.
- 5 Peccato transeunte per contritionem, remanet reatus pœna.
- 7 Creatura nulla impeccabilis est, nec stare potest sine peccato. 8.
- 9 Peccata an sint omnia equalia.
- 10 Peccatum originale an tantum habeat de culpa, quantum quodcunque veniale.
- 11 Peccatum veniale quomodo fiat mortale, & quomodo ad illud disponatur. 12.
- 13 Peccata que sunt contra præcepta legis diuinæ, & humana, dicuntur mortalia.

Peccatum actuale duplex est, quoniam aliud est mortale, eo quod mortem spiritualem inferat animæ, auferendo gratiam Dei, ex qua viuit anima, iuxta illud apostoli, viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Christus, & peccans mortaliter semper, vel expressè, vel interpretatiuè refutat Deum pro vltimo fine. Aliud est veniale, quia non perfectè attingit rationem peccati, nec est contra charitatè, sed præter, nec contra præcepta Dei, sed præter. Est & aliud peccatum non actuale, sed dicitur originale, quod est priuatio originalis iustitiæ, collatæ primo homini, vt erat caput generis humani, ex S. Th. 2. sent. d. 35. & pluribus aliis locis, quos breuitatis gratia omitto.

2 ¶ Peccata quedam sunt spiritualia, quorum finis est spiritualis delectatio, vt superbia, alia carnalia, quorum finis est delectatio corporalis, vt gula, & huiusmodi. De his Apostolus ait. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Spiritualia sunt quinque, carnalia duo, videlicet gula, & luxuria, cætera spiritualia sunt, secundum Greg. 12. mor. li.

3 ¶ Pec.

3 ¶ Peccatum omne in quantum habet rationem culpæ, est voluntarium, quia voluntas est propria, & per se causa peccari, Th. 1. 2. q. 73. art. 6. in cor. & quod nullo modo est voluntarium, nunquam est peccatum, secundum sententiam Aug. li. retrac. & c. quod autem. 16. q. 1. 1. Cor. 3.

4 ¶ Actus interior voluntatis, & exterior alicuius potètiæ, quando sunt coniuñti ad vnum malum finem, non sunt duo peccata, sed vnum, sed multiplicatio actuum voluntatis, peccata multiplicat saltem quantum ad numerum, vt si vadens ad occidendum hominem diuertat voluntatem ad alia, & post iterum deliberet occidere, semper multiplicat peccata, nec est vnum peccatum numero, licet sit vnum specie. Sunt enim hic plures actus deformes ipsius voluntatis numero distincti, licet non sit nisi vnus actus exterior, sine quo etiam voluntas peccasset, Th. 2. sen. dist. 42. q. 1. ar. 1. sic tenet Tab. in versu. Peccatum. §. octauo.

5 ¶ Quando plures sunt actus exteriores, sed vnus actus voluntatis non sunt plura peccata, sed vnum habens, tamen plures deformitates, vt si quis furetur, vt luxurietur, vel propter gulam, omnes enim isti actus ordinantur ad vnum finem, à quo habent actus vnitatem specificam vnitatem autem numeralem ab actu voluntatis vno, & continuato, Th. 2. sen. d. 42. q. 1. ar. 1. per rotum: à voluntate enim peccatum est, sine qua peccatum esse non posset.

6 ¶ Peccato transeunte per contritionem, remanet reatus pœnæ, qui est obligatio ad pœnam. Thom. supra. ar. 2. Qui si quidem reatus est, quodammodo medium inter culpam, & pœnam.

7 ¶ Nulla creatura per naturam suam impeccabilis est, nisi per gratiam à superiori natura adiuuetur, quia ex quo libera est, rectè agere, & non agere, ordinare, & non ordinare se in Deum potest, secundum Th. 3. contra gen. c. 109.

8 ¶ Homo post lapsum Adæ, quamuis sit in gratia Dei nõ potest diu stare sine peccato veniali, secus de mortali. Si autem sit extra gratiam, non potest diu viuere sine mortali, nisi per gratiam releuetur à mortali, secundum Th. 1. 2. q. 109. ar. 8. Quia peccatum, quod non per pœnitentiam purgatur, suo pondere ad aliud trahit, vt Greg. d.

9 ¶ Peccata non sunt omnia equalia, secundum Tho. 1. 2. q. 73. ar. 3. sed vnum est grauius altero, secundum quod maiori virtuti opponitur, vel maior deordinatio in vno inuenitur quàm in alio, vel secundum maiorem voluntatem ad peccatum.

10 ¶ Pec.

10 ¶ Peccatum originale minus habet de culpa in nobis, quam quodcumque peccatum veniale, quia minus voluntarium. Thom. 3. par. q. 1. ar. 4. in c. Ideo minor pœna debetur ei, licet respectu naturæ sit gravior, idem Thom.

11 ¶ Peccatum quod ex genere suo est veniale, aliquando fit mortale ex intentione, ut verbum ociosum dictum cum intentione adulterandi, & quod est mortale ex genere suo, potest esse veniale ex imperfectione actus, ut furari vnum quadratum, Th. 1. 2. q. 88. ar. 4. & ar. ult.

12 ¶ Peccatum veniale disponit ad mortale, quia ex frequentia peccandi, fit inclinatio ad peccandum mortaliter, alio modo remouendo ordinem, qui si seruaretur, conseruaret hominem à mortali, nunquam tamen id quod veniale est, idem potest fieri mortale, neque ex multis venialibus aggregatis potest fieri vnum mortale secundum Th. supra: nam mortalium pœna æterna est, venialium verò temporalis. Dicuntur tamen ab Aug. occidere, quia ut mortale disponunt, si negligantur.

13 ¶ Peccata, quæ sunt contra præcepta legis diuinæ, naturalis, vel humanæ, sunt mortalia, nisi ex imperfectione actus, vel respectu rei parvæ secundum Th. 2. 2. q. 35. peccata autem, quæ sunt contra mandata, consilia, vel monitiones dictarum legum, communiter sunt venialia, nisi ibi ponatur vltimus finis, vel habeatur intentio ad aliquod mortale, vel interueniat contemptus, vel non curetur de salute proximi, vel nisi contrarium dicat, etiam erronea conscientia. Peccatum veniale, & si charitatis habitum non remoueat & consequenter in anima maculam non efficiat, actum tamen charitatis retardat, ideo nitorem impedit qui ex actibus virtutum est, Tho. 1. 2. q. 98. art. 1.

DE P E C U L I O.

- 1 Peculium quid sit, & quotuplex.
- 2 Peculium est omne id quod donatur filio, vel acquirit in militia.
- 3 Castrense peculium quod dicatur, & 4. 5. 6.
- 7 Lucrum nautarum, & aliorum officialium in mari, vel in fluminibus an computetur in Castrensi.
- 8 Filiusfam. an de Castrensi testari possit.
- 9 Peculium quasi Castrense quod sit.
- 10 Pater si pecuniam det filio existentij in studio pro causa necessitatis.

saria, an post eius mortem computabitur in sortem, & quid si talem pecuniam male insumpserit. 11.

12 Filius si viuente patre cepit studere, eo mortuo si voluerit complere studium, vel doctorari, cuius expensis hoc faciet.

13 Peculium aduentitium quid sit. 15. 16. 19.

14 Profectitium peculium quid sit.

15 Preciosa vestimenta in ornamenta facta à patre nurui quomodo computabuntur filiis.

18 Lucrum factum ab vno fratrum de pecunia hereditatis inter heredes diuidi debet.

19 Pater si in peculio aduentitio alio fecit expensas necessarias, &c. an computabuntur in diuisione cum alijs fratribus.

21 Pater si se obligauit pro delicto filij, an post mortem eius fratres omnes debeant pro parte sua substinere.

22 Pater si damnum intulit in peculio aduentitio filij, an fratres teneantur emendare de communi.

23 Debita contracta post mortem patris pro communi utilitate ab vno fratrum, an de communi sint soluenda.

24 Frater an si voluerit militare, vel filiam maritare, de suo faciet.

25 Peculium quod ex societate acquiritur, aliud sit.

26 Societas si sit contraria inter aliquos, quomodo in communi conferantur salaria, &c.

27 Mulier si in domo exerceat aliquam artem communem cum alijs an eius lucrum communicare teneatur.

28 Fratrum vnus si filiam dotauit fratris, patre sciente &c. an repetet dotem.

229 Frater spurcius si viuente patre contrahat societate cum fratre legitimo, an mortuo patre, habeat partem hereditatis.

1 **P**eculium prout nominat pecuniam, quem habet existens in aliena potestate, ut filiusfamilias, vel seruus diuiditur: quoniam aliud est castrense, aliud quasi castrense, aliud profectitium, aliud aduentitium. Castrense est, quod filiusfamilias acquirit in castris, id est, in bello, & de illud potest disponere, ut dicemus. Quasi castrense est, quod acquirit filius aduocato, & in omni officio publico. Profectitium verò, quod obuenit occasione patris. Gl. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. in po. consti. & hoc acquiritur patri, quo ad proprietatem, & vsumfructum. Vt infra dicetur. Aliud aduentitium, quod filio aduenit aliunde quam intuitu patris, ut ex donatione, bona fortuna, industria, vel huiusmodi, & proprietatem acquiritur filio, vsumfructus patri, infra. §. 13.

2 ¶ Quicquid donatur filiofamilias degenti in militia, vel

ibi acquirit, quod non esset acquisiturus, nisi ibi fuisset, est peculium castrense, secus si sine militia erat acquisiturus. ff. de Cast. pecul. castrense.

8 ¶ Acquisitum inter aduocatos, & assessores, etiam non ex salario publico, sed clientulis, erit quasi castrense, secundum Bart. & Gl. in l. fori. C. de adu. di. iu. Idem secundum Bar. in l. si mulier. ff. de Cast. pecul. de relictis aduocato. pro emendis libris, vel equo causa eūdi ad officia, & huiusmodi. Idem dicit per eādem rationem. Bar. de medicis, magistris artium, notariis, & similibus quorum salarium, quod habent à priuatis, erit quasi pro castrensi. Facit pro hoc Ang. de Arc. Inst. per quas causas no. ac. §. igitur. De notariis distinguit. Sil. ver. Peculium, id est. §. 10. quia si sunt communes, quod acquirunt non est quasi castrense. Si verò sunt communis, vel dominorum vel officialium, qui debent ex publico habere salarium, sicut j. §. 9. Idem omnibus habentibus aliquā administrationem, & dignitatem ex publico, & occasione huius aliquid lucrantur, etiam ex priuatis salariis. Secus de officio procurationis, carpentarij, & huiusmodi quæ non sunt officia publica, licet salarium sit quādoque publicum, quia non habent illud ex causa publica. Ingeniarij reputantur inter officia publica. Saly. in l. fi. C. de inoff. test. publicum ergo officium, lucrum quasi castrense esse facit.

4 ¶ Si aliquid donatur militi, vel aduocato, vel habenti officium publicum, quod notoriè ad officium eorum pertineat, ut si donetur arma militi, & huiusmodi, sine dubio tale munus erit castrense, vel quasi, à quocunque donetur. Si autem tale donum nō est aptum officio: nō est castrense, nisi quando donans ex militia, vel alio officio motus est, vel quando tale donum, datum est pro emendis aptis ad talia officia publica. Quæ autem possunt esse apta ad huiusmodi, non erunt castrensia, nisi specialiter, & nominatim fiat mentio, quod hæc donantur pro hoc officio. Secus si simpliciter, & sine tali expressione donentur, secundum Bart. in tract. de duob. fra. ff. de castren. pecul. niles præcipua. l. castrense. l. forte.

5 ¶ Donatum filiofamilias, non militi, nec existenti in officio publico, cum expressione verborum, quod sit castrense, vel quasi, propter hoc non erit castrense secundum Bart. in d. tract. operabitur tamen ut patri non acquiratur ususfructus, quod potest facere donans. C. de bon. quæ lib. authen. excipitur. Et sic licet expressum vitierur, non tamen tacitum, ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. l. i.

6 ¶ Si

6 ¶ Si pater det filio existenti in studio libros, exprimens se velle donare, quos nomine eius emit, si filius tempore donationis erat iam doctus, vel aduocatus acquiruntur ei quasi castrensia. C. de Cast. pecul. l. i. nec poterit sic donatum reuocari, quasi donatio sit incontinenti valida. l. si filius. C. fami. hæc. Vnde non communicabuntur in d. l. i. Si vero tantum scholaris erat, si studium suum compleuerat, ante mortem patris, efficiuntur ei quasi castrense, quia incipit quasi militare. l. siue emancipatis. C. de dona. Nec venient in collationem. Secus si ante mortem patris non compleuit, quia qualitas personæ non patitur, cum non habeat aliquam de dignitatibus, quæ ponuntur in l. fin. C. de inoff. test. & quia scholares non gaudent priuilegio sicut magistri, & doct. C. de stu. liber. l. i. in fin. Fallit tamen hoc si dictos libros filius non est adeptus, nisi post emancipationem, quia tunc erunt sui, & idē dic de quocunque donato à patre filio post emancipationem, vel si donata ante emancipationem post tamen de voluntate patris possedit, nec poterit pater reuocare. l. sine emancipatis. C. de dona. Quando vero dubium est, an pater donauerit, ad coniecturas est recurrendum, secundum Bar. in add. ad d. tract.

7 ¶ Nautæ, remiges, patroni, siue alij officiales in nauibus, in mari, vel in alijs fluminibus, si ex causa publica officium suum exerceant, lucrum computabitur pro castrensi, in l. i. ff. de bo. pos. ex test. mi. secus si pro causa propria nauigent, ut pro mercantia, vel si sunt piratæ, vel pro iniusto bello, etiam quod haberent salarium ex publico, quia iniustum bellum non est bonum publicum, ideo quod sic lucrantur, non computabitur pro castrensi.

8 ¶ Filiusfamilias potest testari: & ad libitum disponere de peculio castrensi vel quasi, quia illud acquirit sibi quo ad dominium, & ususfructum, nec illud communicabit cum fratribus, post mortem patris. l. cum antiquis. ff. de inoff. test.

9 ¶ Peculium quasi castrense, est quod acquiritur à viris disertissimis causarum patronis, iuris doctissimis, notariis, & agentibus in rebus, magistris studiorum, liberalium artium, medicis, & omnibus, qui omnino salaria, vel stipendia recipiunt publica, in d. l. antiquis vnde solum notarij communis, vel officialium, qui de publico salarium habent, acquirunt in quasi castrensi, non autem alij communes, ut supra dictum est. §. 3.

10 ¶ Si pater dat filio existenti in studio pecuniā pro causa

Gg 2 neces

necessaria post mortem patris non computabitur in sortem ei, tempore diuisionis cum fratribus, si nihil erat apud patrem, quod esset filij. l. quæ pater. ff. fami. hæc. Secus si aliquid filij castrense; vel quasi erat apud patrem, quia tunc in dubio præsumitur quod pater administratorio nomine egerit, & sic imputabitur in partem. Not. in l. si, C. de dot. prom.

11 ¶ Si filius familias pecuniam datam à patre pro emendis libris consumpsit cum meretricibus, vel ludendo, vel huiusmodi, post mortem patris computabitur ei in suam partem secundum Bart. in autem. Quod locum. C. de col. Idem de donatione à patre filio pro emancipatione, quod erit cõputandum ei tempore diuisionis, secundum Bart. l. i. C. de col.

12 ¶ Si filius incœperit de mandato patris viuente patre, studere, patre mortuo, si voluerit complere studium, vel doctorari faciet de suo, nisi pater aliter ordinauerit secundum Bart. in d. tract. quia hic est nouus actus. C. de leg. i. l. si seruus obligatus. §. sed si, nec fratres eius tenentur.

13 ¶ Peculium aduentitium, est quod acquiritur ex industria, vel euentu, vel fortuna, vel aliunde, ex donatione facta non intuitu patris, nisi fieret ab Imperatore, vel Imperatrice. l. quia tunc quasi castrense iudicatur. C. de bon. quæ lib. l. Cum multa. Idem de donato à Rege, quia statutum loquens de Imperatore generaliter intelligitur de rege etiam secundum Inn. in cap. Super quibusdam de verb. sign. Et in isto aduentitio filius familias acquirit dominium, siue proprietatem, & post mortem patris non tenetur illud communicare cum fratribus, sed erit specialiter suum. C. de col. l. fin. Pater autem donec vixerit habet vsufructum, nisi remiserit, vel nisi detur cum pacto, quod pater non habeat vsufructum, & quibusdam aliis casibus, de quibus Instir. per quas pers. no. ac. §. sancitum, in glos. & Bal. in l. contra. ff. de re. amo.

14 ¶ Donatum ab extraneo, vel relictum filio familias contemplatione patris, erit profectitium, secundum Bart. in d. tract. Si contemplatione filij, erit aduentitium. ff. de acquir. hæc. l. additio. Si vero non apparet, cuius contemplatione sit datum, deprehenditur ex futuro euentu, quia si relinquatur vt habeat post mortem patris, præsumitur quod sit relictum contemplatione filij. Si vero vt habeat tantum viuente patre, præsumitur contemplatione patris esse factum. Similiter ex opere potest comprehendi, no. in l. socium qui. §. si. ff. pro soc.

15 ¶ Si pater donat filio præcedentibus meritis filij, erit hoc aduentitium, vt tenet glo. in authen. vnde si parens. C. de inoff. test. Si autem donat non propter merita, sed vt filio, erit simplex donatio, quæ non valebit, nisi morte patris confirmetur.

16 ¶ Si filius familias post mortem vxoris vigore statuti lucratur dotem, vel partem dotis, erit hoc lucrum aduentitium, si ipse filius ex labore suo sustinebat onus matrimonij, si autem pater sustinebat onus, erit profectitium, si partim sustinebat pater, partim filius, erit partim profectitium, & partim aduentitium pro rata oneris, secundum Bart. supra, & l. sed & si quis. §. i. ff. de stipula. seruo.

17 ¶ Preciosa vestimenta, & ornamenta, vt torques, perlæ, & huiusmodi, à patre facta nutui, imputabuntur in partem filij, non secundum, quod valebant, quando fuerunt emptæ, sed quantum valent nunc, quia tales non præsumuntur donatæ, sed accomodatæ. ff. commo. l. si vt certo. nisi magnitudo diuitiarum faceret præsumptionem, vt in l. filius. ff. de dona. Hæc secundum Bald. in l. si patruus. C. communia vtri. iudi. Vestes vero lugubres datæ mulieri, & quæ sunt consumptæ, & quæ sunt paruæ æstimationis, efficiuntur suæ. Sic namque rationabiliter iura disponunt.

18 ¶ Lucrum, quod facit vnus fratrum cum pecunia hereditatis, secundum Bart. in d. l. si patruus si nomine communi fecit, diuisionem faciet cum aliis fratribus, si autem nomine proprio fecit mercantiam, non diuidet cum aliis lucrum. l. Titium. & Marium. §. alterum. ff. de adm. tut. nisi esset tutor, vel curator aliorum, tunc enim primam pecuniam lucratam diuidet, aliud autem lucrum, de pecunia iterata nomine proprio, non diuidet cum aliis. Idem dic de eo, qui negotiatur de pecunia minoris, vel ecclesiæ, vt in l. si propositio. C. de re. vendi. Quod si ignoratur, cuius nomine fecerit, si solitum negotium continuauit cum alio fratre mortuo superstiribus filiis præmortui fratris in communi indiuisam substantiam possidentibus, tunc communi nomine fecisse videntur. ar. in l. nam & si ferus. ff. de neg. gest. Secus præsumitur, si insolitam exercuit negotiationem, nisi ex libro rationum aliud appareat.

19 ¶ Si pater dat filio fundum, vt ex eo alat se, si ex fructibus lucratur, vel ex negotiatione, vel colendo agrum, erit lucrum aduentitium. l. cum oportet. C. de bo. quæ h. Intellige quando filius coleret ipse fundum propriis manibus, &

de parte sua lucraretur, secundum Bar. in d. l. cum oportet.
 20 ¶ Si pater in peculio filij aduēticio fecit expensas neces-
 sarias vel ad perpetuam vtilitatem, computabuntur in diui-
 sione cum aliis fratribus, secundum Bar. in d. tract. nisi pater
 fecisset animo non repetendi, quod tunc cognoscitur, quan-
 do expensæ sunt ita parue, quod non excedunt quantitatem
 fructuum, quia tunc præsumitur donare, & sic non veniunt
 communicandæ cum aliis fratribus. Secus si excedunt, &
 tunc erunt communicandæ. Si vero dicti sumptus non fue-
 runt necessarij, nec ad perpetuam vtilitatem, sed tantum ad
 vtilitatem fructuum, non sunt communicandæ, quia onera,
 & expensæ ad eundem patrem pertinent. ff. de impen. l. ne-
 que si stipendium. Idem dic de eo, quod expendit in datijs,
 & collectis, quia inde pater habet fructum. l. si pendentes. §.
 sed & si quid. ff. de vsufu.

21 ¶ Si pater ductus naturali pietate, pro delicto filij se
 obligauerit, post mortem patris omnes fratres debent pro
 parte sua sustinere, secundum Bald. in d. l. si patruus, & li-
 ber captus. ff. de capti. Secus si ex necessitate hoc fecit, puta
 dictante hoc decreto, quia de parte sua soluet. l. igitur. ff. de
 lib. causa. & quod no. Doct. de eo qui condemnationes sol-
 uere cogitur.

22 ¶ Si pater intulit damnū in bonis aduentitijs filij in fru-
 ctibus, de quibus ipse pater non habebat vsufructū, tenen-
 tur fratres emendare de communi, secundum Bal. supra, & in
 d. l. cum oportet, non autem si habebat vsufructū, vel læ-
 sio est parua, etiam quod nō haberet vsufructū, secus si per-
 petua, vel intolerabilis sit. in d. l. cū oportet. §. sed cū tacitas.

23 ¶ Si post mortem patris, vnus fratrum contrahat debi-
 tum pro communi vtilitate, erit soluendum de communi,
 secundum Spe. tit. de iudi. similiter de societate dic. secus si
 non pro communi vtilitate. similiter si possit versa. in com-
 muni vtilitatem, de communi soluetur, aliter non. Idem
 de condemnatione soluta per vnum, de communi soluetur,
 quando maleficium pro communi vtilitate est factum, sciē-
 tibus, & acceptantibus secundum eūdem Spe. Secus si igno-
 raauerunt, vel non consenserunt.

24 ¶ Si vnus fratrum vult militare, vel filiam maritare, vel
 filiū tenere in studio, de suo faciet, nisi aliter sit conuentum
 inter eos. l. socius pro filia. ff. pro soc. & Bald. in d. l. patruus.

25 ¶ De peculio, quod ex societate acquiritur, sciendum
 quod tres sunt societates. Prima, est omnium bonorum quan-
 do

Societas
 triplex

do socij ita conueniunt, vt omnia bona, quæ habent, & ha-
 bituri sunt quomodocunque (iuste tamen) sint cōmunia.
 Secunda est quæstus, & lucri, quando s. conueniunt, vt om-
 ne lucrum proueniens ex opera, & solertia sit commune:
 non autem ex donatione, legato, hæreditate, vel huiusmo-
 di. Tertia dicitur societas certæ rei, quando scilicet conue-
 niens, vt stent ad vnum panem, & vnum vinum, vel faciūt
 tertiam negotiationem, in qua aliquando vnus ponit pe-
 tuniam alius laborem, hæc colliguntur, ex Bar. & Bal. in d. l.
 si patruus, & in trac. Bar. de duobus fratribus.

26 ¶ Quando sit cōtracta societas inter aliquos, potest ad-
 uerti secundum Bal. vbi supra, quando simul stant, & quam-
 uis non negotientur: omnia tamē salaria, dotes in commu-
 ni conferunt, ex his præsumitur intentio, etiam si vnus ne-
 gotietur, & alter non, sed quæcunque sibi eueniunt, ponunt
 in communem: nam lucri communicatio. Societatis est cōtra-
 ctio, etiam si vnus esset aduocatus, vel alter lucraretur, & al-
 ter haberet curam domus, & ponūt in domo, videtur contra
 societas. Et licet vnus plus lucretur, quàm alius, tamē in ge-
 nerali societate omnia æquè sunt diuidenda. l. si socius pro
 filia. ff. pro socio.

27 ¶ Si mulier in domo exerceat aliquam artem non cō-
 munem cum alijs personis, vt quia ex chirurgica, vel huius-
 modi, nec propter hoc dimittit opera cōmunia, domus, lu-
 crum, quod de tali arte facit, erit proprium, nec diuidet cum
 alijs nisi ponat illud in communem: tunc enim intelligitur cō-
 tracta societas. Idem dic de filiabus alterius fratris, Bal. in l.
 si vxorem. C. de cond. insertam in leg.

28 ¶ Si vnus fratrum dotauit filiam fratris, patre sciente,
 & patiente, & non tenebatur eam dotare, poterit repetere
 dotem, quia vtiliter eius negotiū egit, nec videtur donare,
 quia solus non facit sicut quando extraneus, alterius filiam
 dotat. l. ex morte. C. de pac. conuen.

29 Si frater spurius viuente patre, cōtrahat societatem om-
 nium bonorum cum legitimo fratre, post mortem patris spur-
 rius habebit partem hæreditatis iure societatis, secundum
 Bal. in l. i. C. pro soc. de hac materia, infra Societas, circa
 princ. in ver. Vltra vide aliquid. Hæc est bona cautela, quæ do-
 quis vult, quod spurius cum legitimo in hæreditate succe-
 dat.

DE PECVNIA.

1 Pecunia nomine quid veniat.

G g 4

2 Solutio

- 2 *Solutio debiti quo pecunia valore fieri debeat.*
- 3 *Solutio fienda ratione condemnationis iudicis, de qua pecunia fieri debeat.*
- 4 *Mutuum pecunie in qua restitui debeat.*

Pecunie nomine, veniunt largo vocabulo, omnia que possunt esse in patrimonio, quorum aliquis potest esse dominus. cap. Torum. l. q. 3. Et omne quod pecunia potest mensurari, secundum Thom. secunda secundæ. q. 78. art. 2. Propriæ vero dicitur pecunia Denarius, Car. in cle. exiui. §. portò. de verbo signific. ideo cum prohibetur pecunia, intelligitur de moneta, cuiuscunque generis sit tantum.

2 ¶ Solutio debiti in quantitate, vel numero existentis, debet fieri secundum pecunie valorem currentem tempore contractus, siue pecunia sit reprobata in totum siue alterata in partem in perpetuum, respectu cursus, secundum Panormit. in capitul. Quanto. de iur. iurati. & c. Olim, de cen. & hæc est communis opinio doctorum. Et hoc tã in moneta minuta quam grossa, secundum d. Anto. & Panor. in d. cap. Quanto. Si vero non est alterata in perpetuum, sed ad tempus, secus secundum Pan. supra arti. ult. l. precia. ff. ad leg. fal. Et dicitur pecunia diminuta, vel alterata in perpetuum quando princeps non vult, quod expendatur nisi pro tanto, cum prius pro maiori, vel minori precio expendereetur. Diminuta vero ad tempus dicitur, quando hodie florens valeat lxxx. cras valebit lxxix. & sic de die in diem crescit & decrescit. Dicitur vero reprobata, vel quia falsa, vel quia à principe bannita.

3 ¶ Solutio fienda ratione condemnationis iudicis debet fieri de pecunia currente tempore condemnationis, si ratione statuti condemnationis, debet solui de moneta currenti, secundum Sp. & verius quia pœna de minori debet solui. c. Odis. de re. iud. lib. 6. Solutio autem, quanti fieri mandauit, si princeps sciat valorem eius, secundum d. Ant. in d. capit. Quanto. ar. in d. c. Olim. Solutio vero respectu legati fiet secundum valorem monete currentis tempore cõditi legati, secundum Pan. in d. cap. Quanto. Idem dic de antiquis pensionibus, secundum Ioan. And. in cap. pe. de cens.

4 ¶ Petrus mutuauit Paulo, vel deposuit 100. aureos restituendos in auro tantum, Paulus non potest restituere in alia materia, neque in alia forma inuito ipso Petro, & augmentum, vel diminutio ad ipsum Petrum pertinet. Si autem mutuauit 100. libras in auro, vel argento, satis est quod restituat 100.

libras

libras in quacunque moneta. Si autem simpliciter fuit factum mutuum in auro vel argento, non potest restituere in alia forma vel materia, quando Petrus ex hoc pateretur damnum, si autem non patitur damnum, potest restituere aurum pro auro & argentum pro argento, etiam mutata forma, & ipse Petrus tenetur acceptare, nisi aliter loci cõsuetudo haberet, secundum Pan. in d. c. Quanto, & Bar. in l. Paulus de solu. De falsificantibus, & radentibus monetam, supra. Moneta, per totum, falsarius per totum. Solitus ex pecunia lucrari, contra morosum debitorem agere potest, vt soluat quod verisimiliter fuisset lucratus ex mutuata pecunia. Abb. in c. Per vestras, de do. inter vir. & vxor. col. 2.

DE PEDAGIO.

1 *Pedagium, quid sit, & an mortale peccatum.*

1 **P**edagium, & pensio, supra, Gabella, per totum, & infra Vectigal, per totum, An sit mortale peccatum fraudare huiusmodi, multi tenent quod non, sed si inueniantur, pœnam soluant, quam tenentur soluere, postquam fuerint condemnati, tamẽ qui ea natura sua tenentur solui, quod solui debet secundum iustitiam, non soluere huiusmodi gabellas, ad furrum pertinet, ideo à mortali tales non soluentes excusare nescio, sicut tenet Cai. in verbo, Vectigal. de quo supra, Gabella. §. 6. Quis possit pedagia imponere, vide Abb. in cap. innouamus. de censibus. de verbo. sig. c. Super quibusdã.

DE P O E N A.

- 1 *Pœna qui incurritur transgrediendo aliquod statutum quando obliget in foro penitentiali.*
- 2 *Pœna appellatione, quid veniat secundum canonistas.*
- 3 *Iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam.*
- 4 *Iudex ecclesiasticus si post imponere pœnam in casu licito, an possit sibi retinere.*
- 5 *Pœna apposta in contractibus an exigi possit.*
- 6 *Qui promisit sub certa pœna soluere, & non soluit nisi tantum an teneatur ad reliquum.*
- 7 *Pœna apposta in contractu etiam altero reclamante, dummodo contractus locum habeat incurritur à non seruante.*
- 8 *Pœnas plures si ponat lex alternatiuẽ optio eligendi pœnam, cui dabitur.*
- 9 *Semel punitus in vno iudicio pro aliquo crimine, nõ debet amplius pro eodem puniri.*

1 **P**œnã quam quis incurrit transgrediendo aliquod statutum, vt videlicet tantum soluat qui contrafecerit, nõ

G g 5 tenetur

Nota de muliere vidua non castè viuente.

teneretur etiam in foro pœnitentiâli, nisi postquam fuerit de hoc sententiarum, etiam lex dicat, quod ipso factò incurrat, quia adhuc requiritur sententia declaratiua, secundum Ray. Cõcordat Th. 2. 2. q. 63. articu. 3. c. Fraternalitas, in gl. Quidam limitant hoc quantum ad pœnas requirentes actum, hominis necessariò ad executionem. Secus autem in pœnis trahentibus post se executionem, vt est excommunicatio, & huiusmodi. Cai. in summa, ibi dicit hoc fallere in duobus, scilicet in censuris, & pœnis testamentariis. Vnde & excommunicatus, & suspensus, interdictus, & irregularis est quisquis contra laram à canone de huiusmodi sententiam facit, absque alia declaratione iudicis. Et vidua non castè viuens, si fuit relicta domina, & usufructuaria, donec castè viuerit, tenetur de consumptis, postquam non castè vixit, etiã si à nullo iudice humano ad hoc compellatur, & hoc est, quia casu eueniente desinit succedere, in tali usufructu, merito sic disponente. Idem dic quãdo relinquitur usufructuaria, donec ad secundas nuptias transierit, perdit usufructum, etiã si secretè nubat, & ratio est sola testatoris voluntas, secundum Cai. ibi, quia ventum est ad casum in quo testator bona sua ad eam transire noluit.

¶ Appellatione pœnæ secundum canonistas non venit pœna pecuniaria, sed tantum corporis afflictiua, secundum Bar. in c. Inter alia, de immu. ecc. largè tamen aliquando veniunt aliæ pœnæ, quarum aliquæ sunt spirituales, videlicet increpatio. ca. Peruenit. d. 84. Censura excommunicationis, interdicti suspensionis. ca. Quærenti de verb. sig. Infamiz, & depositionis, de qua in cap. Si episcopus. di. 5. Aliæ corporales, videlicet, abstinentiæ, verberationis, seruitutis, publicationis omnium bonorum, exilij. Aliæ pecuniariæ, aliæ sanguinis, vt mortis, vel detractionis.

¶ Iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam, secundum Pan. in capit. Licet, de pœnis, videlicet multando si illa magis timetur, quia pœna certa non est à iure statuta pro arcenda contumacia, ideo potest imponere, vt sibi videretur. in c. De causis, de offi. dele. diffiniendo autem potest etiam imponere, quando, subest statutum, vel consuetudo, vt ultra pœnam iuris imponatur pecuniaria, quia potest index adiuuare canonem, nouam pœnam apponendo, vt in c. 2. de cons. li. 6. dummodo hoc nõ procedat à vitio cupiditatis. Si vero tale statutum, vel consuetudo nõ extat, prælati extra iudiciũ pecuniã pro delicto exigere non potest, si-

cut

cut faciebant illi diaconi, de quibus in c. Licet. d. 100. Si autè iudicialiter procedat, & certa pœna non est apposta, potest imponere pecuniariam, & si est posita cum causæ cognitione, potest illam pronunciando temperare, non autem postquam pronunciauit, vt in c. notandum. 2. q. 3. nisi quando super tali crimine potest dispensare, vt in c. At si clerici, de iud.

¶ Quando iudex ecclesiasticus exegit pœnam dictã in casu licito, vt ex statuto positam, secundum Host. potest sibi retinere, ita tamè, vt euitet suspicionem cupiditatis, quãdo imponit non ex statuto, sed ex officio suo, debet deputare in pias causas. Multa enim fieri possunt, quæ tamen fieri non expediunt.

¶ Pœna apposta in cõtractibus, licitè potest exigì à seruante fidem, contra non seruantem, dummodo non fiat in fraudem vsurarum, secundum Pan. & Inn. in cap. Suam. de pe. nisi quando contractus est contra ius (licet sit præter ius) & nullus. c. Dil. c. de arbi. Et hoc etiam in foro pœnitentiãli etiam si interesse excedat.

¶ Qui promisit sub certa pœna soluere, & non soluit nisi partem, si obligatio fuit diuidua, soluere tenetur tantum partem pœnæ, si autem fuit indiuidua, tenetur soluere totã pœnam, secundum Pa. in d. c. Suam. Et dicitur obligatio diuidua, quando solutio partis affert tantam commoditatem respectu partis, quantam solutio totius, respectu totius, vt si promisi tibi scribere duos libros, & tantum vnum scripsi. Indiuidua vero, quando tantam vtilitatem non affert, vt si promisi scribere vnum librum, & tantum medietatè scripsi.

¶ Pœna apposta in cõtractu, etiam altero reclamante, dummodo contractus locum habeat, incurritur, à nõ seruante, secundum Panor. in c. Ray. de test. vbi infert vnum not. quod pœna apposta ex conuentione committitur ex sola contradictione facti quanquam contradictio non habuerit iuris effectum.

¶ Si lex plures pœnas apponat alternatiuè, id est sub dis-iunctione, videlicet puniatur tali, vel tali pœna secundum Pa. in c. In ceteras, & de resc. optio eligendi pœnam datur iudici, si verba legis ad iudicem dirigantur, ad hoc est. l. si fugitiu. C. de seru. fugi. Si vero dirigantur ad reum, optio ad reum pertinet, vt in l. quicquid. C. de serui. fug. Si verò verba impersonaliter proferantur, est dubitatio; tamen Ab. vbi supra tenet propter Gl. ibi allegatas, & propter ea. Quoniã, vt lite contest. quod optio datur iudici, & non reo, qui reus

semper

semper mitiorem pœnam eligeret, & sic quasi frustraretur
alternatiuæ legis clausula. Consuetudo tamen deberet ser-
uari, si esset, quod semper vna pœna soluatur.

Nahum 1. 9 ¶ Semel punitus in iudicio pro aliquo crimine, non de-
bet amplius pro eodem puniri, quia, vt dicitur per prophetã,
Deus non iudicat bis in idipsum. Et nemo debet duplici cõ-
tritione conteri, vt in c. At si clerici, de iudi. quãuis in eo-
dem iudicio, aliquando multiplex imponatur pœna, quæ ta-
men omnes pœnæ, pro vna sufficienti computantur. Quan-
do lex imponit aliquam pœnam facienti aliquod malum,
nisi tale malum perficiatur, licet attentetur, pœna non venit
imponenda, secundum Pan. cap. 1. de eo qui mit. in poss. licet
alia imponatur pœna iudicis arbitrio. Similiter dic de pœna
per statutum posita. Secus autem de pœna, quæ per iudicis
decretum venit imponenda, quia delinquens punitur ac si
opus perfecisset. Ex quo ad actum propinquum pertinet, vt
in l. si quis non dicam. C. de epif. & cle.

DE P O E N I T E N T I A .

- 1 Pœnitentia quid sit.
- 2 Pœnitentia quotuplex.
- 3 Pœnitentiam datam à confessore perficiens an satisfaciat Deo,
& ecclesie.
- 4 Pœnitentia an agi possit in vltimo vita.

1 Pœnitentia de qua Thom. in 4. sen. d. 14. & 16. agit, est
virtus moralis pertinens ad iustitiam, puniens pecca-
tum, quod dolet commisisse. Et sacramentum, continens
contritionem, confessionem, & satisfactionem, de quibus
supra, Confessio, per totum, & Contritio, per totum, an etiã
nolens acceptare aliquam pœnitentiam perficiendã in hoc
mundo, possit absolui, supra, Confessio. §. 29. & quomodo si
acceptauit, teneatur perficere, licet Tab. in ver. Pœnitentia,
dicat nunc non esse absoluendum. §. 2. & quomodo si acce-
ptat, & non perficiat, non teneatur iterare confessionem, supra
Confessio. §. 10.

Nota 1. ¶ Pœnitentia quædam erat solennis, sed quia non est
amplius in vsu, ideo de ipsa non loquemur. Alia est publica
tantum, & hæc etiã à simplici sacerdote potest imponi,
etiã clerico, dummodo non sit solennis, & non debet im-
poni nisi pro graui, & publico peccato, nec confessor impo-
nens talem pœnitentiam publicam dicitur reuelare pecca-
tũ, nec confessionem, quia nescitur pro quo peccato dederit
talem

talem pœnitentiam, secundum Th. 4. sen. d. 14. Alia est vir-
tualis, quando quis dolet de quo dolendum, & quantum est
dolendum. Alia est, quam confessor imponit in confessione,
de qua supra, Confes. §. 29. Alia est secundum canones, vt
scilicet pro quolibet mortali imponatur septennis. cap. Hoc
ipsum. 33. q. 2. sed quia hodie omnes pœnitentiæ sunt arbi-
trariæ, consideratis personarum circumstantiis, vt in c. Temp.
29. q. 2. & cap. Mensuram, de pœnitentia dist. 1. Ideo dimitta-
mus quomodo intelligantur, & de pœnitentia data à cõfes-
sore dicamus.

3 ¶ Perficiens pœnitentiam datam à confessore in peccato
mortali, licet non satisfaciat Deo, satisfaciat tamen ecclesie,
ita quod non tenetur amplius reconferri de illis peccatis,
ritè confessis, pro quibus data est pœnitentia, neque tenetur
eamdem pœnitentiam reiterare, sed potest cum alia Deo sa-
tisfacere, supra, Confessio sacramentalis. §. 10. Infra, Satisfa-
ctio. §. 5.

4 ¶ In vltimo vitæ secundum Th. in 4. sen. dist. 20. quilibet
peccator potest pœnitentiam peragere, quia manet in co-
vsu liberi arbitrij, quo mediante, Dei auxilio potest ad gra-
tiam se quilibet disponere, quanquam talis pœnitentia sit
valde dubia, secundum Aug. per c. Quem pœnitet, de pœn.
d. 7. Ideo qui à dubio vult liberari, dum sanus, & mentis cõ-
pos est, pœnitentiam agat.

DE P E R C V S S I O N E .

- 1 Percutere aliquem an sit mortale.
- 2 Clerici in minoribus an possint verberari.
- 3 Regulares quomodo verberari possint.
- 4 Episcopo non licet aliquem proprijs manibus verberare.
- 5 Religiosi non debent verberare per laicos.

1 Percutere aliquem, id est verberibus affligere contra
iustitiam, peccatum mortale ex suo genere: quia & ei
nocumentum inferitur, & iniuria. Si tamen percussio leuis
sit, & parua iniuria, propter imperfectionem actus erit ve-
nialis culpa. Quod si percussio fiat secundum iustitiam, ab
eo qui auctoritatem corrigendi habet, vt à praelato, patre,
iudice, vel huiusmodi, peccatum non est, nisi in corrigendo
modum excederent, vel animo iniuriandi, & non ex chari-
tate facerent, non tamen possunt mutilare, vel occidere, nisi
sint domini alicuius perfectæ communitatis, vt sunt prin-
cipes ciuitatum, & huiusmodi, non autem princeps vnius
sanctum

*Hodie om-
nes pœni-
tentiæ sunt
arbitra-
ria.*

Nota.

tantum familiae, vel collegij, ex S. Th. 2.2. q. 65. ar. 2.

2 ¶ Clerici in minoribus, causa correctionis possunt verberari, etiam pro leuibus culpis, non autem in sacris existētes, nisi pro maioribus criminibus debent verberari, c. Cum beatus. 45. di. & c. disciplina.

3 ¶ Regulares verberantur à praelatis, iuxta tenorē suarum constitutionum, etiam pro leuioribus, citra tamen sanguinem. cap. reprehensibilis, de app. in fin. Intellige effusionem enormem, secundum Gul. ar. in c. archiepiscopatum, de rap. In huiusmodi autem correctionibus debet attendi consuetudo, quæ est optima legum interpret, quia quandoque consuevit fieri percussio per praelatum, quandoque per alium de mandato ipsius, & coram. Vide Tab. versu. Excommunicatio. §. casu primo. §. 7.

4 ¶ Episcopo non licet aliquem propriis manibus verberare cap. non liceat. 86. di. Aliis autem praelatis sic. d. 46. §. Salomon.

5 ¶ Religiosi non debent verberari per laicos, nisi quando sunt incorrigibiles, vel aliter reprimi non possunt, sed per alios regulares, vel seculares clericos. Quomodo autem, & pro quo crimine fiat degradatio, vide Butr. in c. Et si, de iudi. Sil. ver. Degradatio. §. 4.

DE PEREGRINO.

1 Peregrini sunt sub protectione ecclesie.

2 Peregrinorum res cuius sint.

3 Peregrini an dimitti possint ad ordines, & alia.

4 Peregrini, & viatores, vbicunque se inuenerint in paschate possunt absolui.

1 **P**eregrini proprie, qui vadunt ad visitandum alienas ecclesias, vel sanctorum corpora, sunt sub protectione ecclesie. cap. innouamus, de treu. & pa. & qui eos expoliant rebus suis, sunt excommunicandi. cap. Si quis romipetas. 24. q. 3. Nunc autem per processum curie, sunt excommunicati, qui peregrinantes Romam, & Hierusalem expoliant, supra, Excommunicatio. 4.

2 ¶ Res peregrinorum sunt suorum hæredum, debent eis restitui quando moriuntur, si commodè possunt inueniri, aliter qui capiunt animo non restituendi, mortaliter agunt. Si autem non possent inueniri, vel non commodè possunt hæredibus restitui, quia sunt in lóginquis partibus, vel esset opus magna expensa, & huiusmodi, debent pauperibus erogari

gati non obstante statuto, vel consuetudine in contrarium, secundum Host. Contra enim diuinam legem consuetudo non tenet, nec contra bonos mores.

3 ¶ Quomodo peregrini possunt admitti ad ordines, & alia, si habent literas testimoniales sui episcopi cuius sigillum sit nouum, vide c. Cum secundum, de præb. & ca. sopite, de cen. Si probant se amisisse literas, & earum tenorem, admittuntur. c. Cum olim, de priui.

4 ¶ Peregrini, & viatores vbicunque se inuenerint in paschate, possunt absolui, ex declaratione Eugenij 4. supra. Absolutio. §. 16. Et si recesserunt cum licentia sui parochiani, vel episcopi, intelliguntur etiam habere licentiam confitendi, & accipiendi communionem, si in paschate se alibi inuenerint, nisi expressè reseruauerit sibi aliquos casus. Ex quo enim dat licentiam, & non reseruat, videtur concedere. Accedentes etiam ad Papam ex iusta causa, siue in fauorem suum, siue alterius, secundum Pan. in c. Meminimus, de app. post Inno. sunt sub apostolica protectione, vt interim contra eos non procedatur. Vide Sil. ibi. q. 2.

Consuetudo qua est contra Diuinam legem vel contra bonos mores non tenet.

DE P E R F I D I A.

1 *Perfidia an sit peccatum.*

1 **P**erfidia qua homo non attendit promissum, peccatum est quia contra virtutem fidei, & si iocosa, vel officiosa, venialis est, si autem perniciosa, quia videlicet nocet proximo quo ad animam, vel quo ad corpus, vel quo ad bona alia notabiliter, est mortalis. Si autem pro re parua, vel in primis motibus, vel sine intentione violandi fidem vel nocendi proximo, sed obliuione, vel ignorantia, vel confidentia, vel huiusmodi, venialis erit, quia tunc formaliter non erit perfidia, iuxta regulas mendacij. Ex his declarationem multorum, quæ possunt accidere, non seruantibus fidem elicere potes, Conc. Caiet. versiculo perfidia.

DE P E R I C V L O.

1 *Periculo se exponens quando mortaliter peccet.*

1 **E**xponens se periculo mortaliter peccandi, vt faciens rem, de qua dubium est, an sit licita, vel non, mortaliter peccat, quia sic potius vult transgressionē diuini præcepti quam abstinere à tali opere. Similiter peccat mortaliter vadens ad locū, siue cum societate, siue non, vbi est periculum peccandi mortaliter, & timet peccare, vel propter aspectū, vel persuas-

persuasiones, vel commoditates, vel huiusmodi. Non enim hoc ex suo genere mortale est, quia nunquam homo cogitur ad peccatum mortale, sed ex conditione personæ, quæ scit se fragilem, & dubitat cadere, eo maxime si per expeditiam nouit se pro talibus cecidisse, quia scriptum est, si oculus tuus scandalizat te, &c. Si verò constantem se credit, & necessitas illuc eundi urget, non peccat mortaliter. Secus autem non urgente necessitate secundum Caiet. ibi. Exponere autem se corporali periculo, ad vitandum animæ periculum, & propter Dei honorem laudabile est.

DE PERIURIO.

1 *Periurium quid, & an mortale peccatum sit. 2. 3. 5.*

4 *Periurium non tenetur quis seruare.*

PERIURium, quod proprie est falsum iuramentum, mortale peccatum est, quia Deo fit iniuria, & contra illud præceptum. Leui. 19. Non periurabis in nomine meo. Ad discernendum autem, quando est mortale, atrende quando est formale periurium, ut cum quis aduertit se falsum iurare, & vult iurare. Sic enim semper est mortale. Si autem non intendit iurare falsum, & tamen iurat, dicitur periurium materiale. Quando autem homo prudens, & sciens periurat, semper mortaliter agit. Si vero periurat ex lapsu linguæ, aut inaduertenter, vel ignoranter, non erit mortale, quia actus non est perfectus, sed tantum periurium materialiter. Si tamen iste actus rediret in naturam suæ formæ, ut cum quis non intendit falsum iurare tamen iurat falsum, non curans adhibere curam, ne falsum iuret, tunc esset mortale quia conuincitur potius velle periurare, quam discutere ne falsum iuret, secundum Caiet. ibi. Parum enim de periurio videretur curare, de quo multum curandum est.

2 ¶ *Omne periurium, siue in affirmando, siue in negando in quacunque materia fiat, vel quibuscunque verbis & quacunque coactione metu, loco, leuitate, consuetudine, utilitate, vel excusatione fiat, peccatum mortale est, quia contra Dei præceptum, nisi ex imperfectione actus, ut dictum est supra immediatè.*

3 ¶ *Omne periurium promissorium de præsentibus, dum promittitur aliquod bonum, vel malum, sine animo seruandi, aut animo obligandi se aut animo non iurandi, semper est mortale, quia deest præsens veritas. Si quis autem iurauit animo vero facere aliquod malum, quod est mortale, ut occidere homi-*

hominem, incurrit periurium, quia iuramentum applicatur ad materiam, quam oportet falsificare, & sic est mortale peccatum, etiam quia firmatur voluntas ad aliquod mortale. Si vero tale malum est veniale, tunc iurans animo faciendi, peccat tantum venialiter, ut si iuret non mutuare Sorti extra casum extremæ necessitatis. De futuro autem tempore iuramentum promissorium si non adimpletur, incurritur periurium, quando est obligatiuum, & est mortale, nisi quando materia non est capax vinculi obligatorij, ut quando est de malo, siue veniali, siue mortali, vel de omissione alicuius super erogationis boni, vel de actu indifferenti ad bonum, vel malum, ut si iurauit ire ad campum, vel leuare festucam, ubi nullum reperitur bonum utile, vel honestum: in his non tenetur quis seruare iuramentum, sed sine mortali potest contrauenire, quia non est materia obligatoria, & ita non est simpliciter periurus sicut si esset materia obligatoria.

4 ¶ *Item ex aliquo euentu non tenetur seruare, ut si iurauit Rex facere gratiam quancunque & petatur aliquod malum, ut fecit Herodias, non tenetur seruare, vel si euentus esset impediturus maioris boni, ut si iurauit contrahere cum Berta, & postmodum volo religionem intrare, non tenetur seruare iuramentum. Item ex modo iurandi, ut si quis iuret non sedere in prima sede, vel huiusmodi, ad honorandum alterum, & tamen precibus coactus sedet, non est periurus, quia intelligendum est, quantum ad ipsum volebat sedere, & in multis similibus. Sic Petrus dixit, Non lauabis mihi pedes in æternum. Item quando quis iurauit, vi vel metu cadente in constantem virum. Tutius tamen est in his iuramentis factis metu, à superiori relaxationem habere. Item ex relaxatione facta, vel ab eo cui facta est promissio, vel à superiori, non tenetur sub peccato mortali seruare, & contraueniendo non fit periurus.*

5 ¶ *Periurium comminatorium, de præsentibus, ut cum quis iurat animo mendaci, semper est mortale in quacunque materia fiat, quia fit Deo iniuria, & deest præsens veritas, ut supra dictum est. Si fiat animo veraci super re, quæ de se mortalis sit, ut quia iurauit diffamare, vel furari, &c. mortale est, & non tenetur implere, immo adimplendo, mortaliter peccaret. Si vero iurauit punire, & hoc est secundum iustitiam, & ex punitione maius bonum oritur, debet seruari. Secus si non oritur, sed maius malum, vel quædo is cui comminatus*

H h est

Mat. 14.

Marc. 6.

Ioan. 13.

est veniam petit, & corrigitur: in his autem discretione optata est, & recti iudicij consideratione, quid magis expediat. An peccet mortaliter exigens iuramentum ab aliquo, quem scis falsè iuraturum, supra Iuramentum. §. 33. & alia quæ ad hanc materiam spectant, vide ibi, Iuramentum, per totum. An sit peccatum mortale sine necessitate iurare, supra, ver. Iuramentum. §. 7.

DE PERMISSIONE.

Peccata quomodo possint, & debeant permitti.

*Permissio
quando sit
iniusta.*

Permissio peccatorum sine rationabili causa, peccatum est. Rationabilis autem causa est, vel vitatio maioris mali, sicut lex lupanaria permittit, vel inductio maioris boni. Vnde prælati, vel patres permittentes aliqua mala propter tenendam pacem, & huiusmodi, non peccant. Si autem facerent propter aliquod commodum proprium, ut quia lucratur aliquod munus: vel fauorem, & huiusmodi, graviter peccarent. Quando autem sit mortale, vel veniale, in casibus particularibus matura consideratione indiget. Vide Tho. 4. sen. dist. 33. q. ar. 2. & secunda secundæ q. 92. ar. 3. & Panor. in cap. Ut clericorum, de vi. & ho. cle. ver. Prælati, infra, Prælati, §. 2. & 5.

DE PERMUTATIONE.

Permutatio quando sit iniusta.

Permutatio rei cum re, siue sit eiusdem speciei, siue non, multipliciter est iniusta. Primo, si non seruetur æqualitas, ut si do tibi unum equum bonum, & tu das mihi unum debilem. Secundo, si interuenit fraus, ex vna, vel ambabus partibus, tunc ultra peccatum mortale, tenetur de fraudator de damno defraudati, etiam si fuit scienter defraudatus (licet non proprie possit dici defraudatus) sed propter necessitatem permittit se defraudari. Iustitia enim in huiusmodi contractibus seruari debet. Tertio si permutantur spiritalia quasi pretio æstimata aliquo, de quo vide infra ver. Simo. §. 2. Quarto quando huiusmodi permutatio prohibita est lege, vel statuto, sicut permutatio seruorum fugiuorum. C. ad l. fal. de pla. l. in fuga. & beneficiorum ecclesiasticorum, quæ non commutantur communiter sine auctoritate superiorum, §. ver. beneficium. §. 72. vsq; ad 77. Ibi enim sufficienter de tali permutatione dictum est. De hac materia tractans Fede. Senen. ponit quasdam conclusiones, quas recitat Arc. Flo. 3. parte. tit. 15. circa finem. Vide ibi si expedit

pedit, & placet. Has etiam Sil. ver. Permutatio. §. 13. diffusè recitat, quas non pono breuitatis gratia.

DE PERTINACI.

Pertinax quis dicatur, & quanda pertinacem esse peccatum est.

Pertinax dicitur qui in propria sententia perseverat plusquam oportet, secundum Isido. lib. 6. ethymo. Et si quis sit pertinax circa materiam non perniciosam, neque sibi, neque alteri, non est peccatum mortale, nisi forte ratione scandalii. Si autem sit perniciosa, ut cum quis est pertinax his quæ sunt fidei, vel in aliis, ex quo actualiter sequitur damnus notabile sibi, vel aliis, in anima, vel in corpore, vel in rebus, mortale est, si autem in solo intellectu sistit pertinacia, dummodo recte credat diligat, & operetur secundum communem ecclesiæ traditionem, non video peccatum mortale, nisi superbia, quæ esset mortalis, præcederet; nam ex inani gloria oritur secundum Tho. secunda secundæ q. 138. Arist. vero in 7. ethi. lib. pertinacem appellat ischirognomona, id est fortem sententiæ.

DE PIETATE.

Pietas parentum, an possit, tenere filios, ne ingrediantur religionem.

Pietas parentum non potest tenere filios, quin eis inuitis ingrediantur religionem, dummodo parentes habeant unde vivere possint, & sustentari sine illis: Vel quando ipsi traherent filios ad peccatum, & sic ministrando parentibus, abstraherentur à diuino cultu. Secus quando abstraherentur à Dei cultu propter hoc, & aliter non possunt sustentari, quia tunc non possunt eos deserere, secundum Th. secunda secundæ q. 101. ar. vi. Si quis autem iam est professus religionem, non potest exire, ut ministret parentibus constitutis in necessitate non extrema, quia iam mortuus est mundo. Potest tamen, immo tenetur quantum potest, salua sui prælati obedientia, & suæ religionis statu, studium adhibere, ut parentibus subueniatur. Intellige omnia extra extremam necessitatem, quia in extrema necessitate, non solum propter parentes, sed etiam propter alios tenetur exire, quia hoc est de iure naturæ, contra quod votum non potuit obligare. Subuenire, enim proximo in extrema necessitate, diuini iuris est, contra quod hominis præceptum non tenet.

P I G N U S.
DE P I G N O R E.

- 1 Pignus ab Hypotheca quid differat.
- 2 Res quæ pignorari possint quæ sint.
- 3 Pignus accipere quomodo sit licitum.
- 4 Pignus si minus quam sit creditum venditur residuum soluet debitor: si autem plus quod superest habebit.
- 5 Pignus per creditorem receptum potest alteri obligari.
- 6 Creditor tenetur fructus pignoris computare in sortem.

1 **P**ignus ab hypotheca differt, quia pignus est rei mobilis transeuntis in creditorem; hypotheca vero rei immobilis non transeuntis in creditore. Instit. de act. ob. §. inter pignus, sed quantum ad actionem non differunt.

2 ¶ Hæc sunt, quæ pignorari possunt, videlicet res tam præsentis quam futuræ, secundum Host. vt fructus pendentes, partus ancillarum, fetus pecorum & huiusmodi, ff. co. l. Et qui nondum. Item res corporales, & incorporales vel cautiones, & nomina debitorum, ff. eod. l. cum conuenit. Item usufructus, ff. eo. l. si is. Item seruitutes rusticanae, vbi supra. Quædam pignorari non possunt, vt res ecclesiæ, videlicet res sacræ, vasa, & ornamenta ecclesiæ. C. de sac. san. eccle. l. sancimus, nisi ecclesia superflua habeat, & necessitas urgeat, & aliunde prouideri non possit ex rebus mobilibus. io. q. 2. Hoc ius, & 12. q. 2. cap. Aurum. Item liberi homines obligari non possunt secundum doct. & qui hominem liberum in pignus accepit creditum perdit, & aliam tantandem quantitatem tenetur soluere, in auth. vt nulli iudi. §. quia vero, tene per tamen in redempto ab hostibus. C. de Cap. & postli. re. l. si. tamen propter necessitatem famis pater potest obligare filium, & non e contra, C. de patri. qui fil. dist. per totum. Magis enim filius obligatur patri, quam pater filio.

3 ¶ Pignus accipere est illicitum tribus modis. Primo. si accipitur ad lucrum, quod non computetur in sortem, quia hoc est contra naturalem iustitiam. Secundo, si accipiat in pignus, quod impignorari non potest, vt res ecclesiæ & quæ dicta sunt. Tertio si opponantur pacta prohibita à iure, vt si fiat pactum, quod si debitor certo die non soluat, pignus transeat in feudum. ff. de solu. l. Calopodius & non valet hoc pactum, quia sit fraus legi, valet autem pactum, quod amissio pignoris quocumque casu liberet debitorem. C. de pig. ac. l. quæ foruitis. Item si debitor obligatur ad non redimendum pignus absolute, vel vsque ad certum tempus

libi

sibi præfixum. ar. in ca. Precarium, de preca. Item si creditor obligatur ad non vendendum pignus post legitimam interpellationem debitoris. Prædicta igitur in quantum vertuntur in damnum creditoris, vel debitoris, sunt contra iustitiam, & in tantum peccata, in quantum proximum damnificat, & iustitiam lædunt, & secundum quantitatem læsionis, pensanda sunt grauia, quia propter læsionem peccata dicuntur, & sunt.

4 ¶ Si creditor bona fide vendat pignus minus quam sit creditum, residuum à debitore repetet, si plus, quod super est dabit debitori. l. si. C. de iur. dot. Sic enim iustitiæ seruari videtur æquitas.

5 ¶ Pignus, per creditorem receptum potest alteri pignorari, vt est text. in l. i. C. si pignus pig. da. sit. & ultra tres vices, vt tenet Ang. in d. l. i. contra Spec. & bene potest impignorari, dū alteri impignoratur, nō debet impignorare quis pro maiori quantitate, quam receperit, aliter contra iustitiam facit.

6 ¶ Creditor tenetur fructus pignoris computare in sortem, non solum quos recepit, sed etiam quos potuit percipere, si ex sua negligentia non percepit, & quod superest restituere debitori, secundum Glo. in c. Cum contra eod. tit. & Pa. ibi & Io. And. in c. 2. de vsu. licet contrarium senserit Host. quo ad percipiendum. Verius tamen videtur, quod dicit Cai. videlicet, quod si satisfactum est Sorti, tenetur etiam de percipiendis, quia est possessor malæ fidei, in non restituendo rem. Si vero non est satisfactum, non tenetur, nisi sit in dolo, vel lata culpa, & sic limita, & concor. l. 2. & 1. C. de pig. ac. & do.

DE P I G R I T I A.

1 Pigritia quid sit, & an peccatum.

1 **P**igritia, quia homo redditur tardus ad exequendum ea, quæ debet, vel metu laboris, vel difficultatis, peccatum est rationi repugnans aliquando mortale, quando, scilicet est circa materiam necessariam iuxta notata supra. Negligentia, per totam. Concor. Caie. in summa, ver. Pigritia. Si vero non sit de necessariis ad salutem animæ, vel corporis, veniale erit, nisi aliquid aliud iungatur, vt præceptum, vel contemptus, & huiusmodi.

DE P I R A T I S.

1 Pirata qui sint, & an peccent.

1 **P**irate idest latrunculi marini (& non fluuiales) sunt omnes excommunicati, ex processu curiæ, supra,

H h 3

Excom

Excommunicatio. 13. & omnes sunt in damnationis statu, quia contra iustitiam tale opus exercet eorum etiam receptores, auxiliares, consiliatores, & fautores sunt excommunicati, secundum Ioan. An. in c. Excommunicationem, de rap.

DE PISCATIONE.

1 *Piscatio an licita.*

1 *Piscari ubi liceat.*

Piscatio, venatio, aucupium, omnibus ex se sunt licita, redduntur autem illicita in maioribus solennitatibus, ut est dies paschæ: & huiusmodi in aliis autem minoribus, & in dominicis sunt licita, si sit causa vrgens, ut indigentia, vel quia alio tempore pisces, vel animalia haberi non possunt, quia non comparent, & cum licentia saltem parochialis, & quod pars una detur pauperibus. c. Licet, de feriis. Hæc intellige quando principaliter sit causa lucri, si autem fiat causa recreationis, prædicta non requiruntur, sed absolute licet.

2 ¶ Piscari in fluminibus publicis, & perpetuis, omnibus licet, nec potest recte prohiberi secundum Io. de pla. Insti. de rerum diui. §. flumina. Similiter applicare naues ad portum, & eas ad saxa, vel arbores ligare, quæ in ripa existunt, licet, & si proprietas talium sit aliquorum singularium, quorum sunt prædia, usus tamen communis est. Et si dominus fundi, & nauta concurrunt præfertur dominus nautæ, alias præfertur, qui primo occupat, nisi aliquis eorum prætenderet publicam utilitatem, & alius priuatam, quia tunc præfertur qui præterdit publicam, secundum Butr. vide aliquid, infra, Venatio, per rorum.

DE PLACERE.

Placere hominibus quando sit peccatum.

1 **P**lacere hominibus mortale peccatum est, cum propter hoc Dei præcepta, vel hominum, quis transgreditur, & magis vult Deo displicere quam homini, secundum illud Apostoli. Si hominibus placerem, seruus Christi non essem. De hoc Ar. Flo. 2. parte. tit. 10. c. 2. & Tho. secunda secundæ. q. 1. 15. ar. 1. supra. adulatio. §. 2. Et secundum finem, media, & circumstantias iudica de mortali, vel veniali.

DE POLLUTIONE.

1 *Pollutio quid sit, & quando peccatum.*

2 *Pollutio quæ fuit peccatum mortale impedit communionem.*

3 *Pollutio voluntaria quando sit peccatum mortale.*

Pollutio

1 **P**ollutio, qua solitarie semen humanum effunditur extra vas debitum sive in somno, sive in vigilia accidat, si non est voluntaria, peccatum non est, si autem sit voluntaria, est peccatum mortale, quia contra naturam, & dicitur mollities. Est autem voluntaria, quando est procurata, vel venienti ex se consentire & quando quis potest, & debet prohibere, & non prohibet dicitur indirecte voluntaria. Si autem non potest prohibere, quia natura facit opus suum, non tenetur. Et si potuit impedire, tollendo occasiones, & tamen non tenebatur tollere, ut quia dabat operam rei licite equitando, vel dormiendo, vel audiendo confessionem, & huiusmodi non est in culpa, etiam quod non impedierit. Quando autem non habet rationabilem causam commorandi in cogitationibus turpibus vel non dat operam rei licite, scus est quia non potest licite a peccato excusari, secundum Caie. in summa. ibi. & quol. 1.

2 ¶ Pollutio quæ fuit peccatum mortale impedit communionem, & quia in peccato mortali non est sumenda, & quia usque ad 24. horas, natura hominis sic remanet deordinata, secundum Th. 3. par. q. 89. ar. 7. & 4. sen. dist. 11. ar. 4. si tamen quis post talem pollutionem, quæ fuit mortalis, confessus, & contritus, celebret ante 24. horas ex deuotione, etiam cessante magna necessitate, non peccat mortaliter, nec est aliquod præceptum ecclesie hoc prohibens, & iura antiqua, ut capitul. Qui nocturno distin. 6. non amplius obligat, sed est de consilio quod expectet per 24. horas. quod patet per S. Thom. 4. sen. dist. 16. in expositione litteræ.

3 ¶ Pollutio cum inuoluntarie accidit, si complaceat in ipso actu vel post propter delectationem, etiam quod causa illius non sit mortalis, est peccatum mortale ex ipsa complaceantia. Si autem complaceat propter naturæ allevationem, & exonerationem, non est mortalis, secundum Tho. 4. sen. supra. & Pet. de Pa. Similiter appetens pollutionem propter eandem causam, non peccat mortaliter, nisi ex tali appetitu fieret sufficiens causa voluntaria ipsius pollutionis, secundum quandam opinionem, quam recitat Pet. de Pa. ibi & hoc rationalis est, quia appetere quod non est mortale, non est peccatum mortale, & quia pollutio, quæ fit a natura sine causa præcedente voluntaria, non est mortalis, ideo nec eius appetitus supra, Communio. §. 5. Eodem modo si in vigilia iudicandum est sicut in somnis.

DE POPVLO.

1 *Populus ex quot viris constituatur, & quando dicatur populus scandalizari.*

1 **P**opulus ex 10. viris fieri potest, vnde ad hoc quod aliquis dicatur populum scandalizare, sufficit q̄ 10. viri graues, & honesti de populo scandalizantur licet in populo sint mille viri, secundū In. in summa confes. quod 10. viri faciant, populum est. c. Vno. 10. q. 3. in glo. congregationem autem faciunt d'no. c. 1. de elect. & tres collegium. ff. de ver. si l. Neratius. Ius autem collegij potest in vno seruari omnibus aliis mortuis, vel priuatis, secundum gl. in c. 1. de postu. praela. licet non remaneat collegium, quia vocis significatiū deficit.

DE POSTVLATIONE.

2 *De postulatione quid sit, & c. remissiuè.*

1 **D**e postulatione praelatorum, quia magis ad iudices quam ad confessores spectat, remitto studentes ad ius canonicum, extra de postu. & ad ea quæ supra dicta sunt, de electione, supra, Electio per totum, & quomodo peccant postulantes indignos, sicut eligentes, satis ibi dictū est. Nam nec criminosi nec non professi, tacitè, vel expressè nec epileptici, nec mutilati, nec bigami, nec qui de iure non possunt eligi, sunt postulandi. Vide Sil. ver. Postulatio, quæst. 3. §. 1.

DE PRÆBENDIS.

1 *Præbenda in quo consistat, & an vendi possit.*

2 *In præbendarum collatione & canonicorum receptione absentes canonici sunt vocandi.*

1 **P**ræbenda proprie consistit in perceptione fructuum, canonica verò in iure eius, qui receptus est in canonicū ad quod ius postea pertinet præbenda, stallus in choro, & locus in capitulo, siue vox, vt in c. Relatum, de præb. de consti. c. Cum M. Et quamuis præbenda sit quoddam temporale, quia tamen est annexum spiritali, ideo vendi non potest sine simonia. 1. q. 3. c. Si quis obiecerit nec promissio de præbenda vacatura valet, secundum Inno. d. c. Relatum.

2 ¶ In receptione canonicorum & collatione præbendarum, absentes canonici sunt vocandi, si commodè fieri potest, nisi consuetudo obstat in contrarium, aliàs quod in eorum absentia fieret, debet irritari eis instantibus, de præben. ca. Cū in ecclesiis li. 6. Quid sit dignitas & qui habere possunt, vide aliquid supra Beneficio, Dignitas, §. 1.

DE

DE PRECARIO.

1 *Precarium quid dicatur.*

2 *Precarium quomodo soluatur.*

3 *Precarium præscribi non potest.*

1 **P**recarium secundum Pan. cap. 1. 2. & 3. eo. tit. dicitur, quod precibus petentibus conceditur, tandiu duras, quandiu, qui concessit, patitur, & est contractus gratuitus, differens tamen à donatione, & cōmodatione, quia donatio regulariter non reuocatur, & in commodato debet esse vsus certus, & tempus saltem tacitè determinatum, quod si vnū istorum deficiat, erit præcarium, nec commodatum potest reuocari ante vsum ad placitum. c. 1. de Contimo. Sicut præcariū, c. si. eo. tit. Non tamē liceret reuocare sine causa, & cū magno damno proximi, qui obstatet sibi exceptio doli, cum non possit negari, quin sit beniuola actio, & ideo non debet aduersari in beneficio concesso.

2 ¶ Soluitur præcarium voluntate eius, qui concessit. ff. eo. l. 1. & morte eius, cui cōcessum est. c. si. eo. quia cōcessio personalis extinguitur cum persona, in regula priuilegium, de regu. iur. lib. 6. Item alienatio rei concessæ præcario nomine soluitur. Si is, qui est alienata à primo domino velit reuocare, in d. cap. si. Item finito tempore, ad quod res fuerat concessa. ff. eod. l. 1. capi. Cum præcarium. Non autem soluitur morte concedentis, secundum Pan. in cap. Precarium, eo. nā vbi actus validitatis pender ex voluntate alterius, nō reuocaretur per illius mortem: præsumitur enim quis perseverare in ea voluntate, qua moritur. cap. Maiores, de bap. Secus est quando aliquid cōceditur vsque ad placitum suum, quia per mortem spirat, in cap. Si gratiosè, de rescrip. lib. 6.

3 ¶ Non potest præscribi res præcario nomine habita, vel sicut præcario regulariter, secundum Gl. in c. Clerici. 16. quæst. 3. nisi ex magna lōginquitate tēporis, dominus obliuiscatur possessionis, taliter quod nesciat vbi sit sita, & possidens esset in bona fide. De præcario femini generis, & præcario. Pan. in c. 1. eo.

DE PRAECEPTO.

1 *Præceptum aliud affirmatiuum, aliud negatiuum.*

2 *Præcepta diuina legis quæ sint.*

3 *Præcepta decalogi sunt decem.*

4 *Præceptum quando obligat ad mortale.*

5 *Præceptorū mortalium transgressio quomodo cognoscitur, & quando sit mortale peccatum. nu. 6.*

Hh 5

7 Præceptum

7 *Præceptum quod fit, ex verbis aliquando cognoscitur.*

8 *Mandati transgressio mortalis est, ex intentione præipientis.*

1 **P** Ræceptum aliud affirmatiuum obligas semper sed non ad semper, sed tantum quando accidit casus, vt dare eleemosynam pauperi occurrenti in extrema necessitate. Aliud est negatiuum, obligans semper, & ad semper, id est pro omni tempore, vt illud, Non mee chaberis. Nullum enim tempus est, in quo hoc liceat Pan. in capit. Nouit, de iudi. & doct. in 3. sen. d. 37. & S. Tho. secunda secunda. quest. 99.

2 ¶ Præcepta legis diuinæ, quædam erant ceremonialia protestantia diuinam virtutem, & figurabant quæ futura erant in nouo testamento, vt præceptum de immolatione agni, & qui nunc seruaret talia præcepta, peccaret mortaliter, quia hoc esset protestari Christum nasciturum, quod est contra fidem nostram. Quædam sunt iudicialia, quæ sunt determinationes iustitiæ inter homines obseruandæ, quæ licet iam cessauerint, si quiuis ea seruaret, tanquam ex illa lege habita, mortaliter peccaret, quia esset hoc indaizare, non tamen ex se mortifera sunt, & absolutè seruare illa, non est ex se mortale, supra; Lex. §. 2. Quædam autem sunt moralia, quæ sunt secundum rationis dictamen, & legis naturalis, & hæc durat, & seruari debet, quia lex naturalis semper manet.

3 ¶ Præcepta decalogi sunt 10. tria pertinentia ad Deum, & 7. ad proximum, secundum Gl. Augu. super Exo. & declarat Tho. prima secunda. q. 100. ar. 5.

4 ¶ Quomodo autem, vel quando præceptum obliget ad mortale, & verba legis, difficile est scire propter varietatem doctorum. Quædam enim præcipiuntur vt consilia, quorum transgressio mortale non inducit, quædam autem, vt necessaria, & hæc communiter mortale inducunt. Commune autem est vtriusque generis præceptorum, quod transgressio tam ex contemptu, quam ex per se impeditioe finis mortale peccatum inducit. Ratio primi, quia contemptus præcepti, siue præipientis, iniuriam infert ex propria ratione. Secundi autem est, ex eo quod finis præceptorum communiū, est dispositio ad virtutem necessariam ad salutem animæ. Ad hoc omnia præcepta ordinantur, iuxta illud Apostoli. *2. Thi. 1.* Finis præcepti est charitas. Vnde si quis non vult ieiunare non solum, quia contemnit præceptum, sed quia non vult domare carnem ad quod est institutum ieiunium peccat mortaliter. Consentit Cai. in summa, ver. Præceptum.

5 ¶ Peccatum

5 ¶ Peccatum etiam transgressionis diuinorum, & naturalium præceptorum cognoscitur esse mortale ex materia. Nam quando materia est necessaria ad salutem animæ, transgressio est mortalis, quia contra vitam animæ, vt est illud, non furtum facies, & huiusmodi. Si autem materia est tantum necessaria ad sanitatē, vt non dicere ociosa, & huiusmodi, horum transgressio non est mortalis, quia non occidit animam, sed ægram reddit. In iure autem humano, difficile est hoc cognoscere, quia aliquando ex re parua fiunt præcepta ad mortale obligata, ideo ex materia sciri minime possunt.

6 ¶ Ex appositione pœnæ quandoque potest sciri, vt si fit talis, quod cum ea vita animæ stare non possit, inducit mortale peccatum, vt est pœna excommunicationis, latae sententiæ. Si autem pœna stet cum salute animæ vt pœna suspensionis, interdicti, irregularitatis pecuniæ, & huiusmodi, transgressio non inducit mortale, secundum Cai. ibi, in summa, qui dicit quod transgrediens præceptum sub pœna excommunicationis comminata, non peccat mortaliter, sicut clericus nutriens comam, & barbam, quia antequam excommunicetur, debet prius moneri, & tunc si monitioni non paruierit, dignus est excommunicari. Sil. in ver. Præceptum. §. tertio dicit, quod si excommunicatio lata continet intolerabilem errorem, non ligat transgressorem ad mortale, quia nullus nisi pro mortali potest excommunicari. capitul. nullus. 9. q. 3. quando autem imponitur pœna excommunicationis comminatoriæ, id est non latae sententiæ, sed ferendo, obligat ad mortale, quia licet Arch. Flo. secunda parte tit. 4. capit. 2. dicat hoc non esse clarum, tamen vt refert Ioannes de Neap. quidam hoc tenet, & bene, quia tales contrafacientes meruerunt excommunicari, & sic mortaliter peccauerunt. Similiter si imponitur pœna suspensionis, depositionis, vel interdicti, secundum eundem Arc. Floren. & si imponitur pœna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei, capitulo vnico. de sta. reg. in sexto. Similiter quod ad pœnas corporales, vt si imponitur pœna mortis, vel mutilationis, vt faciunt leges, & statuta, quæ debent seruari, secundum Tho. prima secunda q. nonagesima sexta. articu. 4. quia tales pœnæ non inferunt communiter nisi pro eo, quod est multum læsiuum iustitiæ. Similiter si imponitur pœna grauioris culpæ, vt fit in religionibus, idemque de præceptis factis ab homine, & licet ista opinio videatur rigida, tamen est securior. Vide tamen supra tex. §. 4.

7 ¶ Ex

*Mos pra-
cipiendi
praedica-
torij or-
dinis.*

7 ¶ Ex verbis aliquando cognoscitur, quod sit praecipium, quando praecipiens utitur verbis, quibus praecipientes, & intendentes obligare ad mortale solent uti, unde respiciendum est ad diversos mores diversarum ecclesiarum, & religionum. Nam in ordine fratrum praedicatorum, mos praecipienda est, dum illi, cui praecipitur, mandatur facere veniam, & post praelatus dicit, & praecipio tibi in virtute spiritus sancti, & sanctae obedientiae, & hoc habetur pro praecipio obligatorio, quia sic consuetum est intelligi homini verba pro praecipio, antonomastice, secundum Caiet. ibi in summa. Nota quod in lege aliquando ponitur multiplex verbum, & volo, rogo, mando, committo, iubeo, in his non est clarum, quod per ista verba quis ad mortale obligetur nisi aliud constaret de voluntate praecipientis, vel praeciperet de materia necessaria. Aliqui dicunt, quod ista verba praecipimus, iubemus, mandamus praecipiendo, vel per virtutem obedientiae, & huiusmodi, est praecipium, etiam in materia non necessaria, nisi aliter constet de intentione mandantis, ut Sil. dicit, ver. Praecipium. §. 2. at. in cap. Quod praecipitur. 14. q. 1. Si autem sunt verba inhibitoria, ut interdiciamus, prohibemus, &c. etiam sunt obligatoria, si sunt praecipiva, secundum Pan. in c. nam concupiscentiam, de const. Si autem fiat per verba communia, ut statuo, decerno, & huiusmodi non esse praecipium, siue dicantur in singulari, siue in plurali, neque per verbum debet, quando materia est consultiua. Attendendus est semper pro regula generali, consuetus modus praecipienda, per quaecunque verba fiat, ar. in c. Dilectus, de consuet. & est tex. in cle. exini.

Lex eccle 8 ¶ Ex intentione praecipientis, transgressio mandati est
stastica mortalis, si ipse intendat hoc, & eius intentio sciatur, quod
quam in- est difficile scire. Intentio legis in communi bene sciatur, quia
tentionem est facere homines virtuosos. Intentio autem legis ecclesia-
habeat. sticae, est non iniicere laqueos animabus, sed promouere ad
Nota Re- vnionem cum Christo, & ecclesia: Vnde praecipia legis obli-
gulam. gantia ad mortale, strictè sunt interpretanda, & non ita late,
ut multiplicatis praecipitis illaqueentur animae: Ideo sit ibi
pro generali regula, quod transgrediens quodcunque praeci-
ceptum iuris positivi, sine contemptu, & refutatione finis,
sed vel ex pura ignorantia, vel ex apparenti sibi excusatione,
& non adest animus faciendi contra praecipium obligati-
uum ad mortale, nunquam mortaliter peccat, quia non est
ex intentione ecclesiae, bonas illaqueare animas, & conse-
quenter

quenter nec incurrit excommunicationem, licet forte ad cautelam esset absoluendus secundum mentem Caiet. in summa, ibi, supra Lex. §. 4. Hinc sequitur, quod praelati debent esse valde prudentes, dum praecipiunt, ut non per calorem irae, odij, vel huiusmodi praecipiant, sed quieto animo, & pro re importante praecipia sua, quando opus est, faciant. *Nota.*

DE P R A E C I P I T A T I O N E.

1 Praecipitatio an peccatum sit.

1 P Praecipitatio, peccatum est, quando quis non consideratis considerandis, vel per imperum voluntatis, vel passionis, fertur ad agendum, ad instar illius, qui se corporaliter de alto praecipitat, quod ad imprudentiam pertinet, mortaleque peccatum est, quando est multum perniciosum secundum materiam necessariam, aliàs veniale. De hoc vitio, Th. 2. 2. q. 53. art. 3. Iudica de hoc, sicut de vitio prudentiae opposito.

DE P R E C I O.

1 Praecium rerum venalium non consistit in indivisibili.

1 P Praecium rerum venalium, non consistit in indivisibili, ita ut qui non soluit illud punctaliter, contra iustitiam agat, sed habet latitudinem quandam, ita quod addendo vel minuendo aliquid minimum, non tollitur iustitiae aequalitas, secundum Th. 2. 2. q. 77. supra Emere.

DE P R A E D I C A T I O N E.

1 Predicare quis debeat.

2 Predicatores incontrite predicantes mortaliter peccant.

3 Predicator dicens mendacium circa doctrinam fidei mortaliter peccat.

4 Predicantes quaestiones speculativas, leges civiles, &c. graviter peccat.

5 Predicator habens inordinatum affectum vel ad lucrum, vel gratiam populi, mortaliter peccat. 6.

7 Predicare qui possunt, & quando. num. 8.

9 Mulieres non possunt formaliter predicare.

10 Ad praedicationem non vadens, peccat mortaliter.

1 P Praedicare nullus debet, nisi officium praelationis habeat, vel ex auctoritate habentis praelationem. Vnde ad Rom. 10. cap. Dicitur quomodo praedicabunt, nisi mittantur, quaecunque ergo scientiae, & sanctitatis sit, praedicare

non

non debet, nisi à Deo missus, secundum Tho. quol. 12. quod probare debet, sicut Moyses aliquo miraculo probauit, aliter contrafaciens, mortaliter videtur peccare, cum possit excommunicari, de hære. c. Excommunicamus, et idem tenet Pan. in c. Sicut de hære. idem concludit D. Tho. 2. par. q. 21. ar. fi.

2 ¶ Videntur etiam mortaliter peccare prædicatores, si in peccato mortali, incontriti prædicent, contra illud Psal. Peccatori dixit Deus, quare autem tu enarras iustitias meas, &c. Sic enim iniuriam facit prædicationis officio, à Christo instituto, & maxime, quando quis sic indignè prædicat, abutens prædicatione, tanquam declamatione, secundum Caiet. ibi supra. Si autem sit indignus, vellet nihilominus esse dignus, & mundus ad prædicandum, licet ex humana fragilitate sit indignus, non videtur mortaliter peccare, secundum Caiet. supra, quia prædicare non est actus alicuius sacramenti, supra, Correctio, §. 10.

3 ¶ Prædicator, dicens mendacium, siue contra doctrinam fidei, siue bonorum morum, siue de gestis sanctorum, aut miraculis, vel prophetiis siue de quibuscunque aliis, quæ ad instruendum, docendum, persuadendum, mouendumque auditorem, tanquam verbum Dei pertinent, mortaliter peccat, quia quantum in se est, euacuat vniuersam ecclesiæ auctoritatem, & Christi fidem per officium prædicationis originatum. Si dubium pro certo asserat, per eandem rationem mortaliter peccat. Quod si prædicando dicat aliqua impertinentia ad prædicationem, vt iocosa, non peccat mortaliter mentiendo, nisi ratione scandali, supra, Mendacium, §. 3.

4 ¶ Peccant prædicantes quæstiones speculatiuas, leges ciuiles, poëtas Latinos, vel vulgares, philosophos, Romanorum gesta, & similia non vtilia, quia hoc videtur esse officij prædicationis abusus, cum dicat Christus, prædicate euangelium. Ideo si multum in hoc excedunt, grauissimè peccant secundum Caiet. supra, adulterantes verbum Christi. Credo tamen quando hoc faciunt non principali intentione, sed ad maiorem declarationem eorum, quæ habent prædicare, & non peccent, maxime mortaliter, quia totum dicitur Euangelium, quod ad declarationem Euangelij assumitur, sicut & doctores assument dicta philosophorum, & Aug. & Hieron. aliquando allegauere dicta poëtarum, & alij. c. Turbat. d. 37. non ad pompam, sed ad vtilitatem, sed & de his intellige quod peccant, qui per totam prædicationem in huiusmodi ver-

santur,

santur, vt appareant, & ad fructum animarum non attendunt, quod est contra intentionem officij prædicationis.

5 ¶ Prædicator habens inordinatum affectum siue ad temporale lucrum, siue ad humanam laudè, adeo quod hæc sunt vltimus finis eius, vel pecuniam tanquam prædicationis pretium quaerit, quod ad simoniam pertinet, mortaliter peccat, aliàs venialiter. Et hoc possunt aduertere, quando magis gaudent de magna pecunia, & de gratia populi, quam de fructu animarum, quem tamen principaliter debent intendere. Cum autem student placere hominibus, vt ex pluri concursu maiorem fructum faciant, non credo eos peccare, quia finis est honestus. Aduerte quod contra prædicantes falsa miracula, est lata excommunicatio, & an talis censura teneat, supra, Excommunicatio. 76.

6 ¶ Peccant etiam mortaliter, si in sermonibus suis detrahant prælatis ecclesiarum, intellige secundum Glo. si nominatim, aut per circumlocutionem, quæ vicem habet proprii nominis. Idem si laicos ab ecclesiarum suarum frequentia retrahant, quia hoc eis inhietur in virtute obedientiæ, & sub pœna grauis culpæ, in cle. religiosi, de pri. & intelligit de prædicatoribus religiosi.

7 ¶ Hi sunt qui possunt prædicare, vt colligitur ex Car. in cle. Dudum. De sepul. videlicet Papa, & cui ipse commiserit. Episcopus etiam in aliena diocesi, nisi prohibearur Ar. cui Archiepiscopus in sua diocesi commisit, & diaconus ex commissione, omnes prælati ecclesiastici si sunt diaconi, quantum ad suos subditos, aliis autem non nisi de superioris auctoritate. Sacerdos curatus, secundum Pa. in c. Inter cætera, de of. or. Fratres prædicatores, & consequenter alij mendicantes, per d. c. Dudum, vbi dicitur. Auctoritate apostolica statuimus, & ordinamus, vt prædicatorum, & minorum ordinis fratres, in ecclesiis, & locis eorum in plateis communibus, libere valeant clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum prælati (si enim velint totum mane, vel totum diem occupare, non possunt Episcopi, vel habentes iurisdictionem quasi episcopalem, cum administratione iure comuni, idem de vicario episcopi, si vult ipse prædicare vt vicarius tantum, quia aliter non potest fratres impedire) prædicare voluerint vel coram se facere solènter prædicari (secus si clam coram paucis, vt in camera, & non in publico) in qua prædicare cessabunt præterquam si aliud de prælatorum ipsorum voluntate processerit, ad licentiam speciali

Speciali (non enim sufficit præsumpta, vel tacita voluntas, sed requiritur licentia specialis.) In studiis autem generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari solemniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus, siue peculiaribus eorundem fratrum, possunt iidem fratres, & licet eis liberè prædicare, nisi fortè illa hora, qua solet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel superior clerum ad se generaliter conuocaret aut ex aliqua ratione, vel causa urgente, clerum ipsum duceret congregandum. In ecclesiis autem parochialibus, fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti à parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint, vel vocati, & de ipsorum beneplacito, & assensu, seu petita licentia fuerit, & obtenta, nisi episcopus, vel superior, per eosdem fratres prædicari mandauerit. *Ista cle. extenditur modo ad omnes medicantes, & fortè ad alios iuxta eorum priuilegia. Declarationem huius cap. vide in Ta. ver. Prædicare, in multis. §. 1. 2. 3.*

8 ¶ Possunt dicti prædicatores, prædicare, tempore interdicti, & etiam in ecclesia interdicta, in c. Responione, de sent. exc. quia ibi simpliciter conceditur sine limitatione, nisi Papa specialiter interdixerit prædicatorem, non autem alij prælati, in d. c. Responio, quia cum sint exempti episcopi, vel alij prælati super eos in hoc potestatem non habent, sed communi iure eis permittitur. d. c. Responso.

9 ¶ Seculares, & mulieres licet possint hortari sedendo, ut abbatissa & priores societatum, non tamen prædicare formaliter, etiam cum licentia episcopi, maxime mulier, quia officium hoc virile est secundum Pan. in c. Noua, de pœni. & remis.

10 ¶ Quando aliquis est valde ignorans de necessariis ad credendum vel operandum, & habet commoditatem eundi ad prædicationem, ubi huiusmodi declarantur, videtur mortaliter peccare, si non vadit, quia salutem animæ negligere videtur. Si autem ultra hoc contemnit, manifestè mortaliter peccat; Christus prædicauit annis tribus, & quasi mensibus tribus, & vixit annis 33, & mensibus tribus, secundum Th. 3. par. q. 39, art. 3.

DE PRÆLATO.

1 Prælati quis dicatur.

2 Prælatorum negligentia quando sit peccatum.

3 Præ-

Prælati veniam à subdito petere an teneatur.

4 Prælati obligans ecclesiam pro alienis debitis illico est suspensus.

5 Prælati non tenentur omnibus placere.

1 Prælati dicitur communiter quisquis habet curam animarum c. Tua, de cle. xgro. proprie vero nomine prælati veniunt maiorem habentes prærogatiuam, sine iurisdictione, vt plebanus, decanus, archipresbyter, & consimiles, de for. comp. cap. Romana, in 6. propriissimè autem habentes iurisdictionem. cap. 2. de iudi. iuncta gio. & in clem. Dudum, de sepul. §. in ecclesiis, qui prælati à collegio eliguntur, & per electionem iurisdictionem accipiunt in collegio, secundum Inno. in c. Cum ab ecclesiarum, de offi. or. Requiritur ergo prima electio, & confirmatio per superiorem, vel quod præferatur ipsi collegio per superiorem habentem potestatem. cap. Nihil, de elect. Secundo quod vniuersitas, vel collegium, quod ipsum elegit, sit clericorum, vel religiosorum, quia aliàs non posset dare iurisdictionem in personas ecclesiasticas, secundum Inn. Tertio, quod iste electus sit clericus, quia aliter iurdictio spiritualis in eum non caderet, vt in c. Cum causam, de rescrip. Quarto quod habeat iurisdictionem ordinariam in foro contentioso excommunicandi. Vnde priores mendicantium, & aliorum ordinum, sunt hoc modo proprie prælati, & possunt esse seruatores, supra Conseruator. §. 2.

2 ¶ Negligentia prælati in omissione necessariorum ad eius officium, vt visitatione, correctione, & huiusmodi, est peccatum, secundum glo. in cap. Ea quæ, de of. archi. & tenetur non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui culpa, de damno ecclesiarum, & fortius animarum, secundum Host. in d. c. Ea quæ. De aliis prælatorum peccatis, vide ver. Epif. per totum Permissio, Negligentia, Correctio. §. 10. & 11.

3 ¶ Prælati non tenentur veniam à subdito petere, etiam quod excesserit in eius correctione, ne eius auctoritas enervetur. d. 86. c. Quoniam, & secundum Augu. in regula. *Nota.*

4 ¶ Prælati obligans ecclesiam pro alienis debitis, ipso facto est suspensus ab administratione spiritualium, & temporalium, eodem modo si alienat pro alienis debitis, non autem si pro propriis, & si sic suspensus celebrat, non efficitur irregularis, secundum Pa. in cap. 2. de sol. quia non est suspensus ab ordine, sed ab administratione, quamuis Host. *Bona Ecclesie sunt pau-*

Li opposi

oppositum teneat & male. Potest tamen mutare, & facere eleemosynam pauperibus, quando abundat, secundum Pan. ibidem: quia bona ecclesie superflua sunt pauperum, ideo si eis dentur, non est malum.

5 ¶ Prelatus non tenetur omnibus placere, immo non potest, & quanto iustior, tanto minus potest, secundum Pan. in c. Qualiter & quando, el. 2. de accu. Quomodo potest eligere sibi confessorem, supra, Absolutio. §. 14. vide de hoc in ver. Alienare. §. 3. An hereditatem possit repudiare seu legatum, supra Alienatio. §. 17.

DE PRÆSCRIPTIONE.

- 1 Præscriptio & usucapio quid sit, & quibus differant.
- 2 Præscriptio multiplex est.
- 3 Ad præscriptionem multa requiruntur.
- 4 Possessor bonæ fidei an sit qui licet nesciat habere iustum titulum, tamen dabitur.
- 5 Qui a principio præscriptionis fuit malæ fidei possessor, post modum effectus in bona fide perseverat, an præscribit.
- 6 Præscriptione completa si quis incipiat habere malam fidem, an propterea teneatur restituere.
- 7 Possessio quomodo naturaliter interrumpatur.
- 8 Præscriptio civiliter interrumpitur.
- 9 Præscribere quis possit.
- 10 Præscriptio quando non valeat.
- 11 Præscriptio non currit contra eum, qui diu aliquid sine ea soluit.

1 ¶ Præscriptio, & usucapio importat acquisitionem dominij per continuam possessionem temporis à lege definiti, autoritate legum vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponens. ff. de usuca. l. 3. Nec est contra ius naturale, immo rationi consonum, quia negligentes punit, & terminat lites. Cum autem est legitima, id est cum bona fide, & tanto tempore, ut iura canonica approbant, ius parit in foro conscientie, ita quod si ne peccato retineatur, etiam si postea sciatur fuisse alienum, quia ratione legum rationabilium, factus est dominus rerum legitime præscriptarum, secundum Caie. ibi in summa. Differt tamen præscriptio ab usucapione, quia usucapio est rei mobilis, quæ in triennio completur. cap. Quas actiones. 16. q. 1. præscriptio vero est rei immobilis, & non ita cito completur, sed ad eius complementum maius temporis spatium requiritur, ut in sequenti. §. dicitur.

2 ¶ Præ

1 ¶ Præscriptio vna longi temporis est, videlicet annorum. 20. inter præsentates, id est in eadem ciuitate existentes secundum Accur. vt no. glo. in l. cum in longi. C. de præscri. lon. tem. Alia 20. annorum, inter absentes. Alia est longissimi temporis, videlicet 30. vel 40. annorum. 16. quæst. 3. §. potest. Intellige contra laicos, quia contra ecclesiam, laicus non præscribit.

3 ¶ Ad præscriptionem secundum iura canonica quatuor requiruntur. Primo, possessio rei præscribende continua sine interruptione vsque ad finem præscriptionis, c. Illud eo. & in regula, sine possessione. de reg. iu. & quod teneat eam nomine suo, & non alieno, vt colonus, nec precario, & huiusmodi, qui non proprio nomine possident. c. Cum venissent, de testi. spo. Secundo, requiritur bona fides præscribentis, id est quod credat rem suam, licet erret in facto. l. bonæ fidei. ff. de verb. sign. limita in præscriptione vbi requiritur aliquis actus positivus. Pa. in c. fi. de præscri. Tertio, requiritur titulus iustus. c. Si diligenti, de præscri. cum limitationibus, quas ponit Pa. in cap. De quarta, eo. vel si titulus saltem præsumptus, secundum Are. Flor. & secundum Vueruan. Tunc namque quis secunda conscientia dicitur habere iustum titulum, quando nihil probabilitatis innotescit ei de contrario, & dicitur iustus titulus secundum eundem Vueruan. & omnis actus, per quem solet dominium acquiri, vt iure hereditario, vel exemptione, vel donatione, & huiusmodi. Quarto, quod sit talis res, quæ possit præscribi, non enim omnia præscriptionem patiuntur, de quibus vide Sil. versic. præscriptio secundo. §. secundo, quasi vsque in finem, sicut precarium eccle. loca religiosa, & alia plura.

4 ¶ Si quis dubitat, licet nesciat habere iustum titulum, est possessor bonæ fidei, vsque quo sciat se iniuste possidere. tunc enim cessat bona fides. Vnde cum tali dubitatione potest præscribere, maxime si à principio non habuit tale dubium, debet tamen diligenter inquirere, & cum inuenierit rem esse alienam, statim restituere glo. in cap. fin. eo. & est tex. in c. Si virgo. 32. q. 2. ibi enim dicitur bonæ fidei possessorem esse quamdiu alienum possidere quis ignorat.

5 ¶ Si quis à principio præscriptionis fuit malæ fidei possessor postmodum effectus in bona fide perseverat, non præscribet, nisi incipiendo à tempore, quo incepit habere bonam fidem, secundum Pa. & Host. in d. c. fin. contra Inno. & Bart. in d. c. fin. quia oportet quod præscribens in nulla parte

li 2

tempo

Conditio-
nes præ-
scriptio-
nis.

temporis habuerit conscientiam rei alienæ. Facit d.c. Si vi-
ge. & hoc tene.

6 ¶ Qui completa præscriptione incipit habere malam fi-
dem, id est scire rem præscriptam non fuisse suam, non pro-
pterea tenetur restituere, lege sic disponente, secundum Th.
quol. 12. ar. 25. quia lex potest aliquem pro peccato, & negli-
gentia punire in re sua, & alteri tradere. Ad hoc est l. Lucius.
ff. de euc. & cap. Quid dicam. 14. quæst. 4. secus ante com-
pletam, infra. Restitutio. §. 24. licet aliqui his contradicant,
hoc tamen verum est, ut tenet glo. in cap. Vigilanti, eo. Vin.
Tancre. Gof. Io. de Rip. & Pa. in d.c. Vigilanti, & ita tene. Di-
citur possessor bonæ fidei, cum quis credit tradentem rem,
esse dominum rei, vel habere dominium distrahendi, licet
erret in facto. ff. de verb. sign. l. bonæ fidei, quæ semper præ-
sumitur, nisi probetur in contrarium.

7 ¶ Possessio naturaliter interrumpitur per maris, vel flu-
minis inundationem, vel occupationem fundi, per violen-
tam deiectionem, si res à possessore furioso sublata est, l.
naturaliter de vsuc. vel si quomodocunque amissa est, vel
possessor habuit animum deferendi rem. ff. de ser. vr. præ. l. si
ædes.

8 ¶ Præscriptio ciuilitè interrumpitur octo modis, de qui-
bus agitur, non in conscientia, sed in exteriori foro. Vide
Tab. ver. Eodem. §. 16.

9 ¶ Quicumque potest proprio nomine possidere, potest
præscribere, non autem qui alieno nomine possidet. c. Si di-
ligenti, eo. Et precariè possidentes non possunt præscribere
per quodcumque tempus possederint. ca. Clerici. 16. q. 3. Item
coloni, in d. cap. Clerici, & sequenti. Item usufructuarius, §.
usufructuarius. Inst. per quas pers. no. ac. Item creditor præscri-
bit pignus. l. nec creditores. C. de pig. ac. quia tales prædicti
alieno nomine possident. Vnde si post centum annos pos-
set probare aliquod tuo nomine possessum, præscriptio
non curreret.

10 ¶ In multis etiam casibus non currit præscriptio, etiam
quod non interrumpatur. Primo tempore prælati, qui ma-
le alienauit rem ecclesiæ, cap. Si sacerdos. 16. q. 3. Secundò
tempore vacationis ecclesiæ, cap. 1. & c. De quarta, eo. Ter-
tio, si prælatus eius est hæreticus, quia tunc quasi vacante in-
telligitur, & procurator, vel œconomus à prælato constitu-
tus, agere non potest. in cle. procuratorem, de proc. Quarto,
tempore schismatis, eo. cap. Cum eum nobis, capi. Quia di-
ligentia,

ligentia, de elect. Quintò tempore excommunicationis ip-
sius prælati, vel suspensionis. cap. Quia diuersitatem de præ-
ben. Sextò, contra eum, qui est in ætate pupillari. C. in quib.
cau. res in integ. non est ne. l. fi. Item quando quis est in po-
testate patris. C. de bo. quæ lib. l. quæcumque. Item non currit
tempore matrimonij contra vxorem, quæ agere non po-
test, quo ad dotem reperendam, & c. C. de iur. do. l. in rebus.
Item quando quis iusta causa impeditus agere non potest.
cap. Ex ratione, de appel. & est generalis regula quia talis
non est in culpa negligentie, propter quam admittitur præ-
scriptio.

¶ Non currit præscriptio contra eum, qui diu aliquid si-
ne causa soluit. C. de agri. & censu. l. litibus imponentes, & c.
Peruenit, de censu. Nec incipit currere præscriptio crediti nisi
finito termino, ut si Petrus tenetur Antonio hinc ad annos
decem soluere 100. ducatos, non incipit currere præscriptio,
nisi finito decennio, qui erat solutionis terminus. C. de præ-
scrip. 30. vel 40. an. l. cum notissimi. §. illud.

DE PRÆSUMPTIONE.

1 Præsumptio duplex est, & quando peccatum mortale, & nu-
mero 2.

1 Præsumptio est duplex, vna secundum canonistas,
quæ secundum Gof. est alicuius facti dubij plena, quæ
doque semiplena probatio. At quia hæc ad forum exterius
pertinet, iuristis relinquamus. Vide Tab. ibi in principio.
Alia est secundum theologos, pertinens ad forum animæ,
quæ secundum Tho. secunda secundæ q. 21. ar. 1. videtur im-
portare quandam immoderantiam spei, & est vitium quo
quis actu interiori, vel exteriori aggreditur opus excedens
suam facultatem, quasi non excedat, & quia hoc contra ra-
tionem, & virtutem magnanimitatis est, ideo peccatum, ut
si ignorans præsumat mederi corpora, docere, prædicare, &
huiusmodi, vniuersaliter facere, quod nescit. Vel si vitur po-
testate, vel iurisdictione, quas non habet, sicut si acolytus
præsumat legere epistolam, cum manipulo, vel Euange-
lium, & non iudex iudicare, vel secularis iudex iudicare cle-
ricos, & huiusmodi, vel si indignus præsumat facere, quæ ad
dignos pertinent, ut communicare in peccato mortali, vel
arguere alios cum sciat se aliis peiorem, vel conuersari cum
mulieribus, & huiusmodi. Quando igitur talis præsumptio
iniuriam, vel damnum infert alteri notabile, mortale pec-
catum est, sicut si confessor ignorans præsumat audire

confessiones, & medicus curare corpora, cum nesciat, vel si quis praesumptuose periculo exponit peccandi mortaliter, confidens nimis in seipso, videtur mortaliter peccare, quia si alios exponere periculo mortis corporalis, & spiritualis, est mortale, multo magis seipsum.

2 ¶ Item quod quis sperat a Deo aliquid consequi, quod non est possibile secundum diuinam legem, ut veniam peccatorum sine contritione, vel vitam beatam propriis meritis, quia hoc derogat diuinae ordinationi, & est contra spiritum sanctum cuius auxilium videtur spernere, ideo mortale est, quod quidem peccatum ex inani gloria, secundum Greg. & superbia ortum habet.

DE PRAEVARICATIONE.

1 Praevaricatio an & quando peccatum.

1 **P**raevaricatio est peccatum, a quo quis a debito officio diuertit, ad oppositum fauendum, ut actor ad fouendum reum, vel contrario, quod est contra rationem rectam, & si fiat iniusto iudicio, aut alias in praerudicium diuini, vel communis boni, aut proximi, mortale est ex suo genere, quia contra iustitiam. Remora autem iniuria, & damno, consideranda est ratio declinationis, quia posset esse talis, quod constitueret mortale, ut si quis propter lasciuiam, vel huiusmodi praeruator existat, alias erit veniale secundum Caieta. ibi in summa, & bene.

DE PRIMO MOTV.

1 Primi motus qui dicantur, & quando sint peccatum.

1 **P**rimi motu sensualitatis, quia naturales dicuntur, nec sequuntur imaginationem, carent peccato, quia non sunt in potestate volentis, ne veniant. Primi autem motus, qui non ex imperio rationis procedunt, tamen voluntas poterat impedire, possunt esse peccata, sed quia ratio super his non habet plenum dominium ideo non habent plenam rationem peccati quod sit mortale, sed est veniale, si tamen ratio huic motui consentiret turpi, & mortali, mortale esset. Quomodo peccatum in sensualitate possit esse, vide Tho. 2. sen. d. 24. q. 1. ar. 1. & 2.

DE PRIVILEGIO.

- 1 Privilegium quid sit.
- 2 Privilegium multiplex est.
- 3 Privilegium qui concedere possit.
- 4 Privilegium contra ius debet stricte interpretari &c.
- 5 Privilegium large modo sumptum quomodo interpretandum.
- 6 Privilegium

- 6 Privilegium perditur multimodis.
- 7 Privilegium si sit notorium, non tenetur privilegiati citati comparere, & sententia contra eos lata est nulla.
- 8 Domini terrarum superiorem recognoscentes privilegia concedere an possint super talibus non soluendis.
- 9 Privilegio suo quilibet renuntiare potest.
- 10 Bulla an sit de essentia privilegij.
- 11 Privilegium concessum patri ratione dignitatis innata transire in filios.
- 12 Privilegium concessum Titio quando valeat eius socio.
- 13 Privilegium alteri concessum diminui non potest.
- 14 Privilegium quod solum continet ius commune, an aliquid profit.
- 15 Privilegiorum exemplaria quomodo authenticantur.
- 16 Privilegium concessum per Papam quando per aliud possit reuocari.

1 **P**rivilegium dicitur quasi lex privata, & secundum Th. secunda secunda. q. 96. ar. 1. ad 1. secundum canones vero privilegium est, quando aliquid contra iura conceditur. cap. Privilegia. d. 3. Si vero aliquid conceditur praeter ius commune, quod sit sine alterius praerudicio, dicitur beneficium, ut no. Pan. de verb. sig. c. olim.

Beneficium quid.

2 ¶ Quoddam privilegium dicitur reale, ut quod ecclesiae dignitati, ciuitati, vel loco, vel personis ratione loci, vel alicuius rei conceditur. c. Cum olim. eo. & tale perpetuum est, cum adhaereat rei, nisi forte perimatur res. 35. q. 2. ca. 1. vel nisi retrocetur ex causa. cap. Reuocantes, de sta. mo. §. 1. Aliud est singulariter personale, ut quod alicui, vel aliquibus personis conceditur, certis, & propriis nominibus expressis. ca. Volentes, de of. leg. & tale non aggreditur personam, cui conceditur, nisi hoc exprimat. cap. Constitutus, de coecl. preb. Et si conceditur ratione dignitatis, non utitur eo, si aliam adipiscatur dignitatem. cap. bona. §. si. de post. prel. Aliud est communiter personale, quod concedatur personis, non expressis propriis nominibus, sicut de privilegio minorum 25. annorum, in l. ff. de mi. Aliud est singulariter personale, & communiter corporale, ut quod alicui collegio, vel vniuersitati conceditur sic, quod quilibet de vna vniuersitate eo possit uti. ca. Contingit de sen. exc. om. ut sunt privilegia praedicatoribus, & minoribus coeclia. Item aliud est communiter corporale, ut in quo solum communitas se mouere potest, & non singularis persona, ut in c. Qui manumittitur. 22. q. 2. & talia dicuntur corporalia privilegia, quia cum collegio extinguuntur.

3 ¶ Quicūque potest facere cōstitutionē, potest priuilegiū concedere respectu suæ cōstitutionis, vel rei ad se pertinētis, secundum Host. & omnes. Vnde Imperator potest concedere priuilegia in temporalibus, non autem spiritualibus, quia de his nihil potest statuire. 96. d. c. Bene quidem. Papa verò in spiritualibus semper nō potest, in temporalibus autem in terris suæ iurisdictionis, in aliis autem etiam nisi in præiudicium iniuste dominorum, quia secundum Thom. 2. 2. 2. d. 44. in littera, Papa tenet apicem potestatis spiritualis, & temporalis.

Papa tenet apicem potestatis spiritualis & temporalis.

4 ¶ Priuilegium, quod est cōtra ius, debet strictè interpretari, vt minus deroget iuri communi quam possit ea. Cum dilectus. de consue. Vnde si cum illegitimo dispēsetur, quod possit promoueri ad ordines, intelligitur tamen de minoribus ordinibus, secundum Pan. in c. si quisque. de coha. cl. & mu. supra, clericus. §. 4. Immo si non exprimitur cā, quare concedit, aut non sit ex certa scientia, vel motu proprio, nō præsumitur de voluntate principis. l. 1. C. de pe. ho. immo per importunitatem obtentum, per l. 1. C. de fundis limitro. Aliqui volunt quod simul ponatur ex certa scientia, & motu proprio, vt Bal. in c. Licet causam, de proba. Idē dic de rescripto, quod i^o tertij tollit, & de priuilegiis ad beneficia. vt in 6. de præben. cap. Quamuis, nisi consuetudo aliter interpretetur, vt no. in c. Quod dilectio. de cōsan. & aff. nisi verbis aliud exprimat, quia à propria significatione verborum recedere non debemus, nisi de mente aliter constet, in c. Olim, & c. In his. de verb. sig. Si tamen priuilegium enormiter lædit ecclesiam, vel alium non valet, nisi fiat specialis mentio de enormi læsione, secundum Pan. in c. Cum ad hæc. de cle. non res. quia in dubio non præsumitur principem concedere aliquid cum graui dispendio alterius. l. quotiens. C. de præ. imper. offi. vnde priuilegium immunitatis ab oneribus personalibus concessum alicui à principe, non liberat eum ab aliis oneribus quæ potest leuiter, & breuiter expedire. Casus in l. decurio. C. de decu. j. Rescriptum. §. 11.

5 ¶ Priuilegium largo modo sumptum, pro omni, præter ius concessio, largissimè interpretandum est, in præiudicium concedentis, in præiudicium verò aliorum, si est, debet strictè interpretari. capit. Quia circa, de priuilegiis. in Glo. vlti. & per Inno. in c. Olim, de verb. sig. non tamen ita strictè, vt nihil operetur, quia semper priuilegium debet aliquid operari. c. Si Papa. de pri. in 6. & seruetur proprietates verborum, quia quando

quando sunt ibi verba lata vniuersalia, & præcisa, est latè interpretandum, vt not. An. de But. in c. Olim, de verb. sig. quæuis materia sit odiosa, nō excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum nascitur, vt etiam innuit Abb. in d. c. Olim, vbi dicit quod priuilegium debet latissimè interpretari, vbi verba hæc patiuntur. Et quando priuilegium, vel gratia concessa personæ, loquitur simpliciter, debet intelligi secundum conditionem personæ. c. Placuit, & c. Si viuz. q. 1. Et quando constat de mente legis, vel priuilegij, debet seruari, secundum Pa. in c. Quanto. de priuilegiis. in Glo. fi. In dubio recurrendum est ad verba: de regu. iur. libr. 6. regula. fi. Quando autem verba sunt ambigua, eius est interpretari, cuius est condere, secundum Hof. & interim negotium suspenditur. c. Inter alia, de sen. excomm. Frustra etiam priuilegium daretur, si de iure communi fieri posset. Pan. in rub. de conf. eccle.

Eius est interpretari cuius est condere.

6 ¶ Multis modis priuilegium perditur. Primò vnico actu contrario directè facto ab eo, qui habet potestatem renuntiandi priuilegio. c. Cum accessissent, de constitu. intellige quando priuilegium est concessum personæ priuatae, ad nō faciendum: non autem si sit concessum communi, vel Ecclesie, vt not. Gl. in d. c. Accessissent. Secundo, per spatium annorum decem perditur, si ille, cui datū est ad aliquid faciendum, eo non vtitur, quod limitat Pan. in d. ca. Cum accessissent quando non confertur ecclesie, alias secus. Tertio, per secundum priuilegium mentionem faciens de priori, vel si primum erat generale, & secundum speciale, etiam quod nō faciat mentionem de primo, perditur. capit. Veniens, de rescrip. ibi, diffuse Pa. Quarto, per propriam renunciationem. Vltimò per reuocationem concedentis. Non est tamen decens, quod reuocetur, secundum Hof. sine causa. Alios autem modos perdendi, vide in capitul. Suggestum, de decimis.

7 ¶ Quando priuilegium est notorium, sicut nunc est priuilegium prædicatorum, & minorum, non tenentur priuilegiati comparere, si citentur, & sententia lata contra eos est nulla, secundum Pan. in c. Cum ordinem, de rescrip. in Glo. si post Io. Cal. Secus si non sit notorium, & vbi non constat notoriè de priuilegio, citatus debet comparere, & allegare priuilegium, alias sententia lata contra eos teneret. Et dicit idem Pan. quod in hoc multi iudices simplices decipiuntur. Requisitus verò à locorum ordinario, in loco congruo, &

securo, coram aliquibus iuris prudētibus, & omni suspitione carentibus, deputatis per ordinarios ad hoc, tenetur priuilegiatus exhibere integraliter priuilegium, & clausulam, de qua controuersia est transcripta. cap. Cum personæ, de priuil. lib. 6. Intellige quando non est notorium, ut dictum est. §. superiori.

8 ¶ Domini terrarum superiorem recognoscentes, non possunt aliquibus concedere priuilegia super taleis non soluendis, nisi tantundem detrahant de solutione sibi fienda communiter, aliter iniustitiam committunt grauātes communitatem propter aliquos particulares. Si tamen adesset aliqua rationabilis causa, propter quam alicui deberent priuilegiari, credo quod non peccarent, quia causa rationabilis tollit iniustitiam. Si autem Imperator, Papa, vel princeps nō recognoscens superiorem hoc fecerit, debet seruari, & qui se grauari senserint ad superiorem recurrāt. Tales enim qui nō recognoscunt superiorem, possunt exercere ea, quæ sunt Imperatoris. Per venerabilem, qui filij sint legi. Non tamē possunt facere sine rationabili causa, aliter peccant, contra naturæ legem facientes, & iustitiam.

9 ¶ Quilibet potest renuntiare priuilegio suo, secundū Pan. in c. Si de terra eo. tit. nisi sit in præiudicium superioris vel terrij, ideo exemptus non potest renuntiare exemptio- ni sine licentia Papæ. c. Cum tempore. de arbi.

10 ¶ De essentia priuilegij non est bulla secundum Inn. & alios doct. in c. Constitutus. de rescr. tamen sine illa probare non potest, nisi per testes, vel alias probationes posse probari. c. Olim. el. 2. eo. & si moriatur Papa, antequam bulla extrahatur, valet, si fuit verè ante concessa, quia bulla (ut diximus non est de eius essentia.

11 ¶ Priuilegium cōcessum parti ratione dignitatis innatæ transit in filios, secundum Pan. in cap. Licet. de cens. si sit concessum ratione officij, vel professionis transit in filios legitimos viuente patre, si vero ob necessitatem sit concessum non transit, ut si cæcus propter infirmitatem sit exemptus, non tantum eius filij, quia videtur in eis ratio concessio- nis cessare.

12 ¶ Priuilegium concessum Titio, valet etiam eius socio, quando aliter esset inutile priuilegiato, secundum Pan. in c. Quam sit, de indi. Facit. c. licet, de priuil. in 6.

13 ¶ Priuilegiū alteri cōcessum, nō potest diminui, etiā per legatum à latere, secundū Pa. in c. Nisi specialis, de off. dele.

14 ¶ Priuilegi-

14 ¶ Priuilegium quod solum continet ius commune, ali- quid prodest, secundum Host. quia magis solet timeri, quod specialiter prohibetur, quam quod generaliter. cap. Quan- quam. d. 13. vel quia magis sciuntur priuilegia quam iura, vel quia cum ius male seruetur, per priuilegium innouatur. c. 2. de treuga & pace. *Magis est meri soles quod specialiter*

15 ¶ Exemplaria priuilegiorum sic authenticantur secundum Pan. in cap. Si instrumenta, de fi. inst. Si iudex diligenter inspicat, & tunc plures notarij subscribant, quod iudex sic fecit, & inuenit integra, &c. Vnus etiam notarius sufficit auctoritate iudicis. Quomodo autem deprehendatur falsitas priuilegij, & bullæ, supra bulla. per totum, & Sil. ver. Tabetio. §. 10. Vide Arch. 2. par. tit. 1. c. 18. & in c. Quam graui. de cri. fal. *timetur quæ quod generali- ter.*

16 ¶ Si Papa concedat priuilegium alicui collegio, vel monasterio, cum tali clausula, quod non intelligatur reuocatum per quodcunque breue, vel aliud, nisi de hoc fiat specialis mentio de verbo ad verbum, etiam si in literis contineretur, quod tam exempti, quam non exempti teneantur ad aliquod faciendum. Postmodum Papa dat bullam legato cum plenissima auctoritate videlicet, quod tam exempti, quam non exempti ei pareant, non obstantibus quibuscunque, &c. etiam si de ipsis deberet fieri mentio de verbo ad verbum, quæ voluit in illis haberi pro expressis, intelligitur per ista verba generalia plenissima, derogatum esse primo breui secundum Fed. cons. 46. quamuis in alio consilio tenuerit contrarium. Est text. bonus in cle. dudum, circa fin. de sepul. Aliiter oporteret dicere potestatem Papæ diminui, cum non possit habere omnium memoriam. Satis enim est, quod de voluntate eius appareat. Consideranda sunt ergo semper verba primi, & secundi priuilegij, & secundum clausulas maiorem, vel minorem vim habentes, iudicare, secundum Pan. in c. cum constantia, de cen. Idem dic de secundis testamentis derogantibus primis, quod sufficit expressio voluntatis volentis reuocare, etiam quod non fiat mentio de verbo ad verbum secundum Pan. quia nemo potest sibi imponere legem, à qua non possit recedere, in l. si quis. ff. de test. Vide supra aliquid, Constitutio, per totum. Lex. §. 13. quando huiusmodi incipiant valere, & obligare. No. quod in cap. Nisi specialis de offi. dele. no. 3. dicit Pan. quod legatus etiam de latere, non potest minuire priuilegium alteri concessum, Et facit gl. in c. illorum, de præben. ver. Auctoritate propria.

Nemo sibi legem imponit a qua recedere nō licet.

De

De privilegiis fratrum prædicatorum, infra, in ver. Suspendio, vide aliquid. §. 2. 4.

D E P R O B A T I O N E.

- 1 Probatio cui incumbat quotuplex sit.
- 2 Librorum antiquorum scriptura reseruatorum in custodia publica an fidem faciat.
- 3 Monumentorum scripturae an probent proprietatem.
- 4 Testes singulares an probent.
- 5 Chirographum inter fratres scriptum an fidem faciat.
- 6 Libri rationum mercatorum an fidem faciant.
- 7 In criminibus non proceditur per præsumptiones.

PROBARE communiter incumbit asserenti, per c. fi. 6. q. 3. & ff. de proba. l. 2. Probatio in genere triplex. Prima eidentissima, per instrumenta, privilegia, & huiusmodi. c. præsentia de exce. li. 6. Secunda, euidens, per testes, vel facti eidentiam. c. Tua, de coha. cle. & mul. Tertia, minus euidēs, per coniecturas c. Asserte, de præsum. In specie autem plures sunt, quæ his versibus continentur.

*Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum,
Iurans, confessus, præsumptio, fama probabunt.
Hic nouem probationum species manifestantur.*

Scripta librorum antiquorum reseruatorum in custodia publica, & fidei, fidem facit, secundum Panor. in cap. Cum causam, de prob. & per cap. Ad audientiam, de rescr. vt si recipiantur in camera cardinalis, vel Episcopi, & non sint in graue præiudicium tertij, secundum Panorm. ibi, secus si sunt in præiudicium tale, contra cap. Inter dilectos, de fide instr. Idem dicatur de scriptura antiqua in lapide scripta. Instrumento autem producto de archiuo publico, creditor, secundum gl. in d. c. Cum causam. Pro hoc facit. d. c. Ad audientiam.

- 3 ¶ Monumentorum scripturae non probant proprietatem. C. de relig. & sum. fu. l. monumentorum. adiuant tamen probationem, secundum glo. ibi, non tamen plenè probant.
- 4 ¶ Singulares testes nihil probant. c. Licet de proba. diuersæ verò probationes, quæ tendunt ad vnum, sunt sufficentes ad iudicis animum inducendum ad plenam crudelitatem. Inducunt etiam plenam probationem, siue sint vnius generis, siue diuersi, vt vnus testis cum infamia, iuxta not. in c. i. de appel. Idem dic de aliis præsumptionibus, & adminiculis cum

cum vno teste de visu, & plurib. de credulitate probant: secus quando tendunt ad diuersa.

5 ¶ Aposidia, siue chirographum scriptum inter præsentem coram testibus, cum subscriptione partium, & restium, etiã sine die, & anno fidem facit, secundum Pan. c. 2. de fide instrumen. aliter non. Quid autem requiratur ad scripturam authenticam, & publicam, vide Tab. ibi. §. 3.

6 ¶ Libri rationum alicuius boni mercatoris secundum Pa. in d. c. 2. faciunt bonam præsumptionem, & cum aliis adminiculis probant contra tertium, probant tamen pro scribente in his, quæ dependent à sua voluntate. In huiusmodi autem credo, quod sit respiciendum ad consuetudinem, & statuta diuersorum locorum. Multum enim faciunt consuetudines locorum, & statuta. In criminalibus nõ proceditur per verisimiles præsumptiones, sed debent esse luce clariores ad condemnationem. l. sciant cuncti. C. de pro. sed solum per violentas, nisi in crimine simoniæ. c. Sicut de simo. & in crimine hæresis, de hæc. c. Cum contumacia, in 7. & C. de hæc. l. i. Æquiuoca, vt datio annuli, quæ plura potest significare, non probant vnum determinare.

D E P R O C V R A T O R E.

- 1 Procuratorum quæ sint peccata, procuratoresq. multiplices.
- 2 Procurator an possit pro alio matrimonium contrahere.
- 3 Casus omnes an per procuratores explicari possint.
- 4 Dominus in quibus teneatur reuelare procuratorem.
- 5 Administrator ecclesie an possit instituere procuratorem.

PROCURATORUM peccata, vide supra, Aduocari: quia quasi eodem modo delinquant. Procuratorum quidam sunt ad iudicia, quidam ad negotia, & quia hoc ad exterius forum pertinet, vide si vis iura, de procu. quomodo instituantur, quales esse debeant, & ad quas causas, & actiones admitti queant.

2 ¶ Procurator est idoneus ad contrahendum matrimonium pro alio, si habeat speciale mandatum, alias non, etiam si haberet cum clausula, vt posset omnia alia, &c. & cum expressione vnius, quod requirit speciale mandatum secundum gloss. in c. fi. de procu. ver. Speciale, in 6. infra. Vicarius. §. 9. Similiter non aliter tractat causam matrimonialem & talis non substituit, nisi de hoc speciale habeat mandatum, & si fuerit vetitus, vel reuocatus, etiam si iurasset non reuocare, si contrahat post, nõ tenet contractus, etiam quod ignoret reuoca-

uocationem: hoc enim est speciale, in matrimonio carnali, c. si. co. in 6. Secus in spirituali matrimonio, ad prælatum scilicet eligendum.

Pœnitentia non potest fieri per procuratorem.

3 ¶ Non omnes casus per procuratores explicari possunt: ut pœnitentia. c. Quem pœnitet. de pœ. d. 1. Responsio ad vlt. quando baptizatur. c. Pro paruulis, de conse. dist. 4. susceptio cuiuslibet sacramenti: & omnis actus expressè exceptus à iure. Alij autem explicari possunt: in 6. de reg. iu. cap. Potest quis. Excipiuntur aliqui casus, in cap. Qui ad agendum, iuncta gl. in 6. de proc.

4 ¶ Si procurator vadens pro facto domini spoliatur à latronibus, vel huiusmodi, non tenebitur dominus ipsum de hoc damno releuare, quia hæc sunt extrinseca à mandato, & imputanda casui fortuito, sed solum expensas, quas fecit eundo, redeundo, & stando pro causa etiam si à principio nihil dictum esset de expensis, & etiam quantuncunque assumpserit voluntariè mandatum, restituet. Si autem principaliter staret pro propriis negotiis, non posset petere nisi quantum expendit pro causa.

5 ¶ Administrator ecclesiæ, licet non sit dominus, ut in c. 2. de don. potest tamen instituere procuratorem. ca. Petitio de procu. intellige de procuratore largè, id est, syndico, & actore, ut limitat Pan. in c. Edoceri, de rescr. Et est quasi idem iudicium de aduocato, & procuratore, ut Tab. dicit. ver. Procurator. §. 7.

DE PRODITIONE.

1 Proditio quid sit.

2 Dans operam occultè ut aliquid, quod detinet P. iniuste, reuertatur ad T. an peccet.

3 Hostem capitalem an occultè liceat veneno occidere.

Proditio quid.

1 Proditio, quæ est deceptio contra fidem datam, peccatum est, cum alia auaritia esse dicatur, supra, Auaritia. §. 4. Et tanto grauius, quanto maior iactura sequens fuerit.

2 ¶ Dans operam occultè, ut castrum, quod Plato iniuste detinet reuertatur ad Titium verum dominum, principaliter zelo iustitiæ, non peccat, quia quilibet debet proximum iuuare, & in persona, & in rebus, & hoc quando credit, quod verus dominus, aliter non poterit habere, & quod ex hoc non sequetur mors, neque scandalum, quod raro euenit, ideo hoc non est alicui consulendum, neque prædicandum. Si vero ex odio, vel alio malo sine fieret, peccatum esset &

& mortale. art. c. fertur. i. q. i. Non tamen teneretur restituere, quia rem alienam non tulit, licet in modo auferendi deliquerit.

3 ¶ Non licet alicui priuatæ personæ proditoriè occidere veneno, vel huiusmodi, hostem capitalem alicuius domini, vel ciuitatis, neque ad hoc priuatum inducere, licet quis possit peccato priuati parari ad hoc, uti: ut dicit Ar. Flo. 2. tit. 1. cap. 22. §. 8. & infra tyrannus. §. 1. Viderur tamen Archiep. ibi non firmare pedem, cum dicat sic à peritis audiuisse. Ego autem dico quempiam peccato alterius parari, uti non posse, quando talis actus non nisi cum peccato fieri potest, sicut est maleficium, quod semper cum peccato fit. Secus de mutuo, quod sine vsura fieri potest. Concord. Caiet. ver. Maleficium.

DE PRODIGALITATE.

1 Prodigalitas quid, & quomodo peccatum.

1 Prodigalitas vitium est, quo quis superflue, & sine necessitate erogat bona sua contra virtutem liberalitatis. Si autem sit pura, & non alteri peccato admixta, peccatum veniale est, quia non est contra caritatem, sed præter secundum Caiet. ibi in summa. Si autem impietati, vel adulterio, vel alteri mortali peccato fuerit iuncta, erit mortalis, sicut si pater prodigè expendens bona filios in miseria relinquit. Hoc enim ad impietatem vergit, & propterea mortalis efficitur prodigalitas, & sic de aliis iudicabis, quando mortali agitur appetitu. Secus si veniali.

DE PROFESSIONE.

1 Professio expressa quid requirat.

2 Masculinus vel femina quomodo possint effici religiosi licet non ingrediantur monasterium.

1 Professio expressa, de necessitate quinque requirit. Primo, quod profitès compleuerit annum 14. in masculo, & 12. in femina. c. 1. de reg. lib. 6. aliter fit in infulis, supra nouitius. §. 2. & 8. Secundò quod professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, de eius licentia, vel nomine, quia sic posset habere ratum, aliter non posset ratum habere. Tertiò, quod fiat religioni approbatæ. ca. Vnico, de voto in 6. Quartò quod prælatus requirat consilium capituli. Quintò, quod fiat de tribus votis. Si enim deduceret in pactum, quod non intendet de vno aliquo voto se obligare, licet de aliis, non esset professio.

Nunc ob decretum Tri. Syn. debet tã vir quam mulier perfecisse annu 17. Vide sess. 9. cap. 15.

professus. Secus si non deducit in pactum, & promittat seruare seruanda, &c. quia intelligitur de omnibus, supra. No- uitijs. §. 5.

2 ¶ Masculus, siue foemina profitentes in manibus alicuius religiosi religionem, efficiuntur religiosi, licet non ingrediantur monasterium; sed in domo sua remaneant, secundum Pan. in c. Insinuante, qui de. vel vo. etiam quod non recipiant habitum, dummodo sint expresse professi ex quibus colligitur, quod habitus non est de substantia religionis. Ad hoc facit. c. Porrectum, de reg. & Inn. in d. c. Insinuante.

DE PROXENETA.

1 Proxenetā quis sit, & quando mortaliter peccet.

1 ¶ Proxenetā qui mediator existit inter negotiatores, quando vitur fraude, & mendacijs inter eos (vt facere solent) non solum mortaliter peccat, sed etiam restituere tenetur, si quis sibi applicat ultra suam mercedem, vt cum dicit venditori, quod non inueniuntur nisi decem, & emptori, quod non potest habere nisi pro vndecim, & illud vnum tenet pro se, vel quando accipit ab vno aliquid muneris, & defraudat alterum, infra, Vtura. §. 39. & 40. vide aliquid.

DE PRUDENTIA.

1 Prudentia carnis, quomodo mortale peccatum sit.

1 ¶ Prudentia carnis, qua aliquis habet pro vltimo fine vitæ suæ bonæ corporis, secundum Th. secunda secundæ, q. 55. ar. 1. & 2. manifestè mortale peccatum est, quia propter hoc Dei inimicus constituitur. Ro. S. Prudentia carnis inimica est Deo, & quia sic Deum pro vltimo fine quis habere non potest; cum non possint duo vltimi fines esse. Si vero non habeat carnis delectationem pro vltimo fine, sed affectum aliqualem inordinarium, qui tamen, nõ auertit à Deo, erit veniale. Quia præter caritatem, non contra est.

DE PURGATIONE CANONICA.

1 Purgatio multis modis dicitur.

2 Iudex quando debeat apud se infamatum compellere ad purgationem canonicam.

3 Purgatio canonica vt inducatur, qua sufficiant.

4 Accusatus & indicatus si in dicta sibi purgatione deficiant, qualiter puniri debeant.

5 Iuramenti se purgantem qua sit forma.

1 ¶ Purgatio multis modis dicitur, quandoque pro purgatione spiritali capitur, sicut dicimus per pœnitentiam, & baptismum, peccata purgari. cap. Cum omne, de conf. d. 2. quandoque dicitur vulgaris, quæ sit ferro cædenti, aqua bulienti, vel duello, de quibus si quis euaserit, dicitur purgatus. Sed hæc prohibetur sub pœna mortalis peccati. in cap. Memnam. 2. q. 5. & de purgatione. cap. Per totum: quia hoc est tentare Deum. Alia dicitur canonica, à iure canonico statuta, quando quis de crimine sibi obiecto vult se immunem ostendere. Et hæc fit quandoque per iuramentum infamati coram iudice suo, & iuramento testium compurgantium, qui tot esse debent, quod enormitas criminis requirit, & bonæ opinionis, & de quibus sit verisimile, quod non periurent, de pur. can. per totum, & 2. quæst. 5. fere per totum.

2 ¶ Quando quis apud suum iudicem infamatus est, & infamia publica laborat, & apud graues, & bonos viros, & non est orta ab inimicis, tunc iudex debet præfigere terminum, vt si quis vult accusare, compareat, qui si compareat, audiatur canonicè, si non compareat, & infamia crebrescit, procedat iudex ad inquisitionem. Et si nullus appareat, etiam denunciator, nec conuincitur, tunc compellat eum iudex ad purgationem canonicam, secundum no. Io. glo. in cap. Presbyter. 2. q. 5. supra, Inquisitio. vide aliquid, per totum.

3 ¶ Suspicio verisimilis sufficit ad inducendam dictam purgationem, quamuis non sit quis infamatus, sed vt temeraria suspitio repellatur, c. Si quis eo. Violenta autem suspitio sufficit ad sententiam. cap. Dixit. 23. q. 1. & Inno. & Hostien. in d. c. Si quis. Aliqui dicunt, quod talis infamia etiam verisimilis, non sufficit, si non est infamis, nec semiconuictus, nec accusatus, secundum Ray. in sum. confes. quia hoc nullo iure cauetur, & quia sic prælati aperietur via ad vindictam, & hæc opinio videretur rationabilior.

4 ¶ Accusatus, & iudicatus, si indicta sibi purgatione deficiat, debet puniri, ac si fuisset conuictus. cap. De ho. de sumo. Quod si per modum inquisitionis, vel denuntiationis agatur, pœna erit arbitraria, secundum Gof. Host. & Pa. in c. Accedens, de accu. Idem dic, si propter infamiam tantum est processum extraordinarie, punietur, vt est casus in c. Significasti de adul. & cum iudex ex præsumptione procedit, debet multum temperare sententiam, vt no. in cap. Afferte. de

præsump. Quando vero crimen est notorium, vel apparet accusator, non debet reus ad purgationem recipi, etiam si offert, cap. 2. eod. tit. & c. Cum dilectis,

§ De forma iuramenti se purgantis, vide in c. Si quis viduam, d. 50. & c. Quoties, eo. tit. De numero autem computatorum, & quales esse debeant, in d. c. Presbyter. cap. Inter sollicitudines, eo.

DE PVRGATORIO.

Purgatorium negare mortale peccatum est.

Purgatorium negare mortale peccatum est, quia contra diuinam iustitiam, & erroneum, & à fide alienum est, secundum Th. 4. sen. d. 21. q. 1. ar. 1. quol. 1. secundum Greg. Nif. Qui negat purgatorium, hæresim incurrit. Et fuit error Græcorum, quem recognoscentes in concilio Florentino abiurarunt. Potest etiam per sacram scripturam rectè intellectam probari. Nam dicitur primæ Cor. 3. si quis superedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, scænam, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim declarabit, qui in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus asserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit quasi per ignem. Ex hoc patet, quod de igne inferni non potest intelligi, quia per illum nullus saluatur, sed de igne purgatorij, sicut exponunt Tho. ibi Ambrosius, Augustinus, & alij. Item patet per illum Matth. 5. Iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris, tamen dico tibi, non exies, donec reddas nouissimum quadrantem. Per hunc carcerem Ambrosius exponit purgatorium. Item per illud Matth. 12. Qui dixerit verbum in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in alio. Ergo in alio seculo potest fieri remissio, non in inferno, quia ibi nulla est redemptio, neque in paradiso, quia ibi nec culpa, nec pœna purganda est, ergo in purgatorio, & sic intelligit Greg. Item, Mac. 12. sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, quod non potest intelligi de existentibus in paradiso, neque in inferno, ergo de existentibus in purgatorio. Et licet hic liber apud Hebræos non sit canonicus secundum Hieronymum in prologo galeato, est tamen apud Christianos authenticus, vt ibi dicit Hieronymus & Augustinus 18. lib. de ci. Dei, & secundum canonem concilij Carthaginen. Augustinus in lib. de cura pro mortuis approbat suffragia pro mortuis. Idem Ambrosius de obitu Theodosij, & Damasus dicit hunc usum orandi pro mortuis, et

ritu apostolorum emanasse, quod etiam Dionysius affirmat. Ecce quantum errant hi moderni hæretici, conantes purgatorium remouere. De pœnis, & loco purgatorij, non est presentis speculationis, quia ad conscientiam non pertinent, sed tantum credere ipsum esse, ad peccatorum purgationem debemus, vt renet ecclesia Christi. An Papa liberare possit omnes animas à purgatorio, supra Papa. §. 11.

DE PVRGATIONE MULIERVM.

Purgatio mulierum post partum an sit necessaria.

Purgatio mulierum post partum non est necessaria, nec peccant mulieres inrantes ecclesiam ad referendum gratias Deo ante illud tempus. Si tamen ex deuotione volentes abstinere aliquandiu ab ingressu, non sunt reprobandæ, nisi facerent seruantes ritum iudaicum, vel ex superstitione extra eo. c. Vno. Hoc enim mortale peccatum esset, & Christianæ fidei contrarium. Ante purgationem non est mortale viro cognoscere propriam vxorem, ex consilio tamen deberet abstinere, secundum Ray. & Vuerua, dist. 5. cap. Ad eius. & 31. q. 7. cap. Non solum,

DE PVSILLANIMITATE.

Pusillanimitas quid sit.

Pusillanimitas vitium est magnanimitati oppositum, quo homo ex paruitate animi, se retrahit à magnis operibus, & honoribus, suam facultatem non excedentibus, ac si excederent, ex S. Thom. secunda secundæ. quæst. 133. Est etiam hoc vitium aliquando mortale, quando ea à quibus se retrahit, sunt simpliciter de necessitate salutis, vt cū quis non vult confiteri tempore debito timens, iterum relabi, vel non vult acceptare prælationem impositam ex præcepto, timore deficiendi, & huiusmodi. Si vero retrahatur ab aliis non necessariis, sed vtilibus sibi, vel proximo, maxime in spiritualibus, est veniale, & tanto grauius, quanto res salutis animæ expediens magis est, & honori diuino, quem quilibet quærere tenetur.

DE QVÆSTVARIIS.

Quæstuarij qui dicantur, & quando recipi debeant.

Quæstuarij dicuntur, qui per diuersas dioceses discurreunt pro eleemosynis, nomine vel hospitalium, vel monasteriorum, vt sunt, qui pro S. Antonio quærunt, qui communiter dicuntur Zaratani. Hi non debent admitti, nisi veras literas apostolicas, vel diocæsanorum ostendant, quarum forma ponitur in cap. Cum ex eo. de pœn. & re. &

debent prius per episcopum examinari, antequam accipiantur, ut in cle. Abusionibus. de poen. & re. Nec permittrantur prædicare, nisi secundum, quod in literis suis continetur, in d. c. Cum ex eo.

2 ¶ Quod si in literis eorum continetur, quod caritatiuè recipiantur, & fideles ad eorum exhortationem conuocent, non propter hoc rectores ecclesiarum, aut clerici, tenentur hoc facere, si nolunt, quia in extrauag. cle. 4. est reuocatio huiusmodi literarum quantum ad conuocationem, & tales quæstuarij non debent habitum falsæ religionis portare, aut indulgentias, vel alia falsa proponere. Ut in d. cle. abusionibus, & in d. cap. Cum ex eo, habetur. At si publice delinquant, ab ordinariis possunt puniri, licet sint exempti. cap. Tuarum, de priu. nisi aliquod aliud habeant in suis priuilegiis, quod seruari debet, secundum glo. in cap. Tuarum, ut est in priuilegiis prædicatorum, & minorum, Supra, Exemptus. §. I.

DE RANCORE.

1 Rancor quid sit, & quando peccatum.

1 **R**ancor secundum quod importat displicentiam contra aliquem, propter quod desiderat, vel quærit malum alteri nascitur ex acedia. Aliquando est filia iræ, & mortalis, si malum sit importantiæ, supra, Odium. §. I. Quomodo quis tenetur dimittere signa rancoris, supra, Caritas. §. I. Etiã propter scandalum debet facere.

DE RAPINA.

1 Rapina quid, & quando peccatum mortale.

2 Rapina, & furtum quomodo probentur.

3 Raptorum pœna quid sit.

4 Raptor quis dicatur, & num. 5.

1 **R**apina, per quam quis uolenter, & cõtra iustitiam accipit rem alienam, mortale peccatum est, tñ quia iniuriam proximo infert, tñ quia damnum, siue fiat à bellantibus, siue à latronibus, siue ab habentibus potestatem publicam, dummodo contra iustitiam, & uolenter rapiant, restitutionisque sunt obnoxij. Si autem rapiant in bello iusto, vel auctoritate publica secundum iustitiam, licet vim inferant, non dicuntur proprie raptores, nisi excedant limites commissionis, secundum Thom. secunda secundæ. qu. 66. art. 8. supra, Bellum. §. 11. & 13.

2 ¶ Si probauero furtum contra aliquem, vel rapinam, stabitur

bitur iuramento meo de quantitate rei raptæ, secundum Pa. in c. super eo, de his quæ vi. me. ve. & Inn. ibi. Et potest probari furtum, & rapina, per socios, familiares & huiusmodi, ut etiam tenet Sil. ver. Rapina. §. ult.

3 ¶ De pœna raptorum quomodo excommunicantur ab episcopo. c. i. de rap. quomodo denegatur pœnitentia, nisi restituant. Et quamuis eos pœniteat, & non restituant, negatur sepultura, c. Super eo, eo. ti. & c. Literis, etiam si faciant quod possunt, & hoc fit ad aliorum terrorem.

4 ¶ Raptor etiam dicitur, qui virginem, vel sanctimoniam, vel viduam, etiam largõ modo vi opprimit, & sine dudio mortaliter contra legem Dei agens, etiam per leges grauius punitur. cap. De raptoribus, 36. quæst. i. nec rapta potest cum raptoe contrahere, de iure ciuili ut dicitur infra. §. 5. C. de rapt. virg. vel. vio. l. vnica, supra, Luxuria. §. 4.

5 ¶ Aliquando persona rapitur propter alium finem, vel ut vendatur, vel ob aliud, & tunc ultra iniuriam sibi factam, iudicandum est peccatum secundum finem, pro quo raptor rapit. Et quod dictum est quod rapta non potest contrahere cum raptoe, intellige de iure ciuili, nam de iure canonico, quandoque potest, ut quando precessit tractatus de nuptiis, secundum Pan. in cap. Cum causa, de rap. Vide in cap. Accedens de rapt. quia rapta si vult potest cum raptoe contrahere.

DE RATIOCINIO.

1 Ratiocinij obnoxij an possint promoueri ad ordines.

1 **R**atiocinij obnoxij an possint promoueri ad ordines, vide c. Propterea. dist. 5. ff. de mu. & ho. l. rescripto. & Inn. in cap. vni. de obli. ad ratio. C. de cle. & epi. l. quisquis emeris. Hæc ad aliud forum pertinent.

DE RATIO HABITIONE.

1 Ratio habitio quid sit, & quas condiciones requirat. 2. 3. 4. 5.

6 Delictum reatum habens ita peccat, ac si mandasset.

1 **R**atio habitio, qua quis consentit in illud, quod nomine suo gestum est, multas requirit condiciones, ad hoc quod retrahatur ex fictione iuris. Et primo si deo habere aliquod ratum, oportet quod sit factum nomine meo, id est ad mei contemplationem, secundum Glo. in c. Cum quis, de sent. exc. lib. 6. videlicet, licet sim contentus Petram occidisse Ioan. quem non interfecit nomine meo, non dicitur ratio habitio. Secundo oportet quod habeam factum, tãquã factum nomine meo. Possum enim esse contentus

de homicidio facto nomine meo, sed nollem factum fuisse nomine meo, & tunc non dicitur rati habitio, secundum Iac. de Aret. Aduertendum tamen est, quod in maleficiis, non solum expressa rati habitio sufficit, sed etiam tacita, vt puta, quia non statim reuocat, quod scit nomine suo factum, vel non contradicit. Tunc præsimitur rati habitio. cap. Notum. 2. q. 1. Secus autem in non maleficiis.

2 ¶ Tertio requiritur, quod extrema sint habilia ad illum actum perperrandum, scilicet tempus in quo factum gestum est, & tempus rati habitiois, exemplum extremi ad quod Titius interfecit Socratem nomine Platonis, non habentis rationis vsum, Plato non potest postmodum hoc factum habere ratum, qua illo tempore quo gestum est, non poterat hoc imperare. Exemplum extremi a quo Cicero debebat infra decem dies aliquod agere, sed cum non posset amicus eius Sempronius, elapsis his decem diebus, fecit illud, non potest Cicero factum tale habere ratum, quia post illum terminum non potuisset Cicero illud facere, cum iste terminus esset de substantia facti.

3 ¶ Quarto secundum Inno. in c. Prudentia, de offi. delega. requiritur quod illud factum valeat, quia quod nihil est, ratum haberi non potest, vt si quis non habens potestatem, sententiam ferat nomine iudicis, iudex potest ratam habere, quia nulla est, cum sine aliqua auctoritate, & commissione eam tulerit.

4 ¶ Quinto, quod sit de his, quæ possunt mandari fieri per alium nomine meo, per mandatum expressum. Nam quædam per alium explicari possunt, vt furtum, homicidium, & huiusmodi, & in his currit rati habitio, quædam explicari non possunt per alium, vt adulterium, & corporis delectationes, & in his non habet locum rati habitio. c. Sciant cuncti, de elect. lib. 6. Si tamen quis perpetraret adulterium nomine alicuius, non principaliter propter delectationem, sed in vituperium mulieris, vel alterius, & ille ratum haberet, crediderim quod curreret rati habitio, quia hoc mandari potuit, & fieri eo fine, quo mandatum est.

5 ¶ Sexto quod lex solum requirat delictum simpliciter, quasi requireret maleficiu, & per prius machinationem, seu tractatum, non sufficeret rati habitio, vnde licet mulier post mortem viri habeat ratum homicidium, quia tamen non est machinata prius, non impedit matrimonium cum occisore secundum Gemi. c. Cum quis. de sent. exc. l. 6. quod tamen

Ratum haberi non potest quod nihil est.

Quædam per alium explicari possunt: quædam non.

tamen faceret, si præcessisset machinatio. Quando autem lex requirit solum factum, currit rati habitio secus si cum facto aliud.

6 ¶ Quia rati habitio mādato cōparatur, quo ad Deū ideo ita mortaliter agit ratum habens delictum, ac si fieri mandasset. Si autem tantum mente ratum habet quis percussio- nem clerici per quam incurritur excommunicatio, non tamen ostēdit hanc rati habitioem per aliqua signa exteriora, licet mortaliter peccat, quia consentit in id, quod mortale est, notū tamen excommunicationem incurrit, ecclesia de occultis non iudicat, sic nobis, de sim.

Ecclesia non iudicat de occultis.

Renunciatio ecclesiæ, supra Consecratio per totum.

RECOMPENSATIO supra, Compensatio per totum.

DE RECUSATIONE.

1 Recusari quando possit iudex delegatus.

1 R Ecusari potest pluribus ex causis iudex delegatus, secundum Pan. in c. Accedens, vt lit. non cō. & primo, si aduersarij est consanguineus, si commensalis illius, si ex eius patria, vel districtu oriundus, si non est accessus ad iudicem, nisi per terras inimicorum, si eū aduersario loquitur in aure, & familiariter, si litigabat ex aliqua causa cū eo, si est imperitus, & habet assessorem suspectum, secundum Pan. supra, & in c. De iud.

DE RELIGIONE.

1 Religiosi qui dicantur.

2 Regula religionum approbata sunt quatuor.

3 Religiosi an cepeantur perfecti esse.

4 Religiosorum nomine qui veniant in materia odiosa.

5 Religiosus qui fieri possit.

6 Religionem intrans animo triumphandi dignitates assequendi, si hac non assequatur, an obligetur religioni.

7 Professus metu mortis illato ab homine an obligetur.

8 Religiosus profitendo intendens aliquod malum facere, an obligetur.

9 Ingressus, & professus in religione, an teneatur ea seruare, quæ in reformatione seruari mandantur.

10 Prelatus si cum maiori parte capituli ordinet aliquid obseruandum vltra regulam, an qui non consenserint teneantur.

11 Religiosus quando transgrediens regulam peccet mortaliter.

12 Comedere carnes contra præceptum regulæ, an peccatum mortale, &c.

13 Frangere silentium &c. an sit peccatum.

- 14 Religiosus an poterit transire de vna religione ad aliam.
- 15 Religiosus eiectus, & fugitiuus an possit transire ad laxiorē religionem.
- 16 Præsidentes monasteriorū tenentur religiosos fugitiuos quærere, & reducere ad monasterium, &c.
- 17 Bona religiosi intrantis, eiecti fugitiui, vel morientis, ante professionem cuius esse debeant.
- 18 Religiosi mendicantes, qui ad non mendicantes transeunt, nec prælaturam, nec vocem in capitulo habere possunt.
- 19 Habens votum intrandi arctam religionem, & intrans laxiorem, an sit à voto absolutus.
- 20 Pater si profiteatur in aliqua religione habebit medietatem peculij aduentitij filiorum.
- 21 Bona ingredientis religionem cuius sint.
- 22 Religiosi succedunt in bonis parentum, nec ab eis possunt exheredari.
- 23 Ingrediens monasterium, si faciat testamentum postea ingressu omnia bona sua conferat monasterio, an propter hoc dicatur renocatum testamentum.
- 24 Filiusfam. intrans monasterium potest disponere de peculio castrensi non de alijs.
- 25 Religiosus factus episcopus an possit testari.
- 26 Religiosis multa specialiter prohibentur.
- 27 Peccata religiosorum qua sint.
- 28 Religiosus quantumcunque malus si vult corrigi, non debet expelli.

1 **R**eligiosi propriissime dicuntur promittentes tria vota profitendo, licet omnes Christiani, & clerici, & omnes recte viuētes, possint largo modo dici religiosi: de diu. c. Gaudemus. de cōst. c. Ecclesia, & c. Ex multa de voto.

2 ¶ Regulæ approbatæ religionum sunt quatuor, Basilij, Benedicti, Aug. & Francisci sub quibus omnes religiosi militant, exceptis Carthusiēsis, qui suas ordinationes pro regula habēt. Istæ regulæ nisi per Papam mutari possunt ca. Omnis de re. iur. Secus de cōstitutionib⁹, & ordinationibus eorum, quæ quotidie in capitulis fratrum mutantur secundum temporum varietatem.

3 ¶ Quamuis religio sit status perfectionis, religiosi tamē non tenentur perfecti esse, sed solum tendere saltem virtualiter ad perfectionem vel non contemnere illam. De hoc vide S. Tho. 2. 2. q. 184. ar. 2. aliter in malo statu esse videntur. Habere aliqua bona in communi, non derogat perfectioni religionis

religionis, quia & Christus, & Apostoli habeant in communi, & hoc negare est hæreticum, secundum quod determinauit. Io. 22. in extrau. quæ incipit. Quia vir reprobus, & Io. 12. c. Dicitur de Apostolis, quod habebant oculos, & præcipue Iudas. Tho. secunda secundæ. q. 188. ar. 7.

7 ¶ In materia odiosa contra regulares, vel religiosos, non veniunt illi de tertio habitu. Iesuite, Hospitalarij, Ierosolymitani, vel huiusmodi, quia non sunt proprie religiosi, licet quedam modū beneuolendi teneant etiā à Papa approbatum, secundum Pan. in rub. de reg. sed solum comprehendit illos, qui tria vota substantialia promiserunt, in aliqua religione alicuius approbatæ regulæ, secundum Io. An. in Gl. cl. 5. de deci. Si autem adderetur quicumque religiosi, tum etiā inrelligitur de omnibus prædictis, quia ita suo superiori promittunt obedientiam quod non possunt retrocedere, nec matrimonium contrahere. In materia verò fauorabili, benè veniunt omnes supradicti, secundum eundem Pan. & quomodo etiam gaudeant priuilegio clericali, supra Excommunicationem, prima. Vide ibi.

5 ¶ Quilibet potest religiosus effici, dummodo sit debitæ ætatis, de qua supra, Nouitius. §. 1. Secundo, quod non sit seruus, quia sine licentia domini non potest ingredi. Tertio, quod non sit obnoxius de debitis. Si tamen debeat pecuniam alteri, & non potest soluere ante ingressum religionis cedere potest bonis creditori, & sufficit. Non enim propter pecuniam obligatur persona hominis liberi, & sic potest ingredi. Inde satisfacet monasterium, si quid lucrabitur, vel ex successione eius, vel donatione ingressi, vel aliter. Quod si ad ratiocinia communitatis sit obligatus non recipiatur. c. Legen. d. 4. Si verò priuatorum, honestum est, vt prius de ratiocinijs se expediat, licet non sit necessarium secundum gl. Ray. Quarto nisi sit in dignitate episcopali, & supra, quia tunc requiritur licentia Papæ. ca. Licet, de reg. Et si habet aliqua beneficia ante professionem, non debet alteri conferri. c. Beneficiū, de re. l. 6. sed debet pars fructuum assignari alicui, qui seruiat beneficio. in d. c. Beneficiū reliquum erit monasterij, ne illi sit onerosus. 16. q. 6. c. De lapsis. Quinto, quod non consummauerit matrimonium vel post sponsalia rem habuerit, quia tunc ingredi non potest, sicut ante consummationem, etiam si iurasset eam ducere. c. Peruenit, el 2. de iur. supra, impedimentū. §. 48. Sexto quod non coacte, sed voluntarie intret. alter ingressus non tenet. ar. in ca. 1. de reg. in aliquibus

De Iesuitis id modo non valet post Sedis Apostolicæ, & concil. Trident. coriē instituti approbationem.

autem religionibus, ultra prædicta requiritur sanitas corporis, quod sit legitimè natus, animo promptus, literatus, vel ad honestos labores aptus. Si quis tamen cum aliquo istorum immediate dictorum impedimentorum reciperetur, ut plurimum teneret receptio, quia non videntur talia impedimenta, quæ possint impedire vitam regularem, nec quod alteri iniustitiâ, vel iniuriam inferant, ideo tantum bonum impedire non debent nisi aliud addatur.

Deceptus non fuit qui ad bonum fuit inductus unde apo. cū essem astutus, dolo vos cepi.

2. Cor. 12.

6 ¶ Intrans religionem ut fiat prior, vel triumphet etiam quod ista non assequatur, est tamen religioni obligatus, secundum Pan in c. Ut clerici de reg. Similiter dic de eo, qui dolosè ductus ad religionem. ca. Ex parte, de conuer. coniug. quia dolus propriè non dicitur, cum quis ad bonum inducitur, ut est religio.

7 ¶ Professus metu mortis illato ab homine non obligatur per tale verbum, nisi postmodum ratificet. e. Porrectum, de reg. Si autem metus sit naturalis, vel causalis, ut etiam de aliquo periculo, & huiusmodi tenetur religioni, si deliberato animo hoc fecit, secundum veriorem opinionem, in d. c. Porrectum. quia Deus quâdoque tales immittit timores, ut quis ad ipsum cōuertatur. Blanditiis tractus ad religionem, & professus tenetur ibi stare, quia non coactus intrauit, sed bona illius non venient monasterio licenti. ca. Constituit. 20. q. 3.

8 ¶ Si religiosus profitendo intendit se ad tria vota obligare, licet cum hoc intendat aliquod malum facere, ut furari vel aliud, & ut melius hæc faciat, profitetur, tenetur religioni. Obligatio. n. ad vota est de essentia, & non impletio secundum Pe. de Pal. 4. sen. dist. 26. Si autem in professione exprimat aliquid, quod non est contrarium essentiae religionis, ut quod vult comedere carnes, vel huiusmodi, tenet professio. Si vero non intendit castè viuere vel huiusmodi, non est professus, quia intentio hæc repugnat essentiae religionis. Idem dic si exprimat voce dum profiteretur superscripta, & tunc cogi per ecclesiam non poterit, sicut si non exprimeret.

9 ¶ Ingressus, & professus in aliqua religione, in qua tantum seruabantur essentialia, & ipse non plus intendebat seruare, quam tunc ibi seruarentur, si postmodum reformetur, non tenebitur in conscientia seruare, nisi ea, quæ intellexit seruare à principio, secundum Pan. in c. Super eo, de reg. quia votum debet esse voluntarium. c. Licet de regul. Secus autem

autem in foro exteriori, & sic intellige Angelicam. ver. Religiosus. §. 23. Et reformato monasterio, necesse habebit adire aliud vel de nouo profiteri secundum reformationem.

10 ¶ Si prælatus cum maiori parte capituli ordinet aliquid obseruandum supra regulam arctans, illi qui non consenserunt, non tenentur seruare, secundum gl. c. Gestæ. d. 74. & secundum Tho. secunda secundæ. q. 104. ar. 4. quia promiserunt obedientiam secundum regulam, & constitutiones, & non supra. Si vero statuerunt aliquid ad reformationem regulæ antiquæ, vel aliqua conferentia ad planiorem obseruantiam illius, sic tenentur, secundum Inno. in d. Super eo, & Io. An. in c. Vnico, de reg. li. 6. in gl. & ista videtur conuenientior, & æquior decisio.

11 ¶ Religiosus transgrediendo regulam, & sua statuta, non peccat semper mortaliter, sed solum quando transgreditur, vel ex contemptu, vel quia ex se, & non ex regula sunt præcepta, vel quia sunt præcepta à prælato, vel ab ipsa regula, vel ab ordinationibus: tunc transgrediens mortaliter peccat, aliàs non, quia non vouit seruare regulam, sed viuere secundum regulam, vel seruare vitam regularem, non autem omnia, quæ sunt in regula. Unde fratres prædicatores cautius profitentur, promittendo obedientiam, secundum regulam, &c.

12 ¶ Comedere carnes, secundum regulam S. Benedicti non est mortale, nisi propter contemptum, vel præceptum licet comedens (scilicet cōrumaciter) & contra præceptum, vel ex contemptu debeat incarcerari, supra, Monachus. §. 11.

13 ¶ Frangere silentium, & transgredi alia, quæ sunt in constitutionibus fratrum prædicatorum, non sunt peccata ex vi constitutionum, nisi ubi præceptum est, vel excommunicatio lata, quia hæc constitutiones ita sunt factæ ut non obligent ad culpam, quæ propriè est culpa, sed tantum ad pœnam, quam pœnam quis non tenetur facere ubi requiritur actus hominis, nisi postquam prælatus sententiauit, & post sententiam non perficiens, etiam non peccat ex hoc, quia hæc constitutio de non incurrere culpam, est generalis. Potest tamen propter aliud, ut propter negligentiam, vel contemptum incurri peccatum veniale, vel mortale.

14 ¶ Non debet religiosus de vna religione ad aliã trāsire nisi ob magnam necessitatē, vel utilitatem, ut est ex zelo perfectioris religionis, vel quia ea, in qua est rela-

rañ

xari incipit, vel propter infirmi aem, quia non potest ita arte viuere. Petere tamen debet à superiore licentiam, vel dispensationem, vt in hoc tertio casu, secundum Tho. secunda secunda. q. vlt. ar. 8. Vide etiam Pan. in c. Sanè. c. Non est. c. Licet de reg. Sed quia hodie sunt data multa priuilegia, bonum est, vt volentes transire ad aliam religionem, habeant licentiam à Papa, ne inuoluantur in excommunicatione Martini V. quæ incipit. Viam ambrosiè, & Sixt. d. 4. quæ incipit. Regimini. Vnde Inn. III. dedit priuilegium fratribus prædicatoribus, & Benedictus XII. quod non possunt transire ad monachos, vel Cisterciens. Et hoc priuilegium incipit, Regularem vitam. Excipiuntur Cartusien. in Bulla Martini V. Et talis inhibitiō est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Nota.

15 ¶ Religiosus eiectus, vel fugitiuus, qui non potest reconciliari secundum formam. c. si. de regularibus, potest transire ad laxiorem, quando non inuenit in prouincia monasterium volens illum recipere, petita licentia sui superioris si potest habere, aliter viuat regulariter prout potest secundum Ray. Fecit enim quod potuit, ideo in conscientia poterit esse secutus, cum ultra possibile non teneatur.

Nota.

16 ¶ Præsidentes monasteriorum tenentur fugitiuos religiosos quærere, & reducere ad monasterium per inuocationem superiorum, & per excommunicationem. c. si. de reg. intellige quando speratur correctio, vel minus malum. Et si aliter, non potest corrigi, incarceretur. c. A nobis, de apo. Et hoc dicit Pa. in c. Ad monasterium, de stat. reg. quod non possunt tales expelli, nisi fortè secundum statuta approbata ab ecclesia. Et fugitiuus est, qui moratur extra monasteriū, & cælat se suo prælato, & qui recedit à monasterio cum intentione non redeundi. Et qui non est sub obedientia prælati non solum est fugitiuus, sed apostata, secus si aliud monasteriū ingreditur. Eiectus verò dicitur, qui à suo superiore fuit eiectus à monasterio, culpa sua fortè exigente. Hæc secundum Pan. in d. c. si. de reg.

17 ¶ De bonis religiosi intrantis, eiecti, fugitiui, vel morientis ante professionem, quid fieri debeat, vide Tab. §. 47. 28. ibi, quia si est oblatus, vel conuersus, qui se, & sua obtulit, non potest repetere, quia est quasi seruus monasterij. Si verò ante tempus professionis moritur, dic vt supra, Nouitius. §. 17. Si recedit post professionem, quam credidit tenere, & non tenebat, rehaebit sua, siue donauerit expressè monasterio,

sterio, siue non, quia videtur donasse causa mortis mūdane, quæ sit per professionem, quæ non est secuta. Facit. l. si pater. C. de hæredi. insti. Quod si credebat, quod non teneret professio, tamen expressè donauit, non rehaebit bona, quia videtur in omnem casum donasse. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Si professio tenuit & eiectus est propter culpā suam, & de monasterio primo translatus ad aliud ad poenitentiam agenda, secundum monasterium habebit vsufructum bonorum suorum, & post eius mortem redibunt ad primum monasterium. c. De lapsis. 16. q. 6. Si fuit aliàs eiectus à toto monasterio, monasterium nihil eorum, quæ acquisiuit post eiectionem habebit. Quod si solus Abbas eiecit, sic monasterium non debet puniri. Si fugit, & non mutauit statum volentemque redire Abbas cum maiori parte capituli noluit recipere, vel fuit negligens ad ipsum reuocandum, bona tunc cedent episcopo, vel alteri monasterio, si aliquod ingressus est. Si autem solus Abbas vel minor pars capituli hoc fecit, vel noluit ipse redire, acquiritur tunc primo monasterio suo. Si vero exiens quomodocūque statum mutat, & promouetur, ad ecclesiam secularem illicitè transiens acquisita intuitu ecclesiæ transeunt illi ecclesiæ. c. Cum in officiis, de testa. Si intuitu personæ acquirit, cedunt monasterio quia remansit sui monasterij, cum non fuerit legitimè promorus ad secularem ecclesiam, secus si legitimè, quia nullam communionem habet cum monasterio. cap. Ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. Si autem dubium sit an intuitu personæ, vel ecclesiæ acquisierit, recurrendum est ad coniecturas vt si à propinquo vel ab extraneo habuit in cap. Requisisti, de testa. Et in dubio pro ecclesia præsumitur. Si verò aliud monasterium, minus legitimè intrauit, reuocatur, cū omnibus acquisitis, c. Ioannes, de reg. Si legitimè secus, quia post ingressum bona acquisita cedunt secundo monasterio. Hæc secundum Pa. in c. si. de regu. Et bona patrimonialia acquisita in primo monasterio, vt idem Pa. in c. Quod à te, de cle. coniug. post Car. dicit transeunt cum persona, & hoc sequitur Host. non autem bona acquisita in primo monasterio ex industria, transeunt eodem modo cum persona ad secundum monasterium. Acquisiuit enim suo monasterio,

18 ¶ Religiosi medicantes, qui ad non medicantes transeunt, etiam auctoritate Papæ non habent vocem in capitulo, nec possunt habere prælaturam, vel quæcunq; officia, nec quodcunq; regimen animarum exercere, in clem. Vt possessores

*Conditio-
nes præ-
scriptio-
nis.
de*

de regu. Huius autem ratio fortè fuit, vt difficilior his transitus fieret.

*Religio
à patria
potestate
liberat.*

19 ¶ Habens votum intrandi arctam religionem & intras laxiorem est à voto absolutus. c. Qui post. lib. 9. de reg. Debet tamen pœnitere de voto non completo, vt ibidem. Religio, à patria potestate liberat, de reg. Cum simus, & cap. 1. 16. q. 2.

20 ¶ Si pater profiteatur in aliqua religione, habebit medietatem vsusfructus bonorum peculij aduentitij filiorum, secundum Bart. in auth. Idem est. C. de bo. que lib. Licet quidam aliter opinentur, hoc tamen magis æquum est.

21 ¶ Bona ingredientis religionem sunt monasterij in quo proficitur, nisi ante professionem aliter disponat. c. Ingredientibus. 19. q. 3. quando scilicet monasterium potest habere in communi, vel ex regula, vel priuilegio. Transeunt etiam feuda, & emphyteusis, secundum Albe. in authen. ingressi. C. de Sacros. Eccl. Reseruatur tamen legitima descendētibz, & ascendētibz qui æquè succedunt. c. fin. 19. q. 3. Vsumfructum autem non amittit, secundum Inn. in c. In præsentia de proba.

22 ¶ Religiosi succedunt bonis parentum, nec parētes possunt eos exheredare propter ingratitude commissam in sæculo. c. fi. 19. q. 3. fallit in minoribus, qui de iure non succedunt, in cle. exiui.

23 ¶ Titius volens ingredi monasterium, condidit testamentum relinquens Lucretium extraneum hæredem, postmodum incontinenti ingressus monasterium omnia bona sua contulit eidem monasterio, nulla facta mentione de testamento, non reuocat propter hoc testamentum, sed collatio bonorum præsumitur facta pro tempore vitæ suæ tantum, nec videtur incontinenti mutare animum. arg. l. Non ad ea. ff. de cond. & demon. Nec illa bona erunt monasterij, secundum d. Antonium in d. cap. In præsentia, de proba. Secus si hoc fecit temporis intervallo, quia præsumitur mutasse animum fauore religionis, & sic rumpitur testamentum. Vide tamen Pan. in d. cap. In præsentia. An monasterium possit petere portionem quando tenet testamentum, & cap. dicitur quod petet, si potest in communi bona habere, secundum But. & hoc æquius est.

24 ¶ Filius familias intrans monasterium, potest disponere de peculio Castrensi, vel quasi. l. pe. C. qui testam. facere possunt. De profectizio non potest, neque de aduentitiis quo ad
vsum.

vsumfructum in vita patris, ante ingressum acquisitis, licet possit disponere de directo dominio, & vtili, vt post mortem patris transeat ad alium, secundum d. Anto. in d. cap. in præsentia, licet Pan. ibi videatur tenere contrarium, quia q̄ est laicis aduentitium, est clericis quasi Castrense, ideo priuabitur in vita vsufructu illorum bonorum. Libri etiam dati à patre transibunt cum eo, quia sunt quasi bonum Castrense, secundum Pa. in d. c. In præsentia, in libris scilicet datis Doctori vel magistro, secundum Bar. in l. filia. C. famil. etc. Quomodo religiosus possit reuocare testamentum, vel non, vide Pan. in d. c. In præsentia, & doct. in auth. si qua mulier. C. de sac. san. ec. & quomodo possint testari. post ingressum, vide Pa. ibi. & Cy. in d. auth. si qua mulier. vide Sil. vet. Religio sexta. q. 3.

25 ¶ Religiosus factus episcopus, non potest testari secundum Th. secunda secundæ, q. 185. art. fi. Quia tamē habet dispensationem bonorum ecclesiæ, ex dispensatione Papæ, potest, sed non de proprio, cum non habeat. Eodem modo, & religiosus auctoritate alicuius dare volentis, vt fortè Magister ordinis. Religio tollit omne crimen ingratitude. c. 2. de apost. Quomodo in professione religiosus consequitur plenariam indulgentiam, supra, Indulgentia. §. decimonono. Offert enim se Deo, quod plus est, quam cuiuscunque muneris oblatio.

26 ¶ Multa prohibentur specialiter Religiosis, in cle. religiosi de priuil. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ, videlicet, ne in sermonibus suis ecclesiarum prælatis detrahant, scilicet descendendo ad specialia, ne retrahant aliquos ab accessu ecclesiarum suarum, scilicet, eis detrahendo illicitè, supra, Prædicare. §. 6. Ne pronuncient indulgentias indiscretas, ne quando adsunt confidentibus testamenta, à restitutionibus debitis, aut legatis matricibus ecclesiis fiendis retrahant testatores. Possunt tamen secundum Pet. de Pal. procurare pro se magis quam pro aliis, modo tamen licito, quia nulli auferunt ius, nec legata, vel debita, vel male ablata incerta sibi, aut aliis singularibus sui ordinis fratribz, vel conuentibus, in aliorum præiudicium fieri, seu procurrant erogari nec in casibus sedi apostolicæ, aut locorum ordinariis reseruatis quenquam absolueri, aut personas ecclesiasticas præsertim coram iudicibus delegatis à nobis, suam contra eos iustitiã persequentes vexare indebitè, aut ad loca plura, & præsertim multum remota
conue-

conuenire præsumant, & multa alia ibi prohibentur. Vide illam cle. & 5. Excommunicatio quadragesimanona, & multas alias censuras, quæ sunt contra religiosos, quas in titulo excommunicationum diffusè reposuimus.

17 ¶ Item consideranda sunt peccata religiosorum circa obedientiam, de qua, supra, Obedientia, per rotum, circa castitatem, & paupertatem. Et nota secundum Scot. quod religiosus vtens re propria auctoritate, quod fit, quando celatur prælato, vel tenetur contra eius voluntatem expressè, in quantitate, vel qualitate, est proprietarius, & mortaliter agit.

28 ¶ Nullus religiosus, quantuncunque malus, si vult corrigi, debet expelli, seu sequestratus est in carcerem, vel alio modo, secundum ordinationes suæ religionis, secundum Th. quol. 13. Hoc enim cedit magis ad eius correctionem, & magis scandala hoc modo vitantur.

DE RELIGIOSO LOCO.

1 Religiosus locus quis dicatur.

1 **R**eligiosus locus dicitur domus, monasterium, templum, hospitale, & quæcunque alia loca auctoritate Papæ vel episcopi, ad pios vsus ædificata. cap. De Xenodochiis, de rel. dom. Secus quando sine tali auctoritate à principio sunt ædificata, vel ex post facto. c. Nemo, de conse. di. 1. Quod est contra leges, quæ volunt, quod vbicunque aliquis tumulatur, locus ille fiat religiosus, quod verum non est per text. c. si. de sepul. Vide ibi Pan. quæ loca religiosa, ad humanos vsus redire non possunt, per capitulum. Ad hæc. de relig. do. & c. Nulli. 12. q. 2. Et quando dubium est, an sit constructus auctoritate episcopi, recurrendum est ad coniecturas, secundum Lud. de Ro. Si habet circumstantias loci prophani, est prophanus, quamuis celebrationi, & orationi esset deputatus. Sil. ver. Loca. q. 3.

DE RELIQUIIS.

1 Reliquia, & corpora sanctorum non debent exponi venalia.

2 Venerari aliquem pro sancto quando liceat.

3 Reliquia an sine auctoritate Papæ possint transferri.

4 Reliquias super se portare an liceat.

Sacra nõ sunt in dominio alicuius.

1 **R**eliquiæ, & corpora sanctorum, non debent exponi venalia, quod fit, dum, vel accipitur præmium verè, & tunc est simonia, capitulo, qui studet, prim. quæstio, 1, non enim

enim sacra, & religiosa sunt in dominio alicuius, vel quando passim causa quæstus, vt habeantur largæ oblationes, ostenduntur, hoc est enim quædam larga venditio, secundum Panor. cap. Secundo, eodem titulo. Secus si hoc principaliter fiat ex deuotione. Nam præcipitur prælatis, ne permittant accedentes deuotionis causa decipi figmentis, ibi in eodem cap. 2.

2 ¶ Non licet aliquem pro sancto venerari, neque ad eum publice preces emittere, & huiusmodi, etiam si miracula fecisset, sine licentia Papæ. c. Ex eo, de reliq. & ve. san. Secus in secreto, quia licet, supra, Colere, vel canonizatio. §. 1. Et si furtiuè sanctorum reliquiæ subtrahantur, vt etiam honorabilius reponantur, sacrilegium est. cap. Quisquis. 17. q. 4.

3 ¶ Non possunt transferri sine auctoritate Papæ, vel episcopi, vel synodi. cap. Corpora, de conse. di. 1. intellige quando sunt data sepulturæ perpetuæ. Secus si essent depositata, vel adesset aliqua necessitas. Quomodo non possunt concedi, supra, Excommunicatio. 58.

4 ¶ Non est illicitum reliquias sanctas portare super se cum reuerentia, & sine aliqua superstitione, secundum Tho. 2. 2. q. 96. sicut & Euangelium, licet quidam contrarium teneant, & malè, quia hoc non est prohibitum, quia cap. Corpora, de conse. di. 1. loquitur non de reliquiis, sed de corporibus, quorum propria sunt sepultura.

DE RENUNTIATIONE.

1 Renuntiatio officij pastoralis ex quibus causis fieri possit.

2 Renuntiatio in beneficijs purè, & absolutè fieri debet.

3 Renuntians beneficio ad alicuius fauorem an simoniam committat.

4 Sciens se habere ius certum in beneficio ecclesiastico, an possit dare pecuniam alteri vt desistat à lite vel vt non moueat.

5 Papa renuntiare an possit Papatui.

6 Renuntiatio renocari potest, donec res est integra.

7 Filia renuntians hereditati paternæ, an amplius petere poterit legitimam.

8 Clericus renuntiare non potest foro suo, sine consensu episcopi.

1 **R**enuntiatio officij pastoralis ex his causis fieri potest, quæ ponuntur in capit. nisi cum pridem, de renunc. Videlicet ex conscientia criminis, officium pastorale impediens, ex debilitate, vel infirmitate, vel senectute, ex quibus impotens redditur, ex defectu scientiæ, quando

saltem non est compotens, propter malitiã plebis, quando ex
ouibus cõuertuntur in lupos, propter graue scandalũ, quod
aliter sedari non potest, propter irregularitatẽ ipsius pasto-
ris, non tamen propter omnẽ debet ei dari licentiam. Ex his
renũtiatio debet peti, & concedi, vt de meliori provideatur.

2 ¶ Renuntiatio in beneficiis, & pure, & absolute debet fieri,
c. Ex parte, el. 1. de off. deleg. ita quod renuntians alicui be-
neficio, vel rei spirituali, vel resignans aliquod spirituale ali-
quo dato, vel promisso, simoniam committit, secundum
Gof. & alios: quod si hoc tantum mente intendit, sine actu
exteriori, mentalis simonia est, quam non punit ecclesia, sed
Deus cordium inspector.

3 ¶ Renuntians beneficio, vt detur alteri, siue nepoti, siue
non, siue aliquo pacto, sed sola intentione, non committit
simoniam, quia renuntiare, vt detur alteri, ideo simonia est,
quia prohibitum iure positio, non autem prohibitum ex
se, ideo non debet deduci in pactum, vt alteri detur. cap.
Quam pio. q. 1. Si tamen quis haberet voluntatem deducen-
di in pactum, mortaliter peccaret, mentali simonia. Simili-
ter est simonia in datione, sicut in cessione, supra, Benefi-
cium. §. 16. Renuntians liti super beneficio ecclesiastico, vel
spirituali, aliquo temporali dato, simoniam committit, se-
cundum Pa. in cap. Cum pridem, de pact. Dicit tamen In-
noc. & Host. in c. Non sine. de arbi. quod valet compositio
auctoritate superioris, & pro bono pacis, si detur aliquod
temporale ei, de quo non est certum in iure, vel de iure sibi
competenti, vt cedat liti, vel renuntiet iuri, si quod habet.
Secus si fiat auctoritate tantum partium, quia simonia est
supra, Beneficium. §. 76. vsque 77.

4 ¶ Sciens se habere ius certum in aliquo beneficio eccle-
siastico habenti etiam annexam potestatem clauium, po-
test dare pecuniam alteri, vt desistat a lite, vel vt non mo-
ueat super tali beneficio litem, secundum Pa. in d. cap. Cum
pridem. Secus si non est certus, sed dubitat, nec excusat au-
ctoritas Papæ; quia videtur data pecunia pro illa auctori-
tate spirituali. Facit. d. cap. Ex parte. In aliis autem beneficiis
bene excusaret auctoritas Papæ, cum talis simonia solum
sit de iure positio, secundum Glo. in d. c. Cum pridem, pos-
set tamen iudex pro bono pacis, inter partes componere, vt
habens illis, det aliquid non habenti secundum Pan. in cap.
Super eo, de transact. infra. Simonia. §. 25. Quid de eo, qui re-
nuntiat beneficio renni. vt habeat pingue? supra, Benefi-
cium.

ciani. §. 75. Episcopus qui per simoniam intrauit, in mortis
articulo, secundum Host. renuntiet in manu episcopi, si po-
test, aliter simplicis sacerdotis, sub conditione, si Papæ pla-
uerit, vel ei ad quem pertinet collocatio, & quam primum
conualuerit ad illum se transferat, ei que obediat, nec mo-
ram faciat, nec fructus sibi appropriet, sed custodiat eos,
tantum vitæ necessaria strictè sumens. c. Pasce, dist. 86. si vult
diaboli laqueum vitare.

5 ¶ Papa potest libere resignare, præsertim si se insuffi-
cientem ad regimen vniuersalis ecclesiæ reperit. cap. Quo-
niam, lib. 6. cod. tit. quanquam pauci reperiantur, qui hoc
faciant.

6 ¶ Eum qui misit nuntium, vt renuntiet, potest pœnitere,
quandiu res est integra. c. Lectæ, eo. Secus si non est integra.
c. In causis, de elect. Si vero nuntius fuerit ignorans de reuo-
catione, & renuntiauerit, tenebit cessione facta antequam ve-
niat ad eum reuocatio pœnitentis, vt in elem. cum illusio.
eod. tit. Qui verò licentiam cedendi impetrauit, cogendus
est credere. cap. Quidam. eo. tit. Concor. Hosti.

7 ¶ Filia renuntians hæreditati paternæ, & promittens am-
plius non petere, nihilominus legitimam, vel eius supple-
mentum petere poterit, non obstante etiam iuramento, nisi
expresse de ipso dixerit. l. si quando. C. de inof. test. §. genera-
liter, & ita intellige Imo.

8 ¶ Clericus renuntiare non potest foro suo, sine consensu
episcopi, cui præiudicaret. c. Significasti, de for. comp. neque
illi priuilegio. cap. Si quis suadente. 17. q. 4. quamuis possit
remittere actionem iniuriæ, quo ad propriam personam c.
Si quis iniuriam. 23. q. 4. Qualiter renuntiatio fieri debeat.
Sil. ibi. q. 6. An exemptus possit exemptioni suæ renuntiare,
supra Exemptio. §. 8. Renuntiatio fit illegitima, & ratione
personæ quæ renuntiare non potest, & ratione rei non re-
nuntiables. Vide tab. vers. Renuntiatio. §. vlt.

DE REPRÆSALIIS.

1 Repræsalie quid sint, & eius conditiones.

1 Repræsalie sunt quoddam genus belli, vt cum datur
potestas spoliato, vt sibi satisfaciat contra gentem
de ciuitate spoliatum. Ad hoc autem, quod sint licitæ, mul-
ta requiruntur. Primò, quod ciuitas requiratur vt emendet,
vel satisfaciat pro suis qui tenentur, siue pro debito, siue pro
rapina, siue pro iniuria. Secundo, quod constet de negli-
gentia ciuium, vel domini, de iustitia administranda.

Tertio iudex prius det sententiam super negligentia, & iustitiae defectu, ita quod nullus dominus, vel ciuitas reperitur, qui faciant iustitiam, & qui concedant auctoritatem faciendi repraesalias. Quarto, quod non excedant damnum, vel debitum. Quinto, quod non extendatur ad clericos, vel personas ecclesiasticas, aliter essent excommunicati, supra, excommunicatio. 32, nec contra scholares, bidellos, & alios pro studio euntes, vel necessaria deferentes, vbi sunt privilegiati, nec contra euntes ad nundinas, vel peregrinantes, nauigantes illuc vi ventorum delatos, nec contra eos, qui inius vocari non possunt, de cle. peregr. per totum. C. de naufl. nec contra ambasciatores. ff. de legi. l. fin. nec contra officiales, qui expressè contradixerunt tali iniustitiae, vel qui nec consenserunt, nec contradixerunt, quia vel erant absentes, vel ignorantes, vel non sunt vocati ad consilium, nec contra mulieres. C. de off. di. iudi. in aut. ibi. Sexto, quod repraesaliae non fiant in personis, quia est iniquum, quod alius pro alio in persona grauetur etiam contraria stante consuetudine, quia est contra leges. C. de acti. & obli. l. ob æs alienum. Extra hos casus non licent repraesaliae, & tam facientes quam concedentes, vltra mortale, praedam, & damnum restituere tenentur. Nec repraesaliae pro modico, & ita de facili debent concedi, neque quando ad superiorem haberi potest recursus, aliter iniustas censerentur.

DE RESCRIPTO.

- 1 Rescriptum literæ, privilegia &c. à quibus possunt impetrari.
- 2 Rescriptum quando subreptitium dicatur.
- 3 Casus impediens privilegia qui sint.
- 4 Gratia motu propria an possit quandoque dici subreptitia.
- 5 Rescripta non se extendunt ad res in eis non comprehensas.
- 6 Rescriptum defectu literæ, vel syllabæ non vitatur.
- 7 Rescriptum secundum quomodo tollat primum.
- 8 Rescriptum inseri debet in literis citationis.
- 9 Privilegium speciale quando deroget generali.
- 10 Rescriptum impetratum, pro secundo beneficio, de primo debet facere mentionem.

Rescriptum literæ, privilegia, & gratiæ, quæ omnia secundum Pa. in rub. eod. tit. dicuntur rescripta, possunt impetrari ab omnibus, nisi ab hæreticis, & excommunicatis, nisi faciant mentionem de excommunicatione. cap. 3. de rescr. in 6. & cap. Ab excommunicato. eod. tit. alias quilibet

bet potest impetrare. l. vniuersis. C. de prec. imp. off. Quod hæreticus prohibetur impetrare, est l. 2. C. de summa tri. & fi. cath.

2 ¶ Rescriptum impetratum tacita veritate, aut suggesta fallitate, vel etiam quocumque alio tacito, vel expresso, quod si tacitum, vel expressum non fuisset, Papa non ita de facili concessisset, est subreptitium. c. Super literis. eod. tit. Vide ibi literalem casum, hæc expressè narrarem.

Nota hos casus impediens privilegia.

3 ¶ Host. ponit 28. casus, quibus potest præsumi, quod si exprimerentur, non impetraretur gratia, & sunt hi, videlicet lex priuata, id est privilegium, quod altera pars contraria habet. c. Veniens. de rescrip. Secundus, si dispensatio sit facta super hoc. cap. Ex tua. de si. presby. Tertius, si præcessit peccatum rescriptum. c. ex multiplici. de dec. vel secutum. cap. Quia ex eo. de pac. lib. 6. vel alitid prius rescriptum fuit impetratum, & ostensum. cap. 2. & 3. eo. tit. Quartus, si sententia fuit lata super hoc, super quo impetratur rescriptum, ar. it. c. Inter dilectos. de si. inst. Quintus siue sit factum statutum super hoc. c. cum accessissent Sextus, Gaze nobilitas. c. Sedes. eod. tit. Septimus, appellatio sit super hoc facta, vel ex parte sua, vel aduersarij. c. Bonæ. de confir. Octauus, causa scilicet excommunicationis, quæ si plures sunt, omnes debent exprimi. cap. ex parte. de off. ordi. Nonus, hominis meta, id est, terminus appellationis. c. Sæpe de app. Decimus, Processus causæ, qui debet exprimi. cap. Inter monasterium. de re iud. Undecimus, Titulus beneficij, quem tacuit, licet esset minimum. c. postulasti. eo. tit. Duodecimus, Series facti, quam rescriptum debet continere. c. Dilectus filius. eod. tit. Tertiusdecimus, Professio, an sit clericus, vel laicus, cap. Cum ordines eod. tit. Quartusdecimus, Paupertas, an sit diues, vel in dignitate constitutus. c. Ad aures. eo. tit. Quintusdecimus, facti possessio, & non de iure possidet alius. cap. Literas, de concess. præben. Sextusdecimus, Lis pendens. cap. dilectus. ne lib. pen. Decimusseptimus, grauamen de quo Host. in c. Mandatum. eod. tit. Decimus octauus, Gratia, id est si iam receptus est in aliqua ecclesia, in d. cap. Mandatum. Decimus nonus, Venditio rescripti sibi concessi pro pensione, quam rexit. c. Ad audientiam. eod. tit. Vigésimus, Pater qui ministravit in ecclesia, quam filius impetravit. c. 2. de si. pres. Vigésimus primus, Exceptio posita in iudicio capi. In nostra. de proeu. Vigésimus secundus, Ciuis, de ciuitate, & diocesi est fienda mentio. c. significante. eod. tit. Vigésimus tertius, Clausula, de

qua in c. cum dilecta. eo. tit. Vigefimusquartus, Firma fides idest sacramentum, de quo in c. Constitutus. eo. tit. Vigefimusquintus, Fides interposita, ar. in c. Ex literis. de consti. Vigefimussextus, Anathema, quod taceri nō debet. c. fi. de proc. de prædictis mentio fieri debet, alias non valet. Et dicit Pan. in c. cōstitutus. eo. tit. quōd surreptio vitiat rescriptum ipso facto, etiam si constat in tacēdo factum alienum, quod impetrans probabiliter ignorat. Versus quosdam de his ponit Tab. ibi. §. 4.

Motus proprius quid operatur, quando à Pontifice datur.

4 ¶ Si Papa motu proprio concedit gratiam, vel dispensat, tacito aliquo, vel nou existente quod non cōcessisset, licet rescriptum nō sit subreptitium, quod motu proprio fit, nō tamen confirmat gratiam contra intentionem concedētis, secundum Pan. in c. Quia circa. de constan. quia motus proprius nihil operatur vltra casus in iure expressos, secundum Io. And. in c. Si motu proprio, & de præben. in 6. & Glo. in cl. Romanus, de præben.

5 ¶ Rescripta non se extendunt ad res, vel personas in eis non comprehensas, quia personalia sunt, & strictè intelligenda. c. Significavit, eo. tit.

6 ¶ Rescriptum non vitiat ex defectu literæ, vel syllabæ, sed per falsam latinitatem. c. Ex parte, de si. instru. in tex. & in gl. supra, Bulla per totum.

7 ¶ Rescriptum primum tollitur per secundum faciēs mentionem de primo, quod in secundo non fit mentio de primo tunc contra secundum valet auxilium exceptionis. ca. Ex literis, de of. dele. & sic annullādum est secundum, vt dicit Pan. post Inr. in c. Ceteram, eo. tit. & si primum fuit impetratum de communi consensu, secundum de hoc debet mentionem facere, aliter non tenet, nisi primura fuisset surreptitium, d. c. Ex parte. Et si nō admittitur exceptio, potest appellatio interponi.

8 ¶ In literis citationis inferi debet rescriptum, secundum Gof. propter duo, vt citatus sciat auctoritatem citantis, aliter non tenetur comparere, secundo vt deliberare possit.

9 ¶ Per speciale priuilegium vel rescriptum sequens quando per generale est acquisitum ius in re, in qualibet specie contenta sub genere, non derogatur generali, nisi de eo fiat mentio, secus si non est sic acquisitum ius, secundum Pan. in c. 1. in gl. eo. tit. licet circa hoc contrariæ citentur opiniones, hæc tamen verior videtur.

10 ¶ Qui

10 ¶ Qui vult impetrare rescriptum pro secundo beneficio debet de primo beneficio, & de eius qualitate, dignitate, redditibus mentionem habere. c. Ad aures. eo. tit. de statuto. contrario. cap. Constitutus, eo. & de vicariis. c. Postulasti, eo. tit. Vide de hoc Pan. in c. Pastoralis, & cap. Super literis, eo. tit. Et dicit Pan. in c. Ex parte. de capel. mo. quod quando rescriptum emanat contra ius præsumitur aut falsum, aut per nimiam occupationem emanasse, nisi in rescripto fiat mentio de contrario iure. Vide aliquid supra Priuilegium. §. 4. & Pan. in cap. Nonnulli. de rescrip. & glo. in capitu. 1. de consti. libr. 6.

Rescriptum quando præsumitur esse falsum

D E R E S I D E N T I A.

- 1 Residere quid sit.
- 2 Residere qui teneantur.
- 3 Clericus non residens in suo beneficio nec implens in eo officia ad quid teneatur.
- 4 Causæ legitimæ non residenti quæ sint.

1 **R**esidere in ecclesia, est in ea seruire beneficio, & eius curam habere personaliter, c. Cum quærerem, de cle. non re. Et non residere, si personaliter nō residet, vel beneficio non deseruit, secundum Gof.

2 ¶ Quilibet clericus tenetur residere si est beneficiatus, siue beneficium sit magnum siue paruum. c. Non nulli, de cle. non re. & interesse matutinis, & vespertinis aliter si sit incorrigibilis, deponitur. cap. fin. di. 36. Nec per alium potest residere de iure, quando ipse potest personaliter, de consuetudine autem, quando est rationabilis causa potest: vel ex dispensatione, quæ ex rationabili causa datur, & qui secus facit, non est tutus in cōscientia, nisi per se modicum temporis per alium resideat. Possit tamen ad tempus se absentare ex rationabili causa, & cum licentia sui superioris. c. Relatus, de cle. non re. supra, Beneficium, §. 68.

Residens negligens peccatum & pena puniuntur in Conc. Tri. Sess. 6. ca. 1. 2. Sess. 22. cap. 3. de. 22. c. 3. Sess. 23. c. 1. Sess. 24. c. 12.

3 ¶ Clericus non residens in suo beneficio, nec implens in eo officia sua, tenetur restituere perceptos fructus, si male consumit, & non est in necessitate constitutus, intellige si habet bona, quæ non sint ecclesie. Secus si vt pauper recipit, vel non male consumit, nisi condemnatur. capit. Quia nonnulli, de cle. non re. Vide supra beneficium, §. 68. & 69.

4 ¶ Causæ legitimæ, non residendi quæ sint, & cætera vide supra, Beneficium, §. 60. vsque ad 64. quas ponit Sil. versu. Residentia. quæst. 7. & sunt quatuor, videlicet absentia pro

LI 4 negotio

negotio ecclesie, seruire Papę, legato, vel episcopo, studium Theologiae, & infirmitas: vide ibi, & versu. Beneficium, supra.
DE RESTITVTIONE.

- 1 Restitutio multiplex est.
- 2 Restitutio de qua re faciendā.
- 3 Restituere qui teneatur quibusque modis. nume. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
- 14 Quicumque habet rem alienam quando teneatur restituere.
- 15 Qui rem alienam mala fide emit lucri cupiditate, illam restituere tenetur.
- 16 Restitutio cui fienda.
- 17 Restitutio an faciendā de re ex iniusta acceptione.
- 18 Persona cui fienda est restitutio si est mortua, cui faciendā erit restitutio. num. 19.
- 20 Bona incerta ex quacunque causa proueniant restitutioni sunt obnoxia.
- 21 Restituendum quid sit.
- 22 Virginis deflorator ad quid teneatur.
- 23 Restituenda quomodo sit res in quantitate.
- 24 Possessor bonę fidei an teneatur, antequā currat prescriptio restituere rem cum fructibus perceptis tempore, quo fuit in bona fide.
- 25 Restitutio in quo loco fieri debeat.
- 26 Restitutio quando faciendā.
- 27 Restituere quando quis excusetur, & nu. 28. 29. 30. 31. 32. 33.
- 34 Restitutionis ordo qualis esse debeat. nu. 35.
- 36 Usurarius quomodo restituere debeat.
- 37 Si ablatum non sit restituibile quid agendum.
- 38 Incerta quomodo restitui debeant.
- 39 Occulta quomodo restituenda.
- 40 Fama quomodo restituenda.
- 41 Qui infamauit aliquem in iudicio, an ad restitutionē teneatur. 42.
- 43 Qui seipsum propter tormenta infamauit, mortaliter peccauit.
- 44 Vxor, filij, &c. qui vestiunt, & comedunt de bonis non habentium nisi alienam teneantur ad restitutionem.
- 45 Mendicantes sic teneantur ad restitutionem.
- 46 Si quis nolens restituere aliquid, det alteri in deposito hoc pacto quod si emanauerit comminatoria excommunicatio, intendit illi donasse: si talis fuerit excommunicatus, nisi &c. habens de suo teneatur restituere.

47 Aliquis

- 47 Aliquis existens Venerijs scripsit P. existenti Placent. quod ibi frumentum multum valet, si P. ibi miserit frumentum, & inuenerit falsum, an ille, qui scripsit teneatur de dāno.
- 48 Si soluatur non vero creditori an restituere teneatur.
- 49 Impediens consecutionem alicui an teneatur.
- 50 Impediens aliquem, ne prabendam consequatur, an teneatur.
- 51 Procurans aliquem mutare testamentum, vt ex hoc aliquid consequatur, an teneatur.
- 52 Impediens aliquem ab opere suo, an teneatur satisfacere.
- 53 Si res aliena pereat in manu eius, qui est in mora, num teneatur.
- 54 Cedens bonis, si venerit ad pinguiorem fortunam, an teneatur restituere.
- 55 Regula quedam ponuntur pro restitutione vniuersales. 56. 57. 58.
- 59 Rem propriam depositatam apud aliquem si quis furtiue accipiat, & depositarius grauetur, tenetur.

Restitutio quædam est in integrum, qua prior status totaliter innouatur, de qua est rubrica in decretali, & de hac non est differendum a nobis. Alia est, per quam satisfit pro re ablata, vel damno, vel interesse, vel iniuria, vel infamia; in qua restitutione attenditur æqualitas iustitiæ secundum recompensationem rei ad rem quod pertinet ad iustitiam commutatiuam, & est necessaria; quia sicut accipere alienum est mortale, ita tenere inuito domino. At quia doc. implere chartas de hac materia, ideo breuius quam potero me expediam. Et quia Cai. in summa pulchro ordine hanc materiam perstrinxit, ideo conabor mentem eius breuiter sequi. Pro memoria igitur sint hi duo versus.

*Quis, cui, quod, quantum, vel vbi, quo tempore, quore
Ordine siue modo, te rogo mente notes.*

De hac materia vide Th. 2. 2. q. 62. & Scō. 4. di. 15. Ric. Pe. de Pa. & Ar. Flo. Dicamus ergo ordinatē de huiusmodi restitui.

1 ¶ Not. quod dum fit mentio de restitutione rei alienę acceptę, intelligitur de acceptione iniusta, & non iusta, vt est acceptio ex mutuo, vel deposito, & huiusmodi. Iniusta autē dicitur, quādo est ex rapina, furto, usura, vel huiusmodi, vel si inferatur iniuste damnū in fama, membris, rebus, & cæteris, de quibus intelligitur restitutio, quæ secundum iustitiæ ordinem omnino est fienda.

3 ¶ Quis ergo tenetur restituere? Dic, quicumque fuit causa iniustę acceptiois, ita quod si multi fuerunt causa, omnes

LI 5 tenentur,

tenentur, vnde nouem modi causandi iniustā acceptionem reperiuntur, sine eo, qui recepit. Primus est, qui per se exequitur iniustam acceptionem, siue faciat hoc motu proprio, siue alieno, siue proprio lucro, siue pro alieno, vt minister vsurarij pro domino, & vulnerans aliquē iniuste, ex domini liti mandato, hi tenentur restituere, & satisfacere, nec obstat, quod si ipse non fecisset, ab alio fuisset factum. Caie. in summa ibi, dicit quod talis minister vsurarij, tenetur secundum veritatem iustitiæ, restituere magis tamen vsurarius. Dicit tamen, quod ex eo, quod non exercet hoc ad propriam, sed aliorum vtilitatem, videtur ex quadam humanitate excusari, non autem secundum veritatem, licet Pe. de Pa. & Vuerua. dicat, quod excusantur, & non tenentur, si sine illis ministris, etiam vsurarius hoc fecisset. Sed primum videtur melius. infra. Vsur. §. 40. ideo opinio Ca. amplexari debet magis, quia verior.

Inbens.

4 ¶ Secundus, est iubēs actionem iniustam. Est enim principalis causa motus, ideo restituere tenetur, quando scilicet ex sua iussione secuta est actio, vel ratum habuit facto suo nomine, maxime quando ex hoc difficilius potest retraheri.

Consulēs.

5 ¶ Tertius, est consulēs efficaciter, ita quod ex consilio tali moueatur quis ad perpetrandum actionem iniustam, & effectualiter sequatur, tenetur ad restitutionem, secus si non sequitur effectus licet mortaliter peccauerit.

Consentiens.

6 ¶ Quartus, est consentiens taliter, quod sine tali consensu non sequeretur effectus. Tunc enim dicitur esse cum cā, ideo tenetur. Secus si non sequitur ex tali consensu, sed sine eo fuisset securus, non tenetur, licet mortaliter peccauerit, consentiendo ei, quod erat mortale, si actum fuisset.

Laudans.

7 ¶ Quintus, est laudator, vt quando ex laudatione, & adulatione tanquam, ex cā, vel cum causa sequitur effectus, tenetur adulator restituere: secus si ex hoc non sequitur, quam mortaliter peccauerit, quia quod erat mortale laudauit, & quantum in se fuit, causam damni attulit, & operam

Receptās.

rei illicitæ dabat. Sextus, est receptor talium. Est enim causa maleficij, præbendo eis securitatem, & custodiām prædæ, ex quibus fures animosius, & securius, furantur, ideo restituere tenetur. Si autem reci peret tales non ad furandum, sed quia sunt amici, vel peregrini, vel alia de causa nō tenetur de furto, quia non fuit in dolo, neque ad hoc eos recepit.

Mediator.

9 ¶ Septimus est mediator, vel associando, vel aliter participando

participando in crimine quocunque, & in causa iniuste acceptionis, sine qua non facta fuisset, & tenetur restituere. Sufficiens enim furti causa extitit, ideo satisfacere debet. 10 Octauus, est mutus, id est, qui potest, & debet loqui manifestando, consulendo, mandando reprehendendo, & huiusmodi, & nō facit, talis tenetur restituere, quia est causa indirecte. Secus si potuit, sed non tenebatur loqui, quia non incumbat ei ex officio talem arguere, vel prohibere, & huiusmodi, ideo non tenebitur.

Mutus.

11 ¶ Nonus non obstant, id est, non impediens actionem iniustam quam potest, & debet impedire, sicut domini temporales, quibus ex officio incumbit tueri iustitiam, si nō faciunt, restituere tenentur. Secus quando non possunt, vel nō incumbit vt multi nobiles, quibus non incumbit iustitiam defendere.

Non obstant.

12 ¶ Decimus non manifestans inuasorem malæ actionis ante, vel post, quando potest, & tenetur manifestare, tunc enim nō manifestans est causa indirecte, ideo restituere tenetur sicut testis in iudicio vocatus, & omnis cui incumbit ex officio manifestare damna, vt sunt custodes agrorum, vinearum, & huiusmodi. Et no. quod in his tribus casibus, in quibus dictum est, quod illi tantum tenentur, qui possunt, & debent, intelligitur non solum de his, quibus ex officio incumbit generaliter sed in articulo necessitatis intelligitur de omnibus, qui in illo casu possunt sine suo damno, & periculo arguere, obstaré, manifestare, vel aliàs impedire, quando aliter nō potest illi iniusta actione obuiari, aliter non faciēs tenetur restitutioni, quia est causa indirecte huius actionis.

Non manifestans.

13 ¶ Item no. quod quilibet supradictorum, quando secuta est damnificatio, tenetur restituere totum, quia fuit causa, vel concausa totius effectus damnificationis. Si verò alij socij restituerent pro parte sua, vel ille, qui rapuit, tunc non teneretur, qui causam damni dedit, vel si teneretur, hoc esset ratum pro parte sua: sufficit enim quod satisfiat damnificatio. Et sic patet generalis regula, quod qui causam damni dedit, damnum teneatur resarcire. C. ad l. Julia. de vi pub. l. si quis à se fundum.

Omnes in articulo necessitatis tenentur impedire mala si possunt.

14 ¶ Alia regula, Quicumque habet rem alienam, tenetur eam restituere illi cuius est, aliter infert damnum ipsi ex contentia rei suæ, siue habeat bona fide, siue non, quia res sua nō est. Quod si habuit re alterius bona fide, vt quia emit equum à Titio, credēs esse Titij, qui tamen non erat, quem equum

Regula qui causam damni dedit, damnum resarcire tenetur.

non

Nota.

non amplius habet, sed tantum pretium eius, vel lucrum, teneatur restituere id; quo factus est locupletior ex tali re, & non plus, inuento vero domino. Vnde si mihi fuit donatus annulus à Socrate, qui illum furatus fuerat, & ego vendidi, teneor restituere pretium, quia eo factus sum locupletior. Si autem eundem donavi bona fide, in nullo teneor, quia in nullo locupletior factus sum. Et si inuitatus ad cœnam de re furata, & bona fide comedi, nec propter hoc minorem expensam feci in domo mea, ad nihil teneor, quia non sum locupletior factus propter hoc. Si verò minus expendi, de illo minori teneor restituere reperto vero domino, vel ad tantam summam ei satisfacere, quia ex usu rei alienæ in eo factus sum locupletior.

15 ¶ Qui autem rem alienam mala fide emit luci cupiditate, teneatur restituere rem illam, si habet, vel æquiualens, si non habet, & lucrum, quod ex ea acquisiuit. Nec potest pretium, quod exposuit, repetere, & si pereat, vel ab eo furtiuè auferatur, propter hoc à restitutione non liberatur, quia ipse furtum commisit contractando rem alienam, inuito domino, & fur semper est in mora, ideo quocunque casu veniente, non liberatur à restitutione. Si autem rem, quam scit esse alienam, emit non gratia luci, sed gerens fideliter negotium domini, ne res pereat, potest à spoliato repetere, quicquid pro ea expedit, & expensas necessarias, quas in illa fecit, & ipse tenetur reddere rem domino cum utilitate, si qua est, quod si dominus non inuenitur, dabit pauperibus id, quod supra pretium, & expensas remanebit. Si verò emit bona fide, & post reperit esse alterius, restituere tenetur etiam non rehabito pretio, quod exposuit ab eo cuius res est, habet tamen actionem contra venditorem rei alienæ.

16 ¶ Secundo dicendum est cui fienda est restitutio, & in primis, sic distingue. Aut restitutio fienda est ex sola re aliena, quæ apud aliquem reperitur, & sic communiter restitui debet ei, cui debetur, qui dicitur dominus rei siue sit verus dominus siue dispensator, ut sunt prælati ecclesiastici. Fallit tamen in aliquibus casibus, ut quando prælatus ecclesiæ bona dilapidat, & si restituam ei, quod teneor verisimiliter etiam hoc dilapidabit (experientia teste) tunc non ei reddendum est, sed Ecclesiæ, quæ est vera domina. Conuertendum est enim id, quod restituendum est in utilitatem ecclesiæ, habito si fieri potest, superioris consensu. Idem sentias quocunque

quocunque dominus rei, cui debet fieri restitutio, nescitur, vel ita remotus est, vel in tali loco, quod ad ipsum non potest esse accessus aliquo modo, vel sine magno periculo, aut scandalo, tunc debet restitui Christo, omnium domino dâdo pauperibus. Ratio horum omnium, naturaliter lex esse videtur.

17 ¶ Aut restitutio fienda est ex iniusta acceptione, tunc enim vel ista acceptio iniusta ex damnatione prohibita prouenit, ut cum ordinans recipit pecuniam, quam leges prohibent recipi, vel iudex pro falsa sententia, & huiusmodi, & tunc in his casibus fienda est restitutio, sed non illi, qui contra prohibitionem dedit, sed ecclesiæ, vel huiusmodi, in quorum iniuriam pecunia data est, aut Christo omnium hæredi. Si vero ex sola acceptione iniusta oritur obligatio restitutionis, tunc debet restitui damnificato, ita quod concurrant ista duo; simul, videlicet damnum, & iniusta acceptio, & damnum sequatur ex iniusta acceptione. Vnde si fureretur quis depositum mercatori, licet damnum sit duorum, scilicet mercatoris, & domini pignoris, quia tamè damnum mercatoris sequitur ex iniusta acceptione, non autem damnum domini pignoris, ideo pignus restituendum est mercatori, & non domino, cui tenetur mercator de pignore reddendo, cum ad ipsum pertineat custodire. In foro autem conscientiæ potest restitui pignus ipsi domino, quando depositario ex hoc non imminet damnum aliquod, videlicet iterum restituendi, & quod fiat sine scandalo, & sine alterius iniuria, & maxime quando depositarius est suspectus, quod non restituet ipsi domino, vel cum magna difficultate, aut dispendio restituet, aut quando tale quid, fuit à fure, vel usurarium acceptum, seruato tamen modo dicto, maxime ne fur, vel alius iterum cogatur restituere. Qui autem rem furatam furatur, sufficit, quod restituat illi, à quo accepit, potest etiam vero domino restituere, si furi non imminet periculum iterum restituendi, seruato modo prædicto, secundum Vueruan, & præcipue si credit quod res restituta furi nunquam ad dominum reuertetur proprium.

18 ¶ Si persona, cui fienda esset restitutio, est mortua, dabitur hæredibus, qui veniunt ex testamento, vel aliter, & si ignorantur, facta debita inquisitione, & non inuenta, dabitur Christo. Si sit distans, & faciliter, & fideliter ad eam mitti possit, cum res est magni valoris, debet ad ipsum dominum mitti propriis expensis, & cum proprio damno, quia ipse de-

*Pignus
furatum,
cui de-
beat re-
stitui.*

tenens

*Nota.**Res non
debet sem-
per resti-
tui ei
cuius est.*

tinens semper fuit in mora, & in causa iniqua, quod dominus res sua non potuerit uti. Si autem non potest transmitti, & res est parui valoris, potest dari eius propinquis, si habet dominus rei, vel alicui cœnobio pauperi arbitrio boni viri, cum pacto, quod veniente domino rei, restituatur, si tamen res est talis, quæ seruari possit. Si autem esset usurarius, qui usuras extorsisset ab aliquibus, qui postea recesserunt longè abeuntes secundum Pan. in c. Cum tu, de usu. tunc res debent mitti expensis illorum, qui de loco recesserunt, secus si usurarius se absentavit, quia expensis usurarij mittentur. Nota, quod non semper res debet restitui illi, cuius est, vel à quo quis accepit, videlicet quando est ei damnosa, ut si quis deposuit apud me ensam, & iniuriam versus repetit, non debeo restituere, quia sic esset ei damnosa. Idem credo posse dici quando quis bona sua prodigè, vel cum meretricibus expedit, in Christi iniuriam, & famæ propriæ, & si restituerem, quod apud me habeo de suo, similiter faceret, sed potest seruari pro filiis, vel hæredibus eius, vel pro ipsius prodigi necessitate, quia tunc eius negotium geritur, & secundum rectam rationem de hoc contentari deberet.

19 ¶ Ex supradictis patet cui restituendum sit, quando prohibetur dare, vel datio, sicut in omnibus spiritualibus prohibetur dare aliquod temporale pro spirituali, tunc est restituendum illi in cuius iniuriam datum est, ut diximus. Si verò acceptio, & non datio prohibetur, ut in usura, furto, & similibus, tunc fit restitutio illi à quo acceptum est modo dicto. Si autem prohibetur causa tantum, dicitur turpe lucrum, ut quod accipitur ex meretricio, vel alio actu illicito, quia leges non prohibent dare nec accipere, sed tantum causam, pro qua datur, ideo secundum Thom. Ray. Inn. & alios, non tenetur quis restituere de necessitate, nisi in huiusmodi interuenerit aliqua fraus, deceptio, vel illicita extorsio, vel si accipit ab eo, qui alienare non potest, ut si filiofamilias, vel religioso, & huiusmodi. Consulendum tamen est ei, si non eger, ut det pauperibus, quod turpiter acquisiuit, in remissionem suorum peccatorum & hoc tene, dicat quicquid velint quidam. Et causa dicitur prohibita, quando exercens tale opus peccat, maximè mortaliter, ut faciendo, quæ ad luxuriam pertinent, vel ad artem magicam, & huiusmodi prohibita à lege. Similiter de acquisitis per ludum, quod est peccatum mortale. Secus quando lex mandat restitutionem fieri, vel ludum prohibet, ut supra, Ludus. num. 3. & 6. si lex

Nota.

non

non est abrogata per contrariam consuetudinem, secus si esset abrogata.

20 ¶ Bona incerta, siue ex usura, siue alio modo habita, restitutioni obnoxia sunt, secundum regulas datas, quando non possunt inueniri domini, facta diligenti inquisitione, dabuntur pauperibus per illum, qui habet talia bona, vel secundum confessoris consilium, quia iste casus non est reseruatus episcopo, nec potest sibi de iure retinere secundum Doct. supra, Calus. §. 9. nisi quæstio ad iudicium deduceretur, ut cum quis publice depredatus est ciuitatem, & ignoratur à quo accepit, tunc de consilio episcopi, vel domini ciuitatis fiat restitutio. Malè ergo faciunt episcopi reseruantes huiusmodi, maximè quando sciunt in conscientia, quod si datis huiusmodi incertis pauperibus, appareant domini talium bonorum, non amplius tenetur quis restituere, quia impleuit legem, faciendo quod potuit. De inuentis, quomodo & cui debeant dari, supra, Inuentum. num. 1. & 2. Casus infinitos emergentes his regulis solues, si bene aduertas.

21 ¶ Tertiò, quid reddendum? Dico reddendum esse rem, & damna. Nam si res aliena existat, regulariter ipsa est restituenda, nisi aliquo casu occurrente ut cum esset periculum alicuius scandali, vel alicuius alterius rei, tunc ad arbit. boni viri reddatur æquiualens. Similiter æquiualens reddatur quando res non extat, vel deteriorata est. Damna verò vitæ, membrorum, sanitatis, libertatis, honoris, famæ, iurium, fructuum, damni emergentis, lucri cessantis, & huiusmodi restituenda sunt in aliquibus bonis loco ipsorum damnorum, meliori modo, quo fieri potest ad arbitrium boni hominis, & sic in occurrentibus variis casibus opus est magna prudentia in confessore, & maiore conscientia. Ex hoc multos casus potes soluere, ut quando mulier habet filium spurium, & maritus credit suum, ex quo eum pascit, & relinquit hæredè, quod non faceret, si non esse suum sciret, in quo casu si imminet periculum mulieri de vita, vel fama, vel de aliquo maiori malo, quam sit hoc bonum temporale, non tenetur hoc marito reuelare, supra, Adulterium. §. 6.

22 ¶ Qui virginem, eam seducendo deflorauit, promittens eam duxere in uxorem, si mulier non est inferioris conditionis, tenetur illam ducere, nisi aliam postmodum accepisset, quo casu tenetur eam dotare. Si autè apparuerint signa deceptionis, quia videlicet vir erat valde melioris conditionis, propter quod non erat verisimile, quod eam ducere vellet

sed

*Restitutio
debet esse
rei pro-
pria vel
æquiuale-
ntis.*

sed tantum violare, vel alia signa, per quæ ipsa potuit aduertere de dolo, non tenetur eam ducere, neque dotare nisi violenter eam corrupisset, in foro conscientiæ, secundum Th. 4. sent. dist. 28. ar. 2. & Vueruan. aliter non est tutus in conscientia. Quod si pater puellæ non vult eam sibi tradere, vel ipsa non vult illi nubere, dotabit illam nihilominus, & secundum leges alijs pœnis plectetur. Institutio. de pub. iudi. §. 2. & §. fin. autem, & Arc. Flo. 2. par. tit. 2. c. 2. §. 4.

23 ¶ Quarto, circa quantitatem restitutionis considerandum est, an quantitas rei, vel damni sit certa, vel incerta, si primum, tantundem restitui debet, quantum ablatum fuit, ut si centum aureos accepi, & centum teneor restituere, ut iustitiæ seruetur æqualitas. Si secundum, quia, scilicet incertum est quantum debeatur restitui, ut communiter est in damnificatione, iniurijs, lucris cessantibus, & huiusmodi, tunc tantum restituere debet, quantum bonus, & prudens homo iudicabit, consideratis circumstantiis singularibus rei, temporis, loci, & personæ, & huiusmodi. Vnde qui furatus est mercatori centum ducatos, quibus lucrabatur victu, &c. non sufficit restituere centum, sed restituere cum hoc lucrum cessans, & damnum emergens, quia non solum non potuit lucrari, sed necesse fuit fundum vendere, in quo multum damnificatus est, & huiusmodi, ideo magna prudentia opus est in his iudicijs, & confessor non sic sicco pede pertransire debet.

*Possessor
bonæ fi-
dei, ante-
neatur re-
stituere
ante præ-
scriptio-
nem.*

24 ¶ Ex hoc, casus talis oritur, an scilicet possessor bonæ fidei teneatur antequam currat præscriptio, restituere rem cum fructibus perceptis tempore quo fuit in bona fide? Ad hoc relictis quorundam opinionibus, dico hanc esse veritatem, quod possessor bonæ fidei, si antequam currat præscriptio, aduertit rem quam possidet non esse suam, secundum Thom. 2. 2. q. 52. ar. 3. & 4. & in text. c. Grauis de rest. spo. in conscientia tenetur restituere rem integraliter, & damna plenariè resarcire, & fructus perceptos tempore bonæ fidei, deductis expensis, factis gratia colligendorum, & quarendorum fructuum, & conseruandorum, Si autem ex sua negligentia non collegit fructus, quos si fuisset sollicitus collegisset, non tenetur restituere, cum fuerit in bona fide, secus si fuisset in mala fide. Et si aliqui dicant, quod non tenetur de fructibus, cum fuerit possessor bonæ fidei, hoc tamen intelligitur in foro contentioso, & non animæ. Idem dic de eo, qui non soluit legatum per multos annos ex ignorantia,

vel

vel quia legatarius non petiit, nihilominus restituat fructus perceptos, a tempore aditæ hereditatis, supra. Legatum. §. 53. fructus. §. 2. & 3. supra, Præscriptio ibi, vide aliqua ad propositum.

25 ¶ Quintò, de loco vbi restitutio fieri debet, & dico, quod si restitutio est necessaria fieri propter rem aliam, quæ quis habet, ut in possessore bonæ fidei, de quo diximus, restitutio fieri debet, si res aliena habetur, in loco vbi habetur, quia si in alio fieri loco deberet, ille, qui non est in culpa, damnum reportaret. Si autem restitutio est necessaria fieri ex iniusta actione, vel propter furtum, vel vsuram, restituendum est vbi actio iniusta fuit perpetrata, ut sic res in pristinum statum restituatur, in quo inuenta est, tam res accepta, quam domini possessio, si tamen locus restitutioni congruit. Non enim congruit, ut latro qui aliquem spoliavit in nemore, vadat illuc ad restituendum, ideo quando locus non congruit, restituatur vbi est dominus rei, seu ibi, quò dominus rem erat translaturus propriam. Et breuiter taliter restituatur, quod dominus rei seruetur indemnis, sed grauetur occupator, qui semper fuit in mora.

26 ¶ Sextò circa tempus restitutionis, videtur quod statim restituere teneatur, quia licet præceptum de restitutione videatur affirmatiuum, obligans non ad semper, tamen includit negatiuum, scilicet non tenere alienum, quod obligat etiam ad semper pro omni temporis differentia. Ideo tenetur quis statim restituere. Non tamen illud verbum, statim, est ita indiuisibile, quod oporteat surgere media nocte, & ire ad restituendum, sed debet intelligi, quod statim quis debet esse paratus in animo, & dispositus ad restituendum quam citius commode poterit. Quantum vero ad executionem, tempore congruo reddere, seruatis debitis circumstantiis loci, temporis, & huiusmodi debet. Vnde multa possunt excusare à restitutione fienda statim. & primò, voluntas domini rei, dantis dilationem, quia tunc non tenet amplius rem inuito domino, & hoc dico etiã quod posset sine damno suo restituere. Secundo, excusat rationabilis ignorantia, siue iuris, siue facti. Tertio, excusat impotentia, quia tunc voluntarie nõ detinet alienum, immo paratus est in animo restituere, quando aderit possibilitas, & non tenetur ad plus. Et dominus rei rationabiliter de hoc deberet contentari.

27 ¶ Quando autem quis dicatur verè impotens, ita ut excusetur à restitutione statim fienda, aduertendum est va-

M m

rias

rias esse doctorum opiniones, quas referre longum esset, sed hanc credo esse veram, quam etiam sequitur Arc. Flo. & de mente S. Tho. & aliorum sanè intelligentium, pro qua sint hæ conclusiones. Prima conclusio, Existens in extrema necessitate, & non habens nisi necessaria vitæ suæ, & suorum, non tenetur statim restituere, cuius rationem ponit Sco. 4. di. 15. quia in extrema necessitate omnia sunt communia, nisi dominus rei sit in eodem articulo, quia tunc restituenda est res ei, quia est semper dominus. Ta. in §. 4. ibi dicit, quod quando ambo sunt in extrema necessitate, qui habet alienum, non tenetur restituere, quia tunc omnia sunt communia, & potior est conditio possidentis, sed primum videtur melius, quia ubi currunt de pari, potior debet esse conditio domini. No. quod qui in extrema necessitate accepit aliquod ab alio non existente in tali articulo, & illud consumpsit, nunquam tenetur restituere, etiam si ad pinguiorem fortunam venerit, quia non alienum in tali casu, sed commune accepit. Secus autem si accepit antequam ad talem articulum extremæ necessitatis venerit.

28 ¶ Secunda conclusio. Qui restituendo non posset vivere secundum decentiam sui status, etiam quod dominus rei, qui non est in tali, vel maiori necessitate, nolit dilationem dare, non tenetur statim restituere, quoniam in hoc casu deberet rationabiliter dare dilationem secundum iustitiam, ideo debitor non iniuste detinet alienum, & consequenter non peccat mortaliter, si tamen sit paratus restituere quando poterit, & ut possit, debet cauere, ne faciat nisi expensas necessarias in victu, vestitu, & huiusmodi, aliter non posset rationabiliter excusari, quin alienum restitueret.

29 ¶ Tertia conclusio, quando restitutio est in danū corporis, vel animæ domini si statim fiat, non debet fieri, nec creditor debet hoc rationabiliter velle, quia malū proprium vellet.

30 ¶ Quarta conclusio, Si restitutio statim facta redundat in danum contra bonum commune, non debet fieri, quia bonum commune præponitur particulari.

31 ¶ Quinta conclusio. Si restitutio probabiliter est in danum alicuius, vel famæ, vel vitæ, vel animæ, vel si ex hoc imminet periculum de aliquo peccato mortali, ut furti, vel fornicationis, & huiusmodi, non debet fieri, nisi cessante tali periculo, quia hæc maiora sunt damna, quam non statim restituere rem alienam.

32 ¶ Sexta conclusio, si restitutio statim redundat in parvū commo

Accipiens ab aliquo in extrema necessitate, an tenetur restituere.

Bonum commune præponitur particulari.

commodum creditoris, & magnum damnum debitoris, ita quod oporteat eum vendere instrumenta artis suæ, qua vivit, vel aliud magnum damnum, in quo casu creditor rationabiliter deberet dare dilationem, non tenetur: si autem creditor esset in simili casu, tunc statim debet se incommodare, & restituere, quia nemo ut se commoderet, debet alium incommodare, & in his casibus censetur impotens. Caie. autem ibi, in summa dicit sic. Quomodo quis dicatur verè impotens ad statim restituendum, non solum constitutus in extrema necessitate, sed etiam constitutus in tali articulo, quod magnum damnum propriorum bonorū incurreret, ex præfenti statim restitutione, quod quidem damnum vitaret ex dilatione non damnosa illi, cui fienda est restitutio. Nam impotens etiam dicitur, qui vix potest. Vix autem potest, est posse cum magno sui damno, & hoc intellige, quando quis ex sola re aliena restituere tenetur, & non ex propria accptione iniusta, quia tunc imputantur sibi, quia seipsum in tali damno, & periculo posuit. Equum tamè esset, etiam in hoc dilationem facere, ad evitandum tantum damnum.

33 ¶ Notanter etiam dixi damnum magnum proprium, quia si magnum danū esset, quia debet restituere & consequenter carere illis, vel carere magno lucro, quod ex eis proveniebat, non excusatur à statim restitutione, quia non est damnum in propriis, sed non posse vti in alienis. Notanter etiam dixi ex dilatione non damnosa illi, scilicet creditori, quia si esset damnosa, oporteret vel statim reddere, vel illum servare indemnem. Dicitur etiam verè impotens pro tunc, quando non potest sine famæ suæ detrimento restituere, ut quia non vult peccatum suum detegere, sed expectat personam idoneam, &c. No. etiam secundum Caie. ibi, quod confessores non debent istos pœnitentes absolvere, antequam effectu restituant, si in alia confessione absoluti neglexerunt restituere, & licet dicant: Pater restituam, dicatur, quod vadant ex quo sunt bene dispositi, & facta restitutione absolventur. Sic enim eorum salus procuratur. Si autem debitor non potest habere dilationem à creditore, qui non est in necessitate, & ipse debitor potest restituere tunc sine magna incommoditate, tamen non vult tunc restituere, paratus, tamen restituere alia vice, quia credit se non teneri pro tunc, vel non bene posse ne recedat desperatus, potest absolvi, si det cautionem, infra certum tempus, vel saltem

Nemo debet alium incommodare, ut se commoderet.

Impotens dicitur, qui vix potest.

Impotens etiam dicitur, qui sine detrimento famæ suæ non potest.

promittat restituere. Sic enim etiam agitur negotium creditoris, quia melius est aliquando habere quam nunquam. Quod si potest, & ipse in conscientia scit se posse, & non vult, nullo modo est absoluendus, quia contritus non est. Et si non satisfacit sicut sacerdos imponit declarando ipsum teneri, mortaliter peccat, nec sufficit dicere, relinquam in testamento, cum potest per seipsum satisfacere, nisi quando creditor dilationem daret, vel ut melius creditori satisfaceret, de quo rationabiliter debet esse contentus, quia hoc in eius bonum cedit.

Nota.

34 ¶ Septimo quantum ad restitutionis ordinem pertinet, sciendum est, quod quando quis omnibus potest restituere, non habet aliquem ordinem servare, sed statim omnibus restituat. Si vero, non potest omnibus satisfacere, prius certa, quam incerta restituere debet, quia incerta absque damno alicuius singularis personae omitti possunt, non autem certa. Unde valde errant componentes cum praelatis ecclesiarum pro incertis, nisi pro certis prius satisfecerint vel in totum, vel in partem, secundum quod possunt. Si tamen aliquod incertum in sua specie, de quo certum est, quod nunquam fuit certorum creditorum, ut puta Calix, vel huiusmodi, si primo hoc redderetur Christo, vel pauperibus, non fieret iniuria creditoribus, quia debitor non tenetur de re aliena creditori satisfacere. Ideo huiusmodi incerta prius restitui possunt sine peccato.

35 ¶ Inter bona certa, aliena prius restituenda sunt, quae in propria specie extant, ut res depositae, vel per actionem iniustam raptae, vel aliter alteri pertinentes, quia haec bona non sunt bona restituentis, cum dominium illorum nunquam fuerit in illum translatum, ideo res ipsae ante omnia dominis restituendae sunt. Idem dic de rebus emptis, vel possessis si extant in propria specie, & non sunt solutae, restituendae sunt ei, cuius erant, quia adhuc restant ei obligatae, licet dominium fuerit translatum, ideo computanda sunt tanquam bona non restituentis. Deinde facta dicta restitutione, servanda sunt statuta municipalia, si qua sunt circa restitutiones, & non sunt iniqua, quod si nullum est, servandum est ius civile, & si circa illud sint opiniones variae, securior sequenda est. Confessor ergo sit cautus, & si nescit interrogare, debet de statutis consulere peritos de legibus, quae si essent contra ius naturale, ut quod est certum deberi Antonio, detur Petro, non essent servandae.

36 ¶ Vsu

36 ¶ Usurarius non habens tot bona, ut possit satisfacere debitis licite contractis (ut ex emptione possessionis, ex maritimatione filiae, vel huiusmodi) ex usuris, debet secundum legem naturalem prius restituere integre debita licite contracta, si tamen adsint duae conditiones. Prima, quod res usurariae non exent in propria specie, ut sunt pignora per usuram acquisita. Nam quia huiusmodi res alienae sunt, debent prius restitui, dominis reddentibus, quod prius mutuo acceperant super illis pignoribus, & post restituere debita licitorum contractuum. Hoc patet ex supradictis conclusionibus. Altera conditio est, nisi ex huiusmodi contractibus licitis sit factus pauperior ad restituendum priores usuras, ut contingit in promissione dotis, vel aliis similibus. Nam huiusmodi contractus superuenientes usurariis debitis, non debent impedire restitutionem usurarum, quae impediretur, cum id, quod debet dari pro usuris, daretur pro huiusmodi debitis contractis. Secus autem in aliis contractibus, ex quibus non fit pauperior sed magis ad restituendum usuras potest, ut si soluat emptam possessionem, non fit pauperior, quia remanet fundus, quo poterit usuras reddere. Vide aliquid infra. Usura. §. 39.

37 ¶ Quando autem id quod ablatum fuit, non est restituibile, secundum Th. sup. per equiuelens recopenseretur. Quod si equiualet non reperitur, ut in abscissione membrorum, honore, & huiusmodi, fiat restitutio qualis est possibilis ad arbitrium boni hominis, secundum Tho. 4. sen. d. 15. q. 1. art. 5. quol. 2. ad 2.

38 ¶ De incertis dictum est sup. ver. Casus. §. 9. quomodo ad consilium confessoris debent restitui, qui si viderit debitorem esse in magna miseria, vel paupertate, poterit dispensare, ut sibi retineat, tanquam vni de pauperibus Christi, si tamen hoc expedit. Si autem crederet quod propter istam remissionem liberius iterum furaretur, non expedit ut illi hanc misericordiam faciat, quia hoc esset mali occasionem praebere. Et ista intellige quando sunt tantum in foro poenitentiae, secundum Pa. in c. Cum sit, de Iudae. Arc. etiam in c. 2. de resta. in 6. tenet restitutionem incertorum posse fieri per eum, qui tenetur restituere, vel per alium, de quo ipse pronidit, & allegat c. Cum tu. de usu. & c. tua. de test. & multa alia. Ad d. c. Cum sit, respondet, quod loquitur de Iudaeo, qui erat suspectus de restitutione maxime quae erat fienda inter Christianos. In foro autem exteriori procederet opinio Host. videlicet, quod esset casus episcopalis, ut etiam dicit Pan. Concor. Tho. & Seo. dicentes quod det simpliciter pauperibus.

Nota.

M m 3

39 ¶ Og

*Fama
preponde-
rat bonis
corporali-
bus.*

*Ratio re-
stituendi
famam.
Cum dā-
no alte-
rius ne-
mo debet
sibi famā
acquirere*

39 ¶ Occulta ita cautè restituenda sunt, per se vel alium fi-
delem ne persona criminosa detegatur, quia fama cum sit
bonum spirituale, præponderat bonis corporalibus, sed vsu-
ræ publicæ restituendæ sunt secundum legem, iuxta c. quā-
quam de vsuris. Nō enim sic perditur fama, sed magis recu-
peratur.

40 ¶ Ad singularia nūc magis descendendo dicamus. Pri-
mo, de restitutione famæ, quam necesse est restitui, cū ma-
ius bonum sit quam diuitiæ. Si quis autem aliquem iustè in-
famavit secundum ordinem iuris, non tenetur famam resti-
tuere, quia nihil iniustum fecit, Si autem iniustè & falsè dif-
famavit, debet restituere dicendo se falsum dixisse: nec ob-
stat quod se infamavit, vel habebit verecundiam, quia cum
damno alterius nemo debet sibi famam acquirere. Si autem
verum dixit, tamen non debebat dicere, (vt si peccatum oc-
cultū reuelauit) debet hoc modo restituere, dicēdo se iniu-
ste diffamasse talē, & quod malè fecit talia dicendo. caueat
tamen ne mentiatur, quia non sunt facienda mala, vt eue-
niant bona. Et si non potest famam restituere, debet aliter
recompensare, secundum Tho. 4. sen. d. 13. & c. Si res. 14. q. 6.
debet etiam satisfacere damnum secutum ex tali infama-
tione, vt quando aliquis propter infamiam priuatus est ali-
quo officio sibi lucroso, vel non potuit amplius habere so-
litas elemosynas & huiusmodi, ad boni hominis arbitrium
satisfiet. Eodem modo dic de libellis famosis, cantilenis, &
c. Et fiat restitutio vbi facta est infamatio, publicè, vel secre-
tè, secundum quod præcessit infamatio. Fallit tamen hoc,
quod dictum est. Primo, quando ex tali restitutione, perso-
na magis infamaretur vt quia homines non amplius re-
cordantur de tali infamia vel non credent volētī restituere,
sed magis scandalizabantur. Et debet esse cautus in modo
dicendi, vt tali modo dicat quod magis scandalizentur ho-
mines. Secundò quando restitutio famæ non potest fieri si-
ne periculo maioris mali, quam sit bonum famæ secuturum.
Tertiò quando dixit illi, qui poterat prodesse, vt superiori,
vel alteri, vel dixit secundum ordinem iuris, vel correctio-
nis fraternæ, quæ præcipit, vt dicatur ecclesiæ, quando aliter
non speratur correctio. Quartò si talia dicta non sunt infama-
toria, vt sunt venialia, vel possunt in vtrāque partem in-
terpretari. Quintò si non affirmatiuè, sed dubitatiuè dixit.
Sextò si dixit se audiuisse tantum. Septimò si alia via pu-
blicatum est. In prædictis non tenetur quis ad resti-
tutionem

tutionem famæ, quia bono modo non potest hoc agere.
41 ¶ Qui iudicio infamavit aliquem secundum ordinem
iuris, animo tamen malo, vt ex odio, si veritatem dixit, ad
restitutionem non tenetur, licet mortaliter peccauerit. Se-
cus si falsum dixit. Si vero positus ad torturam infamavit a-
liquē, dicendo falsum mortaliter peccauit, quia propter pœ-
nam mentitur in iudicio, quod est mortale, nō tamen tene-
tur ad restitutionem famæ secundum quosdam, quia hoc
non facit sufficentem probationem, nec propter hoc ille cō-
tra quem dixit ob tormenta reputatur deterius (si tamē hoc
sit verum) cum constet homines ob tormenta multa falsa
dicere. Secus autem esset si post torturam ratificaret falsum,
quia etiam ultra peccatum, teneretur ad restitutionem, &
multò plus tenetur, si sine tortura falsum dixit. Melius, in-
fra dicitur. §. 42.

42 ¶ Si Socrates accusat, vel denuntiat Platonem iudici
de furto verè perpetrato, & Plato interrogatus à iudice, ne-
get, & consequenter Socrates mendax appareat, ex quo apud
stantes infamatur, & reputatur homo mendax perni-
tiosus, Plato tenetur confitendo veritatem, restituere famā
Socrati accusatori, secundum Caie. ibi. in summa. Secus si
propter hoc non sequitur infamia, si vero infamavit, dicen-
do verum secundum ordinem iuris, (vt dictum est) non te-
netur restituere, licet (vt dictum est) peccet, si ex malo ani-
mo facit, quem Deus videns punit.

43 ¶ Si quis de seipso propter tormēta falsum dixit, & cō-
sequenter se infamavit secundum ordinem iuris mortaliter
peccauit, & tenetur restituere, sibi famam reuocando, nec
excusat, & eum timor tormentorum, vel mortis sicut non
excusarent à negatione veritatis necessaria ad salutem. I-
deo quia non minus tenetur detinere, & tueri tam famam
sui à se læsam, quam proximi propterea non excusatur, se-
cundum Caie. ibi, in summa, licet Tab. ibi. §. 9. circa si. oppo-
situm dicere videatur, cuius dictum non teneo, quia lex Dei
dicit magis hominem mori, quàm peccato consentire, su-
pra Detractio. §. 4. supra. §. 42. videtur aliter dictum secun-
dum aliorum opinionem, sed hoc verum est.

44 ¶ Vxor filij serui, & personæ qui comedunt, & vestiū-
tur de bonis dominorum, nihil habentium nisi aliena, secun-
dum Cai. vbi supra, tenentur restituere, vt infra, Vsuræ. §. 39.
Nisi quādo sunt personæ vtiliter gerentes negotium credito-
rum,

rum, ut puta dātes operā quod dominus restituat, vel bonificantes tantum operibus suis bona domini, ut sit habilior ad restituendum, vel in extrema necessitate, in qua omnia sunt cōmunia, sed nūquid tales extra casus extremos mortaliter peccant utendo sic re aliena? Respondeo quod istæ personæ quia quasi coactè utuntur rebus alienis, possunt excusari à mortali, præsertim vxor, filij, & hi, qui in aliena sunt potestate cum animo restituendi, quando potuerunt, & de hoc creditor deberet rationabiliter contentari, quoniam si ipse in tali reperiretur casu vellet sibi sic fieri, ideo tales non videntur uti re aliena, inuito domino, secundū ordinem rationis. Si autē talis persona est sui iuris, tenetur potius mēdicare quā alienum accipere, nisi ex hoc maius malum immineret, ut diximus suprā.

45 ¶ Mendicantes cum fictione pauperratis, vel infirmitatis, vel sanctitatis, hac intentione, ut eleemosynas habeant, & lucrentur, quia fraudulenter fingunt, & sunt in dolo tenentur restituere, non illis qui eleemosynas dederunt, sed aliis pauperibus, vel talibus personis, quibus qui fecerunt eleemosynam dedissent. Iam enim est acquisitum ius Christo pauperi qui mercedem facienti eleemosynam tribuit, nisi tales fingentes, & ipsi sunt pauperes. Si vero non fixerunt propter lucrum, sed ob vanam gloriam, non tenentur restituere, sed tantum deuotioni dantis eleemosynam satisfacere. Vide si placet Inn. in c. Plerique. de immu. ecclesi.

46 ¶ Sempronius debens Titio centum aureos, & nolens soluere dat hos vxori, vel alteri in deposito, hoc pacto, quod si vnquam emanauerit comminatoria contra ipsum Sempronium, & cōtra habētes de suo, quod intendit ut illi 100. aurei sint donati. Si postmodum manet excommunicatio habens 100. aureos tenetur reuelare, secundum Ioan. de Pla. quia talis donatio cum fuerit facta in fraudē creditoris, non tenet.

47 ¶ Antonius existens Venetiis, scribit Petro existenti Placentiæ, quod Venetiis multum valet frumentum, Petrus credens his literis, mittit frumentum Venetias, & reperiens literas esse falsas, multum dāmnificatur. In hoc casu tenetur Antonius de dāno, quia fuit in culpa malitiose falsum scribendo Petro, dedit enim sufficientem causam damni. Si autem huiusmodi literæ non fuissent directæ ipsi Petro, sed alteri, & Petrus eas aperiendo legisset, & credens eis, fuisset dāmnificatus, licet Antonius mortaliter peccasset, non tamē

tenetur

tenetur restituere damnum, sed imputetur ipsi Petro, qui temere credidit. Non enim Ant. dedit efficacem causam dāni iniusti, ipsi Petro.

48 ¶ Socrates soluit Cicero summam pecuniæ, credens esse verum creditorem, tenetur Cicero, qui nō est vere creditor, restituere pecuniam Socrati, quia hoc ignorans fecit. Si autem sciebat non esse creditorem, non tenetur restituere, quia ex quo scienter fecit, videtur donasse, & sic non tenet alienū, quia ex præsumpta donatione factum est suum.

49 ¶ Circa impedientes, dat regulā S. Th. 2. 2q. 62. ar. 2. quod impediens aliquem à consecutione cuiuscunque boni licitè ad nihil tenetur, quia non agit contra iustitiam. Impediens verò iniuste à consecutione, de facto eum, qui iam erat consecutus, tenetur ad æquale. Si vero prope erat ut afficeretur, ut quia erat verisimile ipsum affecuturum, tenetur ad arbitrium boni hominis, secundum quod ius magis, & minus quasi acquisitum illi videbatur.

50 ¶ Impediens aliquem ne præbendam consequatur intendens honorem Dei, vel utilitatem ecclesiæ, ut detur digniori, non tenetur ad aliquid, quia iniustum non fecit: impediens verò iniuste, intendens nocumentum impedi propter odium, vel huiusmodi, si impedit, ne detur digno, antequam firmatum sit, quod ei detur, ad arbitrium boni viri recompensare tenebitur, & non ad æquale, quia multipliciter poterat impedi. Si vero iam firmatum erat, & propter indebitam causam procurat, quod reuocetur, idem est, ac si debitam auferret, ideo tenetur ad æquale, secundum tamen suam facultatem, secundum Th. 3. & Sil. ibi. §. 12.

51 ¶ Paulus reliquit Titio in suo testamento. 100. ducatos, Socrates precibus procurat hoc legatum relinqui filio suo, vel alteri, & minus digno. Paulus testator de facto mutat legatum, libere tamen: Socrates in nullo tenetur Titio, quia ei adhuc nullum ius fuerat acquisitum. Si vero sit religiosus, qui hoc modo legatum impediatur respū matricis ecclesiæ, cum hoc sit prohibirum in cle. religiosi, de pri. mortaliter peccat, quia contrafacit prohibitioni ecclesiæ, non tamen tenetur restituere, ut dicit Sil. vbi supra. §. 13. quia hoc non mandatur, nisi hoc faceret consulendo salutem testatoris, quia sic non peccaret, secus si ex odio, vel consulens sibi, vel monasterio, vel alteri, quia tunc peccat, licet restituere non teneatur, quia hoc nullum ius mandat.

52 ¶ Impediens aliquem ab officio suo, quod iuste exequi-

M m 5

r 4c.

tur, vt rusticum ab opere, piscatorem à piscatione, & huiusmodi, nisi hoc rationabiliter faciat, tenetur satisfacere ad arbitrium boni hominis. Idem de impedimentibus fructus agrorum cum bestiis, vel aliis modis indebitis damnificando, vt fit in venatione, & similibus, vel aliter contra iustitiam, vel non soluentes tempore debito, cum possint, vel aliter indebite damnificantes, ad æstimationem boni viri restituent. Impedientes creditorem, ne possit exigere à debitore modo debito quomocunque vt liberando illum de carcere, vel alio modo iniusto, tenentur creditori de toto debito, secundum Io. de Plat. quia tale sufficientem causam præbuerunt damni. Vnde conclude, quod damnum alteri iniuste inferentes, & maxime data opera, & dolose tenentur (si damnum est certum) ad totum. Si incertum, ad arbitrium boni hominis. De monopolionibus, §. eo. tit.

53 ¶ Si res aliena pereat in manu illius, qui est in mora, vel ex contractu, vel ex delicto non tenetur de damno, si res æqualiter apud dominum erat peritura, si autem non erat peritura, vel antequam periret, potuisset dominus eam vendere, vel aliam habere vtilitatem, tenetur de damno. Vnde si nauta merces alicuius, quas conuenerat ponere in meliori nauis, posuit in deteriori, & ambæ perierunt per submerisionem licet peccauerit, non seruando pactum, non tamen restitutioni est obnoxius, quia propter hoc in nullo est damnificatus. Ita enim æque periissent in meliori. Secus est de eo, qui nõ restituit equum domino, & mortuus est, quia licet apud dominum fuisset etiam mortuus, potuisset tamen ante mortem illum vendere, vel aliam habere vtilitatē. Cōformiter Sil. ibi. Resti. 7. q. 3.

54 ¶ Cedens bonis suis cum non possit soluere propter inopiam, si venerit ad pinguiorem fortunam, tenetur soluere, quia per cessionem in conscientia non omnino liberatur, sed hoc valet, ne possit incarcerari, vel conueniri. Si vero fuit usurarius, qui cessit bonis, secundum gl. in c. Cum tu. de usuris, tenebitur ad restitutionem in integrum, nec habebitur respectus, ne egeat, secundum etiam Gem. in c. quanquam, de usu. in 9. & hoc in odium usurariorum. Not. quasdam regulas vniuersales pro restitutione.

55 ¶ Prima regula, Quando restitutio non potest fieri secundum damnum datum, vt in corporis læsione, virginitatis ablatione, & huiusmodi, refarciatur damnum vel per re-
cōpensationem pecuniæ, vel honoris, ad arbitriū boni viri,
licet

licet per bona temporalia, male queant recompensari bona spiritualia.

56 ¶ Secunda est, Quando res male ablata non potest restitui, fiat restitutio in æquiualens (vt dictum est) si est possibile. Vel in aliud iuxta posse.

57 ¶ Tertia regula, Confessor semper habeat oculum mentis ad duas radices restitutionis, videlicet ad acceptionem, & ad rem. Vel enim accepit alienum, vel rem alienam, aut eius fructum habet, aut ex utroque tenetur. Vnde quando acceptio est iniusta, siue sit contra voluntatem domini, vt in furto, siue secundum voluntatem, sed dolose extorram, vt sunt extorsiones meretricum blanditiis factæ, vel attractiones ad ludum. Huiusmodi enim constituunt dationem quasi inuoluntariam. In his autem & similibus, tenetur quis restituere, quia non fuit merè libera datio. Eodem modo quando datio est libera, sed lege prohibita, vt in simonia, & sic recipiens per usuram, vel propter timorem, vel vexationem indebitam, vel huiusmodi, quia huiusmodi dationes aliquo modo sunt coactæ, debent restitui, supra Ludus. §. 5. Meretrix. §. 1.

58 ¶ Alia ratio est, quando acceptio terminatur ad iniustū. Si enim non terminatur ad iniustum, quamuis homo mortaliter peccet (vt meretrix) non tamen tenetur restituere, sicut qui reuocat legatum factum alicui, vel impedit ex odio ne fiat, non tenetur restituere, quia nulli iniustitiam fecit, cum nulli esset acquisitum ius, licet peccauerit. Terminatur autem ad iniustum, cum fraudulenter accipitur alienum. De inuentis dictum est supra, Inuenta per totum, nec amplius repetendum est.

59 ¶ Qui rem propriam depositatam apud aliquem furtiue accipit, si depositarius ex hoc grauatur in aliquo, debet restituere, cū depositarius teneatur depositū restituere, vel se inculpabilem ostendere, & si nõ vult restituere, saltē reuelet, vt depositarius ex hoc amplius grauari nõ possit, tali tamē modo, ne maius malum ex tali reuelatione oriri possit. Si verò rem suam ab alio iniuste detentam furetur, peccat quidē exponens se periculo alicuius scandali, non tamē tenetur restituere, quia non grauatur illū. Ratio autem peccati (vltra eam, quā diximus) est, quia agit contra iustitiam publicam, ius sibi ministrās, cum possit secundū ordinem iustitiæ rem suam re habere. Si autem non potest secundū iuris ordinē re habere, vt quia est pauper, vel non potest probare, & huiusmodi,

&c

& non est periculum de scandalo, non peccat, quia alienum non accipit. Debet tamen esse certus de debito, & q̄ non plus capiat, quia si esset dubius, non posset hanc compensationem facere, secundum Arch. Fl. 2. par. tit. 15. Tho. 2. 2. q. 66. Caveat quisque, ne conscientiam nimis latam sibi faciat, cum amor proprius sæpe iudiciū pervertat. Quomodo autem possunt sacerdotes satisfacere, vel non pluribus cū vna missa, supra Missa. §. 33. Et Tab. ibi, circa fin. multi alij possunt oriri casus, quos prædictis regulis facile quis solvere poterit. De damnificantibus proximum per animalia, & mutilantibus, per capturam leporum, & huiusmodi, & venatoribus, vide Sil. ib. 3. §. 2. 3. & 4.

DE RIXA.

1 *Rixa quid, & quando mortale.*

Rixa filia iræ importat contradictionem in factis quando ex ira aliqui se inuicem percutiunt, non ex auctoritate publica, sed ex voluntate inordinata, & ex suo genere peccatum mortale est, in eo, qui iniuste alterum aggreditur, quia nocuum proximo contra charitatem infert. In eo autem, qui se defendit, animo repellendi illatam iniuriam, cum debita moderatione, peccatum non est, secus si cum animo vindictæ, vel odij, vel excedit in moderamine, quia tunc peccatum mortale, vel veniale est, secundum quantitatem odij, vel excessus. Primi enim motus communiter veniales sunt, & imperfecti actus, ut sæpe diximus: De hoc Thom. 2. 2. q. lib. ar. Primi motus.

DE SACERDOTE.

1 *Sacerdotis nomine qui veniunt.*

2 *Sacerdos parochialis quibus sacramenta ministrare possit.*

3 *Sacerdotis auctoritas & potestas in ligando, & soluendo qua sit.*

4 *Sacerdos existens in mortali, exequendo officium suum mortaliter agit.*

5 *Sacerdos in dubijs quomodo se habere debeat.*

6 *Sacerdos suscepturus Eucharistiam, stolam circa collum habere debet.*



Acerdotis nomine in materia fauorabili, nō tantum presbyteri veniunt, sed etiam diaconi, & subdiaconi. ar. c. 1. 15. q. 5. Sed in materia odiosa, veniunt tantum presbyteri, ar. c. si quis de coha. clc. & mul. Vbi Pan. hoc not.

2 ¶ Sa-

¶ Sacerdos parochialis potest ministrare sacramenta peregrinis, & hospitibus confluentibus ad suam ecclesiam secundum Pa. c. 1. de cel. mis. Et morientes sine electione sepulture, ibidem sepeliuntur. Et si alibi elegerint, debetur ei quarta funeralis. Quomodo debet visitare infirmos, & multa alia facere, vide Pan. in d. c. 1. de celebra. mis. & stare ieiunus vsque ad horam celebrandi congruam.

3 ¶ Quicquid sacerdos ligat, & soluit in terra iuste, & clauue non errante, ligatur per approbationem in cœlis. 11. q. 3. c. Tunc vera.

4 ¶ Sacerdos existens in peccato mortali, exequendo officium suum, mortaliter agit. 15. q. 6. c. vlt. & d. 68. c. 1. & ut dicit Sil. ver. Sacerdos. §. 6.

5 ¶ Sacerdos, vbi pœnitens de aliquo est dubius, non debet illud asserere esse mortale nisi sit certus, ne imponat ei laqueum, nec tenetur de singulis determinare ante dictis, vtrum sint mortalia, vel venialia, quando non sunt clara, ut d. Arch. Flor. de his autem quæ sunt clara secundum opinionem doctorum, debet determinare. Quomodo autem debet celebrare, supra, Missa, per totum.

6 ¶ Quomodo sacerdos vult sumere Eucharistiam, ut quia infirmus, vel à celebratione impeditus, stolam circa collum, sicut quando celebrat, debet habere. c. ecclesiastica. d. 22. Hoc tamen intelligitur, quando celebrat pro se, ut dicit Syl. ibi. §. quia extra celebrationem hoc non obseruatur. Vnde multi (si hoc esset verum) essent excommunicati, communicantes sine tali stola. Attendenda est consuetudo. Fratres enim prædicatores, siue stola in die cœnæ communionem recipiunt.

DE SACRAMENTIS.

1 *Sacramenta quot sunt.*

2 *Sacramenta quibus conferrī non debeant.*

3 *Sacramentum recipiens in mortali etiam occulto, mortaliter peccat.*

4 *Sacramenta quæ sint necessaria.*

Sacramenta sunt septem, videlicet baptismus, ordo, & extrema vnctio. Tria prima imprimunt characterem, ideo non debent iterari, etiam si mortuus homo resurgeret, quia character indelebilis est, alia quatuor possunt iterari. De his Thom. 4. sent. d. 2. q. 1. & c. Licet. 32. q. 7. & 1. q. 1. c. Quod quidem,

2 ¶ SACRA-

2 ¶ Sacramenta non debent conferri peccatoribus publicis. c. Illud. dist. 95. sed propter peccata occulta, non sunt neganda in publico, supra, Communio. §. 13.

3 ¶ Recipiens quodcunque sacramentum in mortali, etiam occulto, mortaliter peccat. c. Multi. d. 40. Sed non dicitur esse in mortali, qui contritus est. Aliqui dicunt, quod in sacramento poenitentiae, & extremæ vntionis, sufficit attritio, ut dicit Sil. ibi. §. 2. sed ad sacramentum extremæ vntionis adiungit forrè, quasi dubitet.

4 ¶ Sacramentum baptismi, confirmationis, communio- nis, poenitentiae, & extremæ vntionis, secundum Iuristas, ut refert Pet. de Pal. 4. sen. dist. 9. sunt necessaria, id est, sub præcepto, loco, & tempore, ita quod potens ea recipere, & nolens, mortaliter peccat. Sed Caic. ver. Cōfirmatio, dicit, quod confirmatio non est necessaria, supra, Confirmatio. §. 1. Neque extrema vntio, neque dimittens peccat mortaliter nisi ex contemptu, infra. Vntio. §. 1. Poenitētia vero est tantum ei necessaria, qui mortaliter peccauit. Neque viaticum est sacramentum necessitatis: supra, Communio. §. 4. Vti sacramento ad alium finem, quam sit institutum, non semper est mortale, ut patet in matrim.

DE SACRILEGIO.

1 *Sacrilegium quid sit, & eius species.*

2 *Sacrilegium quomodo committitur. Sacrilegiorum poena qua sit.*

1 **S**acrilegium importat irreuerentiam rerum sacrarum seu iniuriam, & ex genere suo mortale, & continet tres species cum suis circumstantiis necessariis ad confessionem, sicut aliae circumstantiae mutant species. Vel enim fit iniuria personae sacrae, ut cum percutitur clericus, vel aliter fit ei violentia contra iuris statutum, vel contra vorum personale, ut puta castitatis, & sic habemus vnam speciem, vel fit iniuria loco sacro, ut cum extrahitur quis, qui illuc fugerat, ut esset tutus, aut furto res de sacro tollitur, aut sanguine, vel humano semine voluntariè polluitur, & est alia species. Vel fit iniuria rebus sacris, seu Deo dicatis, ut sacramentis, vasis, reliquiis sanctorum, imaginibus, & huiusmodi ad Dei cultum, & sanctorum reuerentiam pertinentibus, & aliis rebus mobilibus, vel immobilibus Deo dicatis, & ad vsum ministrorum Dei mancipatis, & haec est alia species. Ad sciendum autem quando committatur sacrilegium in omni-

omnibus supradictis speciebus, intueri ad quid persona, locus, & res sit sanctificata, & considera si cōtra illud, ad quod sanctificata est, actum sit, erit sacrilegium, & non aliter. Vnde imponens grauamen agris ecclesiae, est sacrilegus, si seculari auctoritate hoc facit, quia quo ad hoc sanctificatus est, non autem in eo faciat furtum, vel adulterium, quia non ab hoc exemptus est, eo quod est ecclesiae. Si quis blasphematur in loco sacro, non est sacrilegus, sicut si furerur sanguinem, vel semen humanum fundat, quia quo ad haec est sanctificatus. Similiter si sacerdos, vel religiosus fornicetur, non autem si furerur, est sacrilegus, quia ad hoc est sanctificatus, non ut furerur, sed ut castè viuat. Et istae tres species sacrilegij, de necessitate sunt confitendae, quia non sufficit dicere, commisi sacrilegium, siue furtum, sed tale, vel in loco sacro, & huiusmodi, quia istae species sunt ab aliis distinctae speciebus peccatorum. De hoc Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. 2. & 7.

2 ¶ Ludentes, mercantes, chorizantes in loco sacro, non committunt sacrilegium sicut effundentes semen, & huiusmodi, quia ista sub præcepto non prohibentur, sicut illa. Possent tamen tantus esse excessus in huiusmodi, quod peccatum sacrilegij constitueret, ut etiam dicit Sil. ibi. §. 5.

3 ¶ De multiplici poena sacrilegiorum, vide C. de epis. & cle. & 16. q. 4. per totum. Aliquando maiori excommunicatione plectuntur, aliquando minori, aliquando aliis poenis. quae ad confessorem non pertinent, sed ad iudices alios.

Sagittarij, supra, Ars. §. 6.

DE SARACENIS.

1 *Saraceni qui & quae eis prohibeantur cum Christianis.*

Saraceni qui infideles sunt, quo ad prohibitionē, quasi in omnibus Iudeis comparantur, ita ut sicut Christianis multa prohibentur circa Iudeos (ut supra, Iudaei) ita circa Saracenos, tamen non prohibetur Christianis comedere, & bibere, vel habitare cum Saracenis, sicut cum Iudaeis. cap. Ad mensam. 11. q. 3. & c. Quia Iudaei. 28. q. 1. nisi ipsi Iudaizarent Saraceni, secundum quosdam, quia sic adesset causa prohibitionis. Non sunt permittendi, ut aliqua faciant inuocationem Mahumeti publicè inter Christianos, quia contra cle. Vnicam, de Iudaeis. Neque ad illos Christiani possunt arma deferre, sup. Excommunicatio. 14. multa alia eis, supra, Iudaei. §. 11. & 13.

D E S A T I S F A C T I O N E .

- 1 Satisfactio quid sit, & quid importet.
- 2 Satisfactio quando sit à sacerdote imponenda.
- 3 Pro satisfactione tria imponi possunt.
- 4 Pœnitentia ante, vel post absolutionem num sit imponenda.
- 5 Satisfactio ut sit fructuosa quid requirat.
- 6 Satisfacere an quis possit per alium sacramentalem pœnitentiam acceptantem.
- 7 Satisfactionem imponens pro se, si moriatur, an statim à pœna debita liberetur.
- 8 Tribulationes sunt ad purgationem peccatorum.

1 **S**atisfactio, quæ est tertia pars sacramenti pœnitentiæ importat medicinam quandam, curantem præterita peccata, & à futuris præservantem, quæ quamvis Deo æquivalens esse non possit, potest tamen sufficiens fieri, ex Dei gratia, de qua Tho. 4. sent. d. 15. q. 1. art. 1. quol. 1. Et est secundum Greg. Præterita mala plangere, & plangenda non amplius committere.

2 ¶ Regulariter hæc pœnitentia sacramentalis, est à sacerdote in confessione sacramentali imponenda, ut pœnitentiæ sacramentum habeat omnes partes suas materiales, tamen in tribus casibus omitti potest. Primo quando constat pœnitentem integrè satisfecisse, tunc non debet amplius ligari, quia coram Deo non amplius obligatur. Secundò, quando pœnitens est impotens, utpote in extremis, tunc sufficit indicare ei pœnitentiam soluendam quando poterit, & sic illum absolueret. Aduariq; potest suffragiis ecclesiæ, ut in c. Ab infirmis. 26. q. 7. Tertiò, quando pœnitens nullam vult acceptare pœnitentiam, etiam minimam, offerens se satisfacturum in purgatorio, est etiam absoluendus, sicut Confessio. §. 29.

3 ¶ Pro satisfactione tria possunt imponi, vel oratio, vel eleemosyna, vel ieiunium, per quod intellige omnes corporales exercitationes propter Deum, vel peregrinatio, disciplina, & huiusmodi. Eleemosyna tamen videtur esse magis satisfactoria, iuxta illud Daniel. Peccata, tua eleemosynis redime. Sit ergo sacerdos discretus, ut pœnitentiam imponat commensuratam tribus, videlicet, peccatori, peccato, & fini. Nam peccatori infirmo parua sufficit pœnitentia, & similiter & illi, qui parū deuotionis habet, quia si magna ei daretur, fortè non persolueret. Debet etiam peccato conuenire,

vñ

ut secundum peccati condiciones pœnitentia applicetur, sicut luxurioso ieiunium, auaro eleemosyna, & sic de singulis, ut contraria contrariis curentur. Debet, & fini conuenire, idest saluti animæ, ut per pœnitentiam excidantur peccatorum occasiones, ut ne quis ad talem locum vadat, vel ludat, quando hæc sunt peccati causa.

4 ¶ Non refert an imponat pœnitentiam ante absolutionem, vel post. Dummodo confessor videat in pœnitente animi præparationem. Melius tamen videtur, ut ante imponat, & cum interroget, an sit contentus eam acceptare, & facere. Caueat autè ne sectetur eos, qui vnum Pater noster imponunt tunc soluendum statim pro pœnitentia, ut illam in gratia perficiat, & post aliam magnam pœnitentiam non sacramentalem imponunt. Hoc enim pœnitentibus nocuum est, quoniam cum hæc pœnitentia non sit sacramentalis, non tantum est satisfactoria, sicut si esset sacramentalis. Nec oportet timere, quia etiam quòd non fiat in gratia, non est necesse reiterare confessionem, quia si non satisficit Deo, fit tamen satis ecclesiæ, sup. Confessio. §. 10. Detur ergo tunc pœnitentia, & hortetur confessor pœnitentem, ut quando soluit pœnitentiam, de peccatis conteratur.

5 ¶ Ut autem fructuosa sit satisfactio, debet regulariter fieri in gratia Dei, & tota, & vbi, & quando, & sicut imposta est à confessore, & acceptata, secundum Cai. in fine. 3. partis 5. Tho. & qui hanc omitteret, non propter hoc mortaliter ageret, nisi ex contemptu, quia non omitteretur aliquod necessarium ad salutem cum hæc sit solutio pœnæ temporalis, quæ si hic non solvatur, soluetur in purgatorio, secundum Cai. ibi. Et si fiat sine charitate, valet in foro ecclesiæ, sicut dicens officium in mortali, non tamen tunc valet ad expiationem pœnæ debitæ, coram Deo pro peccatis, valebit tamen quo ad hoc, quando peccator ad cor redit, quia pars est sacramentalis, & hoc verum est de ea, quæ relinquit post se effectum, remanentem in totum, vel in partem, adueniente charitate, ut dicit San. Thomas. sicut confessio in formis, & baptismus incipiunt postea valere, secundum Caiet. ibi & Sco. Tab. verò ibi. §. vlt. dicit hoc esse contra S. Thom. 4. sent. dist. 15. quæst. 1. art. 4. Sed Sil. ibi, circa finem determinat, quòd hæc diuersitas opinionum est tantum in verbis, quoniam illi, qui dicunt pœnitentiam hanc debere iterari, intelligunt vel iniunctam, vel æquivalentem, vel hic, vel in purgatorio. Vide Sil. ibi. & Arc. Flo. 3. par. tit. 14. cap.

N n

vlt.

Melius
est impo-
nere pœ-
nitentiam
ante ab-
solutionem
quàm post.

ult. Si vero pœnitens non impleuit totam, vel tempore, aut loco, deputatis quod fuerat iniunctum, impleat postea, quoniam in satisfactione principale est opus non autem circumstantia temporis vel loci. Hæc determinatio multos consolari potest.

6 ¶ Possit etiam quis sacramentalem pœnitentiam per alium voluntarie acceptantem, & implentem satisfacere, cum consensu confessoris, qui imposuit, vel alterius ut mutatio sententiæ quo ad personam satisfactricem, si fiat à iudice. In articulo autem mortis hoc fieri possit sine tali licentia sub rati habitatione, secundum Ca. ibi. Prædicta intellige, quod vnus pro alio potest satisfacere in quantum pœnitentia ordinatur ad solutionem debiti, non autem in quantum medicina est pro peccato vitando. Et qui pro alio soluit, debet esse in gratia, secundum Tab. ibi. §. 5. quia per charitatem actus vnus efficitur alterius, nec exigitur quod ille, pro quo ab alio satisficit, sit impotens, quia siue possit, siue non, valet satisfactio, quantum ad debiti solutionem, vt dictum est, non tamen benefactum est alteri imponere, quando quis per se potest, vel non appareat in eo aliqua impossibilitas ad soluendum datam pœnitentiam.

Nota.

7 ¶ Qui imponit alteri satisfactionem pro se, si moritur, non statim à pœna debita liberatur, sed completa satisfactione, ideo caueant homines ne quæ per se explere possunt, committant filiis, vel amicis, quia luent pœnam, antequam sit satisfactum, vt patet.

8 ¶ Flagella à Deo missa, & aliæ tribulationes, quæ homo patienter acceptat ad purgationem peccatorum sunt satisfactoria, secundum Tho. vbi supra. ar. 4. quol. 2. Ideo calamitates æquanimitè tolerari debent. Consentit Gre. de Lazaro mendico loquens.

DE SCANDALO.

- 1 Scandalum caritati opponitur, peccatum est, dupliciterque committitur.
- 2 Si quis committit aliquid, ex quo sciat aliquem scandalizari, nec desistat, mortaliter peccat.
- 3 Mulier quomodo mortaliter peccet offerens se aspectibus alicuius.
- 4 Scandalum passiuum quid sit.
- 5 Veritas quomodo dimittenda est propter vitandum scandalum.

6 Bona

6 Bona temporalia communia an propter scandalum sint dimittenda sicut necessaria.

1 Scandalum quod importat dictum, vel factum minus rectum, occasionem spiritualis ruinæ præbens, secundum Tho. 2. 2. q. 43. ar. 1. opponitur caritati proximi, ideo peccatum est dupliciterque committitur, per se, id est ex intentione, vt alter ruat in peccatum, & sic est speciale peccatum, trahens speciem ex fine, vt si intendit trahere aliquem ad furti, vel adulterij consensum, vel alterius culpæ, vt consentiens hic propriè peccat peccato scandali, quia intendit rectè alterius animo nocumentum, cuius oppositum directè intendit fraterna correctio. Qui autem prouocat, vel inducit aliquem ad huiusmodi peccata, non propter hunc finem, videlicet vt ruat in peccatum, sed vt impleatur voluntas propria, vel alterius, non peccat speciali peccato scandali, sed peccatum hoc pertinet ad speciem peccati, ad quod prouocat. Scandalizari autem per accidens dupliciter contingit: Vno modo faciendo malum coram aliis, qui inde funt occasionem peccandi, & hoc peccatum nõ est in specie scandali, quia hæc circumstantia, & si aggrauet hoc peccatum, non tamen mutat speciem, sed remanet in specie illius peccati, quod agit, vt non pura blasphemiar, vel alterius. Alio modo faciendo actum non malum secundum se, sed habentem mali speciem, ex quo alij ad peccatum inducuntur, & hoc ad scandalum pertinet, per se, si intendit ruinam, reductiuè autem, si non illam intèdit, & si habet intentionem quis trahendi alium ad mortale, erit mortale, etiam quod factum illud esset veniale, vel nullum ex se, si intendit ad veniale, erit & scandalum veniale. Consentit his Ca. secunda secundæ. q. 54. ar. ad 1. 2. 3. dubium. Neque in summa ab hac sententia variare videtur, imo confirmare.

Scandalizari per accidens dupliciter contingit.

2 ¶ Si quis committit aliquid, quod ex se malum non est, sed habet speciem mali, & est periculum alterius ruinæ, consideratis conditionibus personarum, locorum, & temporum, ac causarum, & audit à fide dignis aliquos ignorantes, & infirmos ex hoc disponi ad ruinam mortalis culpæ, si non abstinat à tali facto, si potest commodè, donec tales informentur de operis bonitate, mortaliter peccat, non curans de ruina pusillorum. Si vero periculum est de veniali, venialiter agit. Secus si nescit aliquem scandalizari, vel si informati de opere non malo perseuerent in ruinam, quia tunc ex parte tantum illorum scandalum est.

Na 2

3 ¶ Ex

3 ¶ Ex dictis videtur sequi, vt dicit Arch. Flo. & Sil. ibi, §. 1. q. 2. quod mulier se amari credens turpiter ab aliquo, non curans de eius ruina, si sine causa offerat se aspectibus eius, licet non intendat eius ruinam mortaliter peccat. Secus si non credit, vel aliter commode facere non potest, sed tene re contra videtur, Cai. supra. Ornatus. §. 3.

Ioan. 9.

4 ¶ Passiuum scandalum est quando præter operantis intentionem, & conditionem operis, aliquis malè dispositus ex tali opere ad peccandum disponitur, sicut Pharisei murmurabant contra Christum ex eo, quod curabat infirmos. Et hoc scandalum non est peccatum in faciente opus tale, sed in eo, qui ex hoc peccandi occasionem accepit. Vnde dicit Caie. ibi in summa, quod non monstrat circumstantiam aggravantem, sed peccantis infirmitatem. Si enim firmus esset, non scandalizaretur ex tali opere bono ex se.

Propter vitandum scandalum aliquando dimittenda est veritas doctrinæ, scilicet tacendo, & iustitiam non exercendo, sed non debet dimitti veritas vitæ, vt scilicet quis dimittat facere ea, quæ necessaria sunt ad salutem vel faciat quod est peccatum, propter vitandum scandalum, vt punire innocentem, vel fidem, aut veritatem negare. Et in hoc sensu intelligitur illa regula iuris, in sexto de reg. iur. vbi dicitur. Vilius, scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Conformiter S. Tho. supra. ar. 7. Non tamen aliquod malum etiam minimum, vt peccatum veniale, ad vitandum scandalum, est faciendum, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, sicut concludit Tho. supra ad quintum.

5 ¶ Bona temporalia communia, siue ecclesiæ, siue reipub, non sunt dimittenda propter scandalum, sicut necessaria ad salutem, secundum Thom. supra. art. vlt. bona vera propria, quorum nos sumus domini, propter scandalum ortum ex ignorantia, vel infirmitate, sunt dimittenda, vel dando, vel non petendo, aut aliter, scandalum sedando aliqua monitione vt dicit Aug. de sermone domini. Si autem scandalum ex malitia orietur, vt erat scandalum Phariseorum, secus esset, quia sic dimittendo bona propria, daretur occasio mala retinendi aliena, & rapiendi, vt dicit Gre. in mora. nec faciles esse debemus ad credendum alios scandalizari de bono opere, vt dicit Ray. neque à cibo totaliter debemus abstinere, licet à tali cibo, propter scandalum, quia dicit Apostolus, Non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Sic de bono faciendum, iuxta hanc regulam dicito, ad quod

quod scilicet quis non tenetur de necessitate salutis. Secus autem est de opere necessario, vt est facere elemosynam in extrema necessitate.

DE SCIENTIA.

- 1 Scientia, quæ in teste requiritur, quæ sit.
- 2 Personæ ecclesiastica cui scientiæ vacare debeant.
- 3 Parentes an peccent non docentes filios necessaria fidei.
- 4 Quæ quilibet scire teneatur.
- 5 Prælati si non habet competentem literaturam, remoueri potest à beneficio.

1 Scientia quæ requiritur in teste, non est illa, de qua dicit philosophus, quod est rem per causam cognoscere, sed est cognitio sensualis alicuius rei particularis. ff. de testimo. l. testium fides.

2 ¶ Personæ ecclesiasticæ debent vacare scientiæ sacræ scripturæ. c. 2. d. 38. & iuris canonici, possunt & philosophiæ naturali, & morali intendere. c. Turbat. d. 37. & aliis scientiis, vt possint ad scientiam pietatis habere aditum, vel ad impugnandum hæreticos, vel alio bono fine, dummodo necessaria non omittantur. Possunt etiam audire leges, & physicam, nisi sint religiosi, vel habentes personatum in ecclesia, vel dignitatem, vel curam, supra, Excommunicatio. 48. Quomodo omnes Christiani tenentur scire necessaria ad fidem, supra, Credere. §. 2.

3 ¶ Parentes videntur mortaliter peccare, negligentes docere filios signum crucis, Pater noster. Credo: Præcepta 10. & articulos fidei necessarios: quia dicit Apost. Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit. Similiter qui non addiscunt prædicta, cum possunt: secus quando non habent instrumentorum: licet de necessariis, nullus possit se excusare, supra Credere. §. 3.

4 ¶ Quilibet tenetur scire ea, quæ sibi competunt, vel ratione officij, vel status, vel alio modo, vt iudex, quæ pertinent ad iudicandi officium, & si ex ignorantia errat, non excusatur, supra Iudex. 24. Pa. in cap. Qualiter, de cle. §. cum in cunctis.

Ignorantia omnium malorum maliter.

5 ¶ Prælati si non habet competentem literaturam, remoueri potest à beneficio. cap. Quamuis, de æta. & quali. or. & bonum esset sic facere, quia cunctorum malorum ignorantia marer est.

DE SCHISMATE.

- 1 Schisma quid sit, & an mortale peccatū quoque incurrat. 2.

3 Schisma aliquando grauius est heresi.

4 Schismaticorum pena qua sit.

1 Schisma secundum Tho. secunda secundæ. q. 39. ar. 1. importat proprie separationem ab unitate ecclesiæ ex intentione, & quia est contra unitatem ecclesiæ catholice, & consequenter contra caritatem quæ unionem hanc facit, ideo mortale peccatum est, quod incurritur primo, quando quis ex intentione non se habet, ut pars unius ecclesiæ, sed ipse vult se habere in operibus suis, scilicet in credendo, sperando, & alia faciendo, tanquam sit quoddam seorsum totum, ita quod non sit alterius, id est vniuersalis ecclesiæ pars. Sumus enim omnes membra unius corporis Christi mystici, quod vocatur ecclesia catholica. Vel ex intentione se subtrahit ab unitate corporis in ordine ad vnum caput, non recognoscens Ro. pon. Vicarium Christi indubitatum in terris, ut caput vice Christi istius corporis. Et si prædicta peccata solum committat, quia non vult recognoscere unitatem ecclesiæ, vel capitis, quamuis credat illam, & Pon. Rom. esse verum Christi Vicarium, est pure schismaticus. Si autem non solum intendit scindere unitatem ecclesiæ, aut vnum caput non recognoscere, sed etiam ultra hoc, non credit esse vnam Christianorum ecclesiam catholicam, aut vnam non esse secundum vnum caput in terris Christi Vicarium, tunc non tantum est schismaticus, sed etiam hæreticus, contra illum articulum. Et vnam sanctam ecclesiam, vel si non tenet unitatem capitis, communiter quod sit hæreticus.

2 ¶ Secundo incurritur, quando quis volens perficere propriam voluntatem, causat scissionem ecclesiæ, quamuis hoc non intendat, sicut qui congregat concilium, contempto capite, quasi credens ecclesiam catholicam in ipso esse, ab ecclesia se separat, ut quando sunt plures papæ, & vnus qui scit se non esse vere electum, & tamen se pro Papa gerit, & consequenter schisma in ecclesia facit, & est excommunicatus, supra. Excommunicatio. 92. non tamen est hæreticus. Si vero plures contendunt de papatu, & quilibet credit unitatem ecclesiæ, & illam apud se esse, nec impugnant Ro. ecclesiam, sed ignorant quis sit verus Papa ignorantia facti, & non possunt ita de facili certificari, parati tamen sequi veram papam, quando fuerit declaratum, tales non schismatici, nec mortaliter peccant, neque adhaerentes. Pecus quando constat vnum canonicè electum, alium verò non, tunc ipse

cum

num sequentibus est excommunicatus, de elect. e. Licet. Ignorantia autem iuris non excusaret, nisi esset talis, quod per se vel per alium sciri nõ posset. Quid ergo facient alij? Dico quod quando est dubium quis sit verus Papa, quilibet reputet, se quasi vnum de membris ecclesiæ, & habere vnum caput in cælo, qui est Christus, & Vicarios Christi dubios pro dubiis teneat, nulli ut certo adhaereat quia exponeret se periculo errandi, & temere ageret, dubio Pontifici inhaereat tanquam certo. Deinde consulat peritos, & conscientiatos, à quibus si firmum habuerit concilium, illud sequatur. Si vero concilium, adhuc sit in ambiguo, non se determinet adhuc, vel illum donec veritas fuerit manifesta. Consentit Caie. in summa ibi, & ita tenendum esse arbitror.

3 ¶ Licet simpliciter hæresis secundum Tho. supra. ar. 2. sit maius peccatum quam schisma, tamen aliquando maius est schisma, vel propter maiorem cõtemptum, vel propter maius periculum.

4 ¶ De pena schismaticorum conueniens est secundum Tho. supra, ar. vi. quod excommunicentur, sicut voluerunt se à communionem membrorum ecclesiæ separare. Quandoque etiam per depositionem puniuntur. d. 23. c. In nomine domini, & c. 2. de schismat. Recipientes ordines à schismaticis scilicet, vel ex crassa ignorantia, solus Papa dispensat, secundum quod no. Pan. in c. si. eo. tit. Si verò ex probabili ignorantia, episcopus potest dispensare. ar. c. 1. & 2. de or. ab episcopi qui re. non tamen ab eo qui cum ordinauit quamuis postea redierit ad unitatem, ut no. gl. in d. c. si. Etiam aliis modis puniuntur. ar. c. Quod autem. 23. q. 7. & c. Nec licuit. 7. d. Pecunialiter etiam puniri pñt. ar. 23. q. 7. c. Quid ait. Sunt etiam excommunicati, per c. Licet, de elect.

DE SCRVPVLOSO.

1 Scrupulosus quis sit.

2 Scrupulositatis causa qua sit.

3 Remedium contra scrupulosos quod sit.

4 Scrupulosus si alicui occurrat quid agendum.

1 Scrupulosus est, qui scrupulis, hoc est, commotionibus agitatur. Et quidam dicit scrupulosus in recognoscendis peccatis præteritis, & in vitandis futuris timoratus, & talis communiter ad bonum finem conducitur. Quidam vero scrupulosus est in recognoscendis præteritis peccatis, sed in cauendis futuris negligens est, & huic æterna dānatio propinqua est: quia ad maiora facinora paulatim defluit,

N n 4

2 ¶ Cau-

Aliquan-
do schis-
ma gra-
uius est
heresi.

Filia scrupulositas

2 ¶ *Causa huiusmodi scrupulositatis aliquando est diabolica suggestio, aliquando debilitas cerebri, aliquando melancholica complexio, aliquando debilitas ex nimis vigiliis, & abstinentiis aliquando societas talium personarum, vt no. Ar. Flo. in 1. par. tit. 3. c. 10. Ex scrupulositate nascitur pusillanimitas, secundum Ber. & perturbatio, ac desperatio, quæ interimit spiritum hominis.*

Remediū cōtra scrupulositatē

3 ¶ *Remedium secundum Ca. ibi in summa, contra scrupulos est diuina gratia assistens, & custodiens, quæ propriis & alienis orationibus, ieiuniis, & eleemosynis, a Deo deuotè quærenda est. Remedium autem humanum est consulerè peritos, & bonos, & acquiescere, vitare principia scrupulorum, id est cogitationes de rebus scrupulosis, quia hæc sunt causa naturalis scrupulorum, particulare autem remedium est, vitare tot reconfectiones peccatorum præteritorum semel benè confessorum, nisi esset quis dubius, an sit de eo confessus, vel ne.*

4 ¶ *Quando autem occurrit alicui scrupulus, vel de peccato confessio, vel aliquo alio, videat per seipsum si habet raram cognitionem, vt sciat discernere veram conscientiam ab erronea, & tunc dimittat erroneam; quod si non potest consulat peritos, & stet quietus ad consilium sapientis, quia non potest errare, si format sic conscientiam & dimittat scrupulum, quod si non relinquit tunc vel est superbus, vel stultus, & hoc credo melius remedium. Si est fatuus, non potest peccare sequens scrupulum, peccat ergo, quia superbus, & non vult alieno credere consilio. Vide aliquid, supra Conscientia. §. 1. Aliud optimum remedium est sollicitè cauere etiam à venialibus peccatis, quantum potest.*

DE SCVRILITATE.

1 *Scvritas quid sit & an peccatum mortale.*

1 *Scvritas qua quis aliud ad risum inhonestè pronocat gestibus vel verbis, ex defectu rationis pronocatur; ideo peccatum est, honestæ urbanitati oppositum, quod gulæ filia ponitur, vt supra, gula. §. 6. & ex suo genere non est mortale, quia nec contra bonum Dei, nec proximi. Si quis autem huiusmodi verba diceret, vel gestus faceret ad pronocandum alium ad aliquod mortale, vel seipsum, vel quia sibi placet luxuria, vel vindicta, aut huiusmodi, esset mortale, secus autem quando tantum placet inhonesta locutio, vt sic latanter transeat, tunc sunt venialia, periculosa tamè, quia sicut dicit Apostolus, Corrupt bonos mo-*

res colloquia praua. Tamè Apostolus scvritatem, Ephe. 5. inter mortalia nominat.

DE SECRETO.

1 *Secretum quando reuelari possit sine peccato & 2.*

1 *Secretum, quod non est acceptum sub secreto, si cedit in nocumentum alicuius iniustum, non est peccatum reuelare illud modo debito, quantum fieri potest, sine scandalo exemplo Cusi. Regu. 17. c. ar. in c. Ostendit, 23. q. 5. Si autè tale secretum sit acceptum sub sigillo secreti, vel confessionis, extra tamè sacramentum confessionis, vel sub iuramento de non reuelando, si sine virgèti, & rationabili causa quis reuelaret illud, mortaliter peccat, quia contra ius naturale agit, secundum Arc. Fl. Secus si facit ex virgèti, & rationabili causa, vt quia imminet notabile nocumentum corporale, vel spirituale rei, vel personæ particulari, quia iuramentum præstitum contra bonos mores, non est obligatorium, neque in hoc casu seruandus est ordo fraternæ correctionis, secundum Thom. secunda secundæ. q. 89. nisi esset certus de emendatione. Si autem esset secretum dictum in confessione etiam facta cum seculari tempore necessitatis, etiam quod non sit verum sacramentum, nullo modo potest reuelari per quodcumque præceptum vel ad vitandum quodcumque malum sicut si esset sacerdos, videtur enim sacramento facere iniuriam.*

2 ¶ *Si princeps machinatur contra ciuitatem, vel ciuitas contra Principem iustè, nullus etiam iuratus tenetur hoc reuelare, si autè iniustè, reuelare tenetur, vt impediatur iniustè malum, supra Accusatio. §. 6. & 7. Io. de Neap. idem scribit in quol.*

DE SEDITIONE.

1 *Seditio quid sit, & quando mortale peccatum.*

1 *Seditio est tumultus ad pugnam vnus partis alicuius multitudinis contra aliam partem, & opponitur vnitati temporali, sicut schisma spirituali, & quia contra pacem vnitatis multitudinis, vt puta scindens regnum, ciuitatè, exercitum, vel huiusmodi, ideo mortale peccatum est ex suo genere, cum opponatur iustitiæ, & communi bono. & tanto grauius est, quanto maius est bonum, quod impugnatur. Pars autem, quæ resistit iustè seditiosis, & non gaudet tali malo, non dicitur seditiosa, quia laudabiliter rueretur cõmune bonum. Similiter qui multitudinem à potestate tyrannica ordinate liberant nisi ex hoc maius detrimentum multi-*

judini immineat. Vide Th. secunda secundæ. q. 42. ar. 2. Caic. ibi, ad 2.

DE SENTENTIA.

- 1 Sententia quid sit.
- 2 Sententia interlocutoria quid sit.
- 3 Sententia diffinitiva quæ sit.
- 4 Sententia quando sit nulla, quo iure.
- 5 Sententia diffinitiva quando ferri debeat.

1 **S**ententia secundum iuristas. ff. de sen. & re. in l. 1. extra eo. cap. 2. est iudicialis diffinitio, quæ controuersis finem imponit pronuntiatione competentis iudicis, cōdemnationem vel absolutionem continens. Ex quo sequitur quod excommunicatio, siue interdictum, non sit proprie sententia, secundum Gem. in c. Animarum. de consti. li. 6. Vnde in statutis ubi fit mentio de sententia, non veniunt excommunicatio. Est tamen sententia interlocutoria, cum omnis vox iudicis ad causam faciens possit dici sententia. Facit gl. 2. q. 6. §. diffinitiva. Et ideo per viam iudicalem, feriata die fieri non potest, & secundum Ge. est proprie pœna. Th. autem prima secundæ, q. 96. ar. 1. dicit quod est applicatio iuris ad particulare factum.

2 ¶ Est & sententia interlocutoria, quæ est iudicialis declaratio super aliquo summarie, ius tribuens inter partes, quæ sine solemnitate fertur, & sine solemnitate scripturæ. co. tit. lib. 6. c. fi. & est semiplena sententia, quæ fertur inter principium causæ, & finem, & non super principali, sed super incidentibus quæstionibus, de app. cap. Significantibus. Et quodlibet præceptum factum per iudicem, vel eius nunciū, dicitur sententia interlocutoria, secundum gl. in Auth. de hæc. & fal. §. illud.

3 ¶ Diffinitiva sententia est, per quam principalis quæstio diffinitur. c. 2. de sen. & re. iu. cui per eundem iudicem non potest aliquid addi, vel minui, mutari, detrahi, aut reuocari, postquã lata est, ff. de arb. l. Qualis, in sex casibus potest ordinarius retractare. Primo quando est nulla, vel annullanda propter errorem facti. 34. q. 9. §. 1. Secundo propter inopiam, in multa est retractanda. C. de mo. mul. l. fi. Tertio, in fructibus, expensis, & aliis, in quibus eadem die potest suppleri, & non minui. l. Paulus. ff. de sen. & re. iudi. Quarto, si absens cōdemnatus veniat, adhuc iudice pro tribunali sedente, extra eo. c. Bertoldus. Quinto propter utilitatem publicam. ff. de decr. ab or. fa. l. quod semel. Sexto, ubi timetur periculum animæ,

Casus in quibus ordinarius potest retractare sententiã.

animæ, & de errore fidei, c. Inter cæteras, de sen. & re. iu. de consue. ca. fi. Princeps vero semper quando voluerit, potest mutare, & c. Ex literis. de resti. in integ. sup. Iudex. §. 16.

4 ¶ Sententia diffinitiva si est lata contra ordinem substantialem iudiciorum, vt est citatio, iudiciæ si petantur, litis contestatio, & testium receptio nulla est ipso iure. ca. Vxor. 17. q. 4. contra vero ordinem, qui non est de substantia, tenet. c. Biduum. 2. q. 6. Secus de sententiis interlocutoria quia tenet, tanquam aliter faciens peccet.

5 ¶ Sententia diffinitiva debet dari sedendo, aliàs est nulla. c. Et si sententia. §. si. eod. tit. libr. 6. secundo paribus præsentibus, vel contumacibus. Tertio, recitari in scriptis ab eo, qui fert, nisi sit episcopus, vel persona illustris, eod. tit. c. Et si sententia. Quarto, in loco publico, & honesto. §. spacium. 3. q. 3. Quinto de die, & non in tenebris, nec dieb. feriatis maxime solemnibus. Multa alia forent dicenda, sed relinquo, quia magis ad forum contentiosum pertinent. De peccatis, quæ committunt iudices, supra. Iudex. §. 2. & per totum. Aduertens sententiam declaratiuam pro eo datam fuisse iniustam, secundum Pan. in c. 1. de concess. præb. tenetur in conscientia restituere totum, quicquid habuit.

DE SEPULTURIS.

- 1 Sepultura dicitur locus religiosus.
- 2 Ciues statuentes aliquid circa sepulturas, & funeralia an sint excommunicati.
- 3 Sepultura ius quibus competat.
- 4 Obligatio facta de non mutando electam sepulturã, an valeat.
- 5 Fratres non possunt intrare parochiam cum cruce ad leuandum mortuum.
- 6 Fidelis quilibet sibi potest eligere sepulturam.
- 7 Serui an sepulturam eligere possint.
- 8 Pater pro filio impubere sepulturam eligere potest, vbi est cōsuetudo, & an auus pro nepote. nu. 9.
- 10 Filij illegitimi an cum patre sepeliantur.
- 11 Morientes non electa sepultura, vbi sepeliantur.
- 12 Peregrini, & aduena vbi sepeliri debeant.
- 13 Vxor à viro traducta vbi sepelietur, & nu. 14.
- 15 Ecclesia in qua quis debet sepeliri si est interdicta, vbi sepelietur.
- 16 Sepultura ecclesiastica qui priuentur. 17-18. & an de facto sepulti debeant exhumari. nu. 19.
- 20 Qui se ad villam transfert causa colendorum agrorũ, & nõ electa

electa sepultura moriatur, ubi sepelietur.

21 *Matre mortua, si filius mortuus extrahatur, ubi sepelietur.*

22 *Sepelientes mortuos in casu non concesso tenentur cadaver restituere, si petatur.*

23 *Sepultura impediri non potest respectu cuiuscunque debiti.*

24 *Qui habet capellam pro se, & suis sibi concessam à religiosis priuari non potest eo invito.*

25 *Corpus suum mandans non sepeliri, sed iactari canibus exaudiri non debet.*

26 *Leprosi ubi sepeliri debeant.*

27 *Expensas sepulturae quis faciet.*

1 **S**epultura, id est, locus deputatus auctoritate Episcopi ad sepeliendum aliquem, siue aliquis sit ibi sepultus, siue non, dicitur locus religiosus, secus si non auctoritate episcopi licet sit ibi aliquis sepultus, secundum canones, ut no. Inn. in cap. Abolendæ, de sepul. Facit. c. ad hæc, & de reli. do. licet secundum leges dicatur religiosus, locus deputandus sepulturæ, potest vendi, & quomodo, infra. Simonia. §. 2. & 34.

2 ¶ An statuentes quicquam circa sepulturas, & funeralia, sint excommunicati, supra, Excommunicatio. 31. Exequiæ, per totum, Funeralia, per totum.

3 ¶ Ius sepulturæ generaliter competit ecclesiis parochialibus & etiam illis, quibus à iure, vel priuilegio concessum est, non autem alij, secundum Inno. & secundum eundem in c. Abolendæ, de sep. debet esse ante ecclesiam consecratâ. Not. quod monachi habentes liberâ sepulturam à sede apostolica, si paciscuntur de non recipiendis aliquibus, vel certis parochianis, compelluntur pactum seruare, nec poterunt illos sepelire, licet elegerit apud eos sepeliri, cum per pactum priuilegio renunciauerit, & hoc per eandem rationem videtur tenere in aliis religiosis.

4 ¶ Si quis se obligat, vel iurat non mutare electâ sepulturam in aliquo loco, vel eligere, non valet. c. Plerique, de sepul. & in 6. c. 1. eo. Habentes ex priuilegio Papæ liberam sepulturam, & ius funerandi, ut habent fratres prædicatores per clein. dudum sepul. possunt alienam intrare parochiam, ac per se facere consueta alia, & accipere funus, etiam obstante contradictione curati, vel episcopi, vel statuto, quod intrantes alienam parochiam sint excommunicati, neque tenentur funus recipere de manibus curati, ut no. Old. conf. 23. & Ge. in c. Animarum, de const. lib. 6. & Car. in d. cle. dudum, quia

quia cui conceditur principale, conceditur, & accessorium. Hodie est mare magnum Sixti 4.

5 ¶ In concilio tamen Lateranen. sessione vndecima, dicitur quod fratres non possunt intrare parochiam cum cruce ad leuandum mortuum, nisi prius auisent parochialem curatum. Secus si aliter habet consuetudo approbata, & obseruata, & quod decedentes cum habitu, possunt eligere sepulturam.

6 ¶ Omnis fidelis, qui est in legitima ætate. i. pubes, quamuis sit in potestate patris, potest sibi eligere sepulturâ, etiam sine consensu patris, in 6. cap. Licet, de sepul. Secus de impuberibus, & amentibus, & his qui non sunt in suo sensu, & religiosis professis, nisi quando extra monasterium moriuntur, ad quod commodè non possunt deferri, in 6. de sepul. cap. Religiosi. Et ratio est, quia non habent neque velle, neque nolle. Prælati autem, & Abbates, secundum Rosel. possunt, quia in eis non currit talis ratio, intellige tamen secundum Sil. de illis prælati, qui superiorem non habent in tali ordine, nisi episcopum, vel Papam, ut esset Magister ordinis prædicatorum, vel generalis minorum, & huiusmodi. Nouitij autem possunt eligere, quia nondum sunt obligati. Si tamen non eligant, de consuetudine sepeliuntur in monasterio. Et famuli in ordine prædicatorum si aliter non eligunt sepulturam, in ecclesiis eorum sepeliuntur ex priuilegio Greg. II.

7 ¶ Serui impuberes, non possunt eligere, sed dominus pro eis eligit, secus si sunt puberes, & sanæ mentis. Ita not. Io. in c. De vxore, eo. rit. Sunt enim sui iuris quo ad hoc.

8 ¶ Pater pro filio impubere potest eligere sepulturam, ubi est consuetudo, in d. c. Licet, & Ge. idem credit ibidem de matre sicut de patre. Quod si consuetudo sit in contrarium, sepelientur filij in sepulchro maiorum, vel in ecclesia parochiali secundum consuetudinem. Et intellige de legitimis, non pro spuris, vel naturalibus tantum, quia isti non veniunt nomine filiorum, in cle. 1. de bap. sed pro adoptiuis, & arrogatis bene potest, pro adulto verò seu pubere non potest, quia d. c. Licet, solum pro impubere electionem sepulturæ concedit, ideo ad alios extendi non potest.

6 ¶ Auus pro nepote impubere non potest eligere, quia appellatione filiorum, non veniunt nepotes in materia odiosa, multo minus frater, vel alius collateralis, potest pro alio eligere, sed isti sepelientur apud maiores suos, sicut & alij, si

non eligunt sepulturam, secundum quod lex, vel consuetudo habet.

10 ¶ Filij illegitimi naturales tantum, sepelientur cū patre, nisi pater fuisset in dignitate. l. ex facto. ff. ad Trebel. si sunt spurij, non: quia nec filij sunt nominandi, authent. ex complexu. C. de ince. & inuti. nupt. Nec etiam si à principe legitimentur, nisi hoc faciat pater vivente, & petente, sed tales in sepulchro matris sepelientur. ff. ad muni. l. eius, nisi sit femina illustis. Adoptivi vero, & arrogati, si moriuntur, vivente patre adoptante, vel arrogante, in eius sepulchro sepelientur, secus si mortuo, quia tunc cum patre naturali, quod notatur in c. Vnico, de cogn. legali.

11 ¶ Morientes, non electa sepultura, non sepelientur in parochia, sed in sepulchro maiorum suorum, in c. i. de sep. in vi. & in isto casu, maiores dicuntur pater, & avus in cap. Ebron. 13. q. 2. iuncto eod. tit. Et licet avus, & proavus essent alibi, non sepelientur cum eis, sed vbi pater, & avus. Sed si pater in vno, avus & alij maiores in alio, non sepelitur cum patre, sed cum aliis maioribus, secundum Ioan. And. in cap. Fraternitatem, de sepul. licet quidam contrarium, teneant, hoc tamen verius. Si autem non apparet vbi sit sepulchrum maiorum, sepelietur vbi accepit ecclesiastica sacramenta, & audit divina. in d. cap. 1. Si verò in vna divina audit, in alia recipit sacramenta, vel est duarum ecclesiarum parochianus, tunc locus est præventioni, sed obventiones quartæ diuidentur. Si autem non est præventio, sed contendunt, diocesanus concordabit. Vide c. Cum quis, in 6. de sepul.

12 ¶ Peregrini, & advenæ, sepelientur in parochia in qua moriuntur, quando non scitur sepulchrum maiorum, vel si scitur, & commodè non possunt illuc deferri, secundum Inn. & Host. in c. i. eod. tit. debent in ecclesia cathedrali sepeliri, vel vtraque habet ius funerandi secundum alios. Verius tamen est, quod sit locus præventioni. Idem dicendum de damnatis ad mortem, quando sepeliri permittuntur: tamen in huiusmodi magis standum esset consuetudini, si extat, vt dicit Sil. ver. Sepultura. q. 8. circa. fi.

13 ¶ Vxor si iam à viro est traducta domum viri, sepelietur in sepulchro mariti, iam enim eius domicilium consecuta est. Idem si est cognita ab eo, quia factum est vna caro cum ipso, alias non. in d. c. Ebron. Si autem, esset propter adulterium separata, non sepelietur cum eo, quia non est
amplius

amplius de domo viri, nisi reconciliata postmodum fuerit. Si vero mortuo marito de domo eius recessit secundum veteriorem opinionem cum viro, sepelietur secundum Arch. & Ioan. in c. Is qui. §. mulier, eod. tit. lib. 6. cum viro scilicet ultimo. Licet enim se ad aliud domicilium transfulerit, retinet tamen domicilium mariti, ideo vbi maritus actualiter, & legitimè est sepultus, sepelietur, si commodè potest illuc deferri. in c. Religiosi de sepul. Secus si non legitimè fuit sepultus, vt quia excommunicatus, vel interdictus erat, tunc ibi non sepelietur cum eo.

14 ¶ Si vxor ante maritum moriatur, dubium est vbi debeat sepeliri, an scilicet in sepulchro maiorum viri an vxoris, sed standum est consuetudini, secundum Pan. in d. c. De vxore eod. ti. in vi. qua cessante, potest dici quòd debet sepeliri in sepulchro, quod maritus pro se præparavit, quia ex intentione animi maritus est ibi sepultus, quod si non habet maritus ibi sepulchrum particulare, sed si vult in sepulchro suorum maiorum sepeliri, ibi & vxor sepelietur, quod si voluntas viri nescitur, vt quia est absens, sepelietur in sepulchro maiorum ipsius vxoris, non autem sic de viro dicendum est, quod debeat sequi vxorem, si ipsa electa sibi sepultura præmoriatur, & post maritus, non electa moriatur secundum Pa. in d. c. De vxore, quia indecens videtur, quod vir mulieris dispositionem sequatur, & hoc verius dicitur, licet Panorm. videatur in hoc dubitare.

15 ¶ Si ecclesia, in qua debet quis sepeliri sit interdicta, vel cæmeterium, sepelietur in parochia sua, quæ si & ipsa sit interdicta, sepelietur in ecclesia cathedrali. Et si adhuc hæc est interdicta, in propinquiori monasterio, vel vbi debet soluere decimas sepelietur, secundum Arc. in c. i. eod. tit. & Io. An. in nouella ibidem.

16 ¶ Multi ecclesiastica sepultura priuantur, Primò excommunicati maiori excommunicatione, in c. i. de sepul. etiam, quòd sit iniusta, vt not. in c. Literas, de resti. spo. Nos autem pro minori excommunicatione, etiam quòd sit notoria, secundum Inn. in c. Sacris, de sepul.

17 ¶ Secundò, manifesti vsurarij, in d. cle. 1. Tertio, qui in torneamentis moriuntur. c. i. eod. tit. non autem de currentibus ad brauium, quia deficit ratio. d. cap. Primi, supra, duellum. §. 6.

18 ¶ Quarto, raptores manifesti morientes sine contritione & restitutione. c. 2. de rap. qui tamè si conterantur, & non resti-

restituunt ex impotentia, licet eis concedatur sepultura, non tamen possunt esse clerici presentes, secundum communio- rem opinionem, secundum etiam Pa. in c. Super eo. de rapt. secus si eos poeniteat, & restituant, supra, Rapina. §. 4. Quintò, blasphematores Dei, & sanctorum, poenitentiam sibi in- iunctam contemnentes. cap. 1. de male. Sextò, non commu- nicantes, & non confitentes semel in anno. c. Omnis. de poe. & re. nisi in morte contritionis signa ostenderint, & oportet quòd sit notorium, quòd non sint confessi. Septimò, mori- res in mortali notoriè. cap. Cum graui. 13. q. 2. Octauò, no- minatim interdicti, in d. cle. 1. contra tales sepelientes est la- ta excommunicatio, supra, Excommunicatio. 54. Nonò, hi quibus interdictus est ingressus ecclesie, cap. Is qui, in 6. de senten. ex. Decimò, qui sacerdotem tutorem filiis suis relin- quit. 88. d. cap. Denique. Contrarium tamen tenet gl. Vndeci- mò, Iudæi, pagani, & hæretici, cum eorum fautoribus. c. Sa- nè. 24. q. 2. de cons. dist. 1. c. Ecclesiam. Duodecimò, corpora exenterata, vel concisa, de quibus supra, Excommunica- tio. 58. Omnes se ex desperatione occidentes, quia in mor- tali manifestè moriuntur. Secus si ex furore vel infania, vel instinctu spiritus sancti, vt Samson, se occidunt, vel quan- do ostenderent ante mortem signa contritionis. Monachus etiam moriens proprietarius. cap. Super quodam, de sta. mo. supra dicti, exceptis morientibus in torneamentis si osten- dunt aliquod signum contritionis, ad quod probandum suf- ficit vnus testis, possunt in sacro humari, nec valet opposita consuetudo. c. Fures, de furtis, & quòd vnus testis sufficiat, est c. Qui recedunt. 26. q. 6. quia testimonium illis in præiu- diciu tertij non est. Sicut ad probationem consecrationis alicuius ecclesie, vel qd aliquis sit baptizatus. c. Paruulis, de conse. dist. 4.

19 ¶ Si de facto talium corpora sint in sacro sepulta, & possunt ab aliis discerni, exhumanda sunt, alias non. cap. Sa- cris, eod. tit. reconciliandusque locus est. cap. Consulisti, de conse. escl. vel al. Si fratres exempti de facto sepelierint hu- iusmodi corpora, quæ de iure non possunt sepeliri in sacro, episcopus loci non potest hæc corpora facere exhumari, vt credit Pan. in c. Sacris, eod. tit. quia perinde est, ac si non ef- sent in diocesi sua; posset tamen antequam sepeliantur, ob- uia, ne corpora ducantur ad sepulchrum, dum non sunt in loco exempto.

20 ¶ Qui se ad villam transfert causa colendorum agro- rum,

*Nota cõ-
ditiones
quibus
median-
zibus se-
ipfos occi-
dentes pos-
sunt sepe-
liri.*

rum, vel solatiij, & ibi moritur, & non elegit alicubi sepultu- ram, non sepelietur in villa, in qua non habet domicilium sed vel in sua parochia, vel potius apud maiores suos, si sine periculo possit, & commodè illuc deferri, in d. c. Is qui, eod. lib. 5. secundum quod supra dictum est.

21 ¶ Mortua matre si puer extrahatur mortuus, non debet cum matre sepeliri, sed extra cœmeterium, quia non est ba- ptizatus: secus si non extractus, sed in ventre mortuus, quia est pars ventris. c. Si qua, de con. d. 4. si verò esset viuus, ma- ter deberet scindi, & puer extrahi, & baptizari: non tamen matre viuente adhuc, potest fieri scissio, sine mortali, quan- do per talem scissionem esset periculum de morte matris. Etiam pro salute animæ pueri, propter quam mortale fieri non licet.

22 ¶ Sepelientes mortuos in casu non concesso, tenentur restituere corpus, si petatur, & omnia quæ occasione eius re- ceperunt. c. Fraternitatis, de sep. Similiter rapiens funus eius, qui sepulchrum alibi elegerat, in c. Fraternitatem. & cap. Ex parte, eod. tit. & vltra, hoc secundum Ol. 224. consi. perdit ius petendi quartam. Pet. de Pal. quantum ad quartam, con- trarium tenet, primum tamen est verius, si quid tale fiat à prælato: quia solus prælatus potest præiudicare ecclesie in acquirendo. 16. quæst. 6. §. fin. concor. Sil. libi. q. 11. Et qui dicit cadauer sibi deberi, probare debet, secundum Pa. in cap. Ex parte, eod. tit.

23 ¶ Sepultura non potest impediri prætextu cuiuscunque debiti, vel obligationis. l. cum sit iniustum. C. de sepult. vio. nec debet inferri molestia infra spacium 10. dierum ab obi- tu. C. eo. & l. eadem. Et spoliantes mortuos, quo ad illa, quæ ex intentione tumulantium remanserunt, grauissimè pu- niuntur. C. de sepul. vio. l. 3. offenduntur enim amici ipsius defuncti, quod non licet.

24 ¶ Qui habet capellam sibi concessam à religiosis, seu prælatis, in qua fecit sepulchrum pro se, & suis de domo: eo inuito, vel suis inuitis, priuari non potest, nec alij ibi in eius sepulchro sepeliri. Talis enim capella reputatur tanquam hospitium, in cap. Ebron. 13. q. 1. & de iure est quod dominus non potest habitare in fundo, in quo quis habet vsufru- ctum. ff. de vsu & habita. lega. l. si hæres. §. fin. si autem om- nes de tali domo essent extincti, posset aliis concedi, quia mortuo vsufructuario, vsus redit ad proprietarium liberè. l. penul. C. de vsufu. Not. tamen quod propter ius aliquod,

Nota.

quod quis habet in ecclesia, non potest eam magno beneficiario priuare. cap. Accessissent, de const. Abb. in glo. 2. cu. fi.

25 ¶ Mandans corpus suum non sepeliri, sed iactari cantibus, vel in flumen, exaudiri non debet. 21. d. §. nunc autem, in glo. no.

26 ¶ Leprosi secundum Pañ. in d. c. Sacris, cum aliis sepeliri non debent. Illis enim permittitur habere ecclesiam cum cæmeterio, quod non permetteretur, si cum aliis sepeliri possent, in iniuriam ecclesiæ parochialis, licet Pet. de An. & Sil. teneant oppositum, quia ratio prohibitionis cessat in morte leproforum: prima tamen opinio videtur melior, licet etiam secunda bonis innitatur fundamentis. Tab. cum Pa. tener, ibi circa finem.

27 ¶ Pro defuncti sepultura, quando defunctus est absque vxore, hæredes facient expensas. l. si quis. ff. de re. & sum. fu. si est vxor habens dotem, & alia bona; quæ remanserunt apud maritum, ipse maritus faciet, si verò tantum dos remanet vxori, & alia bona aliis, quilibet pro rata faciat expensas, scilicet vxor, & alij, si verò etiam dotem restituit, facient hæredes vxoris. l. Cellus. ff. de re. & sum. fu. si verò nec dotem, nec alia bona habuit, vxor faciet. ff. de re. & sum. fu. l. 1. Pater respectu filij, & dominus respectu serui facient. l. si quis. ff. de her. tit. Vide Sil. ver. Sepultura, q. 14.

DE SERVIS.

1 *Seruus non potest ordinari.*

2 *Seruus an possit contrahere remissum.*

3 *Christiane quando liceat subire seruitutem infidelium.*

1 **S**eruus non potest ordinari nisi prius manumittatur, c. 1. 2. & 3. d. 54. & huius ratio est utilitas, atque clericalis dignitas. cap. Admittunt dist. 54. Et infra annum à scientia domini sui potest reuocari, secundum Ray. & postquam reuocatus fuerit, nõ potest dominus iniicere manus in eum sine excommunicatione, secundum Inn. nec licebit tali seruo, si fuerit in sacris, contrahere matrimonium, aliis autem priuilegiis clericalibus non gaudebit, cap. Ioan. de cle. coniug. Quod si domino sciente, & non contradicente ordinetur, eo ipso sit liber ad quosunque ordines sit promotus. cap. Si seruus sciente. 34. dist. & secundum Gof. & Inn. Si autem domino nesciente, & præsentante, & ordinante, redigatur in pristinam seruitutem quo ad minores. cap. Nulli. 45. Si verò ad sacros, tunc dabis vicarium, vel precium. Aliter re-

LOUË

uocabitur in seruitutem: in minoribus autem absolutè reuocabitur. cap. Nulli. dist. 54.

2 ¶ Quomodo seruus potest contrahere, supra Matrimonium, in 2. impedimento §. 6.

3 ¶ Tempore præsecutionis, licet Christiano subire seruitutem infidelium, cum pacto non deferendi ritum Christianorum, secundum In. in c. Nisi cum pridem, de renun. Quomodo partus sequatur ventrem liberam, vel seruum. Vide Sil. ver. seruus. q. 4.

DE SIMONIA.

1 *Simoniz quid sit & quando peccatum mortale.*

2 *Regula quedam ponuntur ad cognoscendas res, quæ nullo modo possunt emi, nec vendi. 3.*

4 *Ad extrinsecam emptionem vel venditionem, in qua consistit simonia, quæ requirantur.*

5 *Simonia mentalis quæ sit.*

6 *Papa an possit committere simoniam.*

7 *Amici, & consiliarij committentis simoniam, an sint simoniaci.*

8 *Ordinem, vel beneficium obtinens alio dante pecuniam, an simoniacus sit.*

9 *Intendens obtinere aliquod spirituale, si aliquid dat ministris, vt habeat ingressum, an sit simoniacus.*

10 *Precibus, & obsequijs, & adulationibus simonia committitur.*

11 *Simoniam committit is, qui preces porrectas pro indigno audit. & nu. 12. 13.*

14 *Munus ab obsequio ad hoc quod sit simonia, quid requiratur.*

15 *Simoniacus an sit, qui fecit pactum de dando beneficio, postea reuocauit.*

16 *Seruum recipere sub annuo salario, donec ei prouideat de beneficio, an sit illicitum.*

17 *Res non spirituali an possit apponi pactum, & conditio spiritualis.*

18 *Conferens beneficiũ, si cum eo, cui confert, facit pactum, vt retineat aliquam partem reddituum an simoniam incurrat.*

19 *Pro missa nunquam licet accipere aliquid, tanquam precium.*

20 *Simoniam an committat is, qui vadit ad horas principaliter propter quotidianas distributiones.*

21 *Iudex iustitiam vendens, simoniam an committat.*

22 *Episcopus cum visitat vel consecrat, procuratorem quo iure possit accipere.*

Q O 2

23 Offe

- 23 Offerens bona sua ecclesie, ut efficiatur canonicus, & ex illis bonis postmodum instituens sibi prabendam, est simoniacus.
- 24 Statuto si caveatur quod nouiter receptus in canonicum, vel monachum certum quid soluat, simonia est.
- 25 Simonia est parare sibi viam per pecuniam ad obtinendam rem spiritualem.
- 26 Simoniam committit episcopus pecuniam recipiens ne aliquem simoniace conferat.
- 27 Capitulum dans aliquid alieno impediendo, ne electio fiat, ut desistat, an simoniam committit.
- 28 Iuri spirituali pro temporali renunciare simonia est.
- 29 Sacerdoti nolenti sine pecunia baptizare an danda sit.
- 30 Infideli an liceat dare pecuniam, ut veniat ad fidem.
- 31 Pro matrimonio quomodo liceat dare pecuniam.
- 32 Episcopus, & ministri si pro ordine aliquid exigant, simoniam committunt.
- 33 Promittens nihil petere ab ordinatore, vel presentatore usque ad tot annos, ex quo ordinator tenetur sibi assignare portionem, an simoniam committat.
- 34 Vasa sacra, vestes, sepultura, &c. an vendi possint.
- 35 Clerici, si corpus nolint sepelire nisi fiat pactum de redemptione eorum, qua cum funere veniunt an simoniam committant.
- 36 Si in una ecclesia plura cœmeteria sint, & parochus plus vellet sepeliendo in uno quam in alio, an sit simonia.
- 37 Beneficiorum permutatio quomodo fieri possit sine simonia.
- 38 Spirituale pro temporali dari non potest.
- 39 Ius percipiendi decimas, vel fructus, vel oblationes an vendi possit sine simonia.
- 40 Villam vendens, & ius patronatum quod habet in ea, simoniacus est, & 41.
- 42 Simoniani an committat faciens pactum ut vnus pro alio dicat missam.
- 43 Simoniacus est dans pecuniam ne quis ordinetur, vel ecclesia non consecratur.
- 44 Accipere aliquid pro inuestitura ecclesiarum simonia est.
- 45 Simoniam incurrunt recipientes pecuniam ut electioni seu promotioni aliqui consentiant.
- 46 Canonicus dicens alijs ut complacent sibi de tali, quod postmodum ille complacbit illis de alio recipiendo, simoniam committit.

- 47 Clericus an possit pacisci de vigilando apud aliquem defunctum.
- 48 Simonia est aliquid dare ex pacto pro benedictione aliqua, vel velamine virginum.
- 49 Sanctitatem simulans ut promoueatur, an sit simoniacus.
- 50 Monachi an aliquid exigere possint, pro ingressu religionis.
- 51 Simoniaci pœna qua sit. 55. 56.
- 52 Simoniacus in beneficio si est occultus, an sit suspensus.
- 53 Episcopus an, & quando dispensare possit cum simoniaco.
- 54 Ordinatus ab episcopo simoniace an possit ministrare in ordine.
- 57 Simoniam non reuelantis qua sit pœna.
- 58 Restitutio an cadat in simonia mentali.
- 59 Ratum pro habendo ordine ad titulum alicuius ecclesie vel beneficij cui dabitur.
- 60 Beneficium simoniace acceptum an teneatur quis renuntiare.

1 **S**imoniam, secundum Tho. secundam secundam. q. c. ar. 1. est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum. Oportet ergo ad hoc, quod peccatum sit mortale, quod sit voluntas studiosa, id est, deliberata, sola enim deliberatione potest committi, etiam actu exteriori non secuto, non tamen ab ecclesie iudicio puni-
 tur, quæ de occultis non indicat. Item nomine emptionis, vel venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, ut transactionis, renuntiationis, & huiusmodi. Item spirituale dicitur tripliciter, vel essentialiter, ut dona gratuita, & virtutes. Secundo causaliter, ut sacramenta. Tertio, effectualiter, ut predicare, orare, & huiusmodi. Annexum autem spirituale dicitur vel dependens ex spiritualibus, ut habere beneficium, vel ad spirituale ordinatum, ut ius patronatus quod ordinatur ad presentandum clericos ad beneficia, & vasa sacra, vel vestes benedictæ, quæ ordinantur ad usum sacramentorum. Item nomine pretij continetur omne, quod pecunia aestimari potest, ut munera, preces, laudatio, & huiusmodi. Sint ergo hæ regulæ.

2 **¶** Prima regula. Res pure spiritualis, nullo modo potest emi, vel vendi. Secunda, Res composita ex spirituali, & corporali, non potest emi, vel vendi, ex parte illa, qua est spiritualis, etiam quod spiritualitas ibi sit minima. Tertio, si aliqua res composita ex spirituali, & corporali est, potest vendi, vel emi, ex ea parte, qua corporalis est, non tamen pluri-

*Non licet
sacerdoti
vendere
missam,
nec Pra-
dicatori
pacisci de
pretio
prædica-
tionis.*

pretij, ex eo quod spiritualitatem habet annexam, ut calix consecratus non potest plus vendi, quam si non esset consecratus & huiusmodi, alioquin simonia incurritur. Quarta nulla res composita ex spirituali, & corporali, si in ea principale sit spirituale, potest absolute emi, vel vendi aliter intelligitur vendi spirituale, quod principale est. ideo non licet sacerdoti vendere missam, nec prædicatori pacisci de pretio prædicationis, & huiusmodi: nec quando principale in ea est corporale, tunc potest absolute vendi, & emi, nisi iure positivo prohibeatur: tunc enim propter iuris prohibitionem esset simonia. Quinta est stipendium sustentationis exercitium spiritualia, licet velle, & accipere, & in articulo necessitatis de eo pacisci liceret, sed quia prohibentur huiusmodi pactioes, ideo non sunt faciendæ. Debent ergo prius ista spiritualia gratis populo exhiberi, & postmodum ad servandas consuetudines bonas, pro sustentatione ministrorum auctoritate superioris cogi siue pro missis, siue pro officiis, siue pro consecratione ecclesiarum, aut benedictione virginum, & huiusmodi. Sexta est, quamvis locare operas in exercitationibus, quæ principaliter sunt spirituales, ut dicere missas, & huiusmodi, per se non liceat, potest tamen licere per accidens, id est propter aliquod adiunctum, ut quia non locat operas ad celebrandum, sed locat libertatem suam, quia dum obligat se ad hoc faciendum, aliud facere non potest, & sic potest locare, & ita habet consuetudo ecclesie. Multi enim sacerdotes locant operas suas ad officiandum per mensem, vel annum, & huiusmodi, ut videmus.

Nota. 3 ¶ Septima regula. Locare operas in his, quæ principaliter sunt corporalia, ut est officium sacristie, & huiusmodi, non habet scrupulum, quia possunt fieri pacta de certo stipendio, & hæc intellige, ex parte operarii, qui potest locare operas suas, & ille cuius est dare officium, & conducere sub pretio. Prælati tamen non potest huiusmodi officia sub certo pretio locare, prohibita enim ne prælati committant vices suas, sub annuo censu. ca. 2. ne præ. sub an. ce. com. vic. supra. Locatio. §. 6. ex doctrina Caic. in summa, ibi, ven. simonia.

4 ¶ Sciendum quod tria requiruntur ad extrinsecam emptionem, vel venditionem, in qua consistit simonia. Primum est intentio, ut quis intendat emere, vel vendere. Secundum est conventio de pretio explicita, vel implicita inter contrahentes

trahentes, alioquin si non convenirent partes, non sequeretur venditio, nec emptio. Tertium est executio, dando pretium, & accipiendo. Non enim est consummata emptio, nisi si detur pretium, nec venditio, nisi detur res, quæ venditur. Ideo ad simoniam quæ ab ecclesia punitur, exigitur ex parte venditoris venditio consummata rei spiritualis, ex parte emptoris conventio explicita, vel implicita, de pretio, & traditione pretij. Et nota quod traditio pretij, est pluriquam conventio, ideo quamvis non fiat alias conventio explicita, & tradatur pretium, est conventio ibi implicita. Et si tradatur pretium & sit conventio, & non sequatur datio rei spiritualis, vel si detur res spiritualis cum pacto, & non detur pretium, non est simonia, quæ punitur ab ecclesia, quia præne sunt restringendæ ad actus consummatos. Not. etiam, quod si detur pretium, non sub ratione pretij, sed vel pro sustentatione, vel secundum consuetudinem, vel ex reverentia, vel pro oblatione, vel alio quovis modo non facit conventionem implicitam, nec simoniam, sed quæ datur ratione pretij, ut munus à manu, à lingua, ut laus, adulatio, preces, & huiusmodi, ab obsequio, siue sit honestum, siue trupe obsequium, efficiunt. Quod si obsequia huiusmodi fierent, etiam quod essent inhonesta, non tamen per modum pretij fiant, sed propter aliud, non constituunt simoniam, ex doctrina Caic. in summa, ubi ver. Simoniam.

5 ¶ Est etiam simonia mentalis, quæ à Deo tantum puni-
tur, ut quando quis intendit pro spiritualibus temporalia habere, vel pro temporalibus spiritualia, ita quod ly pro dicat pretium, vel rationem pretij. Si autem non intendit hoc pro pretio dare, vel accipere, sed tanquam elemosynam, vel donum, vel aliter, non est simonia mentalis. Et hoc quandoque est solum in mente, siue actu exteriori, ut quia vellet emere rem spiritualem, sed non habet pretium, vel non occurrat, qui vendat, vel huiusmodi, aliquando fit cum actu exteriori, ut quando quis dat munus pro spirituali, intendens propter hoc habere rem spiritualem, sed hæc intentio non apparet. Quandoque aliqui conveniunt paciscendo, & non completur simonia exterior, quia actualiter non datur res spiritualis, vel pretium, vel propter penitentiam sequentem vel impedimentum, vel aliud hæc simonia inter mentales collocatur, licet actus sit exterior, sed quia non punitur ab ecclesia, & est mortale peccatum, siue sit mentalis siue actualis exterior, & gravis cum ceteris peccatis, quæ committuntur circa contractus,

quia homo se habet irreuerenter ad res sacras. Ex Caie. vbi supra.

6 ¶ Papa licet possit incurtere peccatum simoniae emendo, vel vendendo res spirituales, quia hoc est contra ius diuinum, non tamē potest cōmittere simoniam, quae punitur ab ecclesia, sicut non potest effici excommunicatus, cum sit supra ius positum. Similiter qui emit à Papa ordinem vel beneficium, poeniam iuris non incurrit, licet simoniam committat, secundum Pe. de Palu. in 4. sen. ideo qui habuit beneficium de scientia Papae cum simonia, licet moraliter peccauerit, non tamen tenetur renuntiare sed sufficit quod poeniteat de peccato secundum eundem Pet. Quae autem sunt simoniaca tantum, quia prohibita ab ecclesia, si Papa facit, vel aliquis cum eo, vel de eius scientia tractat, neque peccat, neque simoniam incurrit, quia ex se peccata non sunt, & in hoc casu videtur Papa dispensare cum contra eius voluntatem non fiat, nec reclamet.

7 ¶ Si aliquis amicus accipientis beneficium, dat aliquid ministrantis conciliatio, ipso ministrante rem spiritualemente & accipiente ignorantibus, ministrans, & accipiens nō sunt simoniaci, sed amicus, & consiliarius. i. q. i. ca. Statuimus, secus si sciunt, & non contradicunt, quia dicuntur voluntatem interponere, & quantuncunq; sit occultum, simonia est, & tenetur renuntiare, sed si amicus meus dat pecuniam, vt ego promouear, me etiam incio, licet non sim simoniacus, tamen renuntiare teneor. cap. Simoniace. eod. tit. quia simoniace sum promotus. Concor. Ber. Host. & Ric. 4. sen.

8 ¶ Si quis obtinuerit ordinem, vel beneficium, alio dante pecuniam nō ordinato, non est simonia, etiam si sine pecunia non erat obtenturus, secundum In. capi. Tanta, eo. art. i. quæst. 6. §. si. Si autem ipse ordinatus pecuniam dedit etiam si sine pecunia obtenturus erat ordinem, simonia est. art. i. q. 3. §. si. & q. 6. c. i.

9 ¶ Intendens obtinere aliquod spirituale, si dat aliquid ministro, vt ingressum habeat tantum, non est simoniacus, sed si dat, vt pro eo loquatur, persuadendo, rogando, vel cōsulerido, simoniam incurrit, si pro re spiritali facit, i. q. i. ca. quicunq; nec dictam pecuniam mediator potest retinere, secundum Arc. Flo. sed restituere tenetur non ei, qui male dedit, sed illi, in cuius iniuriam data est.

10 ¶ Qui laudat, vel preces porrigit pro aliquo praelato, vt propter hoc inclinatur ad dandum aliquod spirituale sibi

vel

vel alteri simoniam committit, dat enim hoc tanquam pretium rei spiritualis, quæ nō potest emi, neque vendi iuxta primam regulam supradictam.

11 ¶ Qui preces porrectas pro indigno audit, & propter hoc dat beneficium factum simoniaco committit, quia preces nomine pretij computantur, vt supra dictum est, secus si porrigantur pro digno, quia subest causa debita. Posset tamen esse simonia si non ad dignitatem sed ad preces respiceretur. An autem rogare pro se, vt habeat quis beneficium, vel rem spiritualemente, sit licitum, supra beneficium. §. 39.

12 ¶ Quando fiunt preces armatae, vt quando rogatur pro aliquo potente, & adiunguntur minæ, committitur simonia, si propter hoc res spirituales, (vt beneficium) detur.

13 ¶ Rogans pro aliquo etiam digno intendens se obligare in aliquo collatori beneficii, vel exonerare de aliqua obligatione, quā habet ad petentem beneficium, committit simoniam, quia & obligatio talis, & exoneratio tenet locum pretij. Idem dic de precibus carnalibus, quando quis rogat pro consanguineo, vel amico suo intendens tantum amicitiam, & nō dignitatem personæ, & propter hoc collator dat beneficium, simonia est. Videntur enim hæc succedere pro loco pretij. i. q. i. ca. Ordinationes. Pro aliis autem sacramentis, & rebus spiritualibus aliis à beneficiis, vel ordine nō videtur sic prohibitum excepto religioso, qui non habet velle, nec nolle. c. Non dicatur. 12. q. i. Quando autem non constat de intentione, an quis intendat se per preces exonerare ab aliqua obligatione, vel se alteri obligare, vel an tantum propter amicitiam faciat recurrendum est ad indicia exteriora, quia si consanguineus erat, pro quo rogabat, intelligitur quod preces sint iniustæ, & propter parentelam, vel si amicus propter amicitiam, nisi cōstet de dignitate personæ. Et hæc duo ad forum contentiosum, quia in foro animæ standum est verbis cōfitentis, & eius intentioni, & presumptioni. Et nota quod laus nisi sit ex intentione ad causandum fauorem humanum appreciabilem, non facit secundum Deum simoniam, neque preces, nisi porrigens illas intendat se obligari principaliter pro spiritali consequendo, vel se exonerare ex aliqua obligatione, vel seruitio, quo ei tenetur, & hoc principaliter intendat.

14 ¶ Quatum ad munus ab obsequio. Ad hoc quod sit simonia, requiritur quod sit seruitium corporale siue licitum, siue illicitum, & quod fiat pro habendo beneficio, vel ordine,

Q o s

au,

Preces cō
putantur
nomine
prece-

aut alio spiritali, & quod fiat principaliter propter illud, & sic simonia committitur, & etiam conferens propter hoc simoniam committit, si est res spiritalis, quæ confertur. 1. q. 3. ca. Saluator. Thom. secunda secundæ. q. 100. articu. 5. ad 1. & ita in foro contentioso iudicatur & etiam in foro anime, si principaliter propter hoc fiat. Secus est, quando obsequiū est pure spirituale, ut est celebratio missæ, officij, quando est beneficio impositum indubitanter potest conferri beneficiū etiā ex pacto, quod ille promittat tale obsequium spirituale. c. Significatum, de præben. Et si alicui beneficio esset annexum, quod habens illud teneatur prædicare, vel legere potest illud cōferri cum pacto, & obligatione, quod legat, vel doceat, secundum Host. nec ecclesia reputat hoc simoniacū. Tamen in conscientia principaliter intendere tale obsequiū pro re spiritali, esset simonia. Similiter recipere aliquem in canonicum, cum hoc pacto, ut doceat, est simonia, secundū eundem Hosti. intelligo quando hoc onus non erat annexum, & non solum dantes, & pasciscentes fiunt simoniaci, sed etiam cōsentientes, & mediatores, de elect. c. Per. inquisitionem c. 2. de confes.

15 ¶ Si prælatus facit pactum de dando beneficio, & postmodum ductus pœnitentia intentionem illam malam reuocauit, vel illo pacto oblitus, confert pure, non est simoniacus, neque recipiēs, si eodem modo se habent secundum Ric.

16 ¶ Recipere seruū ab annuo salario, donec ei prouideat de beneficio competenti, non illicitum secundum Host. etiā quod recepto beneficio expiret salarium, quod promissum fuerat sub cōditione, & seruitiū nō est causa principalis, sed impulsua, secus si perpetuo, vel pure obligasset se seruitio, quia seruitium videretur principalis causa collationis beneficij. Vide Pan. in c. Nō satis. c. Quoniam & c. Veniēs. co. dūmodo non propter seruitium principaliter, sed propter meritum ad hoc inducatur.

17 ¶ Rei non spiritali potest opponi conditio, & pactum spirituale, ut qui habet fundum potest alteri dare cum pacto, ut ibi ædificetur ecclesia, & ibi tot missæ celebrentur, & potest dare aurum, ut ex eo fiat calix, & huiusmodi sine simonia. Pan. tamen in d. ca. Significatum. docet bonam cautelam, ut prius onus celebrandi applicetur rebus, & postmodum dentur res, quia tunc res transeunt cum suis oneribus. Similiter potest quis constituere capellam, vel præbendam

in aliqua ecclesia & reseruare sibi ius patronatū vel adtēpus, vel perpetuo, cum licentia episcopi, supra, ius patronatus, §. 4. usque ad 12. prædicta sunt, secundum ca. Olim in causam de rest. spol. c. Quanto, de cens. c. Ex insinuatione. co. tit.

18 ¶ Conferens beneficium si cum eo, cui confert facit pactum, ut retineat aliquam partem ex redditibus beneficij, simoniam incurrit, secundum Pan. in c. 1. ut eccle. bene. Episcopus tamen ex iusta causa, & necessaria potest statuere, ut certi temporis redditus beneficij vacanti deputetur ad certum usum laudabilem. Facit ca. si. de verb. signi. & pro solutione suorum debitorum nomine ecclesiæ contractorum, non autem nomine priuato, ut glo. dicit in cap. 1. de solu. S. Th. 2. 2. supra, ar. 4. ad 3. dicit quod si episcopus antequam cōferat beneficiū ob aliquam causam ordinet, ut aliquid subtrahatur de fructibus beneficij cōferendi, ad expendendum in pios vsus, non est simonia, si verò post collationem requirit aliquid de fructibus sibi exhiberi, idem est ac si munus exigeret, & sic non careret vitio simoniæ. Pan. vero in c. Non satis, eo. ponit cautelam dicens. Dummodo non præcedat pactio, ut inducatur quis ad renuntiandum beneficio. Sed si Papa ex officio suo induceret aliquem, ut Cardinale ad renuntiandum, & post beneficio imponeret certam pensionem annuatim soluendam illi, qui renuntiavit ex causa iniusta, & hoc sine simonia transiret, & melius esset quam dare illis ecclesias in commenda, quæ ut videmus hoc modo destruuntur.

19 ¶ Pro missa nunquam licet aliquid accipere tanquam pretium eius, cum sit res merè spiritalis, sed bene elemosynaliter, & ut stipendium sustentationis, secundum illud Apostoli, Quis militat suis stipendiis vnquam? Si tamen sacerdos tenetur celebrare, ut quia habet ecclesiam, vel beneficium, est simonia, si aliquid exigit. 1. q. 3. capit. Vendentes. Secus quando non tenetur, & est indigens. Si autem tenetur, vel non indiget, tamen recipit quod offertur, non est simoniacus dummodo non exigit. Idem dic de dantibus aliquid pro oratione fienda pro eis, non tanquam pretium orationis, sed ut eos prouocent ad orandum, vel pro elemosyna, non est simonia. Idem dic de prædicantibus, & exerceantibus actus spirituales iuxta regulas suprapositas. Qui tamen prædicaret tantum, ut fauorem, vel gratiam populi, vel aliquod temporale haberet, esset saltē men-

*Pensiones
imponi
possunt sine
simonia.*

2. Cor. 9.

taliter simoniacus, si tamē finis eius principalis non est collecta pecunia, tanquam pretium prædicationis, sed salus animarum, vel sustentatio pauperum vel opus pium, secus est, Thom. sup. in 4. sent.

20 ¶ Vadens ad horas principaliter propter quotidianas distributiones, simoniacus est mentaliter, non autem exterius, quia non deducit in pactum. Secus si non principaliter audit propter lucrum, sed ad Deum laudandum, etiam quod sine distributione non iret. Ioan. And. de clem. non re. c. Vnico. lib. 6. & c. Tua nos, de simonia & Host. in c. Olim, de verb. sig.

21 ¶ Iudex vendens iustitiam, si est spiritualis iudex, vel à spirituali habeat, simoniam committit, secundum Arch. Flo. secus si non est spiritualis, licet grauer peccet. Idem de teste dicendum videtur. Vide Th. 2. 2. q. 100. art. 3. & sent. dist. 25. q. 3. art. 2. quol. 2.

22 ¶ Episcopus cum consecrat, vel visitat, potest recipere procuracionem non ratione visitationis, vel laboris, sed quia iure permittitur, de cens. c. Cum Apostolus. Et intellige moderatam. Et non recipit ratione sacramenti, nec ratione laboris, c. Venerabili, de cens. Thom. 4. sent. d. 15. q. 3. ar. 2. quol. 3. ad 6. Si tamen ecclesia esset pauperula, suis expensis visitabit, & consecrabit. cap. Cauendum. 10. q. 3. At quia hoc iure permittitur, potest in pactum deduci, & in c. Olim, el. 1. de rest. spo. & pa. ibi, & dicit Pan. in c. 1. de eo, qui mit. in pos. quod quamuis spiritualia non possunt pretio æstimari, vtilitas ex eis proueniens, bene potest æstimari, & super ea tanquam super temporali procedi, vt dicit gl. in c. Coram. de off. dele.

23 ¶ Offerens bona sua ecclesiæ, vt efficiatur canonicus, & ex illis bonis postmodum instituat sibi præbenda est simoniacus. Textus est in c. tua nos, eod. secus si pure & liberaliter donasset. Et post humiliter peteret in canonicum admitti, & retinere prædicta in præbendam, consentientibus pure clericis. Tunc enim liceret, sic enim pro spirituali nullum datur temporale, nec fit pactum.

24 ¶ Si statuto cauetur, quod nouiter receptus in canonicum, vel monachum, certum quid soluat, si aliquis recipiatur, & soluat, etiam sine exactione, simonia est, secundum Pan. in cap. Dilectus, el. 2. eod. tit. quod limitant aliqui, quando talis solutio cedit in vtilitatem priuatam, vel canonicorum, secus si pro fabrica, vel aliis ad diuinum cultum pertinentibus,

mentibus, secundum Host. ar. de const. cap. Cum omnes, & c. Ex parte, quia laudabilis cōsuetudo seruari debet. c. Ad apostolicam, eod. tit. Pan. tamen in c. Iacobus. eod. dicit quod si statutum imponit tale onus recipiendo, vel recepto, etiam pro his, quæ ad Dei cultum pertinent, non valet esse sine simonia. Facit. d. c. Ex multis cum aliis. Secus si statutum imponit onus præbendæ in fauorem diuini cultus, in capitu. Significatum, de præb. & c. Vnico, vt eccle. bene. & hæc opinio verior videtur, licet alia non sit damnanda. Ideo Panor. videtur sequendus magis.

25 ¶ Antequam acquiratur ius in episcopatu, præbenda, vel quacunque dignitate, prouisione, aut collatione, est simonia, redimere pecunia aduersarij obstacula, sic enim per pecuniã parat sibi viam ad rem spiritualem obtinendam, secundum Thom. 2. 2. supra, ar. 2. secus autem in re temporali. sed postquam est sibi acquisitum ius, & est in possessione, licet dare pecuniam pro redimenda vexatione contra eum, qui iniuste vexat, secundum Thom. vbi supra, si vero iuste vexatur, non licet. Consentit Pa. in cap. Dilectus, el. 1. eo. tit. si autem habet ius sed non est in possessione, non potest dare siue iuste, siue iniuste sit expulsus. Nam ad hoc quod possit redimere vexationem huiusmodi requiritur primo, quod sit acquisitum ius: secundo, quod sit certus de acquisitione. Tertiò, quod sit in possessione. Hos modos ponunt Pis. & Ang. & cap. Cum pridem, de pac. & ibi. Pa. Vide c. Mattheus, eod. tit. & ibi Pa. Similiter dic de electo, & non confirmato, quod non potest dare pecuniam, vt confirmetur, in d. c. Mattheus, nec contradicenti, vt desistat à contradictione.

26 ¶ Si episcopus recipiat pecuniam, ne aliquem simoniacè confirmet, & propter hoc non confirmat, vel nõ promouet, simoniacus est episcopus recipiens, non autem dans secundum Pan. in c. Cum in ecclesiæ, eo. tit.

27 ¶ Si capitulum daret aliquid alicui impediendi, ne electio fiat simpliciter, vt desistat à tali impedimento, si notoriè constat ius nullum in electione habere, non est simoniacum, sicut si impediret, ne iste, vel ille eligeretur, secundum Rod. sicut nec ille, cuius electionem impediret, dare posset.

28 ¶ Non licet litiganti renūtiare liti super beneficio, cum pacto habendi aliquod temporale, etiam si illud recipiat nomine expensarum, quia renūtiare iuri spirituali pro temporali, simonia est, in d. cap. Pridem, de pac. & quia renūtiatio iuris

iuris spiritualis debet esse libera, per d.c. Ex parte. Iudex tamen posset prouidere, vt vna pars daret alteri, & cederet liti, ex officio suo, & pro bono pacis pro expensis factis, vt nor. Gl. in d.c. Ex parte, de offi. del. supra. Renuntiatio. §. 3. & 4. & supra. §. 25.

29 ¶ Sacerdoti nolenti sine pecunia baptizare, non debet dari villo modo, sed quilibet tunc potest baptizare. Potest tamen emi elementum, quando aliter non posset haberi, quod si baptizandus non potest habere baptismum sine pretio, & est adultus, non debet dare, sed potius mori sine baptismo. Sufficit tunc propositum baptizandi, secundum Tho. 4. sent. d. 5. q. 1. ar. 2. Conc. Pan. in c. Cum in ecclesia eo. Pro puero autem baptizando, quando est articulus mortis, & sine pecunia non vult baptizare, quidam dicunt qd potest donari pecunia, non pro pretio, & non finire mori sine baptismo, sed melius est non dare, & emere aquam, si aliter non potest haberi, & per se baptizare, vel per alium qui sciat, sed si non sit aliquis, qui sciat nisi sacerdos, & vult pecuniam, putat Pa. in d.c. Cum in ecclesia. posse dari, non pro pretio, sed dono, ne infans sine baptismo moriatur, & licet recipiens peccet, non tamen dans in hoc casu, non autem sic in aliis sacramentis, quæ possunt differri, & non sunt talis necessitatis secundum Arch. Fl. & Caiet. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad 1. Redimit enim infantis vexationem iniustam, supra, Baptismus. §. 56.

30 ¶ Non licet infideli dare pecuniam, vt veniat ad fidem, quando non veniret nisi data pecunia, quia baptismus ei parum prodesset: secus quando habet voluntatem veniendi ad fidem, sed timet paupertatem, secundum Pan. in d.c. Cum in ecclesia. Pro aliis autem sacramentis non licet, nisi pro sustentatione ministrorum, vel donatione, vt supra, neque pro absolutione, vel licentia confitendi alicui, tanquam pretio. Idem de interdicto, excommunicatione, & huiusmodi, nisi solvatur pro poena, secundum Th. secunda secunda, supra, art. 2. culpæ precedentis, pro qua fuit excommunicatus.

31 ¶ Pro matrimonio, in quantum est in officium naturæ ratione dotis, licet dare, & accipere pecuniam, non autem vt sacramentum, secundum Th. §. ad 6. neque pro benedictione nuptiarum, cum prohibeatur in iure, ar. in c. Cum in ecclesia. eo. tit. Dicit tamen Arch. Flo. quod si sacerdos nō vult dare licentiam alteri sacerdoti, vt benedicat nuptias, nisi soluat pecuniam, tantum quantum existimat portionem oblationis, quæ sibi conuenit, non committit simoniam, secus si

Potius moriendū sine baptismo quā emere baptismum.

intendit vendere licentiam, vel plus exigat quàm existimet oblationem futuram: præsumitur enim tunc, quod sit venditio, & consequenter simonia.

32 ¶ Pro ordine, si episcopus, vel ministri aliquid exigant simoniam committunt. De episcopo, est. c. quam pio. 1. q. 2. Immo si recipiat pecuniam, vt ordinet non simoniace: simoniam committit, vt supra. §. 26. & 1. q. 1. capit. Nullus. Ministri, vt archidiaconus, qui examinat, & ille qui vocat promouendos, vel qui respondet in scrutinio, vel qui legit Euangelium, secundum Gof. si exigant pro tali ministerio pecuniam, sunt simoniaci. De notario qui scribit ordinandos, dic Notarius secundum communiter doct. & Pan. in c. 1. eod. tit. quod si est scribens ordinandos salariatus de publico, nihil potest accipere sine simonia, si nō an possit est salariatus, aliquid potest accipere secundum quantitatem aliquid recipere & quomodo. laboris, non considerata qualitate ordinum, vt scilicet plus quam pro acolyto, & huiusmodi. Sic enim patet quod non pro labore sed pro ordine exigit, tum est simonia. ar. in cap. Præclarè. 1. q. 2. supra. Episcopus. §. 21. Idem dic esse simoniā, exigere aliquid pro sigillo, nisi expensas ceræ, & sigillationis, & clericorum ad hoc deputatorum: Intellige pro spirituali, vel ecclesiastica iurisdictione. In his tamen satis valet stylus Romanæ curiæ, in qua taxata sunt omnia beneficia, qui seruetur, vt à Papā ordinatus est, non potest incurri simonia, quæ ab ipso punitur.

33 ¶ Promittens nihil petere ab ordinatione, vel præsentatore, vsque ad tot annos, ex quo ordinatox tenetur sibi assignare portionem post ordinationem, quæ consideratis fructibus, temporale quoddam est, simoniam committit, secundum Pa. in c. Per tuas, el 3. eod. tit. quia pro spirituali remittit temporale.

34 ¶ Vasa sacra, vestes benedictæ, sepultura, capella, ecclesia, & huiusmodi, secundum Thom. 4. sent. d. 25. possunt vendi, non ratione consecrationis, vel benedictionis, vel spiritualitatis, sed materialiter vt res sunt, videlicet, pro auro, vel pro panno, vel pro terra, vel marmore, & huiusmodi. Nec ratione spiritualitatis plus debent vendi quàm materia eorum valeat, sicut si ante consecrationem vel benedictionem venderentur, supra. §. 2. sic enim non datur nisi temporale pro temporali.

35 ¶ Si clerici nolunt corpus sepelire, nisi fiat pactum, & cautio pro redemptione eorum, quæ veniūt cum funere, est simonia.

Notarius scribens ordinandos an possit aliquid recipere & quomodo.

Nota.

Nota.

simonia, per c. *Questi*. 13. q. 2. Si autem faciunt pactum de redimendo lectum, vel alia temporalia, dummodo non negatur sepultura, vel non immisceatur ius sepulture, est licitum, & post sepulturam possunt compelli à clerico facere hæredes, quod promissum est, per d. c. *Ad apostolicam*, eo. ti. quia hæc sunt temporalia solum.

36 ¶ Si in vna ecclesia plura essent cœmeteria, & parochianus plus vellet sepeliendo in vno quàm in alio, esset simonia. Vel si taxetur pro quanta pecunia quis ponatur in tali cœmeterio secundum Host. intellige quando hoc cedit in utilitatem priuatam. Secus si pro utilitate ecclesiæ, vt pro fabrica, & huiusmodi. Vide cap. *Audiuimus*, & cap. *Sicut*, eod. tit.

37 ¶ In permutatione beneficiorum, dignitatum, vel præbendarum, quæ fit pro aliquo terreno commo vtriusque vel alterius est simonia, secundum Thom. 4. sent. d. 15. q. 3. Secus si pro aliquo spiritali, vt quia potest hic commodius vacare diuinis, quam alibi, dummodo fiat auctoritate diocesani. Quomodo autem fiat, & possit addi pecunia, supra, *Beneficium*. §. 71. vsque 76. De simonia in renuntiatione, §. *Renuntiatio*, §. 2. *Beneficium*. §. 72. vsque 76.

38 ¶ Per nullam consuetudinem introduci potest, vt pro temporali detur spirituale, quia ius naturale, & diuinum præiudicat consuetudini, secundum Th. secunda secundæ supra, ar. 2. Seruandæ tamen sunt piæ consuetudines, vt detur pro stipendio, vel eleemosyna, vt supra dictum est, quoniam qui altari seruit, de altari viuere debet.

39 ¶ Ius percipiendi decimas, vel fructus, vel obligationes ecclesiæ, cum sit quoddam spirituale, vendi non potest sine simonia, quamuis vendi possint fructus, quia corporales sunt, secundum Panor. in c. *Ne præl.* vi. su. Intellige à beneficiato, quando ipse viuere non à prælato, qui habet ius conferendi, ar. in c. *Vnico*, vt eccle. benefi. §. fin. Dicit etiam Pan. in c. *si ne præla.* vi. su. quod obuentiones ecclesiæ laico possunt locari, dummodo ponat clericum loco sui pro colligendo, ne præsumptuosè ad altare accedat vbi fiunt oblationes, ar. in ca. 1. & 2. ne cle. vel mo. Et ad modicum tempus possunt vendi. c. *si ne præla* vi. su. Not. quod quando locatio fructuum, vel ecclesiæ est facta vltra tempus locationis nomine ecclesiæ, & utiliter, successor tenetur ad illam, de sol. c. 1. Si autem facta est nomine illius, cuius est ecclesia, & non intendebat eam obligare, non tenetur successor, sed si conductor, vel

empror

empror aliquid iam soluit, secundum Host. successor tenetur habere ratum, si solutio in ecclesiæ utilitatem versa est. Et licet rector quandoque possit ecclesiam vltra tempus vite suæ locare, non tamen canonicus præbendam suam, vt dicit Sil. ver. *Simonia*. q. 14. §. 1. circa fin.

40 ¶ Qui villam vendit, & ius patronatus, quod in ea habet, est simoniacus, secundum Pa. in cap. *Querelam*, eod. tit. quia copulatiua facit venire copulatum principaliter, & non accessorie, non autem si dicat. *Vendo villam cum iure patronatus*. Et sic intelligitur dictum Io. An. in cap. 1. de iure pallij, in 6. In conscientia autem recurrendum esset de intentione vendentis, si intendebat vendere ius patronatus, cuius signum fuit, si plus vendidit propter hoc, est simonia.

41 ¶ Patronus autem accipiens aliquid quod pretio æstimari possit, pro presentando, est simoniacus, secundum Pa. in cap. *Veniens* el. 1. de restit. spolia.

42 ¶ Si duo conueniant simul cum pacto obligatorio, vt Plato dicat missam pro Socrate: & Socrates dicat missam pro Platone, vel Plato dicat Socrati. *Baptiza me, & obligor me ad baptizandum te*, est simonia. Secus si cessat in talibus pacto obligatorio cap. *Tua nobis*, eod. tit. Cessante autem pacto, potest spirituale in aliud spirituale commutari, secundum Pan. in c. *Sepulture*, de voto. dummodo omnia gratis fiant.

43 ¶ Dans pecuniam, ne quis ordinetur, vel ecclesia non consecratur, est simoniacus. cap. *Nemo*. eod. tit. Idem dicit de corruptente iudicem, vel teste in causa spiritali, in d. cap. *Tua nos*. Pa. ibi, secus in causa temporalis. Similiter remittere debitum certum pro re spiritali, est simonia, secundum Pa. in c. *Veniens*. el. 1. de testi. Remittere enim idem est, quod donare, vt in glo. c. *Veniens*, vel est dare quando debitum liquidum est, secundum Pa. ibidem.

44 ¶ Accipere aliquid pro inuestitura ecclesiarum, simonia est. *Remitte- re debuit certū pro spiritalibus, est simonia.* est tex. in cap. *Cum tantum*, eod. tit. Soluere annatam in curia Romana, seu taxam bullarum, non est simonia quia taxæ non soluuntur pro spiritalibus, sed pro sustentatione curiæ, & officialium. Et hæc sunt ordinata de voluntate Patris. Secus in curiis episcoporum, & aliorum prælatorum habentium vnde viuunt, secundum decentiam sui status, quia tales taxæ sunt simoniacæ, vt pro absolutionibus, dispensationibus, & huiusmodi. cap. *Ex multis*. 1. quæst. 3. secus si prædicta accipiunt, quia non habent victus decentiam,

P p

quia

quæ videntur dari elemosynaliter pro sustentatione.

45 ¶ Recipientes pecuniam, vt electioni, seu promotioni ad aliquam dignitatem, vel prælaturam consentiant, simoniam incurrunt, Pan. in c. De hoc. eo. tit. & tenentur restituere illi ecclesiæ, de qua agebatur, vt in d. c. De hoc. Idem dic, si recipiant, vt non eligant, vel electioni non consentiant, vel ne electionem impediatur, vt supra dictum est. §. 27. Hæc enim spiritualia sunt.

46 ¶ Si canonicus dicat aliis, vt complacent sibi de tali, & postmodum complacit illis de alio recipiendo, est simonia, per c. Quam pio. i. q. 2. Idem si dicam, non consentiam, nisi de alio mihi consentias. Idem si promouendus in rectorem alicuius ecclesiæ, paciscatur soluere collatori maiorem pensionem, secundum Pa. in c. Cum clerici, de pact. Similiter si propria auctoritate obliget se ad pensionem, & non teneat collatio secundum Pano. ibid. quamvis Ioan. And. contrarium tenet, scilicet quod teneat talis collatio.

47 ¶ Potest clericus, pacisci de vigilando apud aliquem defunctum, quia vendit laborem, non autem pacisci de dicendo psalterium, quia esset simonia, secundum Host. quia est res spiritualis. Et si maior crux non portetur nisi pro maiori pretio, est signum simoniæ. c. Audiuimus, eo. tit. Similiter cum taxatur pro quanta pecunia, quis ponatur in tali sepulchro, in quo sunt plures, secundum Hostien. supra, §. 36. vendere emolumenta oblationum presbyter potest, secundum Gul. vt sup. §. 39.

48 ¶ Dare aliquid de pacto pro aliqua benedictione, vel virginam velamine, secundum Pet. de Pal. in 4. sent. & per c. Sicut el. 3. de simo. est simonia.

49 ¶ Sanctitatem simulans, vt promoueatur, non est simoniacus, secundum Vgo. secunda secundæ, supra, art. 5. ad 4. quia non dat aliquid, sed magis surripit humanam laudem. Peccat tamen mortaliter ex inordinato appetitu, & debet poenitere de hoc. c. Mandatum, eo. Secus de eo, qui per adulationem obtinet, secundum Arc. Flo. 2. par. ti. i. c. 4. §. 4. non tamen tenetur renunciare, nisi fecisset pactum, licet aliqui contrarium teneant, quia hoc videtur munus ab obsequio.

50 ¶ Pro ingressu monasterij, secundum Thom. secunda secundæ, supra non licet aliquid exigere, vel recipere quasi pretium. c. Non satis, etiam prætextu consuetudinis sine simonia. c. Quoniam, eod. tit. tamen si monasterium sit tenet, in quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, gratis ex-

hibendus

libendus est ingressus, & aliquid accipere pro victu personæ, quæ recipitur, non est illicitum, non tamen licet aliquid ex pacto recipere pro ingressu. c. Quam pio, 2. q. 1. Vnde secundum Pa. in d. cap. Non satis, per viam pacti vel conditionis, nihil debet exigi, sed per viam protestationis simplicis. Nam quando fit aliqua contentio, qua significatur, quod spirituale datur pro temporali, simoniam ecclesia iudicat, etiam quod desit intentio. Quando ergo aliqua persona recipienda est, dicatur illi: Nos libenter recipimus te, sed si vis venire nobiscum porta tecum tantum, vel tantum, vnde viuere valeas. Et facilius possunt recipi illæ, quæ plus portant. Et quando dicunt quod nihil debet recipi, etiam prætextu paupertatis, debet intelligi, quasi pretium ingressus, qui est res spiritualis, vel ex pacto, quod iudicat ecclesia simoniacum. Cai. 2. 2. supra, dicit, quod quando taxatus est numerus monialium, quæ possunt absque penuria sustentari, ita quod si plures reciperentur, monasterium grauaretur, licet potest statui, quod supra talem numerum nulla recipiatur, nisi quæ releuamen grauedinis, quod sequeretur, afferret, puta, mille aureos, quoniam hoc non est pro ingressu, sed pro sustentatione exigere.

51 ¶ Pena omnis simoniaci in recipiendo ordinis est, quod ipso iure est suspensus, secundum Pa. & Inn. in c. Tanta, eod. tit. & quo ad se. & quo ad alios, ita quod non potest diuina celebrare, nec alij possunt sibi participare, & non quo ad ordinem tantum susceptum, sed etiam quoad alios ordines licite susceptos, & consequenter est remotus ab administratione temporalium beneficiorum suorum, secundum gloss. in cap. Reperiuntur. i. q. 1. neque cum eo dispensari potest, nisi per Papam. cap. Gratia. i. q. 1. siue sit occultus, siue manifestus, nec prodest renuntiare beneficio, secundum Pano. in cap. Tanta & cap. per tuas, el. 2. eo. post Inno. Si autem alius dedit pecuniam, ipso ignorante, & post non consentiente, neque ratum habente, episcopus dispensabit, secundum Pa. in cap. De simoniacè, eo. & est tantum ab isto ordine sic suscepto simoniace suspensus, ideo alios ordines potest exequi, vt beneficia retinere, ad maiores tamen ordines promoueri non potest nisi in hoc ordine sic suscepto dispensetur, quia alias videretur per saltum promotus. 52. d. cap. 1. & per totam, de cle. per sal. pro. Qui autem simoniace ordinavit, ipso facto est suspensus perpetuo ab ordinibus, secundum Pa. in d. c. Per tuas, text. est iuncta gl. in c. Si quis a simoniacis,

P p

Facit

Facit text. in d. cap. Per tuas, & §. puerum. 33. d.
 52 ¶ Simoniacus in beneficio si est occultus, est suspensus
 quo ad se tantum, secundum Pa. in d. cap. Per tuas, & quo ad
 alios suspendendus, ar. 1. q. 3. cap. 1. & si renuntiat beneficio sic
 acquisito, potest uti ordine suo post peractam poenitentiam,
 secundum Pa. in d. c. Tanta, & c. Per tuas, & ar. in c. Inqui-
 sitionis, de accu. Si vero manifestus est, vel per sententiam, vel
 confessionem in iure factam, vel per facti evidentiam, quæ
 nulla reuerfatione possit celari, tunc est suspensus, etiam
 quo ad alios ipso iure. dist. 33. §. verum. Ideo etiam quod re-
 nuntiet beneficio, indiget dispensatione, sicut quilibet no-
 torius criminofus, in c. si. de temp. or. dispensare autem potest
 in hoc episcopus, dummodo non ille sit, cum quo commisit
 simoniam, ut no. 1. q. 5. c. Præsentium. intellige si simonia fuit
 commissa ipso sciente, quia si ipse ignoravit, quod parentes,
 vel amici eius fecerunt, secus esset, quia tunc tantum in be-
 neficio sic esset suspensus. Ut supra dictum est, secundum
 Pan. vbi supra. Et talis sponte renuncians per episcopum di-
 spensari poterit, ut habeat beneficium, etiam curatum in alia
 ecclesia, etiam cum executione ordinum, sed ad aliud benefi-
 cium in quo fuit commissa simonia, non potest, nisi per Pa-
 pam dispensari, secundum Pa. in d. c. De simoniaco, eod. tit.
 Idem dicunt esse iudicium de mediatoribus, quo ad suspen-
 sionem, & dispensationem, per regulam, accessorium de re,
 in lib. 6. si vero expectat sententiam condemnatoriam, tunc
 non potest episcopus dispensare ut habeat beneficium in il-
 la, nec alia ecclesia quodcunque,

53 ¶ Episcopus potest dispensare cum simoniaco circa of-
 ficia mortuorum, benedictiones nubentium, sepulturas, crif-
 ma, benedictiones vasorum & in similibus, post peractam
 poenitentiam, secundum Hosti. quia hæc non prohibentur,
 ar. in c. Nuper, de sent. exc. Nec obstat c. Erga. q. 1. quia loqui-
 tur de simoniaco in dignitate. Not. quod istæ poenæ non si-
 gant simoniacos mentales, ut dicit. Sil. ibi. quæst. 19. §. 4. & no-
 mine mentalis simoniæ, quo ad censuras, venit non solum,
 quæ in interiori actu consistit, sed etiam quæ est sine pactio-
 ne, & quæ cum pacto est, sed non consummata, secundum
 Cai. ibi, circa finem.

54 ¶ Ord. natus ab episcopo, quem audivit simoniacum es-
 se potest in suscepto ordine ministrare, non tamen alios or-
 dines recipere, nisi deponat conscientiam. cap. per tuas, eod.
 & non debet quis facile credere, quod in alterius vergit in-
 famiam,

famiam, ut dicit Pa. in d. cap. Per tuas.

55 ¶ Secunda poena simoniaci est infamia, & depositio,
 quas incurrit si iudicialiter de hoc constiterit, ut in c. Inqui-
 sitionis de accusa. & c. Sane. §. q. 3.

56 ¶ Tertia est excommunicatio, de qua vide supra, excom-
 municatio. 59. 60. quia ibi satis clare est dictum quomodo
 simoniaci in ordine, & beneficio, & in receptione ad reli-
 gionem sunt excommunicati, ideo non replico. Videant ibi
 canones, qui melius scire volunt.

57 ¶ De non reuelantibus simoniam factam in curia an
 sint excommunicati, dic quod non, quia leges illæ per non
 vsunt sunt abrogatæ, supra, Excommunicatio. 59.

58 ¶ In simonia mentali, siue sit de iure diuino, siue positi-
 uo, non cadit aliqua restitutio, secundum Tho. supra, & Pa.
 in cap. fin. eo. & Io. An. ibi indistincte tenent, quamuis aliqui
 dicant, quod in ea, quæ est de iure diuino, tenetur quis ad
 restitutionem, sed non probant efficaci ratione. Sed cum de-
 bet fieri restitutio, cui sit fienda, supra, Restitutio. §. 17. Vide
 ibi diffusè quod diximus.

59 ¶ Datum pro habendo ordine ad titulum alicuius ec-
 clesiæ, vel beneficij, dabitur illi ecclesiæ, vel beneficio. Si au-
 tem non ad titulum, dabitur ecclesiæ cathedrali. In aliis de-
 tur ecclesiæ, in cuius iniuriam commissa est simonia, ita ta-
 men, ut qui dedit simoniace, commodum non reportet,
 quod si omnes de ecclesia deliquerint, debent criminofsi ex-
 pelli, & pecunia dari ecclesiæ, quod si non expellantur, detur
 fisco Papæ, qui in pias causas distribuat secundum Host.
 Nam turpia lucra à fisco extorquentur. l. fiscus. ff. de iur. fisco.
 Si vero data est monasterio, dic iuxta capitulum veniens,
 eo. & c. Quoniam, & secundum Pa. in ca. De hoc, eo. vide &
 Sil. ibi circa finem.

Ex prædictis habes, quod nullus tenetur ad resignatio-
 nem beneficij simoniace accepti, quando pactio nulla præ-
 cessit, licet in mente hoc intenderet quis, ideo seruitores
 prælatorum & obsequentes eis in obsequiis, etiam turpi-
 bus, dummodo non fecerint pactum, licet pro huiusmodi
 obsequiis intenderent consequi beneficium, non tenentur
 resignare, & sic ex dictis, casus infinitos solues. Si quis det
 pecuniam Papæ pro beneficio, non tenetur renuntiare be-
 neficio, licet sit simonia, quia in hoc videtur Papa dispensa-
 re, secundum veriore opinionem, Sil. ibi circa finem.

DE SIMVLATIONE.

- 1 Simulatio quid sit, & an peccatum.
- 2 Simulare ad occultandum peccatum proprium, an sit peccatum.
- 3 Simulator an dicatur portans habitum religiosi non vt religiosus.
- 4 Simulatio omni virtuti opponitur.

1 **S**imulatio mendacium est, quo quis factis, vel signis exterioribus, aliud quam in mente habeat, ostendit, ideo semper peccatum: est veniale quidem, quando iocosa, vel officiosa est: mortale autem, quando perniciosum, sicut de mendacio dictum est. Nihil enim refert mentiri verbo, vel facto, cum vtrunque veritati opponatur. Simulatio autem, secundum quam aliquid fingitur ad aliquid significandum, sicut Christus finxit se longius ire, peccatum non est, quia mendacium non est, sed veritas figurata, Th. 2. 2. q. 3. ar. 2. ad primum.

2 ¶ Simulare ad occultandum peccatum proprium, quando illud confiteri non est necesse, peccatum non est, sed laudabile, nec alij scandalizentur, supra, Fictio. §. 3.

3 ¶ Portans habitum religiosi, vel clerici, & non vt religiosus, vel clericus, nō est simulator, vel hypocrita, nisi assumat illum habitum ad se ostendendum iustum, quia de hypocrita dicitur: Omnia faciunt, vt appareant hominibus, &c.

Mat. 6.

4 ¶ Simulatio, secundum Tho. supra, ar. 3. opponitur directē veritati, indirectē autem omni virtuti.

DE SOCIETATE.

- 1 Societas pluribus modis fit, & duplici via redditur illicita.
- 2 Societas an sit licita, si vnus ponat pecuniam, & alius operas, & nu. 6.
- 3 Societatis euentus quibus modis contingere possit.
- 4 In societatibus animalium standum est consuetudini.
- 5 Societas in qua non est vsura, nec iniustitia, peccatum non est.
- 7 Operas suas ponenti an liceat pacisci quod nolit perdere operas suas etiam si capitale perderetur.
- 8 Pecuniam an dare liceat cum pacto & instrumēto de capitali saluo.
- 9 Mercatori an dare licet pecuniam cum pacto quod vna pars sit salua & cum periculo alterius.
- 10 Contractus in quo sit pactum, quod periculum pecunie sit communis, an sit licitus.

- 11 Si duo ponant pecuniam, & operam sed vnus pecuniam in duplo, an recipiat maiorem utilitatem.
- 12 Lucra & damna obuenientia ratione societatis sunt diuidenda inter socios, non autem ratione personarum.
- 13 Operas ponens debet habere expensas, quas facit ratione societatis.
- 14 Societas si contrahatur ad decēnium, & ante perdatur capitale, an finita sit societas.
- 15 Pecunia si detur alicui, vt reddat sicut lucrabitur pecuniis que data est alteri, & tamen is non exerceat eandem negotiationem an contractus sit licitus.
- 16 Sidentur Romae M. Duc. cum pacto recipiendi Lugduni quingentos si perierint, & si salui erunt M. C. contractus est illicitus.
- 17 Pecunia si detur pro mercantia subiiciendo se periculo capitali, an possit conuenire de certa quantitate lucri, &c.
- 18 Pecuniam recipiens Mediolani portandam Londram, & ibi restituendam pro certo pretio an committat vsuram.
- 19 In societas animalium an capitale fiet in toto vel in parte periculo accipientis.
- 20 Animalia cum dantur ad custodiam & custos animalia conducit, vt habeat lac, & fructum, an contractus sit illicitus, & de similibus contractibus vita. nu. 21. 22. 24. 25. 26. 27.
- 21 Pactum an fieri possit, quod periculum animalis inestimabile sit nisi apud dantem.
- 22 Societates secularium non profitentium an sint licite, & an religiosi talium societatum possint contrahere matrimonium, n. 29.

1 **S**ocietas plurium personarum in mercantia vel artificis, aut in animalibus, multis modis fit, vt dicitur, & redditur illicita duplici via. Prima, si capitale vnus stet sub lucro, & nō sub damno: hoc enim iniquū est, vt si Titius donat 100. duca. si perdantur, vult, quod omnino sibi restituantur. Secūda est, si lucrum, aut damnum non respondeat proportionabiliter sociis, vel vnicuique pro rata sua. tunc enim esset iniquitas ibi, quia inæqualitas esset iustitiæ, ad hoc facit gl. in c. Plerique. 14. q. 3. ff. pro soc. l. si non fuerit.

2 ¶ Aduertendum est, quod in huiusmodi societatibus, cum vnus ponit pecuniam, & alius industriam, & laborem, seu operam, de natura huiusmodi societatis est, quod ponens pecuniam substat duplici periculo, scilicet perditionis pecuniæ, & vsus negotiorum. Ponens vero operas sub-

stat tantum vni, scilicet periculo perditionis operarum, & industriæ, & quia hoc est de natura huius contractus licet periculum non sit æquale, tamē est licitus contractus. Concor. Caie. ver. Societas.

3 ¶ Aduerte etiam quod euentus societatis tribus modis contingere potest, quia quandoque in fine inuenitur tantū capitale in lucro, quandoque damnum capitalis in toto vel in parte, quandoque capitale cum lucro. Si est damnum capitalis, quomodoque sit totū qui posuit sustinebit, quia est semper dominus pecuniæ. Si capitale in totū, vel in partem remansit, erit domini, & qui posuit, operam perdet. Si autem ultra capitale est lucrū, capitale integrum restituetur domino, & lucrum æquis diuidetur portionibus, si tamen capitale, & industria æquiualeant, quod vir prudens, & practicus in huiusmodi consideratis omnibus arbitrabitur.

4 ¶ De animalium verò societariis credo standum esse consuetudini locorum vbi tractantur, nec certam regulam dari posse. Sequenda est igitur consuetudo, nisi de manifesta iniustitia in ipsis societariis constaret, quando scilicet vna pars valde, & clare grauaretur plusquam alia, pro regula ergo potest esse æqualitas iustitiæ ad arbitrium proborum hominum in huiusmodi negotiis practicorum. Scribi autem casuum multiplicitas nequaquam potest. Vide tamē infra, §. 19. vsque in finem.

5 ¶ Sit pro communi regula, quod in societariis, in quibus non est vsura, nec iniustitia, nō est peccatum. Vsura esse non potest, quoniam id quod ponitur, stat periculo ponentis, quia tunc ibi nō est mutuū, non est etiā iniustitia, quando vna pars non plus grauatur quam altera arbitrio bonorum hominum, & in hac arte prudentium.

6 ¶ Societas in qua quis ponit pecuniam, alter operam, vel vterque ponit operam, & pecuniam æqualiter, vel vnus ponit pecuniam, & operam, alter operam tantum, vel vnus pecuniam & operam, alter tantum pecuniam, est licita, dummodò primò talis negotiatio, vel ars non sit aliqua lege prohibita. Secundo, quod periculum pecuniæ stet penes deponentem. Tertio, quod seruetur æquitas proportionabiliter, ita quod qui plus posuit de pecunia, vel labore plus iudicetur. Deponens pecuniam apud mercatorem cum intentione, vel pacto, vel saluo capitali aliquid lucretur, est usurarius, quia hic est mutuū. c. Usura. 14. q. 3. & Ric. in 4. sen. d. 15.

Nec

Nec excusat periculum, cui substat pecunia, quia lucrum nō speratur ratione periculi mutui: ex quo non licet lucrum percipere, etiam si periculum interueniat, vt patet expressè in c. Nauiganti. de vsu. Nec excusat, quod depositarius multum lucretur, quia lucrū est propter industriam eius. Si autem primò fiat contractus, quod periculum pecuniæ stet apud deponentem, postmodum depositarius affecuret deponentem de capitali saluo recipiendo tria, vel duo pro centenario, vel de falcando de lucro, vt puta sic. Ista pecunia verisimiliter lucretur octo pro centenario, sed quia volo te affecurare de capitali, conuenio tecum dare tantum quinque pro centenario. Hic contractus est licitus, quia etiam qui nō socius est, potuisset hoc modo illum affecurare, ergo nec minus potest dum est socius, dummodo intentio sit, quod hoc fiat propter affecurationem. Possunt etiam conuenire sic, quod affecuratus tantum soluet, & lucrum totum diuidatur. Concordat Sil. ver. Societas. §. 2.

7 ¶ Licetum est ponenti operam facere pactum, quod nolit operas suas perdere, etiam quod capitale perderetur, sed vult tantum pro opera sua, etiam quod nullum inde sequeretur lucrum, quia tunc non est socius, sed suarum operarum locator. Intellige si opus suum tantum meretur, & quod damnum, si quod sequitur nō sequatur ex dolo, vel culpa eius, aliter non iuste reciperet pro opere, quod est promissum.

8 ¶ Nō licet dare pecuniam in societate cum pacto, & instrumento de capitali saluo, licet hoc intendatur, sed solum hoc fit pro securitate deponentis, vt scilicet mercator timēs perdere capitale, magis faciat debitum suum negociando, quia sic mentiendo mortaliter peccat, quia est mendacium perniciosum in sui infamiam. 2. 2. q. 2. c. 1. & tenetur intentione suam manifestare propter periculum, quia potest voluntatem in futurum mutare, & sic reperere capitale: potest etiam mori ab intestato, & hæredes eius possent petere, & sic sequeretur damnū proximi, & infamia sui. Et quia hoc perniciosum est, & famæ & animæ, ideo fieri non debet.

9 ¶ Non licet dare mercatori certam quantitatem pecuniæ, cum pacto quod vna pars sit salua, & cum periculo alterius partis, quia ratione partis saluæ esset mutuū, & consequenter vsura: vel saltem inhonestas societas, quia mercator posset perdere operam, & illam partem capitalis, & sic non esset æqualitas in isto contractu, contra quod supra dictum est. §. 2. propterea licitum non censetur.

PP S

10 ¶ Con-

10 ¶ Contractus in quo sit pactum, quod periculum periculi sit commune est illicitus, si pecunia fiat communis, ita quod in fine si capitale superest in totum, vel in partem diuidatur, & in hoc sensu debet intelligi gl. 14. q. 3. in c. Pleriq;. Quæ dicit hunc contractum esse licitum, & Panor. in ca. Per vestras, de dona. inter vir. & vxor. & alij doct. & non ponatur ista clausula, quod in fine capitale diuidatur, nihilominus intelligitur vt contractus sit licitus.

11 ¶ Si duo ponant pecuniam, & operam, sed alter pecuniam in duplo, recipiet hic maiorem vtilitatem ex lucro, secundum quod maiorem posuit pecuniam proportionabiliter, nisi industria alterius præponderet pecuniæ istius. Tunc enim maior labor, seu industria, equabit maiorem pecuniæ. ff. de reg. iur. l. secundum naturam, & ff. pro socio. l. si non fuerint. Et hoc arbitrabitur iudex, etiam si in pactis non sit expressum. l. si societatem. ff. pro soc.

12 ¶ Lucra, & damna obuenientia contemplatione societatis, sunt diuidenda in socios, non autem venientia contemplatione personæ, licet societas fuerit occasio. l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio, & ibi Bar. Nam si alter sociorum vadens ad nundinas, vt negotietur pro societate, in via ab inimico occidatur, vel vulneratur ratione inimicitie personalis, quod non euenisset, nisi illuc accessisset negotiando pro societate, damnum erit proprium, & non commune. Sic de lucro, vt si inuenit lapidem pretiosum, erit proprium sibi, & non commune, licet non inuenisset, nisi illuc iuisset. Ad hoc facit l. socium. ff. pro socio.

13 Ponens operas debet habere expensas, quas facit ratione societatis secundum Ia. de Are. l. 1. C. pro soc. quia lucrum intelligitur deductis expensis, C. de codicil. l. illud. Intellige exceptis his, quas domi. fecisset, vt limitat Bal. in l. mutius. ff. pro socio, vel nisi consuetudo aliter habeat, secundum Ang. quæ debet seruari, nisi contineat apertam iniquitatem, quia actum videtur, quod est consuetum, ff. de edi. c. di. l. quod si nolit.

14 ¶ Si contraxi cum Titio societate usque ad decennium ante, perdidit capitale, finita est societas, & non tenetur qui posuit capitale, secundum gl. in d. l. si non fuerint. Si autem non totum perit, sed pars, & parum restat, alter non tenetur ponere operam, quæ magna est, pro tam parua quantitate capitalis, secundum æquitatem, & secundum Baldum in l. 1. C. pro soc. & hoc æquum est. l. ita autem. ff. de adm. tut.

15 ¶ Si

25 ¶ Si do pecuniam meam Sempronio, cum pacto quod reddat, vel lucretur mihi, sicut reddet, vel lucrabitur pecunia, quam dedi Titio mercatori, & tamen Sempronius non exercet eam negotiationem, contractus est illicitus, & non possum aliquid, vltra capitale accipere, secundum Inno. de usu. c. si. & Ioan. An. Pecunia enim ex se nota est lucrosa. c. Eiciens 88. d. tamen si eram daturus hanc pecuniam mercatori, & dedi Titio, vt seruirem, & non vt semper eam habeat, & non eram obligatus ex præcepto mutuate, possum petere meum interesse, hoc est lucrum, quod cessat, recipiendo tamen pericula, & expensas in me ipso, secundum Host. & ratio est, quia non teneor seruire tibi cum damno meo.

26 ¶ Socrates dat Platoni M. Ducatos Romæ, cum pacto quod recipiat Lugduni quingenta, si perierint. Si salui erunt M. C. hic casus non est licitus, secundum Host. & per prædicta, quia vult partem capitalis saluam esse, & si Plato mercator expendat in mercantiam, vult lucrum de re non sua, vnde contractus usurarius est, quia parrem capitalis vult saluam.

17 ¶ Si do tibi pecuniam pro mercantia subiiciendo me periculo capitalis si per fortunam pereat, possum tecum continere de certa quantitate lucri, dummodo sit competens siue lucrum sit, siue non, siue sit magnum, siue paruum, quia ego videor vendere lucrum futurum ex mea pecunia, & tua opera, & videris emere, sicut aliquando emuntur fructus futuri ex agro, secundum Girne. odo.

18 ¶ Recipiens Mediolani pecuniam portandam Londræ, & ibi restituendam pro certo pretio, siue recipiat in se periculum, siue non, non committit usuram, secundum Iun. in c. si. de usu. quia operarum, siue custodie locatio est, vel assentatio. Secus si ad negotiandum detur.

19 ¶ De sociis animalium sit pro generali regula, quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo accipientis, quantum ad casum fortuitum, nisi interueniret contractus assurationis, si non poterit usura interuenire, & q. ad arbitrium boni viri altera pars non nimis grauetur, omnibus circumstantiis consideratis, & sic non poterit esse iniustitia, eritque licitus contractus.

20 ¶ Cum animalia dantur ad custodiam, ita quod dominus conducit rusticum ad custodiam pro mercede, vel rusticus conducit animalia, vt habeat lac, & fructum, contractus erit licitus, dummodo merces sit moderata, ad arbitrium boni

domi.

hominis. Et cum sint isti contractus quædam locatio, seruanda sunt, quæ supra de locatione sunt dicta, etiam quò ad pericula. de depo. cap. fin. aliter non essent rectè facti.

21 ¶ Plato dat alicui, etiam monasterio oues quasdam cum pacto, quod pro qualibet annuarum reddantur sibi duo, vel tres solidi, vsque dum vixerit, etiam quò dictæ oues moriantur, cum tamè posset pro eis duplum reddi: & post mortem tradentis omnes sint monasterij, vel illius cui sunt traditæ, contractus est licitus, & tenetur accipiens soluere, etiã quòd omnes moriantur nisi à principio contractus fuissent inrectæ, & accipiens non aduertisset, secundum Io. de Lig. & venerit mortalitas ouium, monasterium restitutionem repetere non poterit.

22 ¶ Si do Petro animalia æstimata in omni euentu, tunc censentur vendita, quia & si æstimatio non semper faciat venditionem, facit tamen in isto casu, secundum Bart. in leg. si vt certo. ff. com. mod. & pretium interim dilatatum, habetur vt mutuum, vt est in venditione, ad tempus, contractus erit licitus si totum damnum, & lucrum sit accipientis, secundum Vueruan. & dans non poterit habere nisi pretium estimationis, quia omne accedens sorti, esset vsura. cap. Consuluit, & cap. In ciuitate, de vsu. nisi accipiens esset in mora soluendi, propter quò dans acciperet aliquid pro interesse, vel dano quod posset in conscientia, & de iure canonico, in cap. Conquestus, de vsu. Si autem do æstimata, non vt soluat Petrus, si in casu fortuito pereant, sed si ex eius culpa, est contractus licitus, & est societas, & possum habere partem fructus, quia hic non est venditio, nec mutuum. Sed videtur contractus quidam innominatus, non continens aliquod iniustum.

23 ¶ Non videtur posse fieri pactum, quòd periculum animalis inæstimati dati in sociam, stet nisi apud datem, quia altera pars plus grauaretur, excepto si dans in alio plus grauaretur, vt quia accipiens non vult teneri de interitu illius, etiam culpa sua, nisi pro parte, quia grauatus in vno est releuandus in alio. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. nec quod prædictum animal in fine societatis sit præcipuum ponentis, secundum Aug. Pacta autem de foetu, vel pensione animalis debent fieri iuxta equam consuetudinem, arbitrio boni hominis, similiter in pactis de tempore, cõsuetudo debet seruari. Nam aliqua animalia in vno anno complent, vt porci, aliqua in annis quatuor, vel quinque. Et si nescitur cõsuetudo,

Gravatus in vno, est releuandus in alio.

tudo, stabitur arbitrio boni hominis in huiusmodi practice: quòd si non est factum pactum aliquod, seruabitur æqua consuetudo, quia actum videtur, quòd consuetum est. l. quod si nolit. ff. de edil. edic.

24 ¶ Dans vaccam, & vitulum nutriendos Io. vsque ad annum, in fine anni vendendos, cum pacto, quod dās, accipiat suum capitale, & stet periculo fortunæ, Io. tamen nihil satisfaciatur si minoris vendantur in fine anni, quàm valebant, quando dati sunt, & lucrum si fuerit æquis portionibus diuidatur, non peccat, & contractus est licitus secundum Arc. Flo. quia vterque se fortunæ exponit hic de capitali, ille de lucro, & non magis videtur vna pars grauari, quam alia. Idè tenet Sil. ver. Societas. 2. q. 7.

25 ¶ Petrus dat Antonio par boum pro honesta pensione annuali, retinens in se periculum fortuitum boum: ista est locatio licita, secus quando periculum staret apud accipientem, quia tunc vna pars esset secura; altera verò sub periculo, & sic contractus esset illicitus, propter salutem capitalis.

26 ¶ Petrus dat Laurentio duas vaccas ad arandum, cum pacto quòd de primis eorum fructibus, Petrus accipiat medietatem pretij earum, deinde sint communes danti, & accipienti cum fructibus, cum hoc etiam pacto vt Laurentius det Petro omni anno sextarium frumenti. Hæc est magis locatio, quam societas, & est licita: quia Petrus locat vnam vaccam, quæ sua est, & qua arat, & fructificat, ideò habet sextarium frumenti, & partem fructus. Multis modis possunt huiusmodi contractus variari, sed si attendantur, quæ dicta sunt supra in regulis, omnia soluentur faciliter.

27 ¶ Si quis emat ab aliquo vaccam, vel oues, quas in veritate non habet: & eidem venditori emens dat in sociam sub certa pensione, si emens sciuit quòd non habebat, vsura esse videtur, quia mutuum est: si verò bona fide emit, nõ peccat, quandiu durat bona fides. Cum primum autem constiterit de veritate, contractus debet rescindi, quia tunc cessat bona fides. In his igitur societatibus, siue contractibus, aduertatur quòd non interueniat vsura ex mutuo explicito, vel implicito, neque iniustitia ex aggrauatione vnius partis, magis quam alterius, & tunc plana fient omnia, si etiam consuetudo locorum, & arbitrium bonorum virorum seruentur.

28 ¶ Societas aliquorum secularium, qui non sunt religiosi, vt disciplinatorum, & huiusmodi, & quorundam aliorum, qui non sunt propriè religiosi, quia non profitentur tria ve-

ta, vt Iesuatorum, Azuriorum, & quorundam aliorum sunt licitæ, si ex iusta causa fiant, possuntque facere statutum ex honesta causa, vt scilicet omnes ingredientes tantum soluant, secundum Petr. de Peru. in tract. de cano. portio. arg. in c. Non exemplo. 16. quæst. 2. & debet intelligi, si potest soluere, aliter esset iniquum statutum, & debet fieri per verba affirmatiua, & non negatiua ca. Ad apostolicam, de simo. Possunt etiam percipere oblationes, quas ipsi ex suis pecuniis faciunt, vt eis vtantur circa altare, quia hæc non videntur oblata ecclesiæ, vel altari. Similiter si quid offeratur societati eorum, & non altari, vt legata quæ fiunt societatibus.

29 ¶ Alij autem religiosi, qui propriè non sunt religiosi, quia non faciunt tria vota solenniter, si contrahunt matrimonium tenet, etiam si iurassent contrahere, quia hoc non est de impedimentis dirimentibus contractum matrimonium, licet illicitè contrahant, si iurauerunt non contrahere, supra, Matrimonium. §. 3. Possunt tenere pecunias datas intuitu propriæ personæ ex vi suarum constitutionum, quia votum paupertatis non habent, nisi particulariter se obligauerint, vel eorum consuetudo aliter habeat, vt quia alij ponunt in communi, & huiusmodi. Tunc enim infideliter agerent non ponendo in communi, cum alij ponant.

DE SODOMIA.

¶ *Sodomia grauissimum peccatum.*

¶ **S**odomia supra, Luxuria. §. 4. grauissimum est peccatum quomocunque fiat, quia contra naturam. Vitium sodomiticum non est omnis actus luxuriæ contra naturam, sed tantum actus luxuriæ, qui est inter ea, quæ sunt eiusdem speciei, & eiusdem sexus, ideo accedens ad brutum animal, non dicitur sodomiticè peccare, sed bestialiter. Et accedens ad mulierem etiam non seruato naturali vase, non dicitur sodomita, sed monstruosè peccant. Sed tunc Sodomita dicitur, cum sit concubitus non ad debitum sexum, vt sit masculus cum masculino, vel mulier cum muliere, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 154. art. 11. in cap. Sexus enim foemineus non est debitus pro concubitu foemineæ, sed masculus, & e contra.

DE SOLICITUDINE.

¶ *Sollicitudo an sit peccatum.*

¶ **S**ollicitudo circa temporalia, quando in ipsis ponitur finis vltimus, est peccatum mortale, quia extra Deum
finis

finis statuitur, vel quando temporalibus tantum apponitur studium quo quis à spiritualibus necessariis ad salutem retrahitur, vel ita est anxius, quod de Deo diffidit quod non prouideat ei in necessariis. Ideo dicitur Marth. 13. cap. Sollicitudo seculi suffocat verbū. Aliquando veniale est, vt cum quis nimis timet deficere sibi necessaria, ideo anxie sollicitus est, non tamen desperat de prouidentia Dei, nec necessaria ad salutem relinquit propter hoc, vt missam, confessionem, communionem, &c. Thomas secunda secundæ, q. 65. artic. 6. & 7. Quid autem sit, vide Thom. secunda secundæ. quæst. 47. art. 9. ad 3.

DE SOLVTIONE.

¶ *Solutio de qua moneta fieri debeat.*

¶ **S**olutio debita, semper fieri debet secundum monetam, quæ tempore contractus debiti currebat, quæ si non inuenitur, vel quocunque alio modo est perpetuò alterata, soluenda est æstimatio, vide in c. Olim, de cen. & c. quando, de iur. iu. Et sic communiter tenent legistæ, in l. Paulus, & in l. minorum. ff. de so. Multa quæ pertinent ad ius ciuile circa hanc materiam ponit Sil. ver. Solutio, per totum, sed præcipue. q. 2. Quomodo autem fienda est solutio, & cui, & quando, supra. Restitutio per totum.

DE SOMNIIS.

¶ *Somniorum observatio quomodo possit esse peccatum.*

¶ **S**omniorum observatio potest esse peccatum, vt cum quis temerariè iudicat somnia provenire ex aliqua causa, de qua non est certus, vel significare aliquem euentum incertum, & hoc veniale est, quia temerarium iudicium, de singulari, nullius damni est. Secundo, est mortale, quando quis propter somnia committit, vel omittit aliquod, quod est de necessitate salutis, vel contra salutem. Si autem talia non sint de necessitate salutis, licet sint expedientia, & utilia ad salutem, talis observatio erit venialis, nisi caderet in crimen superstitionis, in qua misceretur diabolica illusio, & tunc dæmonum societas, dum paulatim homo tantum vitur somniis, vt eis pro regulis suarum actionum vtatur, aut incidat in alia scelera supra, Astrologia, per totum, infra, Superstitio. §. 2. supra, Diuinitio, per totum. Non est igitur de somniis curandum, cum pluribus ex causis venire soleant, nec de eis timendum.

D E S O R T E.

1 *Sors quid dicatur, & quotuplex sit. num. 2. 3.*

1 **S**ors dicitur cum aliquid sit ab homine, vt considerato eius euentu aliquid occultum innotescat, Thom. in Opusc. de sortibus, & 2. q. 2. q. 95. artic. vltimo, quæ triplex est, scilicet diuisoria, & consultoria, & diuinatoria secundum Caiet. ibi in summa. Prima est circa bona temporalia, dignitates, & pœnas, sicut milites super Christi veste miserunt sortem, & Saul sorte electus est, & sors cecidit super Ionam, vt puniretur. Ad hoc, quod hæc sit licita, requiritur quod prudenter fiat. Secundo, sine periculo communis boni, vel iustitiæ, quod fieret si fortè eligerentur homines indifferenter ad regimen ciuitatis, vel animarum, quoniam sors super indignos cadere posset. Secus electis prius quibusdam idoneis, & inde de vno eorum detur sors pro pace seruanda. Quando ergo homines non possunt cõcordari, vt in diuisione rerum, hoc modo seruato, licet vti sortibus, Conc. d. Cap. ibi in summa.

2 **¶** Secundo, sors consultoria est, quando expectatur iudicium à Deo, quasi Deum consulendo quid faciendum sit ex euentu sortium, & hæc ad hoc quod sit licita. Primo requiritur articulus necessitatis, ita quod aliter via humana fieri non possit, aliter esset tentare Deum, quod non licet. Secundo quod cum reuerentia fiat. Tertio, quod pro negotio spiritali exercentur, & non terreno, secundum Aug. Quarto, ne fiat pro electionibus spiritalibus, vbi supra iure prohibentur. Vbi autem non prohibentur, & ex multis prius electis idoneis, super vno illorum consulitur Deus, seruatis omnibus prius dictis exemplo Apostolorum, non videtur mortale peccatum.

3 **¶** Tertio, sors diuinatoria est, quæ innititur societati dæmonum explicitè, vel implicitè, & hæc damnata, & mortalis est, quia contra religionem. Vti ergo sortibus ex suo genere non est mortale, sed admixta irreligiositate, vel irreuerentia, vel iniustitia, vel imprudentia. Neque omnis irreuerentia mortalis est, vt quando ex Euangelio secularia negotia consuluntur remota omni superstitione, & dæmonum inuocatione. Immo posset fieri tali fide, & reuerentia, ac necessitate occurrere, quod nullum esset peccatum. Electiones autem fieri hoc modo prohibentur, in c. si. de sorti. ex doctrina Caiet. ibi, in summa. Secus in secularibus dignitatibus, Thom. secunda, secundæ, supra.

DE

D E S O R T I L E G I O.

1 *Sortilegium quid sit.*

2 *Sortilegiorum pœna quæ sit.*

3 *Breuias, vel orationes quomodo super se portare liceat.*

1 **S**ortilegium, diuinatorium, & consultorium sortem comprehendit: cum ad dæmonum recurritur auxilium explicitè, vel implicitè, vt accidit inquirètibz furta vel alia occulta quæ tantum à natura intellectuali scire possunt, aut fieri. Nam ex eo, quod à Deo non quærentur, nec à natura nec à fortuna, coguntur velint nolint, secundum Caiet. ibi, in summa fateri, quod ad dæmonem recurrunt. Implicitè quidem, cum ad sortes ad hunc finem institutas recurrunt, explicitè autem cum incantationibus, vel aliis diuinationibus hæc faciunt, & ita sentit Caiet. ibi in summa, circa fin. Et quamuis doct. multa dicant, materiam tamen hanc quo ad propositum paucis perstrinximus. De vsu tamen sortium vide latius Tho. 2. 2. q. 95. ar. 2. quando liceat.

2 **¶** Sortilegi multis pœnis aliis vltra peccatum, secundum leges plectuntur, vt patet. C. de male. & math. l. nemo, & l. culpa. Et secundum canones imponitur pœnitentia 40. dierum, quando sortilegium est occultum. cap. 1. de sor. si notorium, sunt infames. c. Quisquis. 2. q. 8. & c. Testimonium, de test. cum his qui ad eos recurrunt. Et si clericus est, deponi debet. c. Non oportet. 26. q. 5. Si serui, verberibus subiiciuntur. Efficiuntur tales irregulares, quando est notorium, in qua irregularitate episcopus potest dispensare, secundum Ber. in c. 2. eo. tit. omnes tales irregulares efficiuntur, si notorium sit. Et si liberi, sunt detrudendi. c. Contra idolorum. 26. q. 5.

3 **¶** De breuias, quæ portantur, vel orationibus super se, dic, quod si in eis sunt bona verba scripta, vt verba sacre scripturæ, vel orationis sanctorum, & quod hoc fiat ex deuotione ad verbum Dei, vel sanctorum, sine aliqua superstitione, vt puta quod non obseruetur, an sint scripta in papiro, vel pergamento, vel ieiuno stomacho, vel non, vel posita à virgine vel in manu, & non sint ibi characteres, & verba nõ intelligibilia, nec aliqua falsa, vt quod Christus habuit febres, vel quod Christus dixit vxori suæ, & huiusmodi, vel apocrypha, est licitum. Secus si fiant cum talibus obseruantis, quia sic sapiunt superstitiones. Item quãdo dicitur illis, quicumque portauerit super se hanc orationem, vel scripturam, vel qui dixerit ter, vel septies vel huiusmodi, nõ poterit periclitari morte subita in aqua, vel igne, & similia, quæ omnia

29

falsa

falsa sunt, & reprobanda, nec portanda, peccantque similia scribentes, docentes portari, & portantes quando super hoc sunt moniti: tunc à peccato non possunt excusari, infra, Superstitio. §. 4. Si autem quis portaret aliquam rem super se ad aliquem effectum, quem talis res potest naturaliter efficere, non esset malum, ut lapidem aliquem contra malum caducum, vel huiusmodi. Quando autem nullam naturalem virtutem habent ad talem effectum, & non portantur pro reuerentia Dei, vel sanctorum, manifesta est superstitio, ut ex S. Tho. secunda secunda. q. 17. art. 4. elicitur. Ex his quæ diximus, facile quis deprehendere poterit, quando ea, quæ super se portantur, superstitiosa sint, vel non.

DE SPECTACVLIS.

1 Spectacula facientes qualiter mortaliter peccant.

1 Spectacula facientes, vel fieri mandantes, in quibus im-pudica, crudelia, & irreligiosa notabiliter sunt admixta, sine dubio mortaliter peccant. Et similiter aspicientes talia cum delectatione de huiusmodi, quia delectari de eo, quod mortale est, peccatum mortale dicitur. Si vero talia occurrunt alicui, non tamen placent, nec vellent illa fieri, tamen ex quo occurrunt aspicit, ex curiositate, nisi ex hoc oriatur scandalum, vel periculum, quod animus eius inclinaretur ad complacentiam, vel aliquod simile desiderandum, non video mortale, sed erit veniale, supra, Curiositas. §. 2. Ludus. §. II. Bonum tamen est, & securius, ab huiusmodi recedere.

DE SPONSALIBVS.

- 1 Sponsalia quid, & vnde dicantur.
- 2 Sponsalia sicut matrimonium debent publice contrahi.
- 3 Sponsalia absolute, & conditionaliter possunt contrahi.
- 4 Tempus requisitum ad contrahendum sponsalia quale sit.
- 5 Sponsalia potest contrahere is, qui & matrimonium.
- 6 Parentibus pro filiis presentibus, & non contradicentibus contrahentibus, an teneat matrimonium.
- 7 Matrimonium tenetur sub peccato mortali contrahere, qui sponsalia contraxit.
- 8 Sponsalia an dicantur si P. promittat accipere unam de filiabus S. & ipse promittat dare unum de suis indeterminatè.
- 9 Sponsalia an sint si quis promissit desponsare aliquam per verba de futuro.
- 10 Pœne appositæ in contractibus sponsalium an teneant, & num. II.
- 11 Sponsalia quomodo solvantur. num. 13.
- 12 Sponsorum peccata quæ sint:

1 Sponsalia nominat futurarum nuptiarum promissionem secundum Th. 4. sen. 27. q. 2. ar. 1. & in c. Nostres 30. q. 3. à spondeo dicuntur sponsalia, nec faciunt matrimonium, secundum Tho. ibi. Post autem matrimonium per verba de presenti contractum, non dicuntur sponsi, sed maritus, & vxor, etiam ante copulam, quia animorum solus consensus matrimonium facit. c. Sufficiat. 27. q. 2. Vnde appellatione maritata non veniunt sponsi, nisi in materia favorabili, 27. q. 1. in princ. Ideo quando statutum dicit, quod mulier maritata non admittatur ad successionem patris cum fratribus, Berta desponsata per verba de futuro, non excludetur, quia agitur de materia odiosa, consentit Pan. in c. ex publico, de conuer. coniug. 2. ¶ Non solum matrimonium, sed & sponsalia de futuro publice debent contrahi, secundum dispositionem. c. Cum inhibito. de clan. despon. secundum Pan. ibi, quia sponsalia in multis casibus transeunt in matrimonium ipso facto, in c. Is qui, de spon. Nec est necesse seruare huius cap. Solemnitatem, ubi non est consuetudo, quod fiant tales denuntiationes, sed sufficit publice contrahere, ut non dicatur clandestinus contractus, secundum Pa. ibi, & glo. in ver. clandestinis.

3 Sponsalia possunt contrahi absolute, & conditionaliter, absolute multipliciter contrahuntur. Primo simplici promissione ut dicendo, accipiam te in meam vxorem, & e contra. Secundo, per fidei dationem, vel iuramentum. c. Inter virum, de spon. Tertio quando ambo impuberes, vel alter eorum, maiores tamen septem annorum, & non propinqui pubertati contrahunt per verba de presenti, tunc iuris interpretatione sunt sponsalia de futuro. c. Vnico, de spon. lib. 6. Quarto, per annuli subtrationem. c. Si quis desponsauerit. 27. q. 2. Quinto, dando arram de qua supra, Arra. §. 3. de arra, & annulo iudicabitur secundum verba acta, quæ præcesserunt, quia si fuerunt de futuro, erunt sponsalia, si de presenti, erit matrimonium si nulla fuerunt, iuxta consuetudinem iudicabitur. De his modis, vide Thom. supra, & Arch. Flo. 3. par. tit. 1. cap. 18. §. 1. Si vero præcesserunt verba vnus tantum, & datio annuli, vel acceptatio arræ, iudicabitur pro matrimonio, quia, in hoc denotatur consensus alterius expressus, & tunc vel matrimonium, vel sponsalia secundum quod verba præcesserunt, ut no. glo. in c. pen. de spon. sed in dubio pro matrimonio iudicabitur, quia est favorabile. c. Literis de præsum. Sed si Titius accipiat manum Bertæ, dicendo, do tibi fidem quod te accipiam, & ita nihil respondeat, vel non ostendat se

Solus animi consensus facit matrimonium.

Conc. Tri. sessio. 25. Decret. de Reform. matrim.

acceptate, non sunt sponsalia, quia non debet claudicare, qui tamen promisit, debet seruare fidem, secundum Ar. Flo. supra.

4 ¶ Tempus requisitum ad contrahendum sponsalia, est septennium, secundum Tho. ubi supra, à iure rationabiliter institutum, quia tunc homo uti ratione incipit. c. Vnico, in 6. de despon. impub. Si autem nondum compleverint septennium, & haberent liberi arbitrij usum videtur quod teneant sponsalia, secundum Tho. ibi, quia adest ratio videlicet discretio. Quia tamen ecclesia determinauit tempus compleri septennio, ideo tutius est quod septennium sit completum, ut dicit Pa. in c. Litteras, de despon. impub. Sed quia legis intentio verbis legis præiudicat, ideo opinio S. Tho. est vera, consentit glo. in c. Spon. su. de despon. & text. in c. Iuuenis, eo. tit. & Pan. etiam ibid. Si autem ambo, vel alter sint minores septennio, & ipsi, vel parentes eorum contrahant, non valent, qui verò maior est septennio, debet expectare alterum, qui erat minor, ne frangat fidem, quia ex parte ipsius tenent. Et si puber cum impubere contrahat sponsalia, impuber cum peruenerit ad ætatem debitam, potest contradicere, puber autem nunquam, etiam ante ætatem debitam nullus potest contrahere secundum Pan. in c. De illis, de despon. impub.

5 ¶ Quilibet valens contrahere matrimonium, potest sponsalia contrahere, & per se, & per nuntium, per procuratorem, per patrem, & matrem, per quemlibet, dummodo consentiant, vel iustificent hi, quorum nomine contrahitur, non tamen contra, quilibet valens contrahere sponsalia, potest matrimonium contrahere, ut dictum est de impuberibus, supra, §. 4.

6 ¶ Parentibus contrahentibus pro filiis, ipsis filiis presentibus, & non contradicentibus, lex pro matrimonio iudicat, in dicto. c. Vnico, quamuis secundum veritatem non sit, nisi ipsorum adsit consensus, sed quia ecclesia non potest videre consensum, iudicat quod foris est. Non est autem simile de aliis contrahentibus, qui non sunt parentes, nisi expresse consenserint Pan. in cap. 1. de matri. contract. contra inter eccle. Idem esse de fratre affirmat. Tab. ver. Sponsalia. §. 5. sed non probat Sil. nihil dicit, ibi. q. 2. in fi.

7 ¶ Qui sponsalia contraxit, tenetur sub peccato mortali contrahere matrimonium, quia tenetur soluere promissum, secundum Tho. supra, nisi legitimè interueniat impedimentum. In foro tamen contentioso non compelluntur, quia matrimonia coacta malum exitum habere consueverunt, nisi interuenisset iuramentum, ut quidam asserunt, sed neque propter hoc cogendi

cogendi sunt, propter dictam rationem. Consentit Pano. in d. cap. Ex literis. el. 2. de spon. & cap. Requisiuit, Si autem contraxit cum secunda, per verba de presenti, non tenetur amplius contrahere cum prima, mortaliter tamen peccauit, & propter fractionem promissionis imponitur poenitentia. in c. Sicut. de spon. Quod si cum secunda tantum sponsalia contraxit, etiam iurata, contrahat tamen matrimonium cum prima, in d. c. Sicut. Quomodo autem ex sponsalibus oriatum impedimentum publicæ honestatis, etiam quod sint nulla, non ratione consensus, ut in d. cap. Vnico, de despon. impuber. in 6. Vide supra, Matrimonium. §. 46. & de spon. c. Vnico. lib. 6.

8 ¶ Si Petrus promittat accipere vnam de filiabus Sempronij, & ipse promittat dare vnam de suis indeterminatè, etiam cum iuramento, non sunt hæc sponsalia, nec contractum est aliquod impedimentum, nisi vna earum consensisset. in cap. Vnico, de spon. lib. 6. Petrus tamen qui sic promisit, tenetur facere quod potest, & si vnam proponat, liberatur, quod si vna superstitè, aliis morientibus tenetur superstitem dare, & si vna earum in illum consensit, non potest alias accipere. Quod si nulla consensit, nulla potest cogi, etiam à patre.

9 ¶ Antonius promisit desponsare Berram per verba de futuro, non propter hoc sunt sponsalia, nisi sic esset consuetudo, vel per desponsationem intelligeret matrimonium contrahere, vel tunc intenderet contrahere sponsalia. Tenetur tamen contrahere sponsalia, ne sit fractor fidei datæ.

10 ¶ Poenæ appositæ in contractibus sponsalium communiter non tenent, si ratione poenæ sunt positæ, secundum Tho. supra. c. Gemma, de spon. Matrimonia enim libera esse debent. in d. c. Requisiuit. Secus si ratione dotis poena fuit appositæ, quia tenent.

11 ¶ Titius habens filiam impuberem promittit dare Sempronio iuueni 18. annorum, qui in quarto gradu attinet dictæ filiae, & vtraque pars firmat promissionem cum iuramento, & poena pecuniaria appositæ, tenetur quælibet pars facere, quod potest in conscientia, ut matrimonium locum habeat, videlicet quætere dispensationem, & si haberi potest, tenetur contrahere, ne sint fractores iuramenti, quia omne iuramentum, quod non vergit in detrimentum salutis æternæ, est seruandum. c. Cum contingat, de iure iur. cap. Non licet. eo. tit. lib. 6. c. Quamuis, de pact. in 6. si tamen intendebant se obligare, Est & c. Ex literis, el. 2. de spon. Ex quo videtur, quod suam cogi debent ad obseruandum, & ibi, Pan. Et licet non cogendi sunt, propter dictam rationem. Consentit Pano. in d. cap. Ex literis. el. 2. de spon. & cap. Requisiuit, Si autem contraxit cum secunda, per verba de presenti, non tenetur amplius contrahere cum prima, mortaliter tamen peccauit, & propter fractionem promissionis imponitur poenitentia. in c. Sicut. de spon. Quod si cum secunda tantum sponsalia contraxit, etiam iurata, contrahat tamen matrimonium cum prima, in d. c. Sicut. Quomodo autem ex sponsalibus oriatum impedimentum publicæ honestatis, etiam quod sint nulla, non ratione consensus, ut in d. cap. Vnico, de despon. impuber. in 6. Vide supra, Matrimonium. §. 46. & de spon. c. Vnico. lib. 6.

8 ¶ Si Petrus promittat accipere vnam de filiabus Sempronij, & ipse promittat dare vnam de suis indeterminatè, etiam cum iuramento, non sunt hæc sponsalia, nec contractum est aliquod impedimentum, nisi vna earum consensisset. in cap. Vnico, de spon. lib. 6. Petrus tamen qui sic promisit, tenetur facere quod potest, & si vnam proponat, liberatur, quod si vna superstitè, aliis morientibus tenetur superstitem dare, & si vna earum in illum consensit, non potest alias accipere. Quod si nulla consensit, nulla potest cogi, etiam à patre.

9 ¶ Antonius promisit desponsare Berram per verba de futuro, non propter hoc sunt sponsalia, nisi sic esset consuetudo, vel per desponsationem intelligeret matrimonium contrahere, vel tunc intenderet contrahere sponsalia. Tenetur tamen contrahere sponsalia, ne sit fractor fidei datæ.

10 ¶ Poenæ appositæ in contractibus sponsalium communiter non tenent, si ratione poenæ sunt positæ, secundum Tho. supra. c. Gemma, de spon. Matrimonia enim libera esse debent. in d. c. Requisiuit. Secus si ratione dotis poena fuit appositæ, quia tenent.

11 ¶ Titius habens filiam impuberem promittit dare Sempronio iuueni 18. annorum, qui in quarto gradu attinet dictæ filiae, & vtraque pars firmat promissionem cum iuramento, & poena pecuniaria appositæ, tenetur quælibet pars facere, quod potest in conscientia, ut matrimonium locum habeat, videlicet quætere dispensationem, & si haberi potest, tenetur contrahere, ne sint fractores iuramenti, quia omne iuramentum, quod non vergit in detrimentum salutis æternæ, est seruandum. c. Cum contingat, de iure iur. cap. Non licet. eo. tit. lib. 6. c. Quamuis, de pact. in 6. si tamen intendebant se obligare, Est & c. Ex literis, el. 2. de spon. Ex quo videtur, quod suam cogi debent ad obseruandum, & ibi, Pan. Et licet non cogendi sunt, propter dictam rationem. Consentit Pano. in d. cap. Ex literis. el. 2. de spon. & cap. Requisiuit, Si autem contraxit cum secunda, per verba de presenti, non tenetur amplius contrahere cum prima, mortaliter tamen peccauit, & propter fractionem promissionis imponitur poenitentia. in c. Sicut. de spon. Quod si cum secunda tantum sponsalia contraxit, etiam iurata, contrahat tamen matrimonium cum prima, in d. c. Sicut. Quomodo autem ex sponsalibus oriatum impedimentum publicæ honestatis, etiam quod sint nulla, non ratione consensus, ut in d. cap. Vnico, de despon. impuber. in 6. Vide supra, Matrimonium. §. 46. & de spon. c. Vnico. lib. 6.

promiserint accipere dispensationem, tamen ex eo quod iurauerunt contrahere, & contrahere non poterant sine dispensatione propter impedimentum, quod non ignorabant, ideo interpretandum est, quod etiam iurauerint accipere dispensationem, quia hoc est accessorium, si autem nesciebant requiri dispensationem, & si sciissent, non se obligassent, non tenentur, quia iuramentum non ad plus obligat, quam sit iurantis intentio. Et quantum iura dicant matrimonia debere esse libera, ut supra diximus, hoc intelligitur, quod quando sunt sine iuramento, ecclesia non cogit, ut dicit Pan. in d. c. Ex literis, secus cum iuramento, quod Papa seruari iubet, in d. c. Ex literis, nec obstat. d. c. Requisiuit, ubi dicitur: monendi sunt, non cogendi, quia dicit glo. ibi prius monenda, & post cogenda propter iuramentum suum, ideo ad hoc seruandum cogendi sunt, nisi legitimum interueniat impedimentum, ut esset periculum uxoricidij, adulterij, belli, & huiusmodi, ad arbitrium sapientis. Quidam tamen dicunt, quod in foro contentioso non possunt cogi, tamen in conscientia tenentur, & ad poenam etiam tenentur, secundum Pan. in d. c. Ex literis, secundum glo. si non faciunt quod possunt, ut dispensationem habeant a superiori.

12 ¶ Sponsalia per religionis ingressum, secundum Tho. sup. ar. 3. ad 1. intellige & professionem, in qua quis spiritualiter mundo moritur, etiam quod quis iurasset contrahere soluantur, & licet quidam dicant, quod prius debet contrahere, & post ingredi, ut seruet iuramentum, tamen est necessarium, ut dicit glo. in c. Commissum, de spon. & Pa. & Inn. exponentes d. c. Commissum, quod videtur esse contra hoc, etiam si fuit matrimonium per verba de presenti soluitur, cap. Verum, de conuer. coniu. c. Ex publico, eo. Item soluantur sponsalia, per sacrum ordinem superuenientem, quia maius vinculum alterius rationis est, quod vinculum si praecederet, solueret matrimonium contractum de facto per verba de presenti, supra, matrimonium. §. 42. Item per votum simplex si praeceat, non autem si sequatur, quoniam haec duo. s. votum simplex, & sponsalia etiam iurata, sunt aequalis ponderis. Ideo quodcumque horum praeceat, impedit reliquum, supra Matrimonium. §. 43. Item soluantur quando alter statuto tempore non comparer ad perficiendum matrimonium, secundum Th. supra, ad 2. nec peccat contrahendo cum altero, vel altera, si ex parte eius non steterit, quin matrimonium locum haberet, & libere sine aliqua licentia potest contrahere, quia

text.

text. dicit libere. c. de illis autem despon. Quod si alter ad liberos partes pendentibus sponsalijs se transtulerit, & non esset spes de proximo reditu, alter nubere potest libere, nec tenetur expectare per biennium, in d. c. De illis. Item si ante matrimonium contractum alteri superueniat grauius infirmitas, quae cum multum debilitet, ut paralytis, ut multum deformet, ut caecitas, & huiusmodi, vel contra bonum prolis, ut lepra quae prolem solet inficere, sicut morbus gallicus, & huiusmodi. Haec enim dirimunt sponsalia. c. literas de coniu. lepro. ne scilicet alter alteri displiceat, & malum exitum tale matrimonium habeat, secundum Th. supra. Item si affinitas superueniat, ut quia alter consanguineam alterius isto interim cognouit, ad quod probandum sola fama sufficit. cap. Super eo, de conlan. & affi. Secus si superueniat impedimentum publicae honestatis, quia non dirimit sponsalia, cum non sit quid maius, cum sequatur. Item si se mutuo absolunt, secundum Th. supra, ad 5. & in ca. Praeterea de spon. etiam si sint iurata. Contor. Pan. in d. c. Praeterea; & haec est communior opinio. Item per fornicationem sequentem, tunc qui non est in culpa potest solutionem petere, quia ex hoc sunt iniuncti suspecti de seruanda fide in futurum, secundum Th. supra, ad 6. etiam si iurasset ducere, in c. Quemadmodum de iur. iur. nisi violenter ei hoc accidisset, quia cessat ratio recuperandis. Eodem modo si inuenerit hereticam, vel cognoscit non esse virginem sicut credebat, & huiusmodi cuius ratio esse potest, quia si hoc sciisset, non promississet. Ideo implicite videtur cum hac conditione promississe, sicut qui vouit ire ad sanctum Iacobum, credens non distare nisi per quadraginta miliaria, & postmodum reperit distare per quingenta, vel mille miliaria, quod si sciisset nullo modo vouisset, tale votum non tenet, sic in eo simili casu. Item si contrahat cum alia per verba de presenti, vel per verba de futuro cum copula hi contractus fortiores sunt quia faciunt matrimonium, ideo dirimunt sponsalia, in c. 1. de spon. duorum: & Pa. in c. Veniens, et 2. de spon. Poenitentia autem fractori fidei imponi debet in c. sicut de spon. quod quidem iustum esse videtur.

13 ¶ Item quando impubes contraxit sponsalia post septennium cum venit ad pubertatem perit absolui a sponsalibus & dari licentiam alteri nubendi, similiter si ante septennium contraxit, licet non fuerint vera sponsalia, tamen secundum Th. supra ad 8. debet petere licentiam, nec veniens ad aetatem legitimam videatur approbare. Si maiores septennium co-

Q. 9

Sponsalia

trahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resiliere potest, & ille qui prius ad pubertatem venit alterum expectare non tenetur, secundum Pa. in c. De illis, & c. Sequenti, de spon. Et si tempore contractus, alter erat pubes, alter impubes, hic factus pubes, potest resiliere, nisi carnalis copula interuenerit, non autem ille, qui tempore contractus erat pubes, secundum Pa. ibidem. Non quod petens in aetate nubili liberationem causam aliquam allegare non tenetur, cum ius sic concedat, quia in illa aetate non erant potentes obligare se ad consentiendum inseparabiliter. Non etiam secundum Tho. quod huiusmodi absolutio in dictis, semper debet fieri, praeterquam in casu, quando quis religionem intrat, vel quando quis aliam, vel alium accipit per verba de presenti, vel secundum aliquos, quando fuit oppositus terminus post terminum liber est. in c. Sicut ex literis, de spon. Potest addi & alius modus quo sponsalia possunt separari, quoniam inter sponsos orta est vehemens inimicitia propter rationem. c. 2. de spon. Item si fama habet, quod inter eos est canonicum impedimentum, & de fama doceatur, tunc debet impediri ne contrahant, in c. Cum in tua, eo. Item quando post factum accessit magna sponsi sequitia, in c. Veniens, qui cle. vel vo. & propter conditionem non honestam appositam, in cap. De illis, de condi. ap. Pro his quoque dicta sunt. Arc. Flo. not. duas regulas. Prima quotiescunque contrahuntur duo vincula aequalis potentiae, in compossibilia primum praedictat secundo. Secunda quoties contrahuntur duo vincula disparis potentiae, in compossibilia, fortius repellit minus forte, ut sponsalia etiam iurata, & vorum solemne, secundum repellit primum.

*Nota re-
solam.*

14 ¶ Sponsorum peccata in modo triplici inveniuntur. Primo in ipso contractu, si fidei contrahant, cum intentione contrahendi, vel fidem seruandi, & est mortale, quia pernitiosum multum, ut si clandestine contrahant, & videtur mortale, sicut de contractu matrimonij, licet minus propter pericula, quae communiter sequuntur, & prohibitionem, aut quia apponitur poena, quasi poena conventionalis, contra prohibitionem iuris, in cap. Gemina, de spon. Et si desit contemptus secundum Caie. ibi, est veniale, & poena nulla est. Secundo in dissolutione sponsalium quando sine causa dissoluntur sufficeret, quia est peccatum perfidiae, & mortale, quia in proximum pernitiosum. Tertio in usu, quando vacat actibus impudicis, ut supra dictum est. Impudicitia. §. 9. Oscula tamen amplexus, & huiusmodi ex benevolentia non sunt peccata, si vero delectationis causa fiant affectus mortali-
iam

iam inchoate, absque impudicitia, tantum venialia sunt. Huiusmodi enim oscula inchoatione venereae voluptatis important, sicut & sponsa inchoatiue est sponsi. Caueant tamen a consummatione antequam contrahant, quia mortale esset. ¶ Statutum, §. Constitutio. §. 7. in ver. Lex per totum Exequie. §. 1. An statueri s. mortuariis, sit contra libertatem Ecclesiae. Exequie §. 1. Quomodo sunt excommunicati, Excommunicatio. 31.

DE STRIGIIS.

1 Strigiae quae dicantur.

1 S Trigiae, seu lamiae, dicuntur personae quaedam, quae in nocte maxime exercent se in maleficijs. Haec aliquando credunt se portari ad ludos quosdam, & deluduntur in somnjis. c. Episcopi. 26. q. 5. Aliquando realiter portantur, ut expertum est, Aliquando per se vadunt, nec hoc est contradictum. c. Episcopi. Nam illa secta, de qua loquitur. d. c. Episcopi, est alia ab hac, quae modo dicitur secta strigiarum, licet in aliquibus cum illa conueniat, in aliquibus discoueniat. Nec est verum quod mutantur in gattas, vel alia animalia (ut dicitur) quauis virtute demonis hoc possit videri per artem praestigij vel circumponendo figuram, & haec saepe fiunt. Haec secta non est proprie haeretica, & expressa, sed praesumptiue quoniam diabolo, quem inimicum Dei credit, diuinum honorem exhibet, abnegat fidem, & baptismum contemnit sacramenta & crucem, homines percutit morte, & aegritudinem per fascinationem, & per actiua naturalia edocta a diabolo, & per virtutem ipsius demonis assistentis, & cooperantis propria virtute, ut in reseratione portarum, & multorum aliorum. Si quis autem bene inspiciat illud cap. episcopi, intelliget, quod inquisitores non agunt contra illud, dum officium contra has exequentur.

DE STVPRO.

1 Stuprum quid sit.

1 S Tuprum, per quod mulier virgo extra matrimonium defloratur, mortale peccatum est constituens propriam speciem, ex eo quod aufertur virginale signaculum paternae custodiae commissum. Si autem alio modo perdat virginitatem, ut per voluntariam pollutionem ex se, non erit stuprum, sed mollities. In masculo autem adhuc virgine, coeunte cum meretrice, vel alia non erit stuprum, quia non ita sub custodia patris est quod ad hoc, nec fit minus nubilis, amissa virginitate, sicut foemina Tho. 2. 2. q. 154. ar. sexto. Ad quid teneatur qui stuprauit virginem, supra Restitutio. §. 22.

DE SUFFRAGIIS.

- 1 Suffragia pro mortuis quando fieri inceperint.
- 2 Qui in suo testamento ordinavit aliqua bona fieri pro anima suam eorum premium consequatur, antequam fiant ab executoribus.
- 3 Suffragia facta pro mortuis quibus prosint.
- 4 Suffragia a peccatoribus facta an prosint defunctis.
- 5 Recipientes multos ad participationem suorum bonorum, an mereatur, & sint utilia sua bona.
- 6 Missam de mortuis, vel de alio sancto dicere an multum referat.

1 **S**uffragia pro mortuis fieri inceperunt ab Apostolis. Tho. 4. sen. d. 45. q. 2. ar. quol. 2. & Aug. li. de cura pro mortuis habenda. & Damna. in ser. de suffrag. mortuorum, & Dio. c. vi. de ca. Iera. Ideo credendum est suffragia viorum defunctis posse prodesse, & credo quod qui pertinaciter non crederet, esset haereticus, quia videtur repugnare scripturae. Mac. li. 2. c. 12. qui liber est in can. ecclesiae. ut patet per Aug. li. 18. de civi. Dei, & per Concilium Carra. Licet apud Iudeos non sit canonicus, ut dicit Hier. in prologo galeato: & pro hac heresi fuerunt Graeci condemnati in concilio Flor. supra, Purgatorium per totum. Indulgentia. §. 19. Non est igitur negandum suffragia pro mortuis fieri esse utile.

2 ¶ Qui in suo testamento ordinavit aliqua bona fieri pro anima sua post mortem premium talium bonorum, seu suffragiorum consequitur etiam, antequam fiant ab executoribus quantum ex opere operante principalis agentis, siue testatoris, sed quantum ad efficaciam suffragiorum quae est ex opere operato vel ex opere operante exequentis non consequitur fructum, antequam fiant, & hoc modo tarditas executorum nocet defunctis, quo ad poenam purgatorij, quae est temporalis secundum Th. supra, ad quartum. Non possunt tamen defuncti defraudari, quo ad aeternam retributionem, nisi per propriam culpam. supra. Executor. §. 16. & ibi quomodo graviter peccant tales defraudantes, tanquam egentium negatores.

3 ¶ Suffragia facta pro mortuis, non tantum prosunt illis sed etiam facientibus, in quantum procedunt ex radice caritatis, qua faciens suffragium meretur vitam aeternam sibi. Quomodo vnus pro alio satisfacere potest, supra Indulgentia. §. 19.

4 ¶ Suffragia a peccatore facta prosunt mortuis, quantum ad ipsum opus operatum, id est quantum ad efficaciam, quam habent ex se, & quantum operans operatur in persona ecclesiae.

ecclesiae, vel ut alterius instrumentum, & inter suffragia pro mortuis, magis proficit missa. c. nihil. de cons. d. 2. & Th. 4. sent. supra, & Pet. de Pal. Secundo, eleemosyna. Tertio, oratio. Quarto, ieiunium. ca. Animae defunctorum. 13. q. 2. quomodo eleemosyna sit magis satisfactoria, supra, Eleemosyna. §. 13.

5 ¶ Qui multos recipit ad participationem bonorum suorum, licet mereatur, quia ex caritate hoc facit, tamen quo ad expiationem poenae, sunt sibi minus utilia sua bona, de rigore iustitiae, sed forte Deus ex sua misericordia facit, quod etiam pro se satisfaciant, hoc autem incertum est.

6 ¶ Dicere missam de mortuis, vel de aliquo sancto pro mortuis non multum refert, sed bene deuotio rogantis, & offerentis, ideo consulerem eis, qui volunt facere dici missas, ut dicerent sacerdoti: pater dicatis illam, ad quam maiorem habetis deuotionem, vel talem, ad quam ego habeo deuotionem, & valet quo ad liberationem a poena ei tantum pro quo fit, secundum Pe. de Pal. supra, Missa. §. 32.

¶ SVBDIACONVS. supra, Ordo. §. 2. Aetas. §. 1.

¶ SVBSANNATIO, supra derisio per totum.

¶ SVBSTITVTIO, & Successio, quia ad ius civile magis pertinent, dimittantur. Vide si vis Sil. verbo Haereditas. Tab. ver. Substitutio, & Successio.

DE SUPERBIA.

1 *Superbia quid & quod peccatum & quibus modis perpetretur. & nu. 2.*

1 **S**uperbia secundum quod nominat inordinatum appetitum proprie excellentiae, peccatum speciale est, de quo Tho. 2. 2. q. 162. art. 1. & 2. & quia superbus extollit se supra id, quod est praefixum secundum Dei regulam, ideo ex suo genere peccatum mortale est, veniale autem ex imperfectione actus, & est grauissima, quia superbus diuinae regulae subiici non vult. Coniungit autem peccare in hoc quatuor modis distinctis specie. Primo, cum quis bonum a se metipso habere existimat, & non a Deo. Secundo cum existimat a Deo datum, sed ex propriis meritis. Tertio, cum se iacet habere quod non habet. Quarto, cum despectis caeteris appetit videri habere, quod habet. Quando talis appetitus est secundum rationem deliberatam, mortale est in omnibus speciebus: secus quando secundum primos motus, ut quando homo laudat se, non tamen propter hoc vult non subiici diuinae regulae. Non enim est hic actus perfectus circa appetitum inordinatum propriae excellentiae.

2 ¶ *Superbia*

2 ¶ Cum quis ita Deo ingratum se exhibet, ac si non accepisset omnia à Deo, est in prima specie superbiæ. Cū quis conqueritur de Deo, quod non exaudiat eum, vel det aliqua bona, est in secunda specie. Cum quis existimat se sanctum, liberalem, & huiusmodi, & non est, in tertia specie reperitur. Cum quis negligit operari, appetere spiritualia, & pro peccatis propriis satisfacere, est in quarta specie. Contra verò proximum peccatur, si quis proximo crudelis existit, incornpaciens, intolerans, iniurians, impatiens, ægrè ferens se despici, indignans, & huiusmodi. Hæc enim sunt signa, quod homo plus de seipso sentit, quam de aliis, quia existimat se non debere participem esse poenarum ipsorum. Et hoc quidem peccatum, multum vitam spiritualem impedit, multumque periculosum est, quia difficiliter eradicatur, cum sit spirituale peccatum. Est etiam peccatum generale, cum influentiam quandam in omnia habeat peccata, & ita capit omnium vitiorum rectè dicitur.

DE SUPERSTITIONE.

- 1 Superstitio quid sit & quot eius species.
- 2 Superstitio qua Deo exhibetur indebitus cultus, dupliciter fit.
- 3 Superstitio vana observationis qualiter fiat.
- 4 Superstitiosum aliquid esse quomodo cognoscatur.

1 S Vperstitio, quædam protestatio infidelitatis est, quia circa diuinum cultum erratur, religioni opposita, secundum Th. 2. 2. q. 92. ar. 1. quia cultum diuinum exhibet, vel ei, cui non debetur, vel non eo modo quo debet, cuius species quatuor sunt. scilicet diuinitas, idololatria, (de quibus supra, in suis locis dictum est) indebitus veri Dei cultus, & vana observatio, & de his duabus speciebus vltimis, nunc dicendum est.

2 ¶ Superstitio, qua exhibet quis Deo indebitum cultum dupliciter fit, aut pernitiosè, aut superflue. Pernitiosè est, si contra fidei veritatem fiat, vt si quis Deum coleret sicut Iudæi, vel alij infideles, ritum eorum seruando, contra ecclesiæ sanctæ ritum, vt seruando sabbatum, vel si falsas reliquias pro reliquiis sanctorum adorandas proponeret, vel offerret imagini Crucifixi ad incitandum alios, lucri gratia. Hic enim cultus falsus est, quia significat quod non est, ideo mortale peccatum. Offeritur enim notabilis irreuerentia Deo ex natura talis operis, & si non ex intentione offerentium. Superflue autem committitur cultus Dei indebitus, quando non seruantur rubricæ, & ritus ecclesiarum, & si desit contemptus, & scandalum, veniale peccatum est, vt quando debet fieri

missa

missa cum vno acolyto, ponuntur duo, vel non debet dici gloria, dicitur. Si tamen adesset contemptus, vel scandalum, esset mortale, ratione horum, non ex se. Non enim est contra Dei reuerentiam, sed præter fieri dicitur.

3 ¶ Superstitio vanæ observationis, primò per artem notoriam est, quando fiunt certa ieiunia, certæ orationes secundum instituta illius artis, ad acquirendum scientiam per infusionem. Et hæc est peccatum mortale, propter inritam cum demone societatem, de cuius institutione hæc seruat, & inutiliter, quia demonum non est, scientiam animabus nostris infundere. Ex doctrina Caiet. ibi, in summa. Secunda superstitio est per præfagia futurorum bonorum, vel maiorum, ex his quæ accidunt, vt si ex casu alicuius eundo domum, accipiat aliquis aliquod malum futurum, & huiusmodi, & communiter hæc vana, sunt venialia peccata, quia non vt instituta religionis gentilium vtuntur homines, sed quia sic habent ex antiquis suis, & quia, vt in pluribus videtur eis sic accidere. Et quando talia accidunt, possunt homines precare à malo, quod verentur accidere. Huiusmodi vana reputantur, dum non adest sinistra intentio. Tertia superstitio observationum est, quæ vsu herbarum, lapidum, lignorum, animalium, carminum, imaginum, rituum, ad faciendum aliquid, vtputa ad stringendum sanguinem, vel huiusmodi, de qua supra. Incatatio. §. 2. Quarta superstitio-observationum, est in verbis, aut rebus sacris portandis, dicendis, adiunctis aliquibus conditionibus non malis: quarum ratio vestitur: vt qui vititur ad spasimum annulo facto ex primo marcello cruci oblato in die veneris sancti, & similia. Hic enim intervenit superstitio quantum apparet, si tamen quis hoc faciat ex mera deuotione: secundum Caiet. supra & non expectet effectum nisi à Deo credens à Deo hoc alicui inspiratum non est damnabile: sed potest tolerari: Ego tamen credo, quod licet talis non sit de mortali damnandus, est tamen prohibendus: ne talia amplius faciat tanquam superstitiosa, & habentia mali vel superstitiosi speciem.

4 ¶ Ad cognoscendum igitur quando hæc, & similia sint superstitiosa, videndum est secundum Th. secunda secundæ supra, & contra gen. li. 3. c. 134. an tales effectus, qui intenduntur, possunt naturaliter produci à talibus rebus tanquam à causis naturalibus, & si sic non erunt superstitiosa, nec illicita, quia licet vt naturalibus causis ad naturales effectus, si non, clarum est, quod non adhibentur tanquam causa, idgo

adhibe

adhibentur, vt signa non vt signa diuina, quia sunt sacramēta, neque sacramentalia, ergo tantum vt signa vana, & vacua, & sic pertinent ad pacta signationum cum dæmonibus inita, sicq; superstitiosa sunt. Corpora naturalia ex suis formis naturaliter agunt non autē artificialia, ideo non possunt naturalem virtutem habere ad agendum, neq; ex impressione virtutum cœlestium, in quantum sunt artificialia, sortiuntur virtutem aliquā. Ex quo patet, quod qui facit annulum sub tali constellatione vt valeat ad malum caducum, vel huiusmodi, vel imprimit imaginem in lapide sub tali signo, nil naturale recipit, vt aliud efficere valeat, ergo in aliquod spirituale est reducendum hoc, non in Deum, vel angelos bonos, quia ad huiusmodi auxilium hoc modo non præstant, ergo ad dæmones, & sic apparet huiusmodi superstitiosa esse. Vide supra. Diuinatio per totum. Incantatio per totum. Ars. §. 2. & ita tene vt sis securus.

DE S V S P E N S I O N E.

- 1 *Suspensio quid sit.*
- 2 *Suspensio quandoque dicitur minor, & quomodo incuratur.*
- 3 *Suspensio quandoque suspendit quo ad alios non quo ad se & quomodo.*
- 4 *Suspensio quando dicatur maior.*
- 5 *Suspensus à beneficio num possit eligere.*
- 6 *Suspensus ab officio tantum nec eligere, nec eligi potest.*
- 7 *Suspensus minori suspensione propter participationem cum excommunicato inflictam, qua facultate priuetur.*
- 8 *Interdictus ab ingressu ecclesie an possit ordinem exercere in ipsa ecclesia.*
- 9 *Episcopus à pontificalibus suspensus, à quibus suspensus intelligatur.*
- 10 *Suspensus à sententia canonis, vel hominis, à quibus abstinere debeat.*
- 11 *Suspensus ab officio absolutè num intelligatur suspensus à beneficio.*
- 12 *Interdictus in minoribus est etiam in maioribus interdictus, sed non e contra.*
- 13 *Suspensus ab officio non simpliciter, sed secundum quid, an sit irregularis.*
- 14 *Suspensus ab officio, & consequenter à beneficio: quod est propter officium si se ingerit diuinis, an fiat irregularis.*
- 15 *Suspensus ab officio prædicationis, si prædicet an fiat irregularis.*
- 16 *Suspensiones multe sunt in iure, quæ hic enumerantur.*

17 *Suspensio*

- 17 *Suspensio an ab homine fieri possit.*
- 18 *Episcopus, vel superior, an incurat sententiam suspensionis, vel interdicti impositam à iure, vel ab homine.*
- 19 *Suspensio per sequentem appellationem an tollatur.*
- 20 *Suspensus à iudice, vel à iure sub aliquo speciali actu si illum exequatur sit irregularis.*
- 21 *Suspensus à iure, vel ab homine, donec satisfecerit, &c. adueniente conditione, an sit absolutus.*
- 22 *Suspensus simpliciter à iure à quo possit absolui.*
- 23 *Clerici, nec regulares suspensi propter exhibitionem sanctorum hereticis, &c. à solo papa possunt absolui.*
- 24 *Sententia suspensionis lata per quoscunque contra fratres prædicatores, & contra eorum privilegia, sunt ipso facto irrita.*

1 **S**uspensio, censuram ecclesiasticam nominat, & est inhabilitas ad executionem ordinum, officiorum, vel iurisdictionis, ex aliquo impedimento proueniens ex institutione ecclesie habens robur, & est magis pœna, quam culpa. gl. in c. ad reprimendam. de off. ord. in cle. de pœnis cupientes. Et quamuis non sit culpa, tamen communiter propter peccatum incurritur, nec est necesse, quod sit peccatum mortale semper, sicut de maiori excommunicatione, sed etiã pro veniali potest incurri sicut excommunicatio minor, vt probat Caiet. in summa, ibi. Et licet suspensio tãgat clericos communiter, quandoq; tamē & laici suspēduntur ab aliquo actu, vt aduocati ab actu aduocadi, & similiter quãdoq; alij.

2 **S**uspensio vna minor dicitur, qua quis dicitur suspensus quo ad se, & incurritur primò per quodcunque mortale peccatum, in quo quis existens anrequam pœniteat, est suspensus à participatione omnium sacramentorum c. quæsitum, de coh. ab. cle. Et si exercet executionē alicuius ordinis solenniter. i. quasi vtens officio suo, mortaliter peccat: quia officium suum indignè facit, & ministrum ecclesie indignè se exhibet, & totiens quotiens facit, etiam tangendo vasa sacra, & alia, quasi officio suo vtens, nisi in casu necessitatis, in quo etiam laico liceret hoc, vt leuare corpus Christi de luto, vel baptizare in articulo necessitatis, & huiusmodi, & à talibus quandiu sustinetur ab ecclesia, recipere sacramenta à subditis in necessitate licet, extra vero necessitatē recipere non est tutum, neque inducere tales ad executionem sui ordinis secundum Th. 4. sen. d. 24. q. 1. ar. 3. quol. 3. ad 3. & ad 4. secundum tamen Pe. de Pal. non peccat, quia est licitum, nec talis inducens peccat, qui vtitur iure suo. Secundo, effici-

18

rur quis suspensus quo ad se, per minorem excommunicationem quia etiam ipsa separat à participatione, vt supra dictum est, Excommunicatio. §. 3. tamen suspensus his duobus modis supradictis si celebrat, non efficitur irregularis. Si celebrat, de cle. exc. mi. nec talis ab aliis subditis, debet vitari, etiam q̄ eius peccatum sciāt. c. nostra. de cohab. cler. & muli.

3 ¶ Secunda suspensio est, qua quis suspensus est quo ad alios, & non quo ad se, & hæc propriè non potest dici suspensio. Hac ligantur clerici peregrini, qui non possunt celebrare publicè, nisi prius fecerint fidem de eorum ordinatione, in c. 1. de cle. pereg. Possunt tamen secretè celebrare. c. 3. de cle. pereg. & si publicè celebrant, non propter hoc fiunt irregulares, secundum Pa. in d. c. si celebrat.

4 ¶ Tertia dicitur maior suspensio, & appellatione suspensionis in genere, de hac intelligitur. ar. in c. si quem. de sent. excom. De hac data est definitio in principio, & est censura ecclesiastica sicut interdictum. c. quærenti. de verbo. signi. quando quis est suspensus ab ordine tantum, non potest ea, quæ sunt ordinis, potest tamen ea, quæ sunt iurisdictionis, & contra, si est suspensus à iurisdictione, & non ab ordine. Si autem ab utroque, neutrum potest. Nam suspensio, secundum Pa. in c. Apostolicè, de excep. operatur ad limites suspensionis, Conc. Th. 4. sent. di. 18. q. 2. art. 2. q. 3. & Pa. in d. c. Apostolicè, de excep. suspensus ab officio, & beneficio, non potest agere nomine proprio tãquam beneficiatus pro iuribus ipsius beneficii, & suspensus à beneficio, non debet habere redditus beneficii, modicam tamen sustentationem habere poterit, si non habet, vnde aliter viuat, secundum Pa. in d. c. Apostolicè, sed cum nulliter, vel iniuste est suspensus, debet recuperare fructus, secus quando est iusta, secundum Fel. in d. c. Apostolicè. Neque propter suspensionem quis beneficium amittit, nisi lex hoc exprimat. Et nulla suspensio causat irregularitatem, si suspensus celebrat, nisi sit à diuinis suspensus, secundum Fel. supra non enim in iure expressum inuenitur.

5 ¶ Suspensus à beneficio, potest eligere: secundum Pa. ibi supra, quia ius eligendi annectitur ordine, seu officio, à quibus non est suspensus. Eligi autem in ecclesia, in qua est suspensus, non potest. Alia quæ pertinent ad officium, poterit exercere: siue spiritualia, siue temporalia, quia ab eo non est suspensus.

6 ¶ Suspensus ab officio tantum, non potest eligere, nec eligi: nec alia, quæ spectant ad ordines. Potest autem ea quæ

perci-

perciunt ad beneficia, vt prosequi iura beneficii, nisi taliter sit suspensus ab officio, vt trahatur ad beneficium, vt in glo. cle. cupientes. de pœ. §. vero nouam.

7 ¶ Suspensus minori suspensione, quæ infligitur propter participationem cum excommunicato, nõ priuatur facultate exercendi iurisdictionalia, & eligendi, sed solum participatione passiuâ sacramentorum, & propter hunc effectum non potest eligi. Ex rex. in cap. si celebrat, de cle. excomm. min.

8 ¶ Cui interdictus est ecclesiæ ingressus, non potest exercere ordinem in ipsa ecclesiâ, in qua si celebrat, efficitur irregularis. c. is cui de sen. exc. lib. 6. Non autem si extra ecclesiam celebrat, nec propter hunc interdum priuatur facultate exercendi iurisdictionalia, & eligendi. cap. sacro, de sent. excom. & rescri. cap. ab excommunicato. Non enim ultra suos limites cum sit poena, extendi debet, vt supra dictum est.

9 ¶ Episcopus suspensus à pontificalibus, solum est suspensus ab illis, quæ dependent ab ordine pontificali, & non sub aliis, secundum Io. Au. in c. 1. de sent. excom. lib. 6. quia sunt separata iurisdictionalia ab his, quæ sunt ordinis episcopalis. c. aqua. de conse. eccle. & alta.

10 ¶ Suspensus à sententiâ canonis, vel hominis tenetur abstinere ab officio etiam post contritionem, & confessionem, quousque ab officiis suis, relaxata fuerit sententia: alias à diuinis, vel officio, vel celebratione suspensus & huiusmodi si contrafaciat, mortaliter peccat, & efficitur irregularis secundum Inn. in c. æterni, de re. iud. lib. 6. si extra ecclesiam dicat horas secundum eundem Inn. vbi supra, officinando populum, sicut in exercitu, sit irregularis. Secus si officinando dicat cum vno, vel duobus, & alij tenentur vitare eum, cum dicit officium officinando, vel celebrat, secundum Vueru.

11 ¶ Suspensus ab officio absolute, & non per dictionem tantum, ab homine, vel à iure, propter crimine graue, intelligitur etiam suspensus à beneficio. c. eos & c. qui sacerdotum. 81. di. secus si propter infamiam, vel contumaciã, vel crimen leue, secundum Gaspar. de Cald. in d. cle. cupientes. Sed si sit suspensus à beneficio solum, non est suspensus ab officio, quia officium non est accessorium ad beneficium, sed e conuerso. Si est suspensus ab utroque per copulam, & est clarum. Si per disiunctiuam, vel videlicet ab officio, vel beneficio, sententia propter incertitudinem non tenet, secundum Gos. Inno. vero dicit simpliciter, quod suspensus ad officium solũ, non debet percipere fructus beneficii, per c. pastoralis, de appel.

R 1

12 ¶ Cum

12 ¶ Cum minora interduntur, intelliguntur interdicta maiora, unde suspensus à subdiaconatu, est suspensus ab aliis ordinibus superioribus, sed non econtra. cap. significauit. de corpo. vt hæc enim se habent ad consequentiam. c. cum illorum, de sen. excom. qui enim non potest cantare epistolam, nec Euangelium, sed non econtra.

13 ¶ Suspensus ab officio non simpliciter, sed secundum quid, non fit irregularis, si in alio officio agat ab eo, à quo est suspensus, vt si à collatione ordinum suspensus est, & omnia alia preter ordinem agat, nullam incurrit poenam, secundum Pet. supra.

14 ¶ Suspensus ab officio, & consequenter à beneficio, quod est propter officium, tunc perinde est, ac si esset suspensus ab utroque, & in utroque casu si se ingerat diuinis, est irregularis, secundum Pet. de Pal. 4. sen. di. 18. q. 3. & c. 1. de sen. & re iud. lib. 6.

15 ¶ Suspensus ab officio Prædicationis licet prædicando, & celebrando peccet, non tamen efficitur irregularis secundum Gal. in d. cle. cupientes, si esset suspensus ab aliquo officio annexo alicui ordini. Suspensus vero à canone propter defectum corporalem, ob quem quis promoueri prohibetur (vt supra corpore vitiat) si talis promouearur, & celebret, mortaliter quidem peccat, non tamen irregularis fit, secundum Pa. in d. c. si celebrat.

16 ¶ Suspensiones multæ sunt in iure, quas enarrare longum esset, adducam tamen loca, in quibus habentur, vt qui voluerint, inuenire valeant. Prima habetur in c. vlt. 18. dist. Secunda in c. nullus. dist. 55. Tertia in c. 1. & 2. dist. 74. Quarta in c. nullus. dist. 32. & c. Sciscitantibus. 13. q. 8. Quinta, in c. fin. d. l. Sexta, in c. nihil, de elect. Septima, de elect. c. Quisquis. Octaua, de ordinatis diuersimodè supra. Ordo. §. 16. in ver. Irregularitas. §. 8. Nona, de verb. sign. c. olim. Decima, de cle. pug. in duel. c. 1. Vndecima, de elect. cap. prouida. Duodecima, ex c. prel. c. Tanta. Tertiadecima de sent. excom. sacro. Quartadecima, in cap. Medicinalis, de sent. exc. in 6. Quintadecima de cle. in 6. c. Quia sæpe, & cle. statutum de elect. Sextadecima, de offi. del. in sexto. c. Hac constitutione. Decima septima, de re. eccl. non alie. in sexto. c. Consultissimo. Decima octaua, de sen. & re iud. in sexto. c. Cum æterni. Decimanona, de offi. or. in sexto. c. Præsenti, Vigesima. de cen. in 6. c. Exigit. Vigesima prima, de vsu. ca. Quamquam, & c. Vsurarum in 6. Vigesima secunda, de priui. lib. 6. c. Episcoporum, de sen. ex. c. Is enim, in 6. Vigimatertia, in 6. de ele. c. Statuimus. c. Compromissarius. Vigesima quarta, de ele. c. Cupientes. Vigesima quinta de cle. in 6. c. Si compromissarius, Vigesima sexta, de sen. exc. in

in 6. c. Solet. Vigesima septima, de re. iur. in 6. Non solum, c. Constitutionem. Vigesima octaua, in cle. quoniam. de vi. & ho. cle. Vigesima nona, in cle. 1. de re. ecc. non alie. Trigesima, in cle. religiosi, de deci. Trigesima prima, in cle. cupientes, de pœ. Trigesima secunda, in cle. 1. de sta. mo. Trigimatertia, in cle. cum sit. de magistris. Trigesima quarta, in cle. multorum de hære. Trigesima quinta, in cle. religiosi, de priui. Trigesima sexta, de vsur. c. Quia in omnibus. Trigesima septima, per cle. 4. in priui. Prouidentia. Trigesima octaua, per cle. 5. in priui. paupertati. Trigesima nona, de simo. cap. Tanta. De his autem in diuersis locis dictum est vt in ver. Simonia, §. 52. Clericus, Religiosus. Ideo superfluum videtur replicare, quæ in aliis locis dicta fuere.

17 ¶ Suspendio etiã potest fieri ab homine, nam qui potest cogere per censuram ecclesiasticam, potest suspendere, excommunicare, & interdiceret, quia hæc tria veniunt nomine censure. c. Quærenti, de verb. sign. Et qui potest excommunicare, potest etiam suspendere, & econtra, qui potest excommunicari, potest suspendi, & interdici, & debet fieri in scriptis, monitione præmissa. Sicut excommunicatio, vt patet in c. 1. de sen. excommuni. in sexto. Ista enim tria sunt paria secundum Pan. in c. reprehensibilis. de app. Limita tamen Pan. secundum vnum dictum Inn. in c. 1. de excels. præla. quod suspendio requirit monitionem, quando infertur propter contumaciam, non autem si feratur in poenam delicti commisi, quia tunc frustra fieret monitio, cum oportet eum luere poenam commissi delicti. Sæpe namque propter delictum fertur suspendio, vt in capitulo tam literis, de test. non autem sic de excommunicatione, quæ nunquam fertur pro delicto, sed pro contumacia, quia quam cito quis vult satisfacere, debet relaxari. cap. Nemo. 11. q. 3. cap. illud, pro corroboratione huius dicti, potest adduci. c. Romana, de sent. exc. in 6. §. sed nec in specie, vbi solum prohibetur excommunicationem fieri sine mentione, quasi secus censeatur de suspensione, & interdicto, in aliis autem eodem modo fertur, quo & excommunicatio, scilicet in scriptis continentibus causam cum traditione copia, si petatur, in d. c. 1. de senten. excom. in 6. & non fiat sub conditione, quia non ligat, nisi veniente conditione.

18 ¶ Nullus episcopus, vel superior incurrit sententias suspensionis, vel interdicti impositas à iure, vel iudice, nisi de eis fiat specialis, & expressa mentio, in 6. de sent. excom. cap. Quia periculosum.

19 ¶ Suspendio non tollitur per sequentem appellationem, licet suspendatur per præcedentem, sicut de excommunicatione, secundum Pa. in c. Pastoralis, &c. Ad hæc, de app. supra. Excommunicatio, circa si. In temporalibus autem secus esset, si appellatio esset legitima, secundum limitationem Pa. & l. non tantum. ff. de appel. Vt si quis ab ingressu talis domus suspendatur, vel à perceptione fructuum, quia ista temporalia sunt,

*Nota
Regulæ*

20 ¶ Regula generalis est, quod quando aliquis est suspensus à iudice, vel à iure, ab aliquo actu speciali alicuius ordinis, scilicet sacri, siue principaliter, siue per consequentiam, si exequatur illum actum, fit irregularis, alias si facit contra aliquam suspensionem, non fit irregularis, sed aliter punitur, cap. 1. de sen. & re. iud. in 6.

21 ¶ Quando in sententia suspensionis à iure, vel ab homine dicitur, donec satisfecerit, vel penituerit, aduenire conditione, ipso facto est absolutus, & non indiget alia relaxatione, sicut excommunicatio, & interdictum, & in hoc ab ipsis differt. Pa. in cap. Cum tu, de usu, in cap. Nobis, de spon. tam in text. quam in glo.

22 ¶ Suspensus simpliciter à iure, potest ab episcopo absolui, nisi canonis conditor sibi reseruet. c. Nuper, de sen. exc. & nisi sit inflicta, propter pecuniam, à qua non potest dispensare episcopus, secundum Pa. in c. Quorundam, de solu. quia pena propter dilectum posita, intelligitur perpetua; si autem propter contumaciam esset posita, posset absolueri. Si verò est ab homine, absoluet, qui eam tulit, vel superior, ut de excommunicatione dicitur. 24. q. 1. c. Si Petrus, & absolutio fiet solo verbo, ut dicendo Reuoco, vel remoueo, vel absoluo à tali sententia, quia non habet propriam formam,

23 ¶ Clerici vel regulares suspensi propter exhibitionem sacramentorum hæreticis, aut propter receptionem eleemosynarum, vel oblationum ab eis, vel propter traditionem dictorum hæreticorum ecclesiasticæ sepulture, sunt privati officio ab eorum ordinariis. c. Excommunicamus, de hære. nec possunt tales restitui à suspensore. Similiter suspensus à collatione beneficiorum per conciliū, post primam, & secundam monitionem, inuento culpabili in conferendo beneficia indignis, de præben. cap. Graue. Similiter dicitur de degradato, ut in cap. Ex tuæ, de ele. non res. hæc Papæ communiter reseruantur.

24 ¶ Omnes sententiæ suspensionis latæ per quoscunque prælatos contra fratres predicatorum, & contra eorum priuilegia, sunt ipso facto irritæ. Alex. in priuilegio, Meritis vestra;

stra, & etiam contra alios, occasione ipsorum fratrum Alex. in priuilegio, Nimis iniqua. Magister ordinis, priores, & eorum vicarij, in locis, & conuenibus sibi subiectis, fratribus sibi subditis, & ad eos vndique declinantibus interdum eius ordinis, possunt absolueri à suspensione, excommunicatione, & pena interdicti, quas incurrissent in ipso ordine, vel ante eius ingressum, ac etiam laicos volentes ingredi, nisi adeo excessus esset enormis, ut merito esset consulenda sedes apostolica. Boni. Ale. in priuilegio, Virtute. Sed in conci. Lateran. sub Leone X. sessione II. dicitur quod volentes profiteri ordinem mendicantium, ubi agitur de interesse tertij, non possunt absolui, nisi præstia satisfactione. Item prædicti prælati possunt à suis confessoribus obtinere dispensationem, ab irregularitate, quam contraxissent, profertendo sententiæ suspensionis, vel interdicti, sine scriptis ex incautela, cle. in pñi. exigentibus. Sunt tamen inspicienda priuilegia aliorum ordinum circa huiusmodi, si habent & ipsi. Nam ferè omnes ordines in priuilegijs, & gratijs communicant, præcipuè mendicantes, ut patet de prædicatorum ordine, qui priuilegijs omnium aliorum ordinum gaudet.

Nota

DE S V S P I T I O N E.

1 *Suspicio unde dicatur, & an peccatum.*

1 **S**uspicio quandoque oritur ex eo, quod quis est in simili peccato, propter quod faciliter alios tales credit, quandoque ex malo affectu ad proximum, quandoque ex experientia, unde senes communiter sunt suspiciosi. Et quia suspicio quandam ambiguitatem importat, ideo quando quis ambiguus est in huiusmodi, siue ex leuibus signis, siue ex grauibus suspiceretur malum de proximo, nunquam tamen est mortale, quia non diffinitiuam determinationem infert. Et licet sit temeraria suspicio, & contemptus aliquis proximi, non tamen completè contemnit, nec prorumpit in temerariam sententiam, quia tunc esset mortale, supra, iudicium. §. 8. Est tamen veniale, mala suspicari de proximo, maxime ex leuibus signis, immo quando videntur mala, bona credi debent, vel bona saltem intentione facta. de hac materia, vide Tho. secunda secundæ. q. 60. ar. 3. supra. Iudicium. §. 1. & ult. concor. Ca. in sum. ibi.

Senes, communiter sunt suspiciosi.

Nota

DE S V S V R R A T I O N E.

1 *Susratio quid, & an mortale peccatum sit.*

1 **S**usratio, qua quis obloquendo amicitiam inter alios quos tollit, ex suo genere mortale peccatum est, quia

R 1 3 tendit

tendit ad nocendum proximi, non qualecunque sed graue, videlicet tollere amicitiam, quod est bonum melius honore, & fama, ideo grauius est detractio, & contumelia, ex S. Th. secunda secunda. q. 74. Est autem veniale ex imperfectione actus, vel quia non adest intentio auferendi amicitiam, vel de re minima, vel quia iocosè dicit. No. tamè quod licet quis non intenderet tollere amicitiam, si tamè incautè obloquitur talia, quæ ex natura sua sufficiunt tollere amicitiam, & de facto tollunt, non excuso talem à mortali, quia tunc actus reddit in naturam suæ speciei, vt de detractioe supra dictum est. Tenebatur enim aduertere quid poterat sequi, sicut qui proicit lapidem, debet aduertere, ne aliquem percutiat. Si tamè quis referret aliquod non ad auferendum amicitiam, sed ad vitandum maius malum, non credo peccare, vt si quis dicat Titio, caue à Socrate: qui vult occidere, quia malum non intendit, sed bonum, cum aliter providere non potest huic malo, dummodo non sit maius malum, quod sequitur quàm quod vitare intèdit, secundum Sil. ibi.

DE TABELLIONE.

- 1 *Tabellio, notarius, scriniarius & c. à quibus fiant.*
- 2 *Tabellionis vicem quot persona suppleant.*
- 3 *Religiosi qui in seculo fuerunt tabelliones, idem officium possunt exercere in causa fidei tantum.*
- 4 *Clericus in sacris constitutus an possit effici tabellio.*
- 5 *Tabellionis boni conditiones, & quæ iurare debeat.*



Tabellio notarius, publica persona, scriniarius, quod idem sonat, sunt à principibus, regibus, Papa, ciuitatibus, habentibus iura principum, & à quibusdam aliis secundum Inn. in c. cum Pe. de hie instr. Et possunt conficere instrumenta in loco, seu territorio constituentium, & non extra, secundum Pan. in d. c. Cum P. confecta tamen instrumenta in loco constituentis, si extra ostendantur, valent secundum commaniorè opinionem, vt no. Pa. in d. c. Cum P. idem tenet Sil. ver. Tabellio. q. 4.

2 ¶ Duæ honeste personæ supplēt vicem tabellionis, quando non potest commodè tabellio haberi, vt in capi. quoniā contra, de probationibus.

3 ¶ Religiosi, qui in seculo fuerunt tabelliones, & officium tabellionatus exercuerunt, possunt idem officium exercere in causa fidei tantum, vt de here. c. Vt officium. in 6. §. ad scribendum, in aliis autem non, vt no. Io. An. in d. c. Vt officium. Dicit tamen Gul. in Spe. quod vetera instrumenta poterit complete,

complete, non tamen noua assumere. Quomodo autem hoc officium prohibeatur clericis, supra, Clericus. §. 10.

4 ¶ Clericus in sacris constitutus, non potest per Principem secularem effici tabellio, quia hoc officium clericis existentibus in sacris penitus interdicitur, & si ante erat tabellio, non potest illud exercere officium in causis secularibus, secundum Pa. in c. Sicut, ne cler. vel mo. in causis verò ecclesiasticis non potest etiam exercere, si sit institutus à principe seculari, vt videtur sentire Host. & Inno. in d. c. Sicut, nisi hoc faceret coram Papa, vel eius curia, vt limitat Pano. ibidem, quia Papa admittendo videtur habilitare. Si verò sit institutus à Papa vel episcopo, quo ad suam diocesim potest licite, quia propter ordines, vel beneficium non debet ecclesiasticum officium interdici. art. in c. Tua. de deci. el. 2. Pan. limitat in d. c. Sicut extra curiam, quando non habet competens beneficium, aliter non, cum indistinctè prohibeatur in d. c. Sicut, quia hoc est quoddam genus negotiationis, quæ clericis prohibetur. c. 1. ne clem. vel mo. Si autem sit in sacris, sed non beneficiatus potest, hoc officium exercere, etiam in causis temporalibus secundum Pa. immo non potest ei precisè prohiberi, sed tantum causatim. s. per subtractionem beneficii, vt dicit Ioan. An. Concludit tamen Pa. quod hoc officium exercere potest, si non habet beneficium, quia tunc potest exercere licitam negotiationem, in d. ca. Si verò clerici non sint in sacris, sed in minoribus, hoc licet exercere officium, secundum Io. An. in d. c. Sicut: quod d. Ant. limitat, nisi sint beneficiati. quam limitationem approbat tandem Pan. in d. ca. Sicut, nisi quis esset insufficienter beneficiatus, quia sic non dicitur beneficiatus, ar. c. 2. de trans. præ. Et idem Host. tenere videtur. Sil. ibi. Idem affirmat. q. 3. §. 3.

5 ¶ Tabellio tenetur scire, quæ pertinent ad artem suam, aliter si errat, imputabitur ei ad peccatum, & ad restitutionem partis læsæ tenebitur. vt no. Pan. in c. 1. de fid. instr. Debet esse de legitimo matrimonio procreatus, vt dicit Ang. de Auc. in li. de potestate Papæ. Debet esse liber, & debet iurare, vt dicit Pa. in d. c. Sicut, quod fideliter exequetur officium suum, quod de his quæ videbit & audiet, si fuerit requisitus sine diminutione veritatis, & sine cōmixtione falsitatis conficiet instrumentum, & iniuncta sibi secreta cœlabit, & quod super contractu usurario, vel fraudem usurarum, non conficiet instrumentum, scienter & quod tenebit prothocola de omnibus instrumentis, quæ conficiet. Vnde requisitus tenetur

tria exemplaria facere, & actori dare vnum alterū reo, & tertium retinere pro prothocolo, & quod erit ei fidelis à quo constituitur, & si scierit damnum eius tractari per se, vel per alium reuelabit, & quod faciet instrumēta bona fide, remoto odio, amore &c. & quando rogabitur conficiet instrumenta. Ideo quando contra huiusmodi faciunt, sunt perituri, & mortaliter peccant. De peccatis eorum, supra, Notarius. De salario tabellionis. Sil. ibi, q. 6. & quando ad restitutionem teneatur. Sil. ibi, q. 8.

¶ Tactus, supra, Impudicitia per totum, & in verbo per totum, & ver. Cogitatio. §. 2.

¶ Talia, supra, Gabella, & ver. Pedagogium.

DE TEMERITATE.

1 *Temeritas quid sit.*

1 **T**emeritas est audacia in malum. de sac. sanct. eccl. li. vi. & not. Car. de sum. trin. cle. prima. Vnde temere dicuntur fieri, quæ ratione non regulantur, sed vel impetu voluntatis, vel passionis, vel ex cōtemptu regulæ dirigentis fiunt. Propterea videtur provenire ex ea radice, quæ refugit subesse regulæ alienæ, & si de materia pernicioſa nō sit, venialis erit, sed si est de pernicioſa, mortalis, quia contra Dei, vel proximi dilectionem est, & procedit ex defectu cōsiliij ad imprudentiam spectans, Th. 2. 2. q. 53. articulo secūdo.

Temeritas vnde proueniat

Temeritas autem sub præcipitatione cōtinetur, quāuis præcipitatio magis respiciat voluntatis, vel passionis impetum.

DE TENTATIONE.

1 *Tentatio quid sit, & quomodo sit peccatum.*

2 *Tentare Deum mortale est.*

1 **T**entare, secundum Th. 2. 2. q. 97. est capere experimentum de re aliqua, vt aliquid sciat: ideo si mala intētiōne hoc fiat, erit peccatum mortale, vel veniale, iuxta qualitatem finis, vt si tentat ad præcipitandum in aliquod malum graue corporale, vel spirituale, erit mortale, quia materia pernicioſa est valde.

2 ¶ Tentare Deum, id est, explorare Dei potentiam, scientiam, vel voluntatem, mortale est, ex suo genere, quia diuinæ excellentiæ irreuerētia adhibetur, dubitādo de ea, & hoc, quando quis hoc intendit absque rationabili causa. Si enim quis humiliter, & ex rationabili causa quereret à Deo, (vt fecere Apostoli querentes signa,) quia non adest dubitatio, sed si adest necessitas, non esset peccatum nec cōtra religionem, sed bene velle scire voluntatem Dei, & eius posse, &

scire

scire, sine rationabili causa absque irreuerentia non est, vt si quis possit scire præcepta Dei ex scriptura, vel à docente, & vult per reuelationem scire, huiusmodi: Veniale autem est ex imperfectione actus, vel quando non adest intentio tentandi Deum, sed ex simplicitate, & incōsideratione fit. Tentare etiā dicitur Deus homines, sicut tetrauit Abrahā, nō propter ignorantiā, nec ad malum, sed ad bonum semper finem.

DE TESTAMENTIS.

1 *Testamenti diffinitio.*

2 *Testari possunt omnes, qui non prohibentur.*

3 *Testari quempiam prohibens, ab eius hereditate repellendus est.*

4 *Testamentum quoddam dicitur nūcupatiuum aliud in scriptis. num. 5.*

6 *In testamento nūcupatiuo quo testes requirantur.*

7 *Testamentum factum coram duobus testibus, & sacerdote parochiali, an valeat.*

8 *Testes in testamento qui esse possint.*

9 *In testamento an possit aliquid relinqui tabellioni.*

10 *Testamentum nūcupatiuum lex quatuor causis nullum redditur.*

11 *Testamentum irritari, & rumpere ex quibus causis possit.*

12 *Testamentum vltimum semper valet.*

13 *Testamentum primum an quis cassare possit absque quod faciat secundum.*

14 *Testamentum factum semper potest rumpi & reuocari.*

15 *Clausula, si testamentum non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, quid operetur.*

16 *Heredis institutio quomodo satisfacienda, & nu. 19.*

17 *Heres non implens voluntatem defuncti, perdit hereditatē.*

18 *Legata quando solui debeant.*

20 *Institutio incerta persona an valeat.*

21 *Heredis institutio sub conditione fieri potest, & quomodo.*

1 **T**estamentum est voluntatis nostræ iuxta sententia de eo quod quis vult post mortem fieri, cum heredis institutione, secundum Pa. in rub. de test. Ex hoc patet, quod qui filium sine causa exhæredat, eius voluntas seruari non debet, quia non est iuxta sententia. c. Si quis. 13. q. 2. Vel si mandet corpus suum canibus iactari, quia est contra pietatem. l. conditiones. ff. de constit. instit. & tūc seruari nō debet. Item si prætermittatur hæres, non valet, Instit. de leg. §. ante Heredis. Differt autem à codicillo, & donatione. Nō

etiam est curandum de verbis testatoris, dummodo constet de eius ultima voluntate. C. eod. tit. l. si. Nec comprehendit donationem causa mortis que est quasi quedam ultima voluntas.

2 ¶ Omnes qui non prohibentur possunt testari, quia edictum de testamentis est prohibitorium, secundum Pa. in rub. eod. tit. prohibentur autem amentes, furiosi, & non habentes lucida intervalla. cap. final. de test. Surdus, & mutus à natiuitate. C. qui testam. fac. non pos. discretus. Non valens articulare loqui, neque scriptis exprimere nomen hæredis. Iubemus. C. eod. tit. Impubes secundum Pan. in c. Raynutius, de testa. Filius familias, nisi de castrensi vel quasi in cap. Licet, de sepul. in vi. Prodigus cui à iudice interdicta est bonorum administratio legis, cui. ff. eo. tit. sed testamentum factum valebit. ibi. Damnatus ad mortem naturalem, vel civilem ut sunt deportati etiam si de manu iudicum fugiunt. l. qui ultimo supplicio. ff. eod. tit. Idem de damnato ad perpetuos carceres. ff. de pub. iud. l. 2. secus si ad inferiorem poenā esset damnatus, ut truncationem manus, & huiusmodi. Usurarius manifestus, nisi prius præster cautionem iuxta formam. c. Quamquam. de usu. l. 8. De excommunicato licet quidam dicant quod non potest, communior tamen opinio est, quod potest. Pan. in cap. Ad probandum. de re. iud. Seruus 13. q. 2. capi. illud professus tria vota substantialia per c. 1. de testa. & cap. non dicatis. 12. q. 2. supra Religio. §. 24. Hæreticus, quia omnia bona eius, ipso iure sunt confiscata. cap. Cum secundum leges, de hære. in 6. Dubius an possit testari, vel ne. l. de statu. ff. eo. tit. Obsides Christiani infidelibus dati, & non qui ab una ciuitate alteri dantur, ut in Obsides. ff. eo. tit. Damnatus ob crimine famosum, seu libellum in alterius iniuriam. l. is cui. ff. eod. tit. §. si quis ob causam. Infames autem ob aliam causam non prohibentur, ut communiter tenetur, & secundum Bar. ibidem Reus criminis læsæ maiestatis. 6. q. 1. §. verum Captus apud hostes Romani imperij. l. eius. ff. eo. tit. priuatus utroque lumine nunc potest testari dummodo seruet quatuor, quæ ponuntur in l. hac consultissima, C. qui testamentum face. pos. quæ ponitur Ange. de Are. in Instit. quibus non est per facta. testa. §. cæcus. Qui Cardinales insecutus fuerit, percussit, ceperit, vel in hoc associauerit, fieri mandauerit, consilium dederit, auxilium, fauorem, aut ratum habuerit, hic neque testari, neque ex aliorum testamento lucrari quicquam poterit, neque ex successione. cap. Felix. de poen. in 6. De his prædictis, quidam nec etiam possunt

sunt disponere ad pias causas, secundum communiter docto. ut primi, quarti, quinti, decimi, duodecimi, decimi sexti, & decimiseptimi. Bal. in l. 1. C. de sac. sanct. ecc. & not. in d. ca. Licet, de sepul. in 6.

3 ¶ Testari quempiam prohibes, ab eius hæreditate repellendus est. C. si quis al. te. pro. leg. secunda. Hic est vnus de sex casibus, in quibus quis exhæredari potest. supra Exhæredatio.

4 ¶ Testamentorum quoddam dicitur nuncupatum, & sine scriptis, in quo manifestatur nomen testatoris, hæredis, & alia quæ incontinentur, coram testibus, sine testium subscriptione, & alius solemnitatibus, de quibus, C. de testam. l. hac consultissima. Vnde quis potest testari, dummodo vocet legitimos testes coram quibus nominet hæredem, suam explicet voluntatem etiam quod non habeat notarium qui scribat Inst. de test. §. si.

5 ¶ Aliud dicitur testamentum in scriptis, quod potest quis facere quando non vult, quod aliquis sciat suam dispositionem, de quo C. de test. l. iubemus. l. hac consultissima ubi ponuntur multa requisita. Vide si placet ne erres. No. quod Alex. de Imo. in l. stipulationem. ff. de verb. obli. dicit quod quis potest relinquere dicendo sic coram notario, & testibus. Volo quod hæres meus faciat in omnibus, & per omnia prout continetur in quadam mea cedula scripta manu mea, quæ est apud talem religiosum, valebit. Sed aduertat, quod litera sua bene cognoscatur, quia si esset dubia esset periculosum. Sed non valeret dicendo: Instituo hæredem illum, cuius nomen est in quadam cedula mea apud talem, secundum Bar. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon.

6 ¶ In testamento sine scriptis necessarij sunt ad hoc quod valeat septem testes legitimi, & rogati. l. hæres palam. ff. de test. §. pen. fallit tamen aliquando in testamento cæci, in quo octo requiruntur. In testamento facto in iure, ubi rot inueniri non possunt, sufficiunt quinque. In testamento facto inter liberos, duo sufficiunt secundum Bal. in d. l. hac consultissima. In testamento facto coram Imperatore, porrectis precibus ut audiat sufficit vnus, & potest notarius computari pro vno, de prob. ca. Quoniã. & in d. l. hac consultissima, sed cautius est, quod sint septem, preter eum. In testamento militis in exercitu, duo sufficiunt. l. milites. C. de mili. testa.

7 ¶ Testamentum factum coram duobus testibus, & sacerdote parochiali valet, secundum Pa. in c. Cū omnes. eodem tit.

tit. tam in foro civili, quam canonico, tam ad non pias causas, quam ad pias. Ad pias autem causas etiam coram duobus valet, secundum Pa. ibidem, in aliis autem non, si desit parochialis sacerdos, vel alij duo testes, loco sacerdotis, & secundum eundem Pa. §. Et si causa pia tractetur coram iudice seculari, terminari debet secundum canones, & non secundum leges civiles, ubicunque terminetur, secundum communiter doct. Et si statuto caveatur, quod testamentum non valeat, nisi positum in memorialibus, vel registratum, tale statutum non valet, quo ad pias causas, secundum Inn. & d. Ant. similiter non valet, si statuat, quod mulier non possit testari sine voluntate suorum consanguineorum ut not. Pan. in c. relatum, et i. eod. tit. Quomodo valeant legata, etiam absque institutione hæredis, & sine solemnitatibus, supra, legatum. §. 50. & 51. Sufficit enim sollemnitas iurisdictionum, vel divini.

§ ¶ Nullus à iure reprobatus pro teste, potest esse testis in testamento infra. Testis. §. 1. Mulier non potest esse testis in testamento. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier, sed in testamento facto inter liberos, in testamento militis, & ad pias causas, potest esse testis secundum Ang. de Arc. inst. de test. §. testes, & gl. ordinaria. in l. si. C. de cond. Sed quia hodie quasi in omnibus apponitur clausula, quod si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, quod si mulier adhibeatur in testem, valebit. Neque hermaphroditus, in quo prævalent muliebria. ff. de sta. ho. l. quæritur. Neque cui interdictum est hoc, vel per statutum, vel per iudicem, vel cui generaliter prohibetur esse testis in aliis negotiis, secundum Ang. neque qui reputabatur servus, & omnis qui habet in potestate hæredem, ut pater, & avus & huiusmodi. Inst. de testi. §. testes. Qui non est capax testamenti, ut spurcius testatoris, hæreticus, damnatus ad metallum, & similes neque damnati de crimine famoso, vel passi muliebria. ff. de testi. l. ob crimen, neque legatarius, nisi quod ad questionem vertentem inter hæredem, & extraneum. §. legatarius, inst. de test. sed bene filius legatarij potest esse testis. Neque fideicommissarius generalis, quia est iuris successor, ut in l. i. ff. ad Treb. idem de executore ultimarum voluntatum, quando aliquid ei relinquatur in testamento. Si tamem instituatur monasterium, religiosi illius monasterij possunt esse testes, secundum Ang. inst. de testa. §. sed neque, & c. Insuper. de testa. Similiter illi de aliqua universitate possunt esse testes, quando non relinquitur aliqua commoditas, vel utilitas alicui in singulari, licet universali,

secus

secus si resolvar in particulari, quia essent testes in re sua, quod fieri non debet, l. omnibus, C. de testi. ff. de re. divi. l. in tantum.

9 ¶ Si relinquatur aliquid tabellioni in testamento nuncupatio, tabellio potest illud sibi ascribere sine aliqua pena secundum Spe. in tit. de inst. edi. Secus in testamento in scriptis, quod ipse dictat, & scribit Bart. in l. i. ff. ad leg. Corn. de fal. Idem dic de testibus, in l. dictantibus. C. de test.

10 ¶ Testamentum nuncupativum ex quatuor redditur nullum. Primo quando testator non est habilis ad testandum. Secundo, si nullum hæredem instituit, vel non capacem. Tertio, si præterit iam natum, quem instituere, vel exhæredare debuit. Quarto, si non sit legitimus numerus testium, & rogatorum. Ex his infert Bart. per cle. ex iui. de verb. sig. in trac. minorarum, quod si fratres minores essent instituti hæredes sine cohærede, vel sine substitutione, testamentum nullum esset, quia non sunt capaces successionum, si tamen hoc sit verum, quod neque etiam ex privilegio possint succedere.

11 ¶ Testamentum potest irritari, & rumpi ex causis septem. Primo quando non est prævisum de posthumo, qui condito testamento natus est. Is si præmoriatur, testatoris testamentum non rumpitur quod ad effectum, idem dic de quasi posthumis, ut est arrogatus, ut ille qui tempore testamenti non erat suus, sed tempore mortis sic. Alios modos vide, inst. qui. mo. re. infir. Hæc ad confessorum parum faciunt, sed magis ad exterius forum spectant. An legata facta in testamento, quod nullum est, vel irritandum teneant, supra, Legatum. §. 51.

12 ¶ Ultimum testamentum semper valet. 13. q. 2. c. Ultima voluntas, etiam si de primo mentionem non faciat, nisi in testamento inter liberos facto. C. de test. l. aut hoc inter liberos & quando testator sibi legem posuisset, dicendo, si fecero aliud testamentum, non valeat, nisi fecero de hoc mentionem, & c. Tunc nisi mentionem faciat de alio, non valet, ff. de leg. 3. l. si quis. Item quando secundum est sub conditione de presenti, vel præterito, ut dicendo, instituo Petrum hæredem, si Antonius est prætor, tunc conditione existente vera, rumpitur primum, si non, minime rumpitur primum. Si conditio sit de futuro, & sit possibilis, etiam quod non adveniat, rumpitur. Si sit impossibilis habetur pro non adiecta, & sic rumpitur primum. l. cum in secundo testamento. ff. de iust. rup. test.

13 ¶ Qui vult primum testamentum cassare, & non facere sequen-

secundum, non potest, nisi post decennium à primo cōdito, & coram tribus testibus dixerit, nolo primum valere testamentum. l. sancimus. C. eo.

14 ¶ Non est dare remedium, quin testamentū factum etiā cum iuramento de alio non faciendo, vel quomodocunque fiat, possit rumpi, & reuocari, faciendo expressam mentionē de clausula derogatoria, si qua erat, sub quibuscunq; verbis, etiam si de ipsis deberet fieri mentio de verbo ad verbū, quia voluntas hominis vsque ad mortem est ambulatoria. Et hæc est communis sententia Doct. præsertim Ang. de Arc. instir. qui mo. testa. instir. Dicat. Cy. in d. l. sancimus. quicquid velit.

Com. opi.

15 ¶ Si in testamento apponatur talis clausula. s. si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum saltem, vel iure cuiuscunque voluntatis vltimæ, &c. Si testamentum patiatur defectum, vel iuris repugnātiā in his, quæ sunt de substantia eius, nihil facit hæc clausula, nisi sit inter liberos secundum communem opin. Si vero patiatur tantū defectum solennitatis debitæ, valebit iure codicillorum, dummodo solemnitas sufficiens codicillo sit apposta. s. sint quinque testes, etiam non rogati, & sic legata in eo debentur. instir. de codicil. in prin. supra, legatum. §. 51. Quomodo differt codicillus à testamento, quia non pertinet ad confessorē. Vide Tab. si vis, ibi. §. 13. Multa alia dimittuntur, quæ ad conscientiam non faciunt.

Com. opi.

16 ¶ Si institutio hæredis voluntati alterius committatur, vt dicendo instituo hæredem, quem Titius voluerit, nō valet, sed oportet, vt proprio ore, vel propria scriptura exprimat, in d. l. hac consultissima. Imm. Ioan. And. in ad post. Spe. eo. ti. tenuit, quod si quis instituatur hæres ad interrogationem alterius, dicentis, vis talem instituere hæredem, non valet. Tenet tamē in c. cum tibi, eo. ti. quod de æquitate canonica valet. Si committatur in volūate an velit esse hæres vel ne, valet, secundum Host. & Inn. in d. c. cum tibi, non autem si committatur voluntati alterius ab hærede. l. si quis. ff. de hære. instir. Si autem dicat, committo omnia bona mea arbitrio, vel dispositioni Titij, valet, & tenetur Titius in pias causas distribuere, quia non potest dispensando dispensare nisi secundum voluntatem testatoris, contra quam agere posset, si in profanis dispensaret. Pa. in d. c. cum tibi, §. executor. §. 13. consentit Bar. in l. i. C. de sac. san. eccl.

17 ¶ Non implens voluntatem defuncti testatoris, si est hæres extraneus, perdit totam hæreditatem. c. si hæres de testa.

testa. si vero est filius, & hæreditas est diuisibilis perdit eam, reseruata tantum legitima. C. de fideic. auth. hoc amplius, sed si est indiuisibilis, vt Ducatus, Regnum, & huiusmodi, totum amittit. c. licet, de voto. Intelligē si non implet voluntatem in dispositis in testamento, quæ ipso iure habent auctoritatem, vt sunt legata, substitutiones, & huiusmodi. In aliis autem non seruando, non incurrit hanc pœnam, nisi testator apposuerit pœnam, vt dicendo si non fecerit sic, vel sic, volo, vt des centum Titio. Tunc soluet pœnam, nisi quod præceptum fuit, sit impossibile, vel turpe, contra legem. instir. de leg. §. pœnæ quoque. Illo enim in casu non tenetur.

18 ¶ Adita hæreditate, sine mora debent solui legata, si res legata est in patrimonio, quia dominium eius transit in legatarium illico adita hæreditate. l. cum res. ff. de leg. i. & potest cogi hæres non expectato anni lapsu, ad soluendum, & si non impleuerit hæres tempore debito, episcopus debet interdicare, & sequestrare omnem hæreditatem, vt sic satisfaciat interim directè volūtati defuncti maximè ad pias causas, & si ultra sex menses neglexerit soluere, à tempore inscriptionis testamenti, cogetur soluere postea cū omni emolumento, & interesse, in pœnā negligentiae, & si negat soluere hæc legata ad pias causas, & perseuerat in negatione vsq; ad sententiam condemnat, vt soluat duplum. Est tex. instir. de actio. §. item mixta. Si vero à tempore monitionis sibi factæ per iudicem differat soluere ultra annum quæcunque relicta, priuatur tota hæreditate, & peruenit ad substitutos. Pa. in c. si hæredes, de testamen. in glos. i. quod quidem bene aduertere debent hæredes cuncti.

19 ¶ Si dispositioni alterius tacitè committatur hæredis institutio, valet dicendo instituo hæredem Sempronium, si Plato Romam ierit. l. illæ institutiones. ff. de hære. instir. Idem de lega. l. i. non autem si expressè (vt dictum est supra) committatur, valet.

20 ¶ Institutio personæ incertæ, vt dicendo instituo hæredes meos pauperes Christi, vel pauperes Christi eligendos per Antonium, vel talem, quod melius est, valet secundum gl. in d. c. Cum tibi, neque sic ius institutionis committitur voluntati alterius, sed electio personæ tantum, ideo non est contra id quod supra dictum est, si electio hæredis committatur dispositioni alterius non valet, &c. quia hic instituitur hæres à testatore, electio autem alteri committitur.

21 ¶ Hæredis institutio potest fieri sub conditione, dummodo

modo non instituat ad tempus certum, vt vsque ad annos tres, vel huiusmodi potest tamen fieri ad tempus incertum, vt donec vixerit, vel postquam fuerit in ætate. 20. vel 10. annorum. ff. de hæred. insti. l. in tempus, Fallit hoc in milite, qui potest instituere etiam vsque ad certum tempus. l. limites ita. ff. de mili. test. Aduerte quod institutus hæres vsque ad certum diem, alio hærede non dato, semper erit hæres. Idem si instituat ad diem incertum. l. hæreditas ex die. ff. de hæred. insti. Bald. & Saly. in l. extraneum. C. de hære. constit. quia nemo potest pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.

22 ¶ Si quis instituatur aliquem cum his conditionibus, videlicet. Si decesseris sine liberis, si non nupseris, si non intraueris religionem omnes habentur pro non adiectis. c. in Præsentia de prob. & ibi Pa. Multa circa hanc materiã forẽt scribenda, quæ magis ad causidicos, quam ad sacerdotes pertinent, ideo dimitto. De testamentario executore, supra, executor, per totum. Qui possint testamentorum institui executores, & de eorum officio. Sil. Testamentum. §. 2. Vide ibi, ad plenum si placet.

DE TESTIBVS.

- 1 Testes esse non possunt qui prohibentur.
- 2 Testis nemo esse potest in causa propria.
- 3 In causa communi duorum neuter eorum potest esse testis.
- 4 Consanguinei an pro se, vel contra se possint esse testes.
- 5 Pater, & filius, & duo fratres in eodem testamento possunt esse testes.
- 6 Testes singulares quomodo possint probare adulterium.
- 7 Testium numerus quis in vnaquaque re requiratur.
- 8 Testes singulares an probent: quique singulares dicantur.
- 9 Testes iurare debent de veritate dicenda.
- 10 Pecuniam accipere pro ferendo vero testimonio, peccatum est mortale.

Testes esse non possunt qui prohibentur, de quibus in gloss. de testi. c. 1. qui communiter testificari non possunt, nisi fortè in certis casibus, & hi sunt, qui his versibus continentur.

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama.

Et fortuna, fides, in testibus ista requiruntur, & c.

Seruus c. Forus. de verb. sign. Fœmina c. Mulierẽ. 33. q. 5. Impubes. 4. q. 3. c. 1. Mente capti. 3. q. 7. §. 3. Infames, de test. cog. c. Præterea. Pauperes. 4. q. 3. c. Si testes, infideles cõtra fidelẽ. 2. q. 7. 6.

7. c. Si hæreticus. Inimici. c. Testes. 4. q. 3. ignoti, auth. de test. §. sancimus, col. 7. Executores, vel procuratores negotiorum in ipsa causa, in c. Roman. alib. 6. eo. tit. Hi ordinariè non admittuntur, licet in aliquibus casibus possint admitti, secundum quod iura volunt, quod ad sacerdotes non spectat, plures alij repelluntur, vt dicit Silue. ibi. §. 8. vsque ad 15.

2 ¶ Nullus admittitur ad testificandũ in propria causa, neque principaliter, neque secundo. C. cod. tit. l. omnibus, tamen personæ de collegio, possunt ferre testimonium pro causa vniuersitatis. cap. Insuper, cod. tit. & legatarij, & fidei commissarij pro testamento, non pro legatis sibi relictis, supra, Testamentum. §. 8. Et prælatus potest testificari in causa ecclesiæ, dummodo per causam illam non promoueat, quia etiam potest esse iudex, in c. Si quis 2. quæst. 7.

3 ¶ In causa communi duorum, neuter potest esse testis, quia vtriusque est. ar. ff. de ri. nup. l. illud, neque socius criminis & particeps, c. Veniens, eo. tit. nisi in crimine læsæ maie. & hæresis. Admittuntur tamen ad denuntiationem, vel præsumptionem. c. Significasti. de adul.

4 ¶ Consanguinei omnes per rectam lineã ascendendo, nõ possunt esse testes pro se, vel cõtra se, quarta q. 3. idem in criminalibus. Idem de matre, tamẽ creditur matri, & patri, pro filio quò ad ætatẽ, natiuitatem. c. Per tuas, qui si. sint legi. & ubi agitur de impedimento consanguinitatis. c. Quoties, eo. tit. Si agitur an matrimonium sit contractũ, vel non, mater est suspecta si vir est superior diuitiis, vel genere. c. Super eo. el. 2. eo. tit. Quando enim matrimonium est contractũ, non separatur, nisi per legitimos testes. d. c. Super eo.

5 ¶ Pater, & filius, & duo fratres, in eodem testamento possunt esse testes. 4. q. 3. in §. in criminali, ver. Item pater. Item duo. Sunt & quædam personæ, quæ cogi nõ possunt testificari contra certas personas. 3. q. 5. per totum, vt contra socrum, generum, priuignum, sobrinum, sobrinam, notum sobrinæ, patronum, patronam, eiusq; liberos. Item de domo actoris, vel accusatoris testes non debent produci, & aliæ personæ, vt ibi ponitur. 4. q. 3. c. Si testes, neque viles personæ contra clericum in causa criminali. c. In primis. 2. q. 1. Et singulares personæ non probant pro se, nec præsumptionibus, & aliis adimiculis. c. Bonæ, el. 1. de cle. Nec per tres singulares testes, etiam cõ infamia quis debet condemnari. c. In literis, eo. tit.

6 ¶ Si sit paries habens tantum vnum foramen, & sint tres respicientes per illud foramen, vnus post alium, mulierem.

adulterantem cum viro, isti testes possunt facere probationem, licet non simul viderint, quia non præsumitur pluralitas actuum, ut tenent Bald. & Cyn. in l. hac consultiſſima. C. de testam. Et testes manentes absconditi post cortinam, non videntes, sed audientes probant, in cap. Præterea de testi. & ibi glo. no. Pan. in c. Ex literis, de consue. in testamento autem non valet audire tantum vocem, & non videre, ut est text. in l. non speciali. C. de testa.

7. ¶ De numero testium præcipit lex divina, dicens. Non stabit vnus testis contra alium, sed in ore duorum, vel trium stabit omne verbum. In testamento, & codicillis quot requirantur, dictum est supra, testamentum, §. 6. in donatione causa mortis requiruntur 5. C. de dona. cau. mor. l. in. supra, donatio. Similiter in legatis, vbi supra. Quot autem requirantur in purgatione canonica, vide ibi de purga. canon. Aliquando vnus testis sufficit, ut in Papa, cap. A nobis, de testi. De Cardinali, de consuetudine curæ, de actis, & dictis coram eo statur eius testimonio, secundum Host. in c. Constitutis, el 2. de appel. Item in illis, in quibus nullam est præiudicium, vel vbi agitur ad peccatum impediendum facit. c. Super eo, el 2. eo. tit. 2. q. 1. cap. Multi. Item valet vnus de consensu partium. Item quando testator mandat statari dicto alicuius informati de sua intentione, nor. Pa. in c. In nomine domini, eo. ti. Item quod quis sit confessus. c. Testimonium, eo. tit. Et vnus bonus testis omni exceptione maior, id est non notatus in aliquo, facit iudicium sufficiens ad torturam, Pa. in c. r. de deposi. nor. vlti. & cap. primo de conf. no. l. Ad convincendum Cardinalem. Vide Panor. ibi. c. Licet, eo. & c. Præsul. secunda. quæst. 2.

8. ¶ Testes singulares regulariter, non probant, secundum Pan. in c. Bonæ, el 1. de eccl. Et singulares dicuntur quando deponunt super diuersis factis, ita q. quilibet est singularis in facto suo respectu obiecti. Sed quando obiectum, de quo deponunt, fuit præsens sensibus testium eodem tempore, tunc sunt contestes, & non singulares, quia tunc videtur deponere de facto eodem. Concor. tex. in cap. Cum dilecti, de elect. & c. Tam literis, de testi. Si autem actus habet continuitatem, probant testes singulares, ut quod quis talem agrum possederit. Ioan. And. in c. Qualiter, & quando, el 2. de accu.

Testi non
creditur
sine iura-
mento.

9. ¶ Testes debent iurare dicere veritatem, quam nouerunt. c. Hortamur. 3. q. 9. nec falsum interponere, vel de suo aliquid addere, c. pura. 3. q. 9. Nec sine iuramento testi creditur. cap. Fraternitatis, c. Titius, de nap. vbi dicit Pan. q. neque episcopo.

10. ¶ Testis falsus talionis poena punitur, secundum Bal. in l. r. ff. ad l. Cor de sic. nec eum excusat metus. §. q. §. c. Auctoritati. Et dicitur falsus, quando iuratus, & examinatus loquitur falsum. cap. Ne quis arbitretur. 22. quæst. 2. Et damnus dans alteri dicendo falsum, satisfacere in conscientia tenetur. cap. Si quis in atrio. 17. q. 4. Mortaliterque peccat in iudicio mentiens, de his, quæ ad iudicium pertinent, tum quia iniuriam facit iudici, tum quia partem offendit. Est enim mendacium perniciosum, supra mendacium. §. 5. Negare etiam testimonium in articulo necessitatis est mortale, quia est præceptum Dei affirmatiuum, estque in damnum proximi, & boni communis. Et si exigitur a iudice secundum formam iuris, tenetur respondere etiam ad mentem eius, ut iudex est non de omnibus, sed de manifestis, & de quibus præcessit infamia vel semiplena probatio, & huiusmodi, & nolendo respondere mortaliter ageret, tanquam suo superiori inobediens in materia necessaria, & importanti. Si autem testis requiratur vel a non suo iudice, vel non secundum iuris formam, respondere non tenetur, quia in hoc non est eius superior, nisi ex fraterna caritate cogatur ut quia potest liberare aliquem a morte iniusta, vel alio graui malo iniuste sibi infligendo. Sic enim mortaliter peccat contra proximi caritatem. Quod si eius testimonium non requiritur, tamen ut euitet malum proximi, debet facere, quod potest, denuntiando bono modo veritatem ei, qui prodesse potest, etiam quod sit religiosus, nisi in causa sanguinis, vbi de irregularitate periculum esset supra, Accusatio. §. 6. Denunciatio. §. 2. Secretum, per totum quomodo secreta possunt,

Episcopi
& sacer-
dotes de-
bent iura-
re super
pectus.

vel non possunt renelari. Vide supra Secretum, per totum.
 12 ¶ Accipiens pecuniã pro ferendo vero testimonio, mortaliter peccat, secundũ Arch. Flor. quia facit expressẽ contra iura, hoc rationabiliter prohibentia, & est turpe lucrum. 14. q. 5. c. Non sanẽ, & tenetur restituere danti, si per hoc voluit sibi iustitiam ministrari, in d. c. Non sanẽ, sed si dedit ad corrupendum, esset restituenda illi, in cuius iniuriam data est, vel pauperibus, & multo plus mortale, si accepit pro falsitate dicenda, vel tacenda veritate. Potest tamen testis petere expensas, vt no. glo. in cap. Statutum, de resc. lib. 6. & lucrum cessans operum suorum. c. Venturis. 4. q. 3. quia propriis expensis non tenetur ad hoc nisi in extrema necessitate.

DE TIMORE.

1 *Timor quando sit peccatum.*

1 **T**imor peccatum est, quando ex timore homo fugit non fugienda. Tunc enim appetitus homini est inordinatus: & quandoque mortale est, videlicet si propter timorem mortis, vel pœnæ, vel amissionis bonorum temporalium, vel famæ, & huiusmodi, quis fugit facere aliquid ad quod tenetur, vel lege naturali, vel diuina. Vel facit quod fieri prohibetur per easdem leges, vt qui adorat propter timorem, idolum, vel non confitetur se Christianum, vel non corrigit corrigendam, & huiusmodi. Debemus enim Deum timere, & vitam animæ magis seruare, quam quodcunque aliud. Quando autem quis de duobus malis propter timorem fugit maius malum, non peccat, quia hoc est secundum ordinẽ rationis, ideo iste timor à peccato excusat. Quomodo autem excusat timor cadens in constantem virum, in his, quæ sunt de iure positiuo, supra. Coactio. §. 2. de hac materia, Tho. 2. 2. q. 125. Quæ sint illa mala, quæ iustè incutiant timorem cadentem in constantem virum. Sil. ver. Meus. q. 1.

DE TYRANNO.

1 *Tyrannus quis dicatur.*

1 **T**yrannus secundum Gre. in l. moral. est qui in reipublica non iuridicè principatur, quod dupliciter fieri potest, vel quia, & si sit verus dominus, nõ tamen reipublice debito modo, sed ad propriam vtilitatem, imponendo ei graua mina, vt sit hodie quasi vbique, vel quia vsurpauit sibi dominium vi armorum, vel aliis viis iniquis, & talis proprie dicitur tyrannus, & à quolibet de populo licitè potest occidi, quando non est recursus ad superiorem, à quo possit iustitia fieri secundum Tho. 2. sent. de vl. q. 2. art. 2. ad vl. vbi defendit

defendit dictum Tullij lib. de offi. Huius enim ratio potest esse, quia talis tyrannus habet bellum iniustum contra omnes de populo, & hi contra eum habent iustum bellum, ideo licet, nisi ex hoc maior populi sequeretur turbatio, vel maius damnum. Et si sic occidatur, non occiditur priuata potestate, sed publica. Alias non liceret, secundum Tho. de reg. prin. c. 6. De tyranno autem primo modo dicto, non sic licet: ideo fuit reprobata propositio in consilio Constantien. dicens quemlibet tyrannum, à quolibet posse occidi. Supra, Bannitus. §. 1. in ver. Seditio, per totum licet tyrannus mortaliter peccet, faciendo opus iustitiæ, quod sibi non competit, cum non habeat verum dominium, tamen illi, qui rogant, & petunt ab eo opus iustitiæ, quem alio modo habere non possunt, excusantur, quia non suadent ei peccare mortaliter, sed maius malum vitare. Est enim maius malum dominari tyrannicè sine iustitia, quàm sit dominari, & iustitiam tenere, quamuis vtrunq; sit peccatum in ipso, sicut minus malum est fornicari, quam adulterare. Ideo si quis adulteranti suadeat fornicari potius, non peccat, vt dicit Caiet. ibi, sic in proposito. Et quod hoc sit licitum, probat vsus omnium degentium sub tyranno. Ita concludit Cai. ibi in summa, & bene. Deus autem tyrannos regnare permittit, in damnum & punitionem malorum. Tho. 2. se. q. 54.

DE TORNEAMENTIS.

1 *Torneamenta an sint licita.*

2 *Pugnans in torneamento est reus homicidij, & irregularis.*

1 **T**orneamenta quæ fiunt vt homines vires suas expendantur, vel causa addiscendi armorum vsus, si non essent prohibita ab ecclesia, nec inesset periculũ vitæ corporis, vel animæ, essent licita, sed quia prohibentur. c. l. eo. tit. & sæpe proueniunt mortes, & pericula animæ, & corporis, ideo mortaliter peccant faciẽtes, sicut supra dictum fuit de duello, & hastiludio, vnde & ibi morientes etiam quod eos pœniteat, ecclesiastica carent sepultura, vt ibi canon vult.

2 ¶ Pugnans in torneamento est reus homicidij, & irregularis, si ibi aliquis occiditur, etiam à casu, quia cum det operam rei illicitæ, quicquid accidit, sibi imputatur, de homic. fin. & si vulnus ibi accipiat, & extra moriatur & sit certum, quod ex illo vulnere mortuus est, non poterit in sacro sepeliri. Secus si est dubium, quia pœnæ sunt restringendæ. Similiter si non causa pugnandi accessit, sed alia, & ibi mortuus est, etiã à casu, vel vulneratus. Quod si animo pugnandi quis accessit,

*Malitiam nõ
est propter
timorem
fugere
malum,*

accessit, non tamen pugnavit, & ibi aliquis fuit occisus, non poterit secundum Gof. promoveri ad ordines, qui ad re cōdemnatam accessit. Episcopus tamen cum tali dispēfāre poterit, sicut de existentibus in bello iniusto, sed non occidentibus, ut dicit Sil. ver. Homicidium. 3. §. 6.

D E T O R T V R A.

- 1 Torturam inferens quando peccet.
- 2 Torqueri qui non debeant.
- 3 Torturae tormenta quae dicantur.
- 4 Indicia quae sint ad torturam sufficientia quis indicabit.
- 5 Confessio facta ex tortura quando non valeat.

1 **T**orturam inferens alicui sine iudiciis sufficientibus vel semiplena prohibitione praecedente, vel personis quas de iure torquere non potest mortaliter peccat, quia proximo dānū, iniuriāque infert, & contra iusticiā facit.

2 ¶ Torqueri nō debent impuberes minores 14. annorum, licet cedi possint. l. cum Silleianum. c. ad Sil. Milites, mulieres praegnantēs non debent torqueri, etiam indirectē ut dādo falsa, ad cruciandum eos siti, & huiusmodi. Item quando aliter quā per torturam potest veritas exigī, non debet quis torqueri, neque noviter, sine novis iudiciis debet quis torqueri, quamvis sufficiant variationes ad noviter torquendum secundum Inn. in c. Quoniam, de proba. & Bart. in l. de minore. ff. de quaest.

- 3 ¶ Ferula, & Flagella non dicuntur tormenta, vel torturae. ff. de sena. con. Sille. 1. §. impuberi, & sine sufficientibus iudiciis, vel semiplena probatione quis torqueri non debet.
- 4 ¶ Qui publicā habet auctoritatem, iudicabit qualia indicia sufficiant. C. de quaestioni. l. milites. Caveant tamen ut secundum rationem arbitretur, ut dicit Tho. super Io. ca. 10. ne animae propriae praediciū faciat iniuste arbitrando.
- 4 ¶ Confessio facta ex tortura sine iudiciis, vel semiplena probatione, non valet. ff. de quaest. l. 1. neque per indicia sequentia confirmatur. Bal. in l. si. C. de accu. Not. secundum Ang. in li. de maleficiis, quod quando quis nō est tortus sufficienter secundū indicia habita, potest tortura repeti, & dicit de consuetudine hoc esse arbitrarium. Dat praecipuum Paris in suo tracta. de Sindicatu, quod iudex protestetur, quod vult supercedere in tortura, & eam repetere, quotiens oportuerit. Debent intervenire aliqui dies quietis. 8. vel 10. & torquere pro eisdē iudiciis ultra tres vices, videtur esse immoderatum, & malefactum, secundum Bar. in l. si. C. de quaest.

Nec

Nec peccat iudex secundum allegata, & probata inquirens.

D E T R A N S A C T I O N E.

1 *Transactio à quo fieri potest.*

- 1 **T**ransactio à quo fieri potest: Dic ab eo, qui potest donare, supra, Donatio. §. 3. Quomodo possit fieri in criminalibus, vel spiritualibus praetermitto de hac materia, quae potius ad litigantes, quam ad confessores pertinet. Si tamen vis de ea scire, vide Sil. & Tab. ibi, & C. de transac. per totum.

D E T V T E L A.

- 1 Tutela triplex est.
- 2 Clerici an possint recipere legitimam tutelam.
- 3 Tutorum officia quae sint.
- 4 Tutor tenetur facere inventarium de rebus pupilli.

1 **T**vtele est triplex, vna legitima, quae datur à lege, quando pater filio non dedit in testamento. Alia testamentaria, quae datur à patre in testō. Alia dativa, quae datur à iudice. Inst. qui mo. tu. fi. & de curatoribus.

2 ¶ Clerici & ipsi possunt suscipere legitimam tutelam, nō tamen cogi possunt ad accipiendum: testamentariam verō, aut dativam, non possunt recipere. Episcopi, clerici, & religiosi, tenentur cum licentia suorum superiorum, miserabilium personarum tutelam recipere. c. Mon. 16. q. 1. & sic cōcordat. c. Generaliter. 16. q. 1. & c. & si. 88. di. c. Peruenit. 86. & d. & c. Cyprianus. 21. q. 3. aliquid dicunt & male ep. non posse recipere tutelam legitimam, ut dicit Sil. ibi q. 3.

3 ¶ Ad tutores pertinet pupillos à criminibus intactos servare, & eorum res ab iniuria, ut in cap. 1. 12. quaest. 1. & eorum pecuniam, vel bona mobilia, quae ad nihilum valent, eis servata cōvertere in praelia, ex quibus percipiant aliquem fructum. Nam secundum Bar. in l. tutor. §. 1. ff. de admi. tu. Si pecuniam pupilli tutor non ponit in praediis, tenetur pupillo de fructibus, quos percipere poterat, deductis expensis, & periculum, si tamen potuit emere vel alio bono modo lucrari, alias non tenetur. Idem dicit ubi est statutum, ut omnia bona mobilia pupilli videantur, ut de pecunia pupillus acquirat lucrum, si nō facit tutor cum potest, tenetur ad interesse. Et quia illicita est usura, debet de illis negotiari, secundum Ioan. de Ana. in cap. Quia in omnibus, de usur. Et bona est cautela, ut faciat cum consilio parentum, quia sic praesumitur, quod adsit dolus, & culpa à tutore. ar. l. Et. C. si tu. vel cur. inter. Et sic si per negligentiam passus est acquisita deperire,

vel non acquisiuit pupillo, cum posset, tenetur de suo proprio satisfacere. l. non est ignotum. C. de adm. tu. Idem in prelato, gl. fin. in ca. Placuit. 16. q. 3.

¶ Tutor tenetur facere inuentarium de rebus pupilli, nisi ex iusta causa, & necessaria impediatur. l. tutor qui reperiuntur. ff. de adm. tu. nisi iudex remiserit, quod potest, vel aliter habeat consuetudo, secundum Bart. in d. l. tutor, & tenetur facere quam primum potest, aliter videtur in dolo. l. hæc conditio. ff. de cond. & demonstr. si tamen administrat, aliter non. Si tamen facit prius ea, quæ dilationem non recipiunt. vel quæ necessario præcedunt inuentarium, vt est persecutio substantiæ hereditariæ, vel ea, quæ nullo modo possunt obesse pupillo sed bene prodesse: non præsumitur in dolo, secundum Bart. supra. Modus autem faciendi inuentarium habetur. C. de adm. tuto. l. tutores, & de quibus debet fieri in d. l. tutores. Mater filij tutelam perdit, vel si incontinenter viuat, vel si ad secundas nup. trãseat, secundum Pa. in c. Vxoratus. de conu. coniug. de quo est gl. quæ sequitur Gal. in auth. Matri, & auia. C. quando muli. te. of. fun. po.

Mater
quando per
dit tutelã

DE VAGATIONE.

1 Vagatio mentis quando sit peccatum.

1 **V**agatio mentis ex proposito in oratione peccatum est, & tollit fructum orationis, secundum Th. 2. 2. q. 82. ar. 13. & est filia accidie. Quando autem peccatur vagando in officio, supra. Horã. §. 11. contra quod dicit Aug. Psalmis, & hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in ore.

2 ¶ Vanagloria, supra. Gloria mundana, per totum.

DE VASIS SACRIS.

1 Vasa sacra qualiter seruari, & à quibus tractari debeant.

1 **V**asa sacra, munda seruari debent, & solum à sacris hominibus tractari, de custo. euch. c. 2. & facta inutilia, vel consumpta vetustate, debent comburi, & eorum cineres in loco honesto, ne conculcentur, reponi. c. Altari, de cons. dist. 1. & c. In sancta, de re do. ca. Ad hæc. Quomodo, & quando est mortale peccatum, tenere immunda huiusmodi, supra, Corporale. §. 5. A quo possunt consecrari, supra, Consecratio, §. 12. & quam grauitur delinquunt ministri in huiusmodi negligentes.

¶ Vestigal. supra, Gabella, per totum.

DE

DE VENATIONE.

1 Venatio triplex est.

2 Clericis quæ venatio prohibeatur.

3 Venatio quando sit peccatum mortale.

1 **V**enatio triplex, vna hominũ oppressiua, quæ semper prohibetur, dist. 6. capi. Non est. §. itaque in fi. Alia arenaia cum bestia dentata. quæ similiter prohibetur. ca. Qui venatoribus. d. 76. alia est quæ exercetur in campis, & siluis captendo animalia, quæ nullius particularis personæ sunt, & hæc licita est secundum se, quia naturaliter dominium animalium est homini datum. Contingit tamen per accidens esse peccatum multis modis, primo, quando venatio fit cū damno proximi, vel in persona, vel in rebus, vt quia venator exponit se periculo occidendi, vel vulnerandi proximum ex incautela, vel destruit segetes, semina, vineas, vel huiusmodi, & tunc iudica mortale, vel veniale, secundum qualitatem actus, vel periculi, cui se exponit, & ultra peccatum, tenetur de damno per eum illato vel eius occasione. Secundo si sunt personæ, cui venatio sit prohibita, vt clerici. ca. In omnibus, de cle. ve. si se in hoc exercent. Et constitutis in sacris, pœna suspensionis imponenda statuitur, ibidem ca. Episcopi.

Venatio
quãdo sit
peccatũ.

Clericis
est prohibita
venatio,
& quomodo.

2 ¶ Aliqui intelligunt, quod non interdicitur nisi venatio clamorosa, si autem nõ sit cum clamoribus, licet etiam monachis, & aliis, & reddere retia, & laqueos silenter. An autem tales mortaliter delinquant, faciendo contra canonem, teneo quod non quando non faciunt in contemptum, nec in scãdalum, quia non est præceptum antonomasticè, nec de materia necessaria. Si tamen essent moniti, & nolent desistere, non excusarem eos à mortali, quia viderentur contemnere. Episcopis autem omnino prohibitum est. cap. 1. distinct. 33. Panorm. tamen in cap. 1. ne cle. ve. dicit, quod aliquando etiam licet episcopo, sed raro, nõ causa voluptatis, sed necessitatis, vt si faciat ad exercitiũ, vel appetitũ prouocandũ, & huiusmodi. Et sine scãdalo. licet Pic. dicat omnino prohibitum.

3 ¶ Tertio est peccatum mortale, quãdo diebus festiuis sit, taliter, quod omittuntur diuina necessaria ad salutẽ, vt missa, & alia, ad quæ quis tenetur ex præcepto, vel si impediunt alios, ne possint audire. In aliis autem diuinis communiter est veniale, vel nullum, quia ad hæc non tenemur. Quarto, ex nimio affectu, qui tantus posset esse, quod peccatum constitueret mortale. Nam ex nimia venatione contingit, quod

ss s

minorem

minorem homines habent curam de familia, de Reptib. vel aliis ad quæ tenentur. Quinto, quando domini priuant alios, ne possint venari, quod est cōtra naturalē legem: hoc enim tyrannicum est, secundum Cai. in summa, ibi, cōtra bonum commune, cōtra libertatem, & vtilitatem, & tātum est propter proprium bonum delectationis. Ideo nō excusō à mortali tales, maxime quando apponunt pœnam notabilem aliis venantibus, nisi ab antiquo, cuius principij nō est recodatio, venationes sint Domino reseruatę, & tunc etiā pœna debet moderari. Non enim, propter vanam venationē equā est, vt quis occidatur, vel mūiletur, neque tales leges, vel statuta, videntur tolerabilia, & iusta.

¶ Venditio, supra Emptio, & Negotiatio, & Monopōlium, per totum.

DE VERBERATIONE.

1 Verberatio quando sit licita.

2 Verberatus ex eo quod non potest soluere, si venerit ad pinguiorem fortunam, an teneatur soluere.

1 **V**erberantes scholares causa correctionis, & parentes filios clericos, etiam in sacris, licet faciant, nec incidunt in canonem, si moderatē faciant, supra. Excommunicatio prima. Nō enim hoc fit suadēte diabolo, sed iustitia.

2 ¶ Verberatus, ea eo quod non potest soluere, si veniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur amplius soluere, secundum Bal. in l. fin. ff. de in ius vo. quia iudicio corporalis cedit loco solutionis, gl. in c. Sicut indignum, de homi. Secus est, si est impotens, & differatur solutio, quia tenebitur, quando venerit ad pinguiorem fortunam, ea. Odoardus. de sol. & ibi. Pa. Si autem est impotens, & cedit bonis, & non iuit pœnā, tenebitur, vt dicit gl. in regula peccatū, in 6. licet aliqui contrarium teneant, primū tamen melius, supra Restitutio, §. 51.

¶ Vestis, supra, Ornatus, per totum. Consecratio. §. 20. Benedictio. §. 3. Abbas. §. 8.

DE VICARIO.

1 Vicarius quis dicatur.

2 Vicarij multiplices 3. 4. 5.

6 Vicarij foranei qui.

7 Vicarij temporales regulariter vicarium facere non possunt.

8 Prælato mortuo an duret vicarius.

Vicarius est, qui alterius vicēs gerit, siue in officio contentioso, siue nō extra de eodem per totum. Et in direc. lib. 2. tit. 8. C. de off. eius qui vi. al. ge. per totum.

2 ¶ Vicariorum

1 ¶ Vicariorum quidam sunt perpetui, & non ad tempus, vt qui ecclesiarum parochialium curam habent, & qui episcopi auctoritate constituuntur, c. ad hæc, de off. vic. & tales alium vicarium habere non possunt. c. Provideas, eo. tit. nec sine causa possunt amoueri. d. c. Ad hæc, & debent habere 25. annos, & promoueri ad sacerdotium, in cle. quæ de ecclesiis. eod. tit. alias ipso sunt priuati, & tales constituuntur solum in ecclesia parochiali, non rurali, secundum gl. in cle. vni. eo. tit. & non possunt constituere vicarium alium perpetuum, sed bene temporalem, dicit Car. ibi. potest tamen instituere perpetuum vicarium auctoritate episcopi, rector ecclesie, secundum Arch. Flor.

3 ¶ Quidam sunt vicarij temporales, sicut mercenarij, in adiutorium curæ animarum assumpti, quando. s. rector per viam delegationis committit illi auctoritatem audiendi confessiones, quia hoc potest, etiam non habens curam animarum, nisi sit ei prohibitum, vt peregrino, & ignoro, de cle. pere. per totum, quia committere istis, ad episcopū spectat. c. Tuæ. de cle. pere. Idem si committatur religioso, cui à sua regula, vel suo prælato prohibetur.

4 ¶ Alij sunt vicarij deputati super aliqua diœcesi, vel prouincia, vel loco, de quibus est c. pen. eo. ti. & c. Adiciamus. 16. q. 1. qui dicuntur iurisdictionales, tantam habentes auctoritatem, quanta eis conceditur. c. Accepimus, de priui.

5 ¶ Alij sunt vicarij generales, qui ad omnia incumbētia prælato constituuntur, non solum respectu curiæ, sed etiam respectu omnium incumbētiarum, & possunt cognoscere causas totius diœcesis, inquirere, corrigere excessus, & huiusmodi, non tamen beneficia conferre. c. Cum generali, in 6. eo. ti. habent ordinariam iurisdictionem, & possunt excommunicare, sed quia in Italia, Vicarius, & officialis rarò differunt, inspicienda est eorum commissio, quæ, & quanta sit, & iuxta illius tenorem iudicare.

6 ¶ Alij dicuntur vicarij foranei, vel quia foris diœce. constituebantur, vel ex eo quod teneant forum, vel quòd de foris veniant, & est officialis episcopi, non habens ordinariam iurisdictionem, sed delegatam, non faciens consistoriū cum episcopo, sicut vicarius generalis, & non potest ea, quæ prohibentur illi, in c. Licet. eo. ti. in 6. nisi hæc specialiter committantur, ideo commissio ei facta debet inspicere. Et no. quòd merus secularis, vel clericus vxoratus, non potest esse Vicarius episcopi, secundum Pan. in c. 2. de cle. coniu. Et dicit Pd. in c.

in c. Pastoralis, de rescrip. quòd quidam est perpetuus, quidam temporalis.

7 ¶ Prædicti vicarij temporales, irregulariter vicarium facere non possunt. c. Clericos. eod. ti. etiam si habeant iurisdictionem ordinariam, quia non habent eam iure suo, intellige nisi habeant speciale mandatum substituendi, vel nisi sit consuetudo: quia instituens vicarium, & sciens consuetudinem, videtur consentire in illam, vel quando non potest totum per se facere, quia intentio instituendi est, quod faciat solum, quod potest, & si sit archipresbyter vicarius episcopi in spiritualibus, potest alium substituere, de off. archipresb. cap. ministerium, sed dictis vicariis, non potest totum committere, in casu quo non potest omnia per se, sed partem, Host. dicit, quod ad modicum tempus, & ex magna causa, & non nimis frequenter, potest alium relinquere loco sui, sicut fit tota die. ar. ff. de off. eius cui man. est l. i. §. i. & c. Peruenit. de appel. el. 2. quando autem habet speciale mandatum, potest, quia non propria auctoritate hoc facit. Io. An. in c. i. de off. iud. lib. 6.

8 ¶ Vicarius tantam auctoritatem habet, quantam vult dare eius institutor, & si hoc patet, statim est illi: quod si non patet, & est vicarius in aliqua causa particulari, tunc de illa, & de his, sine quibus non potest eam perficere, se impedit, & non plus. Si vero est generalis commissio, etiam dicendo, ut possit omnia, quæ ipse posset, non exprimendo aliquid, quod requirat speciale mandatum, etiam si dicat, si requireret speciale mandatum, secuta clausula generali dicendo, & omnia alia, quæ per nos possumus, etiam si exigeret speciale mandatum. Tunc quamuis habeat ordinariam potestatem, tamen non poterit ea, quæ requirunt speciale mandatum, arg. in cap. Qui ad agendum de proc. lib. 6. Si vero exprimat aliquid, quod requirit speciale mandatum, secuta generali clausula, videlicet, & omnia alia, quæ nos possumus, etiam quod requirerent speciale mandatum, tunc poterit omnia, quæ posset instituens ordinaria potestate, gl. fi. in c. 2. de off. vic. li. 6. Alias per generales clausulas, quæ verisimiliter non esset concessurus, non veniunt. c. fi. in vi. de off. vic. tam in tex. quam in gl. & c. 2. ibi.

9 ¶ Item si nominaret aliquod speciale, & cum clausula generali, & c. non tamen intelligitur concessum id, quod verisimiliter non esset in particulari concessurus, ut quia est magnæ importantiæ, ut si constituo Titium procuratorem ad omnes causas, non tamen ad contrahendum matrimonium, nisi de hoc fiat specialis mentio. Nam clausula generalis, quæ sequitur

sequitur specialia expressa includit similia, non longe maiora ut dicitur in d. c. fi. imò etiam si specificaret de matrimonio contrahendo, & non specificaret de persona, non valeret. Hæc autem ut habetur in d. c. 2. & c. fi. sunt, quæ requirunt speciale mandatum, scilicet inquirere, corrigere, deponere, subditorum excessus punire, conferre beneficia, dare literas commendatitias ad ordines. Et si episcopus suo subdito eligendi sibi idoneum confessorem licentiam dederit, non propter hoc a reservatis absolui poterit. c. si episcopus, de pœ. & re. li. 6. quia in concessione generali illa non veniunt, quæ quis verisimiliter non esset concessurus in specie, ut supra dictum est, & ibi in rex. Genus enim continet species non actu, sed potentia.

10 ¶ Mortuo prælato, habente vicarium, ipse vicarius, (vel si alio nomine vocetur) si fuit electus à toto cõueto, vel à collegio patrum, vel si habet auctoritatem à lege, quia ista durant, perseverat & ipse secundum Pan. in c. i. ne se. vacan. ali. Inn. secus est, si factus est, à priore, episcopo, abbate, vel alio prælato, quia non durat, eo moriente. Cessat etiam vicarij potestas, episcopo excommunicato. Pa. in c. i. de off. leg. intellige secundum quosdam re integra, quia idem iudicium est, sicut de delegato, secundum Pa. in c. Licet, de offic. del. Sicut autem quando res non est integra, secundum Pan. in d. c. i. de off. vic. No. etiam secundum Pa. in c. volente, de off. deposito vno vicario, reliquus non remouetur, licet contrarium tenuerit Io. Cal.

DE VINDICATIONE.

1 Vindicatio duplex.

Vindicatio vna est, quæ per iudicem, vel superiorè exercetur, secundum quod iura disponunt diuina, vel humana, & si fiat secundum rectam intentionem, est actus bonus à virtute procedens. Altera, quæ fit, seu appetitur à persona priuata, & quantum ad actum vindicandi illicitum est priuatae personæ, nisi propter defensionem cum moderamine, ut §. Homicidium. §. 3. Est enim actio habentis potestatem super eum, qui punitur. Quantum autem ad appetitum non est peccatum appetere vindictam, i. iustam punitionem malorum, hoc est enim appetere iustitiam, dummodo non appetatur ex odio, vel gratia satiandi animum, vel alio malo fine: sed vel propter correctionem delinquentis vel ut alij timeant, vel propter bonum pacis, huiusmodi, aliter vindicantes, se vel vltionem appetentes, & non prædicto modo mortaliter peccant, nisi ex imperfectione actus, vel in re parua. Potest etiam quis quærere vltionem de propria iniuria, quando redundat

in vituperium Dei: sicut fecit Siluerius Papa, qui excommunicauit eos, qui eum exulem fecerant fieri. 23. qu. 4. Guilifazius. Vel quando vergit in detrimentum animarum, vel in scandalum, quia non est contra caritatem, alias patienter ferre laudabile est. c. Tu bonus tolera. 27. quæst. 4. Mali ad exercitium honorum à Deo permittuntur. Ideo patienter tolerandi sunt.

DE VINO.

1 Vinum non bibentes ordinari ad sacerdotium an possint.

1 Vinum non bibentes ordinari ad sacerdotium non possunt. Ex eo enim quod vinum abhorrent, possent vomere sacramentum, arg. in c. Si quis per. de cons. di. 1.

DE VIRGINITATE.

1 Virginitas an perdat, si virgo dormiens violetur.

2 Virginitatem seruare non solum est licitum, sed laudabile.

1 Virginitatem seruare, non solum est licitum, sed laudabile, non quia sit præceptum, sed consilium, iuxta illud Apost. De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do. Et quia posset quis obiicere præceptum Dei, scilicet Crescite, & multiplicamini, &c. dicitur quod sufficit hoc ab aliquibus adimpleri: & non est necesse ab omnibus. Imò expedit aliquos celibem vitam ducere, ut vacent contemplationi. Quinimmo cæteris paribus, virginitas præfertur coniugio, secundum Th. 2. 2. q. 152. art. 4. Præceptum enim illud multitudini, non singulis datum est.

1. Cor. 7.

Virginitas præfertur coniugio.

2 Virginitas non perditur, si virgo dormiens violetur, dummodo quando iuit dormitum, hac intentione non iuerit, nec si vi opprimatur, dummodo non consentiat in talem delectationem, licet sentiat eam, neque dum patitur seminis fluxum, dummodo renitatur, quantum potest, etiam quod corporalem habeat delectationem. Nam virginitas principaliter consistit, in deliberata voluntate non experiendi venerem delectationem, quæ sentitur in emissionem seminis.

DE VIRGINVM CONSECRATIONE.

1 Virginum consecratio ad quem pertineat.

2 Virgines mente, & corpore corruptæ an consecrari debeant, & num. 3.

4 Quando sint virgines velandæ.

1 Virginum consecratio solum ad Episcopum pertinet, cui ecclesie cura committitur, & in tali consecratione confertur gratia, secundum Thom. 4. sent. d. 38. q. 1. nisi sit ebex, non ex vi sacramenti, quia sacramentum non est, sed ex opere operantis.

2 Mu-

2 Virgines virgines mente, sed corpore corruptæ, quia violenter, siue dormientes, siue aliter fuere corruptæ, non habent consecrari, quamuis virginitatem non perdiderint formaliter, quia ecclesia tantum de exterioribus iudicat, & ad hoc est, c. ille. 32. q. 5. Quæ autem corpore incorruptæ sunt, licet mente sint corruptæ, & etiã actualiter in somno, vel vigilia corruptionem passæ fuerint, quia tamẽ corporis habent integritatem, consecrari possunt, sunt enim in statu virginum secundum ecclesie iudicium, quæ de apparentibus iudicat.

3 Quidam vero propter vitandum scandalum, quando sacrandæ sunt corporaliter corruptæ, consecrant eas mutantibus verba virginitatis in verba castitatis, quod fieri non debet, quia propter vitandum scandalum, non debent sacramenta, vel sacramentalia mutari: possunt tamen benedici, dicendo illas orationes, & faciẽdo illas cæremônias, quæ non sunt de substantia consecrationis, mutato nomine virginitatis in nomine continentie, vel castitatis, consecrati autẽ nullo modo possunt, quia talis fictio sacramentalibus est iniuriosa.

Propter vitadum scandalum non debent sacramenta mutari.

4 Possunt velari in die Epiphaniæ, in Natalibus Apostolorum per totam hebdomadam resurrectionis, omni die dominico no. in §. velamen. 20. q. 1. in articulo mortis omni die. c. Deuotus. 20. q. 1. Secundum aliquos in solennibus festiuitatibus possunt velari, nec ante 25. annum, cap. Placuit, 20. quæst. 1. Viduis autem potest dari velum, sed non cum illa solemnitate, quia semiplena continentia in illis est.

DE VISITATIONE.

1 Visitare qui possint.

2 Visitator quem ordinem tenere debeat.

3 Visitator à quibus accipere possit procurationem.

4 Archiepiscopus, & Episcopus possunt visitare monasteria exempta.

1 Visitare possunt omnes habentes ordinariam iurisdictionem, ut Episcopi, Archiepiscopi, Archidiaconi, Decani, Abbates, & Prælati religionum, Legati apostolicæ sedis, quibus committitur vel à Papa, vel ab ordinariis, ut in cap. Romana, de cen. li. 6. de offi. or. c. Cõquerente, de offi. arch. c. Mádamus, de sta. mo. c. pe. & c. inter cætera, de offi. ordinarij.

2 De ordine, quem visitator debet tenere, in d. c. Romana, constat: quomodo debet proponere verbum Dei, deinde inquirere de vita, & conuersatione ministrantium in ecclesiis, & de aliis, quæ spectant ad officium, in d. c. Romana. Religiosi sua sequantur instituta, & consuetudines, ut in d. c. Romana.

3 Visi-

Conc. Tri. Sess. 24. c. 3.

Conc. Tri. Sess. 24. 3. ¶ Visitator à locis visitatis, & non ab aliis, potest accipere procurationem pro victu illius diei, siue in victualibus, siue in pecunia, & quod tantum vnam procurationem recipit vna die, etiam q̄ plures ecclesias visitet, & si aliter accipiat, istis non concurrentibus, tenetur infra mensem restituere in duplum ecclesie, à qua accepit, alioquin Patriarche, Episcopi, Archiepiscopi, sunt ipso facto interdicti ab ingressu ecclesie, inferiores verò his sunt suspensi ab officio, & beneficio, donec in duplum restituant, nec valet remissio, vel dantium liberalitas, seu gratia, eos liberare, nisi restituant. c. Exigi. c. Fælices, de cen. in 6. legati tamen ultra hoc possunt accipere expensas, quas fecerunt in equis, & vestibus, & huiusmodi, dū vadunt ad visitandum, & etiam nuntij apostolici, secundum Pan. in c. Procurationem, de cen. A munere autem, q̄ prohibetur accipi, excipit Host. esculentum, & poculētum, & xenia, quæ sunt munera, quæ hospitibus dantur quæ non extenduntur ad munerum qualitatem. ff. de offi. pro consul. l. solēt quod limitat Ioan. mo. si sunt ibi aliqua comedēda si autem sunt portanda, vt capones, confectiones, & huiusmodi, periculum est. Sil. ibi circa fi. Neque officiales visitatoris aliquid recipere ratione visitationis debent.

4 ¶ Archiepiscopus, & episcopus, possunt visitare monasteria exempta, nisi super hoc habeant priuilegium. c. Sopite, de rescr. Possunt, & visitare hospitalia, si sunt loca religiosa, vt quia constructa sunt, & instituta auctoritate episcopi, si autem clarum est, q̄ non religiosa, & qui instituit est viuens, non poterunt visitare sine licentia instituentis. Si verò mortuus est, & voluit remanere hospitale, poterunt visitare. c. Vt iuxta. de offi. or. Tunc enim habet formam loci pij.

DE VNCTIONE.

- 1 Vnctio extrema an sit de necessitate salutis.
- 2 Vnctione sacramentum à quo institutum, & quæ eius forma, & materia.
- 3 Vnctio quare detur, & an iteretur, num. 9.
- 4 Vnctio à quo detur, & quando, & num. 5.
- 6 Vnctio extrema quibus danda, & num. 7. 8.

1 Vnctio extrema, quod est sacramentum, non est de necessitate salutis, si quis non accepit, quia contemnit, mortaliter peccat, non minus quam contemnens quodcunque aliud ecclesie mandatum, vt dicit Caiet. ibi in summa, quia contemptus vbique damnabilis.

2 ¶ Hoc

2 ¶ Hoc sacramentum fuit à Christo institutum, sicut & alia omnia, secundum Tho. 4. sen. d. 33. q. 1. promulgatum autem ab Apostolis, cuius materia est oleum oliuæ ab episcopis consecratum. Forma autem est hæc. Per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi dominus, quicquid deliquisti per visum. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & sic de cæteris sensibus, secundum Tho. supra, vide, c. Nunquid, de conse. d. 5. At ly, In nomine patris, &c, non videtur esse de substantia formæ secundum Tho.

3 ¶ Datur hoc sacramentum in robur spirituale, cōtra debilitatem relictam ex actuali peccato, vel originali; etiā confert gratiā, nisi sit obex secundū Th. supra. Et licet fiat multæ vnctiones, vltima tamē est, quæ operatur in virtute præcedentiū, in qua infunditur gratia, nō autē character imprimitur, quia per ipsum sacramentū non deputatur homo ad aliquod agendum, vel ad recipiendum directē pertinens ad cultū Dei, sed solū ad spiritualem sanitatem consequendam.

4 ¶ A solo proprio sacerdote, etiā in mortis articulo datur extrema vnctio, vno clerico præsentē, vel saltem in necessitate vno seculari respondente. c. Quæ sunt, de verb. sign.

5 ¶ Si autem necessitas adesset, qui non est proprius sacerdos, potest iniungere sub rati habitatione, quia necessitas non habet legem, de re iud. c. quod non est, imò etiam si esset suspensus ab ingressu ecclesie secundum Arch. Flo. faciendo portari per alium de ecclesia. Non autem si esset suspensus ab officio præcisē; Non tamen religiosus, sine licentia, sub pœna excommunicationis, de priuil. cle. religiosi, supra, Excommunicatio. 49. quam licentiā potest dare proprius sacerdos, etiam q̄ sit excommunicatus, sicut excommunicatus, & suspensus à iurisdictione, dant licentiā audiendi confessiones.

6 ¶ Hoc sacramentum non debet dari nisi adultis, & infirmis, & in mortis articulo constitutis, ex ipsa infirmitate secundum Pe. de Pa. ideo non datur occidendis, vel euntibus ad bellū, & huiusmodi; quia talis mors non imminet ex defectu naturæ, sed euentu fortunæ. His autem, qui præ senio deficiunt sine actuali infirmitate datur, & etiam phreneticis, & amentibus si sana mente petierunt, alias non, & maximè quando crederetur, quod irreuerentiam exhiberent huic sacramento, etiam quod petierint, vel perant.

7 ¶ Debet etiam dari illis, quia ex infirmitate vsum iam rationis amiserunt, quamuis non actualiter petierint, dummodo sint tales personæ, de quibus constat, quod bene vi-

T t

uerunt,

rerunt, & q̄ si haberent tunc vsum rationis, peterent, vt ereditur: quia & si non peterunt explicitè, peterunt tamè implicitè, secundum Petr. de Pal. & Arch. Flo. & sic habet vñs Ecclesiæ, vt quando S. Tho. dicit, q̄ non debet dari: nisi habentibus actualem deuotionem. 4. sent. dist. 23. q. 2. ar. 2. quol. 4. debet intelligi, qui non habent, nec habuerunt, debet etiã dari adultis baptizatis, licet nunquam peccauerint, secundum Petr. de Pal. & Arch. Flo. quia remanet pugna contra hostem, nec est mendacium in forma, quia remanet debilitas mentis, ex prioribus delictis. Debet etiã dari illi, de quo dubitatur, an sit mortuus, sub conditione, scilicet si es viuus. Sed si moriatur ante completionem, non est ultra procedendum. Et debet simul vngere sacerdos & verba profere, secundum eundem Pe. de Pal. in 4. sent.

Not. 1.

8 ¶ Partes quinque sensuum debeat iniungi secundum Th. sup. quia sunt peccandi radices, videlicet, oculi, aures, nares, labia, manus, pedes, & quibusdam renes, non autem communiter, propter reuerentiam. Si verò quis aliquo membro careret, pars propinquior illi membro vngatur, & sufficit.

9 ¶ Hoc sacramentum potest iterari sine iniuria, quia non habet effectum perpetuum, etiam in eadem infirmitate, vt si infirmus sit in periculo mortis, & vngatur, & postmodum releuetur, & deinde post aliquot dies iterum sit in articulo mortis, potest iterum vngi, & maximè quando infirmitas est diuturna, vt esset paralytis, vel febris ethica.

DE VNIONE.

1 ¶ Vnio beneficiorum & ecclesiarum an, & quando fieri possit.

1 ¶ Vnio beneficiorum, & ecclesiarum potest fieri, quia Papa potest vnire vnã ecclesiã inferiorẽ alteri cuiusq; cū causa, & sine causa, & sine consensu canonicorũ secundũ Pa. in c. Vnire, de excess. prela. Eodẽ modo episcopus circa ecclesiã sibi subiectas in sua diocesi, nõ tamẽ sine causa, & canonicorũ consensu. c. Pastoralis, in 1. de dona. Alij autẽ inferiores nequaquã possunt, nisi prescripserint. Quomodo autẽ, & quibus modis fiat, nõ pertinet ad cõfessores, vide tamen c. Quia monasterium. de reli. do. c. Quod translatio. nem, de offi. le. Quinq; enim modis tales vniones fieri solẽt.

Canon. Tri. ses. 7. r. 6. ses. 31. ca. 5. ses. 23. c. 18. ses. 24. c. 12. 13. & ses. 14. c. 9.

DE VOLUNTATE.

1 ¶ Voluntas hominis etiam post mortem durat,

2 ¶ Voluntas humana quomodo diuina conformari debeat.

1 ¶ Voluntas hominis durat etiam post mortem concedentis, secundũ leges canonicas, in cap. fin. de preca. Idro

Idro quando conceditur aliquid alicui absolute, sine alia limitatione, durat etiam post mortem concedentis, capitulo maiores, de baptis. vt si abbas instituit priorem, durat etiam ipso mortuo quando ab abbate cum collegio, quod nõ moritur, fuit institutus, secus si concessisset vsque ad beneplacitum suum, quia beneplacitum expirat per mortem concedentis, capitulo si gratiose, de reser. lib. 6. Secus si dixit ad beneplacitum sedis, quæ nunquam moritur, etiam quid Papa moriatur. d. c. si gratiose. Idem quando dicitur, Donec voluerò, vel aliter ordinauerò, vel reuocauerò, vel cum aliquo termino concernente actum, quia per mortem expirat ille actus, & illud beneplacitum, per id c. Si gratiose, vbi fit determinatio eorum, quæ prius erant dubia circa hoc, & huic standum est nunc, oppositum videtur tenere Gemi. in d. c. Si gratiose ibi, pone quod Papa, & c. Cum Io. An. & quibusdam aliis, & bonas videtur adducere rationes, vide si placet: prima tamen opinio melior censetur.

2 ¶ Voluntas humana tenetur conformari diuinæ quo ad causam formalem, volendo ea, quæ Deus vult, eodẽ modo, scilicet charitate, quò ad causam finale, volendo ad eundẽ finẽ, sicut Deus quò ad causam efficientẽ, volendo ea, quæ Deus vult nos velle, siue voluntate antecedenti, siue consequenti, quando nobis innotescit: quo ad causam materiale, volendo ea, quæ Deus vult, non voluntate naturali, sed voluntate deliberata, quã cognoscimus Deum sic velle, licet displiceat nostræ voluntati, vt nostra est, aliter non conformans voluntatem suam diuinæ, mortaliter peccat, quia recedit à recta regula humanorũ actuum quæ est voluntas diuina, vt dicit Herucus primo sen. di. 38. & Tho. ver. q. 23. & 1. sen. di. 2. q. vi.

DE VOTO.

- 1 ¶ Votum quid sit.
- 2 ¶ Vouendo quando quis peccet.
- 3 ¶ Votum factum rem illicitam exercendo, an teneat.
- 4 ¶ Vota operum quando teneant.
- 5 ¶ Votum ex parte vouentis quando teneat.
- 6 ¶ Votum fallaciter factum an teneat.
- 7 ¶ Vota subiectorum de quibus hic an teneant. & 8. 9.
- 10 ¶ Vota quando impediuntur. 11.
- 12 ¶ Votum aliquando propter dispensationem, vel commutationem non obligat.
- 13 ¶ Vota quomodo dispensari possint.
- 14 ¶ Vota quomodo commutentur.

- 15 Vota violare peccatum est.
 16 Vota facta absolute quando reddi debeant.
 17 Votum factum de faciendo aliquo opere tali die, quando debeat.
 18 Vouens religionem tenetur totis conatibus operari, vt eam ingrediatur.
 19 Factus impotens ad seruandum votum, quid agere debeat.
 20 Potens implere votum, & ex negligentia differens, mortaliter peccat.
 21 Vouens offerre vnum testonum, & aliquis valent plura, aliquis minus, quem offeret.
 22 Habens duo vota impossibilia, quod seruare teneatur.
 23 Vouens seruare aliquam regulam, ad qua teneatur.
 24 Filius etiam hares patris ad vota patris non tenetur.
 25 Vouens ieiunare in festo alicuius sancti, si veniat in dominica, quando ieiunabit.
 26 Vovit qd ieiunare omni sexta feria, & vigilia alicuius sancti, si vigilia in sexta feria venerit, an voto utriusq; satisfaciet.
 27 Vouens omni die ieiunare an quoties frangit ieiunium, mortaliter peccet.
 28 Profitens in religione approbata, est absolutus ab omnibus votis factis in seculo.
 29 Vota quomodo dispensentur, & a quibus remissuè.

VOTUM, secundum Th. secunda secundæ. q. 88. ar. 1. est deliberata, & spontanea promissio Deo facta de his, que sunt Dei. Ideo vota, que sunt sine deliberatione, vel sine cognitione discursiua, vel non voluntaria, vel de rebus malis, vel non bonis, non sunt vere vota, vt dicemus. Nota qd iudicare de votis, primò occurrit videre quantum ad materiam, quando teneant, & quando non teneant. Nam si fiat votum de aliquo illicito, vt facere fornicationem, vel facere contra consilium Christi, vt non seruare castitatē, & huiusmodi, vel de aliquo, quod est indifferens ad bonum, vel malum, vt non lauare manus, pectere caput, hæc non sunt vota valida, quia sunt de materia, quæ Deo non placet, propterea dictum est, qd est de his, quæ Dei sunt. Ideo similia faciens vota peccat, non tamen semper mortaliter, quia si vouet, quod est mortale, vt futari, mortale est. Secundò, si vouet contra consilia, ira paratus animo, quod etiã occurrente necessitatis articulo, non intendit facere cõtra tale votũ, mortaliter peccat. Tertio etiam mortaliter agit, si vouet huiusmodi vota stulta, vt non lauare faciem, vel pectinare caput, & huius

& huiusmodi, cognoscens quid faciet, & quod hoc Deo displicet, & tamen vult se ad hoc obligare. Huiusmodi enim vota essent blasphemix peccatum. Si tamẽ crederet hoc parum displicere Deo, sicut sunt venialia, esset & hoc veniale peccatum, quia charitatem non excluderet.

2 ¶ Quantum autem ad primum modũ, non solum peccat mortaliter vouens, quod ex se malũ est, sed etiã quod bonum est, sed vestitum malo fine, vt mutuarè, propter inuicem gloriam, vel auaritiã. Peccat enim vouendo, & peccat adimplendo. Similiter peccat vouendo Deo aliquid licitũ offerre, si poterit aliquid illicitũ cõsequi, vt adulterium, hoc enim est facere Deum auctore criminis. Similiter si ille, qui obtinuit aliquid illicitum, vt alterius bona voueat Deo, vt puta 10. aureos, quasi referens ei gratias pro obtenta re illicita, hoc mortale est, & blasphemia, concordat Cai. ibi in summa. Videtur enim facere Deum mediatorem, & fauorem peccati.

3 ¶ Si quis autem rem illicitam exercens, voueat, quod si aliquid eueniat, vel non, tali illicito pendente, vt cum fur est in furto, vouet vnum aureum, si non capiatur, & huiusmodi, tale votum tenet conditione eueniente, quamuis actus furti sit res illicita, votum tamen non cadit super furtum, sed super non capi, quod non est illicitum. Si verò quis ad euitandum aliquid, quod tenetur euitare, obliget se voto, si hoc eueniat, vt dicendo si blasphemauero, voueo me ieiunaturum in pane, & aqua, huiusmodi eueniente casu, tenet votum, Consentit Cai. ve. votum.

4 ¶ Circa vota operum, quæ sunt indifferentia ad bonum, & malum mortaliter, intelligendum est tali opere remanente in sua indifferentia, quia sic nõ tenet votum. Si autem talia opera dirigerentur in aliquem bonum finem, tunc teneret votum, vt cum quis vouet non ire ad talem ecclesiam ad audiendum missam, vt euitet aliquid periculum, vel nõ comedere talem cibum, vt in se sanitatem conseruet, & huiusmodi, tale votum tenet, quia rationabile est, quod si cessat causa, propter quam factum est votum, non tenet amplius, vt si ablatum est periculum in casib. prædictis, quia materia facta est indifferens ad bonum, vel malum.

5 ¶ Secundò considerare possumus votum ex parte vouentis, an teneat, nam quãdo quis simulare vouet coram hominibus, & in veritate non vouet, & totum nullum est in conscientia, vt cum quis fingit se profiteri in aliqua religione, tamen quia decipit ecclesiam, debet compelli ad

seruandum, quod ore Deo promisit. Dolus enim nulli debet patrocinari. Peccauit tamen mortaliter sic fingendo, quia Deo iniuriam fecit, & fuit causa sequentis scandali, dans efficacem operam ad tale scandalum.

6 ¶ Aliquando quis fallaciter vouet, quia intendit vouere, sed non seruare promissum, & huiusmodi verè sunt vota, & ita adimpleri debent, ac si cum intentione implendi facta fuissent, & ita mortaliter peccatur non implendo, sicut peccatum est admitrendo. Concer. Caiet. secunda secunda. q. 88. art. 1. ad 4. dubium, in corpore responsionis, & in summa, ver. *Votum*. Aliquando quis imperfectè vouet quia actus vouendi non est per rationem, vel voluntatem deliberatus, sed per modum primi motus, cui voluntas non assentit, & tunc tale votum non tenet ratione actus imperfecti. Quandoque homo vouet, & deliberatè, sed non plena discussione rationis, vt communiter fit in timoribus, in infirmitatibus, & in rebus repentinis, vel ex animi leuitate, vel ex pronitate ad vouendum, vt mulieribus consuetum est. Et licet ista vota non fiant ex longo rationis discursu, & meditatione, tamen est actus deliberatus, qui in paruo tempore fit, sicut deliberatio fornicandi, & huiusmodi, constituit peccatū mortale, licet non sit facta cum tali examine. Quamuis ergo huiusmodi vota fiat minus plena, & faciliter dispensentur, tamen tenent. Aliquando vouens nō est perfectè ætatis, sicut proficere ante 14. annū, & tunc non tenet. c. Is qui de regu. in 6. quia auctoritas ecclesie irritat vota huiusmodi solemnia. s. *Proessio*. §. 1. nouitij. §. 3. In aliis autem votis nō est respectus ad ætatē. 14. vel 7. annorum, sed ad liberum vsum rationis, nam quodcumque homo est doli capax, potest se ad votum obligare. Conformer. Caiet. 3. ver. *Votum*, circa medium.

7 ¶ Tertio aduertendum est, an vouens sit liber, vel subiectus, nam vota subiectarum personarū, vt filij familias, vxoris, serui, religiosi, & huiusmodi, sunt conditionalia, & sic intelliguntur, si superiori meo placuerit, & non sunt inualida, nec absolute obligant, sed si placuerit, vel non displicuerit superiori. Nam si voueat de his, quæ sibi prohibita sunt a superiori, tenetur requirere voluntatem superioris, explicando votum, & si ei placet tenetur adimplere, si non placet, irritum est votū, & non tenetur aliter implere, vt si religiosus vouit ire ad sanctū Iacobum, quia hoc est sibi prohibitū fieri sine licentia, debet licentiā petere modo supradicto. Si autem peteret

peteret licentiā perficiendi tale opus nō specificando, quod vouerit, negante superiore non est irritatū tale votum, ideo tenetur iterum petere licentiā, donec negetur in specie tale opus promissum, quia ad hoc quod irritetur, requiritur voluntas superioris volentis irritare, quod velle non potest, nisi sciat esse opus votuum, vt dicit Caiet. ibi, sup.

8 ¶ Quando verò fit votum de nō prohibitis, vt si religiosus voueat dicere quotidie psalmos penitentiales, intelligitur si prelato nō displicerit, ideo tenetur illos dicere quousque prelatus hoc sciens reprobet hanc obligationē, quā debet reprobare, si est sibi prejudicialis. Si vero tales subditi voueant aliquod, in quo non subiciuntur alicui nisi Deo, talia vota sunt valida absolute, vt si famulus voueat dare elemosinā de suo salario, & miles ieiunare vigiliam S. Barbara, & huiusmodi, quia in hoc actu non subiciuntur nisi Deo, ideo possunt vouere, & vota tenent. Caiet. conc.

9 ¶ Religiosi, qui totaliter sunt in potestate suorum prelatorum per votum solenne, & non habent aliquod tempus, in quo non possunt a prelatis occupari, nullum votū absolutū de bono supererogantis facere possunt, neque de his, quæ continentur in regula, in quibus a prelato potest dispensari, vt nō comedere carnes, & similia, quia in omnibus huiusmodi votis potest dispensare prelatus, irritare, & oppositum precipere. Possunt religiosi vouere seruare precepta Dei, nō peccare sic, vel sic, & firma sunt talia vota, & tenentur adimplere. Similiter de transitu ad arctiorem religionem, & mutatione status melioris, quia in huiusmodi non habent superiorem nisi Deum, secundum mentem Caiet. 1. 2. q. 88. art. 8. & ibi Tho. licet quidam dicant omne votum religiosi ipso iure esse irritum, adducentes c. noluit. 33. q. 5. & c. monacho. 20. q. 2. in gl. Sed d. c. monacho, contra eos est, vt patet intuitu, quia dicit, quod monacho nō licet sine cōsensu abbatis vouere, & si vouerit, votum frangendum erit, ergo non est ipso iure irritum, sed irritandum. Tene ergo secundum, quod supra determinatum est. Conseruit. Sil. ver. *votum*. 3. §. 43.

10 ¶ Quarto de impedimentis quandoque occurrentibus dicendum est, quæ quandoque tollunt obligationem implementationis voti. Nam omne adueniens, quod impediret votum, si adesset, quando quis mouet, impedit executionem voti iam facti, vt si adueniat impossibilitas, aut impedimentū melioris boni aut indifferetia, quia quodlibet horū impediunt votū fiendū, sicut qui vouit facere capellam, factus

pauper non tenetur, si vouit ieiunare in 6. feriis, factus infirmus, non tenetur, quia impossibile, vel difficile. Vouit visitare sepulchrum, factus religiosus non tenetur, quia esset impedimentum melioris boni. Vouit quis non ire ad talem domum, ubi erat mala mulier, mortua illa, non amplius tenetur, quia indifferens factum est votum. Aduerte tamen quando votum factum est impossibile pro vna parte, & pro alia non, vt si quis habens votum castitatis contrahat matrimonium, non tenetur seruare castitatem, quia hac parte est factum impossibile: tenetur tamen ex parte sua seruare, quantum potest, vt non petat, sed tantum reddat, quia hoc potest, & cum voluntate seruandi quando poterit. Ideo mortuo marito, vel vxore, tenetur seruare votum, & castè viuere. Similiter in aliis similibus dicendum esset.

11 ¶ Ex parte intentionis aliquando oritur impedimentum, quia votum ita tantum obligat, in quantum fuit intentio vouentis se obligare, ideo requirenda est intentio vouentis, si fuit absoluta, vel conditionata, & si ad semper vel pro aliquo tempore, licet fortè verbis non expresserit. Si intēdebat statim adimplere, vel post aliqua tempora. At cauedum est errorem quorundam dicentium, votum non valere, si aduenit aliqua conditio voto, quam si præcogitasset non vouisset. Hoc enim falsum est, & valde irrationabile. Quot enim viri sunt, qui si sciissent, quando accēperunt vxores ea, quæ postmodum sibi acciderunt, non contraxissent, & tamē hoc non obstante, dicimus matrimonium tenere, & non possunt eas dimittere: idem de multis professis dicētibz si cogitasset talia, professionem non fecissent, & tamen durat professio, sic est de voto, quod fuit deliberare promissum, debuit enim prius vouens hæc cogitare, secundum Cai. supra, & si non cogitauit, sibi imputeretur.

12 ¶ Aliquando votum non obligat, quia est irritatum, vel dispensatum, vel commutatum, & hæc oportet confessorem non ignorare. Irritare votum non pertinet ad ecclesiasticam potestatem vniuersaliter, sed ad potestatem dominatiuam directe, ideo sufficit subditis sola voluntas domini irritatis. i. nolētis votum valere, nec alia indiget dispensatione, vt si maritus dicat vxori, nolo quod facias tale, quod vouisti tunc votum statim non tenet, immo si dedit licētiam implēdi, & postmodum reuocat, non tenetur vxor adimplere, licet ipse peccet reuocando quod semel concessit, vt dicitur Numeri 30. c. Adiuſta. Aug. gl. iuxta Cai. doctrinā. votum enim annullatum non reuertitur, nisi de nouo voueat quis.

13 ¶ Ad

Ante votum debet precedere diligēs inquisitio

13 ¶ Ad dispensandum in voto duo exiguntur, scilicet ecclesie auctoritas, & causa rationabilis, ita quod etiam papa, si sine rationabili causa pro libito dispensat, non est audiendus, quia non habet potestatem nisi in ædificationem ecclesie, & non est dominus, sed dispensator. Rationabilis causa dicitur, honor Dei, vtilitas ecclesie, & breuiter maius bonum quam executio voti, quod quidem maius bonum oritur, vel si executio voti est illicita, vel inutilis, vel maioris boni impeditiua. Et quia dispensatio tollit votum quantum ad materiam, & quantum ad vinculum, ideo diligenti, consideratione vtendum est, vt dicit Cai. ibi supra. ver. votum.

14 ¶ Quantum ad voti commutationem in qua commutatur materia, & remanet obligatio vinculi, licet regulariter auctoritas ecclesie exigatur, tamen si euidenter constet in melius, & grauius Deo commutari potest quis propria auctoritate proprium votum commutare, & dicit Cai. ibi expresse, vt habens votum peregrinationis, potest in votum religionis propria auctoritate commutare, & de huiusmodi, quia Deo plenius satisfacit, cui facta fuerat promissio, dando quod melius, & magis acceptum est. Requiritur etiam, vt illud, in quod mutatur votum, saltē sit æquale, vt si mutes votum S. Iacobi, in peregrinationem S. Mariæ de Laureto, quæ propinquior est, non esset æquale, neque quo ad laborem neque quo ad expensas, quæ omnia considerari debent. Requiritur etiam, causa vt rationabiliter fiat talis commutatio vel propter difficultatem, vel maius bonum. Potest etiā commutatis gratiosè facere quando sola materia voti commutatur, sed securius est, vt semper in melius bonum mutetur, quantumcunque paruum, vt ibi Cai. Et hoc rationabiliter dicitur quia Dei negotium agitur in commutatione voti.

15 ¶ Quantum autem ad peccatum dico quod violando votum, quod verum est votum, mortaliter peccatur, vt pote perfidia contraria fidei, & promissioni diuinæ, & quando est in bono, ad quod non tenebatur, est speciale peccatum. Si vero erat votum de re, ad quæ tenebatur, vt de confitendo semel in anno, vel huiusmodi est circumstantia mutans speciem, secundum Cai. ibi, ideo necessario confitenda, & est in specie irreligiosæ perfidie. Tab. ibi votum. i. §. 2. dicit quod non, quia non est proprie votum, vt dicit Th. 4. sen. d. 38. quest. 1. ar. 1. ql. 2. circa fi. contra iustum est. Arc. flo. 3. par. 11. c. 2. §. 2. ideo hoc edictum Cai. melius videt. Sed quoniā multi casus occurrunt, ideo ad particularia magis descendam, vt hæc materia magis intelligat.

16 ¶ Si quis vouit aliquid absolute, & sine cōditione temporis tenetur statim, cum potest adimplere commode, quia scriptum est, si quid vouisti Deo, non moreris reddere. Vt si vouit intrare religionē, non potest expectare tres, vel quatuor annos. Recurrendum tamen est ad eius intentionem, an scilicet intenderet exequi statim, vel expectare, & huiusmodi, aliter non debet differre. Pan. in cap. Non est. eo. tit.

17 ¶ Qui vouit certo die facere aliquod opus, tenetur illo die facere, aliter peccat fractione voti, & debet pœnitentiā agere de peccato, & votum quam citius poterit adimplere, nisi quādo votum cadit supra illud tempus, vt si quis habebat votum ieiunādi in vigilia s̄ncti Dominici in honorem eius, si non ieiunauit, non tenetur amplius transacta vigilia, quia hoc votum fuit onus temporis, sed sola pœnitentia satisfacit. Si vero vouit ieiunare tribus diebus infra mensem, si non ieiunauit, tenetur de peccato pœnitere, & ultra hoc ieiunare tribus diebus quā prius poterit, quia hoc votū nō est onus illius tēporis, sed tēpus appositū est, vt mēsurā impletionis voti. Concor. Cai. ibi. Qui vero vouit omni anno quattodecima die. vt puta Augusti, ppter aliquā gratiā consecutā a Deo ieiunare tali die, si talis dies veniat in dominica, si hoc fecit pro exultatione, vt sit p̄prior illo die ad spiritualia, debet die dominica ieiunare, si p̄ afflictione corporis, vel p̄ satisfactione p̄ peccatis vouit, ieiunet in sabbaro, vt se cōformet ecclesiæ, si de nullo horū cogitauit, vel tm̄ de exultatione, similiter ieiunet dominica die. Si de vtroq; cogitauit, cōformet se ecclesiæ, secundum Io. de Neap. in quol.

18 ¶ Qui vouit religionem intrare, & hęc principaliter eligit, debet facere totum conatum quem potest in eam intrandi, quod si illa eum recipere non vult, aliam quærere tenetur, quod si nullam inuenit eam recipere volentem, a voto penitus est absolutus, quia in voto intelligitur, si inueni-
ro, qui me recipiant, & potest licitē nubere, vt dicit Cai. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad secundum. Si autem vouisset non solum intrare religionem, sed etiam seruare castitatem, tunc etiam quod non posset recipi, teneretur ad continentiam, & si cōtrahat, & cōsummat, peccat faciens contra votum, & debet exactus debitum reddere, tenetur nihilominus seruare castitatem, eo modo quo potest, vt patet in supradictis, vt ver. Matrimonium. 55. & per S. Thom. 2. 2. supra, quod si credidisset, quando vouit, quod hoc monasterium, vel hęc religio non recepisset eum non se obligasset huius

voto, non tenetur aliam quærere religionem, nec seruare castitatem, sed potest nubere, quia non vouit omnino statum mutare, ideo ad illius intentionem recurrendum est, & quādo dubius est, tutior pars eligatur. Si vero vouit tantum hęc religionem, vel hoc monasterium intrare, non tenetur aliā vel aliud monasterium quærere, Tho. ibi supra, articu. 3. ad secundum, nec castē viuere, nisi intendisset mutare statum, vt dictum est.

19 ¶ Si quis ex sua culpa impotens factus est ad seruandū votum, debet seruare quantum potest, & de peccato pœnitere, vt qui habens votum virginitatis fornicatus est, pœnitent, & de cetero castē viuāt, quia virginaliter viuere non potest, & sic de ceteris, vt supra dictum est.

20 ¶ Potens implere votum ex negligentia multū differens aduertenter, a mortali non excusatur, cum statim (vt supra diximus) teneatur implere. Secus si tardat ex obliuione, vel expectat commoditatem, vt melius perficiat, & non est periculum verisimile de impossibilitate superueniente, vt impletur, vel non credit teneri, tunc quia cum non mordet cōscientia. Si autem perdit propositum implendi, mortaliter peccat etiam si postmodum impleat, quia semper debet in nobis perseuerare voluntas saltem habitualis adimplendi ea, ad quæ tenemur. Sed si pœnitent eam vouisse, dummodo adimpleat votum, non peccat mortaliter, quia vouere non erat de necessariis ad salutem.

21 ¶ Qui vouit offerre vnum testonum, & aliqui testonē valent plus, aliqui minus, potest offerre quem vult, secus si in mente habuit offerre illum, qui plus valebat, licet verbis non expresserit. Idem in aliis, quia mēs vouentis potius inspicienda est quam verba.

22 ¶ Qui habet duo vota incompatibilia, vt ingredi religionem, & ducere pauperem in uxorem, seruet quod maius est, si sunt æqualia, vel dubia, seruet primum, vel quod conuenientius est, vel arbitrio boni viri se committat, de alio faciat ad iudicium superioris. Th. 4. sen. dist. 38. arti. 3.

23 ¶ Qui vouit seruare aliquā regulam nō tenetur seruare omnia, quæ sunt in ea, sed eo modo quo tenentur professores illius regulæ, vt supra, Religio. §. 11.

24 ¶ Filius etiam hæres patris, non tenetur ad vota patris, quæ sunt personalia, vt peregrinari, ieiunare, & huiusmodi, nisi imposta a patre promiserit implere. cap. Licet. eo. tit. Vota autem realia, vt fundare capellā, dare tot pro eleemo-

*Remoto
principali,
remouetur
accessorium.*

lyna & similia, tenetur si vult esse hæres, & hæreditas hoc patiat: quia si plus importarent vota, quam hæreditas, non teneretur. Si autem sit votum personale, & reale vtrūque expressum, vt ire Romanam, & offerre vnum aureum, tenetur ad id, quod reale est. s. offerre per se, vel per alium, non autē ire, vel alium mittere. Si autem illud reale nō est repressum sed accessorium, non tenetur ad illud, quia remoto principali voto, remouetur accessorium, quia si non tenetur ire ad sanctum Iacobum pro patre, nec etiam mittere expensas, quas pater fecisset. Concor. Per. de Pal. vide pro hoc. d. c. licet. & c. tua nos de vsu. & c. i. de sorti.

25 ¶ Qui vouit ieiunare in festo alicuius sancti, si veniat in dominica, sufficit in sabbato ieiunare conformādo se ecclesiæ, quæ non consuevit in festis ieiunare, nisi habuerit in intentione ieiunare, etiam quod veniat in Dominica, vel distingue, vt supra. §. 17. Idem si voueat ieiunare totū mēsem, Dominici dies non intelliguntur, nisi hoc intellexerit.

26 ¶ Qui vouit ieiunare omni sexta feria, & cum hoc vigiliam alicuius sancti, si vigilia dicta in sexta feria veniat, pro vtroque satisficit. Ita enim consuevit ecclesia vt si vigilia sancti Th. Apostoli, vel Matthei in aliquo die quatuor temporū veniat, ieiunādo vigiliā pro vtroque satisficit, nisi aliter in intentione tunc habuerit, ad quam recurrendum esset.

27 ¶ Qui vouit omni die ieiunare, peccat mortaliter tantum illa vice prima, qua frāgit ieiunium quodlibet, nō quolibet vice, qua comedit. Si autem habet votum nunquā comedendī carnes, omni vice qua comedit, frangit votum, & peccat mortaliter, etiam q̄ centum vicibus comederet secundum quosdam distinguentes inter præceptum affirmatiuū, & negatiuū, secundum Dur. in 4. q̄ placet Arc. Flo. 2. par. lib. 6. c. 2. §. 9. supra, Ieiunium. §. 14.

28 ¶ Qui proficetur in religione approbata, est absolutus ab omnibus votis factis in seculo, secundum Th. 4. sent. & Pan. in c. Scripturæ, nec requiritur alia irritatio, vel absolutio, secundum Pe. de Pal. 4. sent. dist. 3. 8. quæst. 4. ar. 1. cōclusionē 6.

29 ¶ De dispensatione votorum & præcipue solemnī, s. Dispensatio, an Papa possit, & quæ episcopus, potest. Papa in omni voto, præter illud, per quod quis Deo consecratur, potest dispensare, secundum Sil. ver. votum. 4. q. 3. §. 4. cui quatuor vota reseruantur. vide ibi.

DE VSVCAPIONE.

1 *Vsucapio quid sit.*

2 *Vsura*

2 *Vsucapio quid requirat.*

3 *Vsucapi qua possunt.*

4 *Vsucapere quis possit.*

5 *Tituli dominium transferentes sunt decem.*

¶ **V** SUCAPIO, est dominij acquisitio per continuationem possessionis, tempore lege definitio, cum tit. l. 2. ff. eod. tit. Tempus verum trium annorum est. 26. q. 3. c. in summa, & vt rerum dominia sint certa, & litibus imponatur finis, inuenta est. Instit. eo. ti. §. 1. & locum habet in consciētia, eo modo quo dictum est supra de præscriptione. §. 1. vide ibi, quia illi vsucapio conformis in multis est.

2 ¶ Ad vsucapionem requiritur primò bona fides in toto tempore, vt de præscriptione supra dictum est, nec iuris excusat ignorantia, videlicet vt sit bonæ fidei. l. nūquam. ff. eo. tit. Secundò q̄ sit de re mobili, quia de re immobili est præscriptio, vt ibi dictum est. Tertiò, q̄ res tradatur, vel quasi, aliter possessio non haberetur sine traditione, vel quasi, vel alio modo possideatur per trienniū. C. de pac. l. tradi. Quartò, Titulus verus non putatur vel falsus. ff. pro leg. 3. l. 3. quid sit verus titulus, supra præscriptio. §. 3.

3 ¶ Vsucapi non possunt quæ prohibentur, vt res furtiuæ, & vi possessæ. No. gl. in d. c. in summa, & res sacra, & religiosa, liber homo, & decima, de præscri. c. Causam, seruus fugitiuus, via publica, aquæ ductus. ff. eo. ti. l. vsucapionē, & quæ alienari prohibentur regulariter. ff. de fundo. l. fundo. ff. de verb. sig. l. alienationis.

4 ¶ Qui potest licitè possidere potest vsucapere, ideo seruus non potest vsucapere, neque furiosus, dum est in furore. ff. eo. tit. l. 3. supra, præscriptio. §. 9.

5 ¶ Tituli dominium transferentes sunt decem, de quibus ad longum agit Sil. versi. Vsucapio, circa finem. s. pro soluto, pro emptore, pro transacto, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo, pro iudicato, vide ibi ad longum, quia alterius negotij sunt.

DE VSVRA.

1 *Vsura quid sit.*

2 *Vsura exterior quomodo committatur.*

3 *Vsura an sit deducere in pactum vt ultra sortem satisfiat mutuanti de damno, &c.*

4 *Mutuare in quibus casibus non liceat.*

5 *Mutuans pecuniam communitati cum pacto non soluendi onerata iusta, donec restituat, an vsurarius sit.*

6 *Socra*

- 6 Socrates habens campum sterilem si mutuet Petro cum pacto quod Petrus emit talem campum, an sit usurarius.
- 7 Mutuans alicui super pignore cum pacto, quod habeat tot pro centenario, an sit usura.
- 8 Mutuans centum A. cum pacto ut A. assuret mutuante quod habeat centum, & ultra tot pro centenario an sit usura.
- 9 Commodans alteri pecuniam ut ille utatur ad ostentationem, an usurarius sit.
- 10 Usura an sit, si debitor fuit in mora, & creditor ultra sortem accipiat penam positam, &c.
- 11 Usura implicita qua sit.
- 12 Usura an sit, si quis vendat frumentum pro pretio nunc corrente soluendo Cal. Maij, cum pacto, quod si plus valuerit, plus soluet, non autem minus.
- 13 Obligatus hinc ad annum soluere centum, si nunc soluat tantum 90. ratione anticipationis an usuram committat.
- 14 Qui emit aliquid minus iusto pretio cum pacto, retrouendendi, an usuram committat. & num. 19.
- 15 Vendens possessionem non habenti pecuniam cum pacto quod usque quo dederit, soluat tot pro centenario an usuram committat.
- 16 Constituens censum super domo, vel agro ad rationem tot pro centenario cum pacto quod venditor possit se francare, an usuram committat.
- 17 Dans pecuniam artificio, ut saluo capitali reddat ei ut pro lucro absolutè an usuram committat.
- 18 Emens agrum qui non est, & locat sub annuo censu, an usuram committat.
- 20 Usuram an committat qui sciens pecuniam banniri debere, &c. eam mutuat A. qui antequam banniat est eam expensurus.
- 21 Ex mutuo ultra sortem an aliquid communiter accipi debeat, & num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.
- 31 Emens rem pignoratam soluto capitali, an illam restituere teneatur.
- 32 Accipiens agrum, vel domum, vel aliud in pignus pro aliquo debito, etiam quod plus valeat cum pacto quod si infra annum non soluerit, trāseant in venditionem, an usuram committat.
- 33 Mercatores plus vendentes ad tempus quam ad contantes, an usuram committant.
- 34 Liceatne emere iura exigendi aliquid ab aliquo minori pretio ratione laboris, &c.

- 35 Usura mentalis quomodo committatur.
- 36 Mutuans libentius ei, quem gratū nouit, quam alteri, an usure vitio inuoluatur.
- 37 In mutuis veris, vel interpretatis spe lucri principaliter facti periculum non excusat ab usura.
- 38 Si duo conueniant ut unus det alteri centum cum pacto restitutionis ad decennium & quod si alter eorum moriatur, contractus sit extinctus, si superuixerint, mutuans aliquid accipiat ultra sortem, an liceat.
- 39 Accipere ad usuram quando quis indiget ab eo, qui paratus est dare an sit peccatum.
- 40 Participantes cum usurario, & utentes re aliena, qua est apud usurarium, ultra peccatum tenentur ad satisfactionem.
- 41 Famuli usurariorum an teneantur ad restitutionem, &c.
- 42 Notarij conscientibus instrumenta usurarum, sunt periuri, & infames, teneanturque.
- 43 Communis si det ad usuram, an teneantur omnes ad restitutionem.
- 44 Eleemosynas ab usurarijs accipere an liceat.
- 45 Aduocati, procuratores, & indices usurarios defendentes, cui pena subiaceant, & num. 46.
- 47 Usurario an aliquid possit tolli, ut sibi satisfiat, vel alteri.
- 48 Montes pietatis, an sint liciti, & num. 49. 51. 53.
- 50 Paga, & scripta respectu locorum an emi possint. 52.
- 54 Usurarius publicus quis dicatur.
- 55 Domini temporales concedentes iudeis, ut cum usura farentur, an peccent.

1 **U**Sura, secundum Tho. 2. 2. q. 78. est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum, & est peccatum mortale, quia contra iustitiam, & caritatem, videtur enim is pecuniam, vel pecuniæ usum vendere, qui non est præter pecuniam, & lædit proximum, ideo contra caritatem est. Et nota quod nomine lucri venit omne quod pecunia aestimari potest, ut moneta, obsequium, obligatio, ut s. de simonia diximus. Primò ergo dicendum occurrit de usura exteriori.

2 **U**Sura exterior committitur, cum quis intendit lucrari ex mutuo pacto interueniente explicito, vel implicito, ut dicit Caiet. ibi in summa. Et intellige lucrari, quod suum non est, quia si intenderet rehabere suum, non esset usura. Vnde ex his patet, quod mutuans Ioanni, ut eius amicitiam habeat, vel conferret, non committit usuram, quia amicitia non est pecunia appreciabilis, & sic de similibus. Itē mutuans Petro, ut habeat

habeat ab eo quod dare tenetur, quia fortè aliter habere nõ potest, non committit vsuram. Similiter si mutuet, quis Petro cum pacto vt non trahat eum ad iudicem, vel quod cesset à vexatione, quæ omnia iniuste pariebarur, vsura nõ est, quia redimit vexatione suã, & sic in huiusmodi, & nõ solum pro se, sed etiam pro suis amicis, quia hoc non est contra iustitiam, ideo vsura esse non potest, nec quid illicitum.

3 ¶ Non est vsura deducere in pactum, vt ultra sortem satisfiat mutuanti de damno, & interesse, quod patitur ex eo, quòd seruit amico mutando, quia non tenetur cum suo dano mutare, nisi in extrema necessitate, nec quærit lucrum alienum sed suum. Potest etiam mutuans se seruare indemnem à lucro cessante, vt. s. extra sortem habeat quod verisimiliter ex sua pecunia, quam paratam habebat ad negociandum, lucratus fuisset, consideratis periculis, ad arbitriũ boni viri. Secus autem esset, quãdo pecuniam aliam habet, quam tamen non exercet in mercantia, vel si illam non proposuerat exponere. Similiter si vellet totum lucrum, quod sperabat, vel poterat euenire, quia lucrum in potentia, non est lucrum actu. Multa enim, possunt euenire impedimenta, quæ computari & æstimari debent.

4 ¶ Sunt multi casus, in quibus nõ licet mutare. Et primò, si Petrus mutuat Socrati cum pacto, vt Socrates remutuet ipsi Petro, non licet, quia hæc obligatio ciuilis, est apreciabilis pecunia, licet ex morali debito teneatur remutuare, adueniente necessitate, si potest. Secundo si alicui mutuas cum pacto, vt veniat ad furnum tuum ad coquendum, vel huiusmodi, est vsura, propter talem obligationem, quæ est pecunia apreciabilis. Item si mutuas alicui, vt concedat officium prætoris tibi, vel huiusmodi, non licet. Not. tamen quod tales vsurarij non tenentur ad restitutionem lucri facti, vel ex furno, vel venditione rei propriæ iuste facta, vel ex officio, vel huiusmodi, sed tenentur ultra pœnitentiam relaxare talẽ obligationem illi, cui dederant mutuo. Lucrum autem, quod fecerunt ex suis laboribus, vel industriis, iustum est, ideo tenere possunt, tenentur etiam ad recompensationem huiusmodi obligationis, ad arbitrium boni viri. Consentit Caiet. in summa, ibi in prædictis casibus, & hoc etiam suadet ratio.

5 ¶ Si quis mutuat communitati cum pacto, q̄ non soluat onera iusta, quousque suam restituerint pecuniam, vsura est, & tenetur restituere communitati totum, quod soluisset de iustis oneribus. Secus autem si indebitè solueret huiusmodi onera

onera quia hoc esset redimere suam vexationem, iuxta superius dicta, nec ultra sortem alienum haberet.

6 ¶ Si Socrates habens campum sterilem, vel quædam iura desperata, mutuat Petro, cum pacto, quòd Petrus emat illa iura, vel campum talem, vsura est propter obligationem, quam tenetur relaxare, & de damno illato pro tali emptione facere satis debet.

7 ¶ Mutuans alicui super pignore, cum pacto, q̄ habet duo, vel tria pro centenariis, ratione custodiæ pignoris, vsura est, quoniam lucrum principaliter vult ex mutuo, potest tamen se seruare indemne ex pignore, vt tantũ habeat quantũ circa rem pignoratam bona fide expendit, vt si facit expensas animali pignurato, & nihil cum eo lucratur, vel perdit tempus excutiendo vestes, ne à tineis ledantur, & huiusmodi, potest petere, & debet satis fieri ei ab eo, qui pignus depositauit. Sicut enim ex pignore, quis nõ debet fieri locupletior, ita nec pauperior, quia esset hoc seruire alteri damno proprio.

8 ¶ Mutuans Antonio cẽtum aureos, cum pacto, quòd Antonius affecuret mutuantem, quòd habebit centum aureos, & ultra hoc tot pro centenariis vsura est, quoniam ultra sortem vult obligationem talem. Cum hoc tamen stat, vt qui dat nauiganti mille ad negociandum, potest accipere ab eo, vel ab alio affecurationem, quòd rehabet mille, & quinque pro centenariis, vel huiusmodi, supra, Negociatio. §. 2, non tamen dum mutuat debet talem obligationem petere, c. Nauiganti, de vsura. Aliud est enim lucrum ex mutuo petere, & aliud ex negotiatione pecuniæ.

9 ¶ Qui accommodat, vel locat pecuniam alteri, vt ille utatur ad ostentationem, vt faciunt bancherij, vel vt ponat in brodio pro aliqua medicina, vel dum dat aurũ pro argento vel ecõtra non est vsura, quia ibi nõ est mutuum, ideo licitum est accipere aliquid moderatum. Pecunia enim licet formaliter non possit vendi, potest tamen materialiter vendi & locari. supra, Cambium. §. 2. Et quòd non sit mutuum, patet. Si enim hoc modo locetur, & pereat, perit locanti, & non locatori, nisi locator sit in culpa, quia non est translatum dominium talis pecuniæ, in ipsum locatorem, sicut sit in mutuo.

10 ¶ Quando debitor fuit in mora & non soluit tempore debito, si creditor ultra sortem accipiat pœnam positã, & suum interesse lucri cessantis, & damni emergentis, non est vsura, quia nec contra iustitiam. Intellige tamen, quando moratur contra voluntatem creditoris. Secus si creditor terminum

prolongasset, vel esset contentus de tali mora, tunc si quid ultra sortem acciperet, esset usura. Ex his dictis casibus, alios multos, his similes, poterit quis solvere. In prædictis autem casibus, est mutuum explicite, & facile est videre.

11 ¶ Ex mutuo autem implicito, cõsurgit multipliciter usura secundum varios cõtractus. Et primo in venditione, & emptione. Ut quis vendit rem aliquam plus ratione dilationis temporis tantum, quam si tunc venderet recipiendo pecuniam, vel vilis emit, quia solutionem anticipat. Hic est usura, quia ex mutuo implicito ultra sortem aliquid accipit. Si tamen venditor erat rem suam seruaturus, quam tunc vendit in aliud tempus, quo verisimiliter erat plus valitura, potest plus vendere quam valeat tunc, consideratis periculis, laboribus, & expensis ad arbitrium boni hominis. Similiter si emit rem ante tempus minori pretio non ratione anticipationis, sed ratione periculorum, quibus se exponit, quia potest tunc minus valere, sicut, & plus: dummodo non diminuat de eo, quod verisimiliter poterit valere plus, vel minus, non est usura. Exponit enim se fortunæ, supra, Emptio. §. 8. No. q. vendentes plus, vel pluris, ad terminum, ultra pretium rigidum, non excusantur, ex eo, quod dicunt velle se seruare indenes, quia seruiunt communitati, quia si aliquando lucrantur, & aliquando perdunt, sciunt q. hoc modo transit mercantia, & habeant patientiam, compensantes lucrum cum damno, nec excusantur, quia illo tempore intermedio carerent pecuniis ex quibus tantum posset lucrari, quia etiam possent perdere, si haberent. Hoc enim esset aperire viam usuris. Nec excusantur ab eo, q. oportet eos facere expensas, cum multi non soluant tempore debito, quia si aliqui non soluant, aliqui tamen sunt soluentes, ideo non debent pati pro non solventibus, quod fieret in talibus contractibus, & esset iniquum.

12 ¶ Si quis vendit frumentum nunc, pro pretio nunc currente, soluendum in Calend. Maij, cum pacto, quod si isto tempore inter medio plus valebit, plus soluet, non tamen minus soluet, si minus valebit, usura est, in c. Nauiganti de usu. Et contractus valde iniquus reputatur.

13 ¶ Qui tenetur hinc ad annum soluere centum, & quia soluit nunc, ratione anticipationis non dat, nisi 90. usuram committit, est enim mutuum implicitè. Secus si facit ratione interesse, quod patitur ex hoc,

14 ¶ Qui emit minus iusto agrum, cum pacto retrouendendi, & interim locat venditori dictum agrum ad rationem 5. vel

vel 7. pro centum usura est, quia non est vera venditio sed mutuum palliatum. Quod patet ex eo, q. emit longe minori pretio, quam valeat. Si verò emit verè, etiã cum pacto retrouenditionis, quotiescunque dederit dictam summam pecuniæ, quam emens exburfauit, & hoc in termino decem annorum, & non citius, etiam quod minus soluat, quam si emeret sine onere de retrouendendo: quia sic minus valet, dummodo det iustum pretium considerato hoc grauamine, & cum pacto, ut locet eum ipsi venditori, cum fectu solito, quem fundus potest portare, vel ad tot pro centenano secundum consuetudinem, habendo respectum non ad pecuniam, sed ad fundum, contractus est licitus, & ratio potest assignari, quia ibi est vera venditio, vera locatio, & fictum de fundo capit locans, in foro conscientie licet in foro contentioso, iste contractus esset suspectus, secundum Ioan. And. in c. Ad nostram, de empt. & vend. & sic tenet Sil. Usura. 2. q. 15.

15 ¶ Vendens possessionem non habenti totam pecuniã, vel nihil, cum pacto, quod usque quo dederit pecuniam soluat 5. pro centum secundum consuetudinem, habendo respectum ad suum interesse, quod patitur ex mora soluendi, non est usura. Posset etiã vedere fundum, & seruare sibi fructus, donec soluerit pretium, vel dare illi fructus pro tanto estimatos secundum quosdam, sed non est verum, per c. In ciuitate. de usu,

16 ¶ Si quis super agro, vel domo, constituit censum annuum, ad rationem tot pro centum secundum morem patrie, cum pacto, q. venditor possit se francare, non est usura. Contractus enim iste determinatus est quod sit licitus per sedem apostolicam pluries, & ita tenet Cai. ibi, supra, & quotidie practicatur.

17 ¶ Dans pecuniam artifice, vel alteri, cum pacto, quod capitale sibi sit saluum, & quod habeat tantum lucrum absolute, etiam quod sit verisimile, & quasi certum, quod talis artifex plus lucrabitur ex illa pecunia, usura est, quia dās pecuniam stat lucro, & non damno.

18 ¶ Emens agrum, vel domum, quia in veritate non exant sed emit ac si essent, & locat cum annuo censu, usura est, quia lucrum est ex mutuo, & ficto contractu, quando. l. emptor scit. Secus si essent in bona fide. De usura, quæ sit in cambiis, supra, Cambium. §. 7. 8. 9.

19 ¶ Titus indigens 100. aureis, petit Sempronium, ut ei mutuet: Sempronius dicit, quod dabit tot pannos, valentes 100. aureos cum pacto, quod reuedat dictos pannos, dicto Sempronio, pro 90. duc. duos tunc de presenti dat ipsi Titio, restitueret

autem ducatos centum, quod est pretium panni hinc ad 5, vel 6, menses, usura palliata est, per multos contractus, quia ibi est obligatio, ut reuendat sibi pro 90. concordat Cai. ibi. Idem dicit si per impositam personam fiat sicut communiter fit, ut magis pallietur.

20 ¶ Io. habens pecuniam, quam credit, vel scit debere banniri, vel diminui de pretio, mutuatur illam Antonio, qui antequam banniat, est illam expensurus, licet postmodum Io. plus recipiat, quam tunc valeat, non committit usuram, quia non mutuauit, ut plus haberet, sed ut damnū suū vitaret, sine damno proximi. Secus si mutuatur cum spe plus recipiendi, vel quando Antonius, non esset tunc expensurus, quia damnū proximo inferet, ita tenet Alex. Lombardus, in quodam. Intelligendo quando non sperat plus recipere, sed tantum se seruare indemnem. Hunc casum ponit Angelica, verbo, Usura. §. 76. & Sil. ibi, usura. l. q. 15.

21 ¶ Ex mutuo, ultra sortem, nihil communiter recipi potest, nec sperari, dicente Christo, Mutuum dare nihil inde sperantes. In aliquibus tamen casibus licet, ut quando datur merè gratis, sine pacto, vel ex beneuolentia. Non enim mutando factus est quis prioris conditionis, quam antea esset. Ideo si ante poterat recipere aliquid gratis, multo magis post hoc beneficium. Similiter ratione interesse, ut supra dictum est. Unde ponitur quidam versus pro memoria.

Feuda, fideiussor pro dote stipendia cleri,

Venditio fructus cui velles iuri noceri,

Veniens sub debito pretium post tempora soluens.

Panem nec fraudem lex commissaria gratis,

Dans socijs pompa plus sorte modi datur illis.

Declaratio horum versuum.

23 ¶ Feuda, quando ecclesia accipit in pignus suum fundū, e. de fey. Quando fideiussor soluit pro eo, cui fidem dedit, & patitur interesse. Tertiò, quando gener sustinet onera matrimonij. c. Salubriter, de usu. Et requiruntur tria, scilicet sustinere onera, non excedere suū interesse, & quod non fuerit appositus terminus à principio, quia si fuit appositus, tempore intermedio, non potest facere fructus pignoris suos. Nam sicut potuit accipere eam sine dote, ita & expectare annū, & plus; secus si non appositus est terminus, quia tunc fructus pignoris potest facere suos, & non computare in sortem maximè si sic conuentū fuerit. Item hæredes mariti, qui tenentur restituere dotem infra annum, vel duos istos interim debent alere

alere relictum quando non habet unde aliter viuat, donec restituant dotem, & statutum factum, quod soluant tot pro centenariis, pro alimentis est pium, & honestum, secundum Pa. in c. Salubriter, de usu. Ipsa autem relicta, fructus pignoris aliter non faciet suos sed computabit in sortem: similiter & hæredes mariti possidentes pignus dotis, quia non sustinent onera matrimonij, non facient fructus suos.

24 ¶ Quarto, clericus qui accipit in pignus possessionem suam Ecclesie, de usu. c. 1. & 2. quia forte aliter quod suum erat non poterat retrahere.

25 ¶ Quintò, quando venduntur fructus ad tempus. c. In ciuitate, de usu. Et quando liceat accipere plus, dictū est & quando est usura, ratione expectationis. Sextò, quando datur ad usum hostibus, à quibus iuste possemus accipere, quæ possident, & quando quis vult suū reuadere, ut supra dictū est. §. 2.

26 ¶ Septimò, quando, vendens vellet seruare vsque ad aliquod tempus, in quo verisimile est quod res esset plus valitura quam tunc, ut supra. §. De usu. cap. fi.

27 ¶ Octauò, quando quis est in mora solutionis, sicut diximus de fideiussoribus. c. Peruenit. c. Cōquestus, de usu. Nonò, quando accipit rationem pœnæ, ut supra, & in ver. Pœna. §. 5. Quomodo iuste possit exigi, de arbi. cap. Dilecti.

28 ¶ Decimò, quando fit contractus de reuenditione, ut supra. §. 14. quia licet accipere fructus, quando est vera venditio. cap. Illa nos, de pign. Undecimò, quando gratis datus, ut supra. §. 2. l. 28. dist. cap. Eulogis. Duodecimò, quando datur pecunia ad ostentationem, & eadem restituenda, ut supra. §. 9. in prædictis casibus licet aliquid accipere ultra sortem, ut diffuse supra diximus in dictis locis.

29 ¶ Socrates indigens pecunia accipit mutuo à Titio 100. scuta, cum pacto, quod ista 100. scuta lucrètur totidè, sicut alia 100. scuta, quæ habet penes Sempronium mercatorè, non est usura, dummodo Titius paratus esset ponere illa 100. scuta, apud mercatorè, cum isto contractu, & subiret periculis deductis expensis, &c. quia hoc est seruare se indemnem à cessante lucro, nisi Socrates in tali constitutus esset necessitate, quod Titius teneretur gratis mutuare. supra, Societas. §. 15. De contractibus, qui fiunt in societariis, quando sunt usurarij, vel non, supra, Societas, per totū. Vide ibi à §. 1. vsque ad 28.

30 ¶ Habens agrum, domum, equum, vel rem aliam in pignus, ex qua potest fructum percipere, & de facto percipit, non computando in sortem, sed pro se retinendo, committit

vsuram, nisi esset talis res, quæ mutuari solet sine pretio, vt liber, vel tale pignus verè esset accipiētis, & non dantis, sed iniuste deuebat, tunc accipiens potest fructus percipere tāquam de re propria, vel quando crederet dominum pignoris esse contentum quod pignore vtteretur, vel quando tantum valeret expensæ circa pignus factæ, quantum vtilitas vt si datur equus in pignus, & huiusmodi, cui oportet face- re expensas, & possunt vti eo ad proportionem expensarum, nisi patronus solueret expensas, tunc enim, lucrum vsus de- bet integre restitui patrono.

31 ¶ Emens rem pignoratam soluto capitali, tenetur eam restituere, cū fructibus, secundum Ricar. in 4. sen. di. decima- quinta, q̄a res sua nō est, & sic alienū tenet & quod nō licet.

32 ¶ Accipiēs agrum, domum, vel aliud in pignus, pro ali- quo debito, etiam quod plus valeat quàm vt sit debitum cū pacto, quod si infra annum non solueret debitum, pigno- ratio transeat in venditionem, est licitum in pœnam negli- gentiæ soluentis, dummodo nō fiat pactum hoc in fraudē, vt quia credit quod tunc erit impotens ad soluendum. Isto autem interim non recipiat fructum, quem non computet in sortem, quia sic esset vsura & consequenter venditio nul- la. c. Vulnerario. l. q. 1.

33 ¶ An mercatores plus videntes ad tempus, quàm ad cō- tantos, nō tamē, excedētes pretiū rigidū, vsuram cōmittāt, supra, Emptio. §. octauo, vbi hæc quæstio determinatur.

34 ¶ Franciscus emit à Laurentio iura exigendi 100. scuta, à quodam debitore minori pretio quam sint 100. scuta, vt puta 90. non ratione præuentionis solutionis pretij, sed ratione laboris, vel periculi, cui se exponit, est licitus talis contractus, secus si minus daret ratione præuentionis. Liti- gia autem secundum iura ciuilia. C. de man. l. per diuersas, minori pretio vendi non possunt, & hoc statutum est pro communi bono, ideo qui sic emit 100. scuta per 50. nō pote- rit habere nisi 50. quæ principali creditori data sunt. Itē qui debet hinc ad annū soluere 100. aureos, & creditor petit, & contentatur nūc de 90. reliquum autem dimittit, non est v- surarius, secundum In. de Ripa. nec obstāt. c. In ciuitate. & c. Nauiganti. de vsu. quia hoc tempus, sibi concessum ad so- lutionem, quia est sibi commodum, est vendibile, & sic videtur suā cōmoditatem, & interesse videri. Et sic teneo.

35 ¶ Committitur & vsura mentalis sine pacto, quādo quis mutuatur cum spe habēdi aliquid pecunia appretiabile, supra sortem

sortem, quia dicitur in Euangelio, Mutuum date nihil inde sperantes. & si venit lucrum vltra sortem, tenetur restituere, nisi sperauit aliquid dari, non ex mutuo, sed ex gratitudine. Tunc enim nō peccat, nec restitutioni est obnoxius. Quod si amborum intentio scilicet dantis, & accipientis sit bona, non cadit peccatum, nec restitutio, si aliquid detur gratis, si vero vtriusque intentio tendit ad mutuum accipiens plus peccat, & tenetur restituere. Si vero dantis est mala solum, accipientis vero mutuo bona, & dat aliquid gratis, illi qui dedit mutuo tenetur restituere, quia mentem cōtaminatā habuit, nisi sit certus, quod gratis dederit. Si autem mutuan- tis intentio fuit pia, & credit datum esse gratis, non peccat accipere, nec tenetur restituere, donec ei innotescat quod nō gratis dedit patet per ea, quæ supra dicta sunt.

36 ¶ Si quis libentius mutuatur ei quæ gratū nouit, quàm illi, qui nō ita gratus, vel ingratus est, non propter hoc vsu- ræ vitio inuoluitur, quia sequitur, quod naturale est scilicet prius benemeritis benefacere.

*Benefacere
re prius
bene meritis
non est
usura*

37 ¶ Et cōmunitas habens statutum, quod quicumque habetis filiam vnus anni, dederit 7. aureos cōmunitati, si dicta filia maritanda, vsque ad 25. annos vixerit, habebit au- reos quingētos, si vero ante dictum temptis moriatur puel- la, ducati remaneant cōmunitati, hic contractus est vsura- rius, quia in mutuis veris vel interpretatis, spe lucri principa- liter factis à fœnore non excusat periculum, vel dubium. d. c. Nauiganti, nec obstāt, quod quando capitale, & lucrum stant periculo mutuantis, vt dicit Ric in 4. sen. licite recipi- tur vltra sortem, quia illud verum est, si periculum sit ex na- tura rei: non autem si ex lapsu temporis, vt in proposito. Sil. vsura. l. q. 37. Tab. ver. Vsur. 15. §. vlt. oppositum tenere vide- tur, primum tamen melius.

38 ¶ Socrates & Plato cōueniūt in hoc cōtractu, quod Pla- to dat Socrati centum cum pacto quod ad 10. annos resti- tuatur cētū & quinquaginta, & si 7. hoc tēpus aliter eorū mo- riatur, sit extinctus cōtractus, ita quod Socrates liberat à re- stitutione. Si vero ambo superuixerint Plato habeat aliquid vltra sortē, secundū Alex. l. ob. cōtractus iste vsurarius est, quia ex mutuo vltra sortē exigitur obligatio, licet sub periculo, d. c. Nauiganti. periculū enim nō excusat, vbi causa temporis nō proprii, aliquid plus accipitur. Sic etiā tenet Syl. ver. Vsu- ra. l. q. 36. Tab. vero. ver. Vsur. 15. §. 10. videtur ad oppositū de- clinare, vt in præcedenti §. dixi. & cum Syl. teneo.

Nota. 39 ¶ Accipere ad usuram, quando quis indiget ab eo, qui paratus est dare, peccatum non est, quia iste actus mutua- di de se malus non est, sed bonus, si bono modo fiat, ideo licet indigenti uti opere alieno, quod ex se malum non est. Etiam quod quis non indigeat, non propter hoc mortaliter peccat, licet non sit beneficium. Inducere autem alium ad hoc, qui paratus non est, mortale peccatum semper est, sicut inducere ad fornicationem, si per se, id est, ex intentione iudicatur. Notum enim qui inducit aliquem ad mutuandum, inducit ad usuram licet nolit sine usura mutuare. Vellet enim mutuum sine usura, sed quia non potest habere sine usura consentire, & vult pati hoc malum usurae, ne maius malum incurrat unde non consentit in usuram, sed in mutuum. Idem dic de mediatoribus, qui non debent inducere ad usuram, neque quaerere egentes, quibus usurarius accommodet, quia sic essent ministri iniquitatis & usurarii, & participarent in crimine, & vinculo restitutionis. Possunt tamen inducere eos ad mutuandum indigentibus, quia hoc sine peccato fieri potest, cum sit opus pietatis & de consilio.

40 ¶ Participantes cum usurario utendo re aliena, quae extat in se ipsa apud usurarium, ut uti veste, vel equo pignora- ris, peccant, si eorum participantes in re furata, contractantes re alienam inuito domino, & ultra peccatum, tenentur ad satisfactionem. Si autem participant in rebus usurarii quae alienae non sunt in seipsis, & ex hoc usurarius fit impotens ad restituendum, inique agunt, non possunt aliquos contractus cum ipso usurario facere, nec dona, aut dotem accipere, quia hoc esset in iacturam proximi. Nam si usurarius erat reuer- sus ad poenitentiam, non posset restituere, ex eo quod distraxit bona, & sic pauperibus non posset satisfieri. Esset tamen licitum ab eo emere, vel ei vendere, quia ex hoc non fit pauperior, nec impotentior ad restituendum, & consequenter, quando non sit impotens ad restituendum, potest quis cum usurario negociari, recipere bona, dotem, & huiusmodi, quia in usura transfertur dominium, ut communiter tenent Doctores. licet Thom. 2. q. 78. artic. 3. in calce corporis, & Cai. ibi. & in quol. 1. quaest. de usura oppositum tenere videantur. Et secundum hanc regulam solues multos casus, ut cum quaeritur an vxor, filij, & familia usurarii, possunt vivere de rebus usurarii, dic quod non, quando non habent nisi bona usurarii, nisi essent in extrema necessitate, vel agerent uti- liter negotium creditorum, suadendo usurario restitutionem, vel

Quomo- do fami- lia usura- rii potest vivere de rebus usurarii.

vel corporaliter operando ad bonificationem bonorum pignorum, vel aliorum bonorum, ut potentior fiat ad restituendum, supra Restitutio. §. 73. & 45.

41 ¶ Famuli usurariorum, qui de mandato eorum dant, & recipiunt ad usuram, quod si ipsi non facerent, nihilominus dominus faceret, si ad manus eorum de usura nihil venit, non tenentur restituere, secundum Pe. de Pal. Secus si sunt principales, sine quibus non fieret, tunc tenentur, quia dant sufficientem causam. Idem dic de eo, qui sine mandato domini foeneratur, tenetur ad restitutionem, etiam quod nihil ad manus eius perveniat, oppositum videtur tenere Cai. §. Restitutio. §. 3. & secundum eum determinavimus tenendum esse.

42 ¶ Notarii conscientes instrumenta usurarum taliter, quod non videntur usurae, sunt periuri, & infames, & tenentur restituere, quia dederunt sufficientem causam. Si vero fecerunt instrumentum clarum, licet sint periuri, non tamen tenentur restituere, quia qui sunt gravati possunt per tale instrumentum se iuvare. Eodem modo dic de testibus, & aliis occurrentibus, qui non dederunt causam sufficientem, non tenentur ad restitutionem.

43 ¶ Si communitas aliqua, vel collegium dat ad usuram qui sunt principes, & sine quibus hoc non fieret, tenentur restituere insolidum, quia sufficientem praestant causam, alij autem, qui tantum consentiunt, vel non contradicunt cum possent, peccant, & tenentur ad tantum, quantum ad illos pervenit emolumentum, quia isti habent malam voluntatem tantum. Intellige hic & in aliis casibus supradictis, quod tenentur restituere insolidum, si tamen quilibet pro parte sua solvat, non debet quilibet solvere totum, sed in casu, quo alij non solvant. Idem dic de dante causam, & participante, quod tenentur restituere, quando principalis non satisfact.

44 ¶ Non licet etiam pauperibus, & fratribus mendicantibus, extra extremam necessitatem elemosynas maxime notabiles, recipere ab usurario, qui non habet nisi bona certa restituenda, secus autem si haberet cum his alia bona etiam usuraria, sed incerta. Praedicatorum autem, vel confessorum, qui inducunt in publico, vel in privato usurarios ad restitutionem, possunt recipere, cum illorum negotium agant, quibus restituendum est. c. Cum voluntate. de sen. exc. communica. Oblationes autem recipi prohibentur, ne ecclesia favere videatur istis, secundum Pan. & Inn. in c. Cum voluntate.

45 Aduocati procuratores, iudices defendentes usurarios, sci- ter,

ter, ne soluant vsuras ei, à quibus abstulerunt, vel adiunãtes ad hoc quod exigãtur, non solum mortaliter agunt, sed restitutioni sunt obnoxij, secũdum Host. & Inn. in c. Michael, de vsu. causa em̃ sunt quod vsuræ non restituantur.

45 ¶ An aliquis possit tolerare ab vsurario, vt restituarur ei à quo vsurarius exigit vsurariẽ, vel satisfaciãt sibi, cui vsurarius est debitor, supra Furtum. §. 5.

46 ¶ Eodẽ modo domini rēporales tenẽtur restituere, si cõponunt cum vsurariis, & accipiunt pecunias, vel bona restitutioni obnoxia vt impune dent ad vsuram. Similiter quando requirũtur, vt faciãnt vsuras restitui, & nolunt: quia tunc sunt in culpa, & præbẽt causã, quod pauperes nõ habeant, quod eis debetur. Propterea de ablato eis tenentur.

47 ¶ De monte pietatis iam multi Doctor. multa scripserunt sed nunc, quia à sede apostolica determinatum est, in Concilio Lateranen. standum est tali determinationi, quæ quadrat supra dictis In cõcilio sub Leone X. sic dicitur. Declaramus, & diffinimus montes pietatis per respublicas institutos, & autoritate sedis Apost. hætenus approbatos, & cõfirmatos, in quibus pro eorum expensis, & indeterminate aliquod moderatum, ad solas ministrorum expensas, & aliarum rerum, ad illorum conseruationem pertinentium, pro illorum indẽnitãte duntaxat, ultra sortem, absque lucro eorundem mōtium recipere, neque speciem mali præferre, neque peccandi incentiuum præstare, neque vllõ pacto improbatũ, quinimo meritorium esse, ac laudari, & probari debere tale mutuum minime vsurarium putari, licereque illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare & cum indulgẽtiis, multo tamen perfectius, multoq; sanctius forte, si omnino tales montes gratuiti in partẽ, vel aliunde &c. Et contra hanc determinationem prædicare, est lata excommunicatio, supra, Excommunicatio. 74.

49 ¶ Approbantur ergo montes, non autem capitula facta pro talibus montibus, quæ sacris canonibus cõtraria sunt, vt ex literis approbationis potest parere. Licet fortẽ aliqua exemplaria impressa continẽant, quod approbantur montes cum capitulis. Si sic sunt diminuta. Sed debet etiã apponi, nõ sacris canonibus, cõtraria vt stat in suo originali. Sicut dicit Cai. in quol. de mōte pietatis viua voce sic esse in originalibus, & vidisse copiam bullæ Mãruang. calamo scriptã sic stare, se affirmat. Ideo cautẽ circa hoc ambulandum est.

50 ¶ De pagis, & scriptis, respectu locorum Genue, vel aliorum

aliorum banchorum, an licitẽ, & sine vsura possiet emi, his queritur. Exempli gratia.

51 ¶ Petrus habet scriptum, quod hinc ad annum recipere potest 100. aureos super tali bancho, & quia nũc indiget pecunia pro suis negotiis, vendit Antonio tale ius, posse. f. recipere dictos 100. aureos pro 90. dico q; nõ est vsura, quia nõ interuenit mutuum, sed est emptio. Possiet tamen esse iniustitia, si non emeret iusto pretio. Non enim tantum valet pecunia futura, quantum præsens, quoniam præsens potest expendi, non autem futura, maxime, quia possiet aliquod interuenire periculum. Ita dicendum est de Genuẽsibus Pagis. Item est Ioan. qui hinc ad annos quatuor debet recipere in locis Genue mille ducatos. Qui nunc sunt acerbi, id est non maturi, vendit Bartholomæo pro 900. soluendi nunc, hic cõtractus est licitus, tum ratione periculorum, tũ ratione acerbis, quia pecunia acerba non tantum valet quantum matura tum quia Calixtus Papa, & Sixtus quartus, concesserũt, quod non fecissent, si fuisset vsura, tum quia sic habet cõsuetudo scita ab ecclesia, & tolerata. Et quamuis multas quæstiones faciãnt doctores, tamen hæc est vltima determinatio, q; tales cõtractus sunt liciti. Si quis autem mentẽ haberet corruptam circa hoc, esset illicitum, non ratione cõtractus in se, sed aliunde. Quod autem non vendatur pecunia, seu paga, clarum est, quia non tenetur Io. assignare pecuniam, vel pagam Bartholomæo, sed tantum ius, vel chirographum. Similiter q; non sit mutuum, patet, nihil enim remanet restituendum, & omne periculum apud eumentem remanet. Iustum tamen periculum in huiusmodi relinquitur arbitrio boni viri, in his negotiis practici, vel secundum cõmunem cursum, secundum quem inueniuntur quandoque pauci eumentes quandoque multi. Nec plura de pagis huiusmodi dicenda arbitror nunc.

51 ¶ De montibus Genuensibus iam dñi factis à communitate, de quibus Papa, & totus mundus scit, & tolerat, & sunt à communitate facti, suppono quod sint liciti, ex quo ecclesia no reprobauit, per tot tempora.

52 ¶ De montibus factis in ciuitatibus, ponitur casus. Communitas Placentiæ, habet annuales redditus prædiorum, vel gabellarum, vel huiusmodi, & indiget pecuniis, propter quod cogit ciues ad præstandum communitati, cõ hoc quod habeant 5. pro centenariõ, constituens eis annum redditum ex veris redditibus communitatis. Ad hũc cõtractum dico, quod:

quod communitas potest pro utilitate publica, & ut minus grauentur ciues, & sic etiam ciues dantes pecunias possunt habere annum censum. Hæc enim est emptio, & non mutuum, quia dantes pecuniam, non possunt reuocare, quando volunt, neque periculum pecuniæ est penes eos, qui dāt, sed penes communitatem recipientem, & periculum verò census, est penes ciues dantes pecuniam, & dominum possessionis similiter. Si autem communitas tales redditus in veritate non haberet, sed fictè, & in aère, tunc casus esset dubius, non autem si extant. Et hoc signum, quòd talis contrarius est licitus, quia ecclesia scit, & non prohibet, & personæ seculares, & religiosæ, habent super tales montes suos redditus, & venduntur, & emuntur huiusmodi census, quod nõ fieret à personis doctis, & timoratis, si non essent liciti. Multi alij casus, & in infinitum variantur, tum propter varias doctorum opiniones, tum quia particularia, sunt quasi infinita. Diximus tamen rationes generales, propter quas facile poterit quis contractus licitos ab illicitis discernere, & ubi nostræ non sufficiunt, vade ad maiora volumina: Hæc autem nostræ imbecillitati sufficiant.

53 ¶ Usurarius publicus dicitur notorius, qui de iure constitutus est, & condemnatus, vel notorius notorietate facti, quia paratam tenet mensam, vel omnibus mutuat, vel si per alia argumenta conuincatur, tunc debet contra eum fieri sententia, & sic dicitur manifestus, vel si coram sacerdote, & aliis testibus, confessus est se usurarium, & mandauit restitui vsuras, & resignauit libros, & tales sunt infames, nec ad altaris communionem admittuntur. cap. Quia in omnibus. De vsur. neque ad oblationem, & ecclesiastica carent sepultura, & sepeliētes sunt excommunicati, nec debet interesse quis, eorum testamentis, & eorum testamenta, & codicilla sunt nulla. c. Quamquam, de vsu. Et in c. Usurarum, de vsuris, lib. 6. præcipitur omnibus dominis, & vniuersitatibus terrarum, ne permittāt alienigenas in terris suis conducere domos ad exercendum fœnus, vel cōductas habere, & quod nemo eis domos locet, aliter contrafacientes puniuntur graui pœna. Hoc tamen de Iudæis usurariis non intelligitur, sed de Christianis, secundum communiter Doct. aliter incurrit collegium, vel vniuersitas, interdictum episcopi, & superiores suspensionem, inferiores vero ecclesiastici, sententiam excommunicationis ipso facto, si non expulerint de terris suis, infra tres menses, vel si eis domos ad exercendum fœnus locauerint, aut sub quocūque alio

alio titulo concesserint, etiam venditionis, secundum Ioan. And. quam excommunicationem, si per mensem animo indurato sustinuerint, terræ eorum, quandiu in ipsis morantur, ipso facto, subiaceant interdicto. Alij laici debent per excommunicationem ad hoc idem compelli, non obstante, & c. supra excommunicatio. 80.

54 ¶ Domini temporales, & communitates Iudæis concedentes ut fœnerentur, & locantes eis domos, & faciētes cōventiones cum eis super vsuris exercendis, & soluendis, per eos, qui mutuo accipiūt, mortaliter peccant, & sunt excommunicati, & tenentur ad restitutionem vsurarum, si ipsi Iudæi non soluerint, quia statuentes, vel præsumentes iudicare, quod vsuræ non soluantur, sunt excommunicati, cle. i. de vsuris, licet quidam oppositum consuluerint, ut Barba. Pau. de Ca. conf. 366. Pe. de Anc. conf. 230. contra quos est, do. Alexand. Vincentius, & multi. doc. & ratio. videtur in c. Post miserabilem, de vsu. vbi præcipitur dominis, ut compellant Iudæos vsuras restituere, ergo à fortiori non exigere. Ita, & hoc Sil. tenet. Usura vlt. circa fin. Ex dictis etiam patet, quod non licet locare alicui domos, ut ibi exercentur vsuræ, sicut nec dare gladium furioso. Multæ aliæ pœnæ debentur vsurariis publicis, de quibus vide summas grandes. Sil. ver. Usura, vlt. vbi ponit multas pœnas vsurariis debitas, & Tab. ibi. Usura. §. 5.

DE V S V F R V C T V.

- 1 *Ususfructus quid sit, & in quibus consistat.*
 - 2 *Usus est tantum pro se: ususfructus autem alteri communicari potest.*
 - 3 *Ususfructuarium cautionem tenetur prestare de vtendo rebus, salva earum substantia.*
 - 4 *Ususfructarius ad quas expensas teneatur.*
 - 5 *Ususfructuarium omnium bonorum tenetur soluere ad alienum de bonis testatoris.*
 - 6 *Ususfructuarium pluribus existentibus si vnus moriatur, cui accrescat ususfructus.*
 - 7 *Ususfructus relicto. P. donec filius eius erit in anno pubertatis, si filius moriatur, an P. amplius erit ususfructuarium.*
 - 8 *Ususfructuarium quæ rescire teneatur.*
 - 9 *Filius in potestate si relictus sit ususfructuarium, & moriatur, an pater perdat usumfructum.*
- 1 **V**susfructus, qui nominat ius vtendi re aliena, salva rei substantia, secundum glos. in l. i. ff. de vsu & hab.

non potest propriè consistere in rebus, quæ solo vsu consumuntur, quia vtendo non salua esset res, vt est vestis, triticum, & huiusmodi.

2 ¶ Vtus est tantum pro se: vt si cōcedo tibi vsu equi mei, non propter hoc poteris dare alteri. Vtusfructus autem alteri communicari potest. Inst. de vsu. & ha. Item vsurarius habet tantū vsu rei, non autē fructus, vt qui vsu pecoris habet, nō propter hoc lanā, & lac habebit. Secus de vsufructuario.

3 ¶ Vtusfructuarius tenetur præstare cautionem, quod vtetur rebus, quæ vsu non consumuntur, salua rerum substātia, sicut facit bonus vir, & quod finito vsufructu, restituet proprietario quod superest. De his autē, quæ consumuntur vsu, præstabit cautionem, quod ea exhibebit, in ea qualitate, vel præstabit æstimationem illorum bonorum. ca. vlt. de pigno. De his vero, quæ non consumuntur vsu, sed vererascunt, vt vestes, finito vsu, promittet restituere, si supererunt, secūdm Pan. in d. c. fin. Si autem cautionem non præstat, quia nō petitur, vel nescit se obligatum ad hoc, & est in bona fide, licitè facit fructus suos. Non autem quādo est in mala fide, nolens cautionem præstare, quæ petitur, & scit se teneri, vnde si perceptos fructus tenetur restituere, secūdm Pa. c. Cōster. de pig. Et sic intelligenda est glo. in l. si cuius. ff. de vsufruct. Et hanc cautionem testator remittere potest in rebus, quæ vsu consumuntur, non autem in aliis, quia daretur materia delinquendi. ff. de vsufruct. l. si vsufructus. §. Plane. & Pan. in d. c. Conster.

4 ¶ Vtusfructuarius non tenetur ad expensas magnas, & collectas, & refectiones: quæ quasi æquivalent perceptioni fructuum: secūdm Gloss. in l. qui concubina. ff. de leg. 3. ad paruas autem collectas, expensas, & c. tenetur secūdm Luc. de ro. in nouel. Si autem esset legatarius vsufructuarius omnium rerum generaliter, tunc aut tenetur soluere prædicta, aut renuntiare. l. hæctenus. ff. eo. tit.

5 ¶ Vtusfructuarius omnium bonorum tenetur soluere æs alienum de bonis testatoris, secūdm Host. Non autem si est relictus vsufructuarius aliquarum rerū. l. si. ff. de vsufruct. leg. & secūdm Paul. de Cast. cōst. 385. sic fiet quia proprietarius vendet de bonis pro solutione æris alieni: & sic vsufructuarius participabit in solutione, quia minus recipiet de fructibus.

6 ¶ Si plures sunt vsufructuarij & vnus moriatur, accrescet alteri, & non reuertitur ad proprietatem, sed solum quando

quando omnes deficient. ff. de vsufruct. accre. per totum, Inst. eodem. §. 1.

7 ¶ Si relinquatur Petro vsufructus, donec filius erit in anno pubertatis, & antequam ad illud tempus perueniat, moriatur filius, Petrus nihilominus vsufructuarius erit, vsque ad illud tempus. Si vero tempus non sit certum, vt si dicatur donec nupserit filia mea, & moriatur antequam nubat, erit vsufructuarius, vsq; dum viuat ipse vsufructuarius, quia fuit possibile, quod nuquam in vita eius nupserit. l. ambiguitatem. C. eo. tit.

8 ¶ Vtusfructuarius tenetur reficere de grege, de vineis, de arboribus si pereunt, sicut bonus paterfamilias, quando vniuersaliter legatur vsufructus. Non autem si legatur in animalibus, nisi ex causa pereant. ff. eo. l. vetus, inst. de re. diui. §. sed gregis.

9 ¶ Si filius, qui est in potestate patris, sit relictus vsufructuarius, & moriatur, pater non amittit vsufructum, secūdm Barr. in l. literis. C. de vsu. quia videtur factum hoc esse contemplatione patris. Si vero præmoriatur pater, nō amittet filius, quia nunc videtur factum contemplatione filij secūdm eundem.

DE VXORE.

1 *Vxoris nomine qua veniant an favorabili causa.*

2 *Vxorem quando vir verberare possit.*

3 *Vxorem adulteram an vir occidere possit.*

4 *Vxor viuente marito, an possit agere ad restitutionem dotis.*

5 *Vxor habens virum prodigum, an possit de eius bonis abscondere, &c.*

6 *Vxor quando teaeatur sequi virum.*

7 *Vxor infirma an teneatur reddere debitum marito, & econtra.*

1 **V**Xoris nomine in fauorabilibus venit mulier, quæ cōtra- Per vxorem
traxit per verba de præfenti, licet non consummauerit, in odiosis vero tantum illa, quæ consummauerit, in odiosis vero tantum illa, quæ consummauerit. l. nō sine. intelligere
C. de bon. quæ lib. & no. Pa. in c. Tertio loco, de præsump. debeat

2 ¶ Vxorem vir potest verberare ex magna causa, & leui-
verberatione, causa correctionis, secūdm Pan. in c. quæad-
modum, de iur. iur. & secūdm limitationem Host. & Gof. mss.
ibi, aliter faciens, grauer debet puniri, C. de rep. Authen. sed
nouo iure. Non enim habet vxorem in potestatem ordinari-
nā, sicut pater filium. l. vxor. C. de cond. in ser. nec potest eam
ligare, c. Placuit, cum Gl. 33. q. 2. nisi sit vxor clerici.

3 ¶ Vxo-

¶ Vxorem adulteram vir occidere non potest sine peccato mortali, licet lex quandoque non puniat, vt si eam vir inueniat actu in adulterio. l. Graccus. C. de adul. c. Inter hæc. 33. q. 2. Permittit hoc lex humana sine punitione: non autem diuina.

4 ¶ Vxor secundum Pa. in. c. Ex literis, de pign. viuentis viro potest quandoque agere ad restitutionem dotis, si vir accusatur propter malefium, maximè cum peruenitur ad distractionem bonorum, & vbi matrimonium venit separandum quoad thorum. c. 1. de dote post di. mi.

5 ¶ Vxor habens virum prodigum, potest abscondere de bonis eius, & nõ obedire ei in hoc, quia agit negotium eius, si sit in bona fide. Idem quando est lusor. & huiusmodi. Prudenter enim agit, mariti bona conseruans.

Vxor (vt colligitur ex not. in c. Si quis necessitate. 34. q. 2.) tenetur sequi virum, si vir transfert domicilium, nisi fecisset pactum, de non transeundo, nisi post pactum aliqua necessitas aduenerit, quæ impediret maritum ibi manere, tunc tenetur sequi eum, nec obstat. Ar. c. Vnaquæque 13. q. 2. Si vero non transfertur domicilium, non tenetur sequi, secundum Host. neque si est vagabundus, secundum Gl. in c. Vnaquæque, nisi sciens cum vagabundo contraxerit, quia tunc tenetur, nisi ex causa inhonestâ esset vagabundus, vel si vellet eam ad peccatum trahere, vel esset imminens vitæ periculum, tunc non tenetur sequi, vt sentit gl. in d. c. Si quis,


7 ¶ Quid si vxor esset infirma infirmitate perpetua, taliter quod nunquam posset reddere debitum marito, sine periculo vitæ, vel grauis infirmitatis, ita vxoris, sicut mariti, dico qd secundum Th. & Caiet. debent ambo seruare continentiam, non commiscere ad inuicem, exponendo seipfos periculo mortis, vel grauis infirmitatis. §. Debitum. §. 3.

A V R E Æ A R M I L L Æ R E V E R E N D I
parris fratris Bartholomæi Fumi Villaren. Placentini,
Prædicatoriæ familiæ professoris, hæreticæq; prauitatis
Inquisitoris, terminus.

Laus sit summo D E O. Amen;



INDEX EORVM, QVÆ IN HOC OPERE NOTATV DIGNA VISA SVNT.

 <i>Abbat'is privilegia quãdo cessent.</i> 3	<i>de subiacet mensura.</i> 262
<i>Abbatissa, qua aetate debet eligi.</i> 4	<i>Actiones multiplices sunt.</i> 29
<i>Aborsus quando nõ est homicidium.</i> 5	<i>Actio iuris contra iniuriantem non est remittenda nisi satisfiat.</i> 160
<i>Abolutio à pœnã & culpa.</i> 26	<i>Actus binus sufficit ad probandum consuetudinẽ in malis actibus.</i> 30
<i>Abolutio ab excommunicatione nõ est absolutio sacramentalis.</i> 24	<i>Actus dicitur bonus, vel malus ex obiecto etiam sine circumstantia.</i> 30
<i>Abolutio conditionata non est simpliciter absolutio.</i> 10	<i>Actus vnicus consuetudinem nõ facit.</i> 239
<i>Abolutio contra tertium facta quando tenet.</i> 23	<i>Adiuratio in casu non licito est mortale peccatum.</i> 39
<i>Abolutio facta non tenet.</i> 215	<i>Administratio bonorum monasteriorum ad quos spectet.</i> <i>ibid.</i>
<i>Abolutio homicidij facta tenet.</i> 164	<i>Administratores locorum piorum quibus rationem reddant.</i> 40
<i>Abolutio non debet esse conditionata de futuro.</i> 23	<i>Adoptio non est consanguineorum.</i> 41
<i>Abolutio regularis percutientis regularem alterius religionis cui reservatur.</i> 25	<i>Adoptio quot modis soluitur.</i> 42
<i>Abolutus de vna non dicitur absolutus de alijs.</i> <i>ibid.</i>	<i>Adulterij mala quæ sint.</i> 47
<i>Abstemij omnino nõ dẽt ordinari.</i> 251	<i>Adulterium non separat matrimonium.</i> 47
<i>Abstinentia mala intentione facta peccatum mortale est.</i> 26	<i>Advocare qui prohibeantur.</i> 53
<i>Acetum non potest consecrari.</i> 368	<i>Advocatus proprie quis dicatur.</i> 50
<i>Acceptio personarum in æquẽ dignis non est peccatum.</i> 27	<i>Advocatus quando potest ab officio deponi.</i> 51
<i>Accidia gignit sex filias.</i> 28	<i>Agere contra libertatem mendicantium an sit agere contra libertatem ecclesiasticam.</i> 905
<i>Accipiens ab aliquo in extrema necessitate, an teneatur restituere.</i> 914	<i>Agens contra conscientiam semper peccat.</i> 228
<i>Accusato quando liceat declinare iudicium.</i> 33	<i>Alchimista quomodo liceat vendere.</i> 54
<i>Actio exterior ascensu non omnimodo</i>	<i>Alienatio est nulla si deficit vera forma.</i>

I N D E X.

forma.	58	Archidiaconus Bononiensis potest	
Alienationi vere quot reagratur.	56	conferre gradum doctoratus.	81
Alienigena qui vere dicantur.	57	Armorum nomine, qua non sunt fe-	
Altare per mensam intelligitur.	64	renda ad Turcas, quid intelliga-	
Altare portatile an egeat reliquiis.	65	tur.	409
Altare quot modis execratur.	ibid.	Armorum nomine quid intelligatur.	639
Altaria stabilia quot modis conse-			
crentur.	ibid.	Ars chirurgica prohibetur clericis, &	
Amentes à nativitate an sint bapti-		religiosis.	636
xandi.	202	Ars histrionum quibus non prohi-	
Amicitia cum demonibus, mortale		betur.	87
graue est.	640	Articulos fidei omnes tenentur cre-	
Amicitiam habere cum demonibus		dere explicite.	252
non licet.	38	in Articulo necessitatis omnes tenē-	
Angelus non potest baptizare.	104	tur impedire mala si possunt.	905
Annus in professione vel in ordina-		Articulus mortis qui dicatur.	791
tione quomodo intelligendus.	355	Assassini qui sint.	88
Annus probationis nō debet esse in-		Assicuratio mercium an sit licita.	794
terpolatus.	803	Astrologia divinatoria, & ea qua	
Annus quādo potest dici sterilis.	814	arte demonum habetur prohibita	
Apex iuris non est servandus à regu-		est.	89
laribus.	383	Astrologi quomodo peccāt in eorum	
Apostatarum pœna.	72	scientia.	88
Apostoli antiquitus baptizabant		Attentio in officio divino dicēdo qua	
aspergendo aquam.	101	requiratur.	532
Appellare à quibus liceat.	70	Attritio nunquam potest fieri cōtri-	
Appellatio à Papa ad concilium fieri		tio.	243
non potest.	206	Audiendus non est, qui sibi non pro-	
Appellatio cui nititur & quādo im-		dest & alteri nocet.	684
pediat vel suspendat.	68	Audacia quando est peccatum mor-	
Appellatio cur inuenta sit.	ibid.	tale.	91
Appellatio quomodo admittenda.	70	Austeritas immoderata nec corre-	
Appellatione monachorū an veniant		ctionem, nec salutem ināncit.	91
conuersi.	3		
Aqua benedicta non ordinatur dire-			
cte in remedium, sed contra de-			
mones.	75		
Aqua modica ponatur in calicē.	75		
Aqua non benedicta si addatur be-			
nedicta tota erit benedicta.	75		
Aqua non est de necessitate sacran-			
di.	773		

B

Alveus ingredi cum propria	
uxore non est prohibitum.	92
Baptismus non debet simoniacē con-	
ferri.	104
Baptismus non soluit coniugiū.	140
Baptismus potest fieri per immersio-	
nem.	100
Baptizati non possunt nec debent cō-	
muni	

I N D E X.

municari.	105
Baptizandi non tenentur confiteri	
confessione sacramentali.	105
Baptizantem oportet aliquo modo	
attingere, vel contingere baptiza-	
tum.	101
Bellum iustum est causa dominij ali-	
cuius rei.	296
Benedictio mensa non est certi ordi-	
nis.	615
Benedictio sacerdotis non est pars	
notabilis missæ.	482
Beneficia ecclesiastica non debent	
committi propinquis.	122
Beneficiatus quando non tenetur re-	
sistere.	133
Beneficium nō debet habere qui non	
facit seruitium.	187
Beneficium quid.	897
Bigamia cur nō est in mulierib.	139
Bigami ad minorum ordinum nuni-	
steria non sunt idonei.	140
Blasphemia manus peccatum est per-	
iurio, & homicidio.	141
Blasphemis magna iniungenda est	
pœnitentia.	ibid.
Bona apostata acquisita in apostata	
cia cuius esse debent.	73
Bona ecclesiæ, qua dicantur.	184
Bona ingrediētū religionē quomodo	
pertineant ad monasterium.	788
Bona minoris ordinis sunt exponēda	
pro bonis maioris ordinis.	275
Bonum commune præfertur particulari.	806
Bulla Pœtificā quō intelligenda.	161

C

Cambium cur vituperetur.	144
Cambium siccum duplex.	145
Candelas, & imagines cereas an li-	
ceat vendere in ecclesia.	355
Canon missæ ubi incipiat.	404
Canonici officium in choro.	147

Canonici quos ordines habere de-	
beant.	ibid.
Cantor in choro gerit vicē pralati.	531
Cantus lascivus in celebratione mis-	
sarum vetatur.	155
Cantus si pœnant solum ad delectatio-	
nem sunt illiciti.	154
Capilli mortuorum an licitè deferrī	
possint.	822
Capituli consensus quando requiri-	
tur.	157
Capitali officij sede vacante.	122. 156
Charactèr nō suscipitur p̄ sacrificia-	
tionē in vtero sicut ī baptismo.	105
Charactèr quomodo imprimitur in	
accolito.	29
Carceratio quando fugere liceat.	158
Carceri mancipare quando persone	
privata liceat.	ibid.
Castitas ī clericis est iurispositiva.	182
Casus impediētes privilegia.	901
Casus in quibus confessio reiteranda	
est.	213
Casus in quibus ordinarius potest	
retractare sententiam.	938
Casus in quibus potest quis habere	
duo beneficia.	129
Casus in quibus quarta non debe-	
tur episcopo.	149
Casus in quibus vir non potest di-	
mittere uxorem adulteram.	763
Casus per quos ad pontificē tantum	
est recurrendum.	286
Casus quādo princeps potest aliquid	
exigere in consuetum.	298
Casus reservati episcopo ex appro-	
bata consuetudine.	171
Casus reservati episcopo qui sint.	161
Casus reservatur quando absolui po-	
test à simplici sacerdote.	215
Catechismus infidelium quādiū du-	
rare debet.	102

I N D E X.

Cathedra appetitus nullam turpitudinem habet.	165	Cibum ministrantes damnato ut fame pereat non peccant.	159
Cautiones licet cautionibus retundere.	53	Citatio quando nulla est.	175
Causa dociis favorabilior est causa alimentorum.	310	Civitate destructa destruantur eius privilegia.	177
Causa falsa non vitiat legatum.	672	Civitatis nomine q̄ intelligatur.	176
Causa falsa non impedit monachatum.	292	Circumstantia aggravans infinitè qua.	171
Causa pro quibus aliquis potest exheredari.	464	Circumstantia quid sit.	ibid.
Causam damni qui dedit, damnum resarcire tenetur.	905	Circumstantia declaratio.	172
Causa spiriuales laicis delegari non possunt.	268	Clavis ecclesie duplex.	177
Cedens bonis tenetur restituere in foro conscientie.	922	Clavis ecclesie quid sit.	177
Celebrans capite cooperto grauer peccat.	774	Clerici in materia favorabili qui intelligantur.	179
Celebrare in aximo rationabilius quam in fermentato.	367	Clerici nomine qui appellantur.	399
Celebrare non decet cum musto.	53	Clerici non intelligantur canonicorum nomine.	460
Celestinus Papa fecit de non monacho monachum.	283	Clerici non professi an teneantur ad horas canonicas.	329
Census cui res & quomodo imponi possit.	167	Clerici occidentes quomodo non fiunt irregulares.	645
Census solutio quomodo facièda.	168	Clerici possunt assistere iudicè bel- lantibus.	109
Cessio honoru ad tria valet cessori.	166	Clerici protestantes an incurrant irregularitatem.	635
Chirographa emere an sit usura.	1051	Clerici quomodo possint uti arte medica.	767
Chorea clericis prohibentur.	169	Clerici tempore belli tenentur ad custodiam.	113
Choreas modernas annihilare bonu esset.	ibid.	Clericis prohibitu est negotia agere.	184
Christina imprimi characterè.	226	Clericis quado alienare non liceat.	57
Christina inter quos spirituales cognationem contrahat.	ibid.	Clericis quando liceat bellare.	115
Christina non est sacramentum necessitatis.	225	Clerico ab intestato quomodo succedit ecclesia.	183
Christianus nesciens ea que ad salutem pertinent peccat.	363	Clericus an possit occidi absque excommunicatione.	264
Christus cur ordinavit concilia.	234	Clericus concubinaris quando est vitandus.	183
Christus quare prohibuit iuramentum.	676	Clericus coniugatus non potest esse vicarius episcopi.	123
		Clericus fur debet deponi.	500
		Clericus negotiator mortaliter peccat.	601

I N D E X.

cat.	184	Concubinaris apud quas leges. non est crimen.	207
Clericus non dicens officium, tenetur ad restitutionem.	134	Condemnato ad mortem num liceat fugere.	34
Clericus potest dotare consanguineam inopem de bonis ecclesie.	310	Condemnatus carceri ut fame pereat an possit comedere.	ibid.
Clericus potest testamentum facere.	184	Conditio impediens matrimonium spirituale, vel corporale habetur pro non adiecta.	420
Clericus prelatum de quibus bonis debet solvere debita.	180	Conditiones adiurationis.	39
Clericus quando carceri dari possit absque excommunicatione.	158	Conditiones adoptionis.	41
Clericus quando tenetur restituere bona ecclesie.	186	Conditionis confessionis.	211. 223 & 224
Clericus rapiens aliquid in bello iusto quando tenetur ad restitutionem.	116	Conditiones ingredi volentis religionem.	889
Cogitatio morosa non est tantum in peccato carnis.	190	Conditiones prescriptionis.	867
Cogitatio morosa qua dicatur.	189	Conditiones quibus mediatis seip- sos occidetes possunt sepeliri.	944
Cogitatio quando dicitur peccatum mortale.	189	Conditiones vere confessionis.	211
Colubaria quando licite teneri possunt.	190	Conductio quid.	721
Comestio potest fieri post communionem.	261	Confessio facta ex iracundia non preiudicat.	129
Commodatarius quando peccat mortaliter ob rem commodatam.	194	Confessio facta in tormentis quomodo valet.	209
Compatres cur eligantur in baptismo.	102	Confessio facta laico in articulo necessitatis non est sacramentalis.	224
Compatres quando verè non sunt compatres.	102	Confessio non debet fieri cum alterius iactura.	173
Communicans debet esse ieiunius ieiunio natura.	198	Confessio potest reuelari de licentia penitentis.	214
Communicare quis potest non absolutus à casu reservato.	203	Confessio quorum peccatorum facièda.	217
Commutatio quid.	280	Confessio sacramentalis est de iure diuino.	219
Concilium generale de cuius mandato fieri debeat.	206	Confessores ministri qui sint.	ibi.
Concilium potest declarare Papam esse depositum.	827	Confessorum munus in sanctificationibus iniungendis.	218
Concilium quando potest errare & quando non.	205	Confirmator alicuius officij, vel dignitatis debet diligenter examinare electionem.	217
Concubinaris non sunt absolendi.	207	Confiteri statim quando oporteat.	211

I N D E X

Commendatarij abbatiarum quomodo peccent. 192
 Commissio sine rescriptum pontificum quomodo interpretandum. 193
 Conscientia est ligamē interius. 228
 Consecratio fit in superficie. 143
 Consentire facto plus est quam verbo tantum. 469
 Conservator est delegatus. 233
 Conservator quis sit. 233
 Conservatoria quibus profunt. ibid.
 Consilia multa salutem afferunt. 235
 Constitutio concilij generalis non semper ligat ad mortale. 180
 Constitutio pontificia cuius valoris sit. 236
 Consuetudo aliquando vincit legem. 238
 Consuetudo dat iurisdictionem. 296
 Consuetudo est ius non rescriptum. 240
 Consuetudo est optima legum interpretis. 198
 Consuetudo longa habet magnam vim. 179
 Consuetudo legem efficit & obligat in conscientia. 121
 Consuetudo potest facere de illicito, licitum. 483
 Consuetudo qua est contra divinam legem vel contra bonos mores non tenet. 847
 Consumatio matrimonij temporibus prohibita non est peccatum. 899
 Contemptus Dei est peccatum mortale. 242
 Contigua qua sunt. 598
 Contendere cum prelatiis quale peccatum sit. 243
 Contractus innominatus quid. 813
 Contritus non debet parere sibi peccatum. 243
 Corum a se potest excommunicari. 244

Conversatio cum infidelibus quibus liceat. 577
 Correctio fraterna non est de peccato futuro. 153
 Correctio fraterna quando est dissimulanda. 154
 Correctio non est facienda cum suo periculo. 269
 Correctionem pratermittere quandoque non est peccatum. 152
 Corrigendi non sunt querendi. 247
 Crimen quid dicatur. 31
 Crux vera Christi qua adoratione adoranda. 44
 Curiositas aliquando est mortalis, aliquando venialis. 158

D

Damnū dare vel occasionem dāni semper est peccatū. 255
 Debitum certum remittere pro spirituali est simonia. 936
 Debitum conjugale quando licet non reddere. 257
 Decem homines faciunt populum. 796
 Decima rei non decimata vendita potest exigi ab emptore, & venditore. 261
 Declarator differt ab executore. 463
 Decretum quid est. 60
 Defunctus excommunicatus in loco sacro quando debeat absolui. 25
 Degradatio actualis quomodo facienda sit. 254
 Degradatus non amisit characterē, sed tantum privilegium clericale. 265
 Delectatio morosa quando non est in peccatum. ibid.
 Delectatio religiosi de concupiscentia carnali quomodo est peccatū. 266
 Delegatio quibus fieri debeat. 267
 Delegatus non potest subdelegare. ibid.
 Dæmoni non est credendum. 629

Denun-

I N D E X

Denunciatio zelo iustitia moveri debet. 270
 Denuntiationes tres debent fieri in ecclesia antequam consummetur matrimonium. 339
 Denunciatio non se obligat ad probandum. 269
 Deo prius obediendum quam homini. 269
 Deo serviens metu pœna tantum non laudatur. 189
 Deo servire propter mercedem temporalem principaliter est peccatū. 160
 Deo sufficit satisfacere in foro anime. 385
 Depositi restitutio quomodo facienda. 271
 Depositio pecunie apud mercatorem salvo capitali est usura. 1055
 Depositum quando non debet reddi depositario. 272
 Desperatio a bono opere retrahit. 273
 Detractio quæ non est mortale. 274
 Detractor & contumeliosus in quo differant. 273
 Deus non deficit in necessarijs. 488
 Deus quomodo orandus. 814
 Diaconi officium. 275
 Diffamatus de uno crimine, an de alijs possit inquiri. 37
 Differentia inter bonam voluntatem, velleitatem, & bonam intentionē. 592
 Digtus non est membrum, sed pars. 645
 Dignitatem habenti secularem tria requiruntur. 277
 Dignitates omnes sunt trium generum. 277
 Disciplinantes se tempore interditi

non sunt irregulares. 624
 Discordia in his qua sunt de confiteo non est mortale. 278
 Dispensatio iuramenti & voti. 679
 Dispensatione indigent transeuntes de una Religione in aliam. 892
 Dispensationis causa iustæ quæ sint. 284
 Disputatio ubi imminet periculum est peccatum. 278
 Divina audire quo modo liceat a fornicarijs. 133
 Divinatio quando efficitur per peccatū mortale. 91
 Divinatio quando est veniale peccatum. 287
 Divortium non debet fieri sine lege. 288
 Divortium non potest fieri nisi iudicio ecclesie. 765
 Divortium non separat matrimonium. 63
 Docere simoniacè quomodo fieri possit. 150
 Dolus nulli debet patrocinari. 1025
 Dolus quis sit ex proposito. 77
 Dominica die ieiunare quando liceat. 537
 Dominica dies quando excimitur a ieiunio. 2037
 Dominicus dies quo a Christianis habendus. 298
 Dominus nemo est membrorum suorum. 825
 Donatio intuitu persona quomodo est intelligenda. 302
 Donatio inter vivos & causa mortis qua sit. 300
 Donatio quando revocari possit. 303
 Donatio quibus prohibetur. 300
 Donari inter virum & uxorem quando liceat. 306
 Dos integra debet manere. 314
 Dos non perditur propter viri male-

facium

I N D E X.

ficium.	ibid.	fit de substantia.	98
Dos quando admittitur ab uxore & acquiritur viro.	311	Electi a monasterio bona, cuius esse debeant.	893
Dos quando repeti possit ab uxore	313	Electio Papae deficiente collegio cardinalium ad quem spectet.	331
Dubia semper in meliorem partem interpretanda.	315	Electio sepe meliori esse factenda.	325
Duello fauentes mortaliter peccant.	316	Electioes clandestinae reprobantur.	328
Duelli usus prohibitus.	315	Electus non debet administrare ante confirmationem.	330
Dulce & amarum non mutant speciem aquae.	100	Electioes synae facere quae non possunt.	334
E		Electioes synae quae liberat a peccato.	336.
E brietas in clericis est culpabilis.	318	Eligendi potestate qui priuatur.	326
Ebrietas quando non est mortale peccatum.	317	Emunitas ecclesiae quae sit.	351
Ebrio quo imputentur peccata.	344	Emunitates Ecclesiasticorum.	354
Ebrius occidens aliquem an fiat irregularis.	310	Emphyteuta a quibus casibus cadit.	340
Ecclesia an sit polluta caemeterio polluto.	169	Emptionis periculum quando remanet apud venditorem.	342
Ecclesia est regula infallibilis.	319	Enim in consecratione, licet non sit de essentia, tamen debet dici secundum consuetudinem ecclesiae.	369
Ecclesia non iudicat nisi de his quae foris apparent.	741	Enormitas criminis quae.	355
Ecclesia non iudicat de occultis.	887	Episcopi & sacerdotes debent iurare super peccatis.	934.
Ecclesia quando succedit clerico ab intestato.	184	Episcopi regulares professi testari possunt de licentia Papae.	359
Ecclesiae bona non debent minui.	322	Episcopus ignorans non debet ordinari.	362
Ecclesiae bona superflua sunt pauperum.	871.	Episcopus minister chrisimatis.	225
Ecclesiae aedificatio ubi fieri possit.	320	Episcopus potest excommunicare subditum extra diocesim.	385
Ecclesiae meliorationes possunt vendi etiam ab emphyteuta.	338	Episcopus qui dispuset irregulares.	673
Ecclesiae pollutione polluitur etiam altare.	67	Episcopus quando potest abesse a suo grege.	358
Effectus baptismi plures.	107	Episcopus quomodo potest dispensare extra canonem.	287
Effectus quadruplex consideratur in satisfactione prudentiali.	365	Episcopus regularis non potest testari nisi de licentia Papae.	800
Effusio sanguinis qualis polluit ecclesiam.	230	Aetas eligentium.	326
Ego-pronomen in forma baptismi an		Aetas legitima ad obtinendas dignitates.	135
		Aetas ordinandorum.	810

Euagatio

I N D E X.

Euagatio metis quae sit mortalis.	365	Excommunicatus minori num possit absolueri vel absolui.	382
Euangelium quando legi possit ab Abbatissa.	5	Excommunicatus non potest contrahere matrimonium sine mortali.	377
Euangelium super se quomodo portare licet liceat.	365	Excommunicatus perseverans in excommunicatione per annum potest priuari beneficio.	376
Eucharistia sumptio quot requirat.	198	Exenteratio cadaverum non causat excommunicationem.	395
Exceptio firmat regulam in contrarium.	60	Execratio est species iuramenti.	678
Excommunicare qui potest, potest etiam interdiceri.	603	Exheredationis causa quae sint.	513
Excommunicare quis possit.	19	Existerens in mortali non potest uti praelatura.	343
Excommunicari potest aliquis inuita & inuita absolui.	23	F	
Excommunicari qui non possunt.	384	F alsitas dupliciter committitur	470
Excommunicati possunt audire praedicationes.	375	Fama praeponderat bonis corporalibus.	275
Excommunicati a quo absolui possunt.	19	Fama proximi est seruanda.	274
Excommunicatio in indiuiduum vagum quomodo est intelligenda.	385	Fama quando non est restituenda.	275
Excommunicatio iusta vel iniusta timenda est.	377	Fama unde dicatur.	494. infamia quid sit.
Excommunicatio maior quae sit.	374		472
Excommunicatio minor a quibus excludit.	36	Familia usurarij quomodo potest uere de rebus usurarij.	1048
Excommunicatio non continet intolerabilem errorem.	386	Familiaritatem cum daemonibus non licet habere.	475
Excommunicatio quae sit seruanda.	374	Fidei iussor an possit accipere aliquid a debitore.	488
Excommunicatio sumit vim ab inuentione.	380	Fidei confessionem non facere quando est laudabile.	489
Excommunicatio super quo agere cadat.	373	Fides est fundamentum testimonij.	567
Excommunicationis sententia quando est nulla.	379	Fides est seruanda etiam hostibus.	501
Excommunicationum tria sunt genera.	443	Fides ubi non est vera non praesumitur esse relicitudo.	71
Excommunicato excommunicatione maiori quae negantur.	387	Filia scrupulositatis.	936
Excommunicatus a peccatis nequit absolui nisi prius ab excommunicatione soluat.	453	Filij Iudeorum non possunt inuitis parentibus baptizari.	662
Excommunicatus ignorans quando teneatur reiterare confessionem.	9	Filij sacerdotum possunt promoveri ad ordines in ecclesia patris.	544
Excommunicatus in vno loco quomo		Filius inerti patris cui patri succedere debeant in hereditate.	494.

Filius quando potest exheredare patrem.	465
Fæminis prohibita quæ sint.	477
Forma excommunicationis.	377
Fornicarijs quomodo liceat audire diuina.	183
Fornicatio simplex est minus peccatum alijs speciebus luxuria.	495
Forum duplex, contentiosum & penitentiale.	21
Frangenti fidem fides frangatur eidem, quomodo intelligatur.	682
Fratres minores heredes institui abque cohæredare non possunt.	941
Fratres minores non possunt esse executores testamentorum.	454
Fratres predicatorum habent omnes alias gratias & priuilegia quas habent omnes alie religiones in genere & in specie.	17
Fraudis & doli differentia.	496
Fûdi ab aquis demersi cuius esse debeant.	627
Fructus futuri ex agro licitè emi possunt.	971
Furiosi, lunatici, caduci & demoniaci non debent promoueri.	251
Furiosi non possunt legè cõdere.	239
Furtum quandoque est inter casus fortuitos.	164
G	
Gabella non debet fraudari, etiam si ementes sciunt quòd multi eam fraudent.	504
Gabella quãdo dicitur iniusta.	504
Genus cur adorando flectuntur.	45
Genus à quo remouetur, remouetur & species.	305
Gloria uana filia quæ sint.	507
H	
Habitare solitariè periculo sissimum.	518

Habitum occultans ex licita causa non est excommunicatus.	436
Heres esse quis prohibeatur.	422
Heresim manifestare quod sapiat.	585
Hæreticis credere, quod uerè sit.	447
Hæreticis fauentes quomodo incurrant excommunicationem.	407
Hæreticorum bona fisco applicari debent.	72
Hæreticus mente an sit excommunicatus.	518
Hæreticus mortuus potest ideo damnari.	520
Hermaphrodita non potest ordinari sacerdos.	523
Hominem iurans occidere, an teneatur seruare iuramentum.	849
Homo nõ potest nec debet propter necessitatè peccare mortaliter.	500
Honor debetur maioribus.	527
Horæ officij an possint præueniri.	532
Hospitalium gubernationes & uisitationes.	535

I

Idololatria potest esse minus peccatum heresi.	530
Ieiunare qui teneantur ex præcepto.	538
Ieiunium quando uerè frangitur, & quando non.	537
Ignorans crasse & supinè non excusatur.	293
Ignorans quando actus peccat.	545
Ignorantia facti excusat.	440
Ignorantia iuris naturalis, & diuini non semper excusat.	207
Ignorantia omnium malorum mater.	933
Imagines sunt institutione, uel litera uictum.	43
Imago Christi qua adoratione adoranda.	ibid.
Impedimenta eundem ad pontificè quæ sunt.	ibid.

Impotens dicitur qui uix potest.	915
Impotens etiam dicitur qui sine detrimèto fama sua nõ potest.	915
Incendiarij nomine qui uerè appellari mereantur.	382
Incontinentia in quibus personis inueniatur.	553
Indicia heresis occulta.	588
Indicium quid sit.	553
Indigens quando non peccat accipiès ad usuram.	1046
Indignatio non sumitur pro contemptu.	242
Indignus aliena satisfactione nõ cõsequitur uerè indulgentia fructus.	562
Indulgentia non ualet existentibus in peccato mortali.	556
Indulgentia prout importat remissionem pœna quid.	555
Indulgentiam non consequuntur negligentes.	562
Indulgentiæ quæ dantur tot annorum uel tot dierum quæ sint.	564
Indulgentia tantum ualent quantum sonant, quomodo intelligendũ.	561
Infamia non semper præcedit inquisitionem.	580
Infamia triplex.	567
Infamare seipsum non licet.	277
Infamans seipsum mortaliter peccat.	919
Infantes non possunt legem condere.	239
Infideles non possunt habere officia publica super fideles.	572
Infidelis fugiens ad ecclesiam quomodo seruetur.	315

Infirmus potest communicari non ieiunus.	201
Ingratitudo omnis purgatur per ingressum religionis.	465
Inimicus quomodo diligendus.	160
Iniuriandi ad primam iuramentum prima debent esse confirmati.	226
Iniuria enormis facta personis ecclesiasticis non possunt absolui ab Episcopo.	356
Iniustitia an sit peccatũ mortale.	577
Inobedientia ex intentione mortalis est.	578
Inquisitio diligens debet præcedere uoluntatem.	1031
Inquisitor potest procedere contra hæreticum in sua diocesi reperiuntur, licet alibi commiserit crimen.	589
Inquisitor quõ desinit esse iudex.	522
Inquisitor quando potest procedere absque figura iudicij.	587
Inquisitores fratrum predicatorum non possunt procedere contra fratres minores nec e contra.	586
Instrumentum quomodo potest repurari falsum à notario factũ.	471
Intentio baptizantis est necessaria.	109
Intentio baptizantis interrupta quando non efficit baptismum.	99
Intentio sacerdotis debet esse determinata.	370
Intentio uolentis est de essentia uoti professionis.	890
Interdicti sententia, potest ad libitũ iudicis inferri.	604
Interdictũ à iure quãdo habeat efficaciam.	603
Interdictum duplex.	596
Interdictũ transit cum re ipsa.	600
Interdictus omnis est suspensus, & non e contra.	ibid.
Interesse duplex est.	617
Inter	

I N D E X.

Interfectores episcoporum qua pœna plectendi sint.	405	ter pœnas reorum.	370
Interpretatio in pœnis mitior est si- da.	314	Iudex ecclesiasticus quando non eget brachio seculari.	665
Interpretatio larga debet fieri in be- neficijs.	607	Iudex ex quibus causis recusari pos- sit.	887
Intrusus quis dicatur.	619	Iudex laicus potest ab episcopo inji- tui in re criminali.	352
Inuasus ab alio ut det pecuniam an teneatur dare.	326	Iudex debet misereri pauperis in iu- dicio, ita ut diues omnibus pari- bus non preferatur.	28
Inuenta qui non denunciat in suspi- tionem cadit.	300	Iudex quis esse prohibeatur.	674
Invidia filia qua sint.	628	Iudicare de mortuis est periculum.	276
Inuocatio demonum secreta quot mo- dis fiat.	549	Iudicia non debent exerceri in tene- bris.	176
Inuocatio sanctorum.	154	Iudicis iuramentum quale.	668
Ira filia sex qua ex ea nascitur.	629	Iudicium quid sit.	672
Ironia quando est mortale.	630	Iudicium quando dicitur esse teme- rarium.	672
Irregularis ex susceptione sacri ordi- nis ante tempus à quo absolui po- test.	654	Iudicium quando redditur iniustum.	671
Irregularitas contrahitur tribus mo- dis.	634	Iudicium in rebus ambiguis non de- bet esse absolutum.	315
Irregularitas est de iure positivo.	116	Iudicium peccata qua sint.	662
Irregularitas ex indebita celebratio- ne quot modis incurrat.	649	Iura plerumque tolerant culpam omissionis quam commissionis.	634
Irregularitas quibus causis contra- hatur.	653	Iuramentum communitatis alicuius, an teneat post mortem.	682
Irregularitas quibus modis tollitur. ibid.		Iuramentum de re mortali non est seruandum.	676
Irregularitas quibus incurritur ex seruitio infirmorum.	641	Iuramentum de re turpi non obligat.	685
Irrisio facta Deo, est blasphemia.	273	Iuramentum est obligatorium in ser- ma specifica.	682
Irrisio retrahit plurimos à bono ope- re.	ibid.	Iuramentum non datur nisi quando semplena probatio praecedat.	272
Iudaei non possunt doctorari.	659	Iuramentum simplex multas habet conditiones.	678
Iudaei an sint tollerandi, ut mutuant ad usuram.	106	Iurans ex leuitate quomodo peccet. ibid.	
Iudaei signum deferre debent, & hoc Romae, & Venetijs seruatur.	658	Iurans non intendens seruare morta- liter peccat.	679
Iudaeus quidam seipsum baptizauit. 103		Iure	

I N D E X.

Iure suo utens nulli facit iniuriam. 576	Iurem committit.	328
Iurans redire ad carcerem an teneat- tur redire.	Legitimatio filiorum quot modis fiat.	710
Iurisdicatio num tollatur per peccatum mortale.	Lex ecclesiastica quam intentionem habeat.	860
Iurisdictionalia tempore interdicti non sunt prohibita.	Lex non obligat ignorantes.	717
Insperatus remitti iur à filio re- pudiante hereditatem paternam.	Lex non semper obligat ad mortale. 258	
Iss posituum interpretatur iss di- uinum.	Lex quibus rebus tollatur.	718
Ius qui non potest facere nec etiam excommunicare.	Lex quot modis dicitur praecipuum. 714	
	Leprosi cur non debeant cum alijs se- petiri.	943
	Liberatores à carceribus haereticorum excommunicati.	407
	Libertas ecclesiae omnem ecclesiam amplectitur.	406
	Licitum est delectari in visu pulchrae mulieris, sed non in tactu.	547
	Ligamen interius conscientiae fortius est quam exterius.	228
	Ligare qui potest, potest etiam solue- re.	21
	Litteras alterius aperire quomodo li- ceat, & quomodo non.	814
	Litterae conseruatoriae quibus profint. 236	
	Litterae subreptitiae non dicuntur fal- sae.	409
	Litigare quot modis peccatum sit.	720
	Litigia aliena an liceat emere.	343
	Liuellorum materia.	337
	Locationes in praedictum successo- rum & ad longum tempus sunt. 343	
	Locorum piorum nomine quid venias intellig.	702
	Lucrum ex ludo an semper sit resti- tuendum.	729
	Lucrum turpe non est semper resti- tuendum.	728
	Ludens non contrahit cognationem spiriti-	

I N D E X.

Spiritualium baptizando vel bapti-
zatum à fonte levando. 743
Ludus quomodo sit actus virtuosus.
727
Ludus quot modis dicatur peccatū.
ibid.

M

Magistri & parentes quomodo
percutiendo pueros sūt ir-
regulares. 640
Malis cur sit benefaciendum. 118
Malitia quando est veniale. 734
Malum facere iurans peccat. 677
Malum non est propter timorē fuge-
re maius malum. 1012. 1022
Malum pœne minus est malo culpa.
734
Mandans quomodo sit excommuni-
catus. 313
Manus violenta in clericum. 399
Manus violenta que sit. 309
Mappa due debent esse ad minus
super altare in celebratione mis-
sa. 774
Maria virgo modo adoranda adora-
tione hyperdulia, modo dulia. 44
Masculinum in materia contractū
non concipit femininum. 338
Mater quando perdit tutelam. 1016
Matrimonij impedimenta que sūt.
739
Matrimonia clandestina irrita. 260
Matrimonium an semper dirimatur
per adulterium. 762
Matrimonium cōsumere tempore ab
ecclesia interdicto an sit mortale.
760
Matrimonium cōsummatum quibus
causis possit dirimi. 289
Medicorum peccata multa. 766
Melius non facere, quàm male face-
re. 98

Mendacium omne peccatum est. 38
Mendacium perniciosum quando ve-
rè dicitur. 768
Mendicans cum fictione paupertatis
tenetur restituere. 521
Mensa applicatum esse quid sit. 59
Mercator quando potest plus vende-
re mercem suam. 1045
Mercatura quot modis sit peccatum.
793
Meritorium est mori libenter morte
naturali. 790
Metus constat viri unde causatur.
188
Miles rapiens in bello iusto an teneā-
tur restituere. 116
Milites quibus implicantur peccatis.
770
Minimum pro nullo accipitur. 274
Ministri rerum iniustarum peccant
mortaliter. 504
Missa mali sacerdotis quomodo sit
peior ea que est bona. 370
Missa unde dicitur. 772
Missas plures dicere quando liceat.
778
Missæ auditio quando legitime comitti
possit & à quibus. 780
Missæ presentes esse debemus, & cor-
pore & mente. 480
Moderamen inculpatæ tutela penes
quid attendendum. 783
Modi quibus peccatur in gula. 319
Modus cognoscendi latam sententiā.
381
Modus corrigendi extirpandiq; ha-
reses, qui sūt. 452
Modus interrogandi confitentē. 620.
621. 622
Modus salutandi excommunicatos.
430
Monachi non debent deferre roche-

I N D E X.

tum etiam episcopi. 805
Monachi S. iustina, quibus privile-
gijs gaudeant. 17
Monachi non sacerdotes quando de-
bent communicare. 200
Monasteria commendata sūt visi-
tanda. 192
Monasterium quando potest aliquid
accipere pro ingressu personæ abs-
que simonia. 968
Monasterium renuncians heredita-
tem fratris non alienat. 58
Moniales quando veniunt sub nomi-
ne clericorum. 617
Moniales quando admittuntur ad
electionem. 330
Monitio quando requiritur in excō-
municatione. 378
Monopolita essent exterminandi. 789
Montis pietatis institutio. 1050
Montis pietatis mutuam non est vsu-
rarium. 448
Mora in electionibus est damnosa.
336
Mora & culpa equiparantur. 789
Moriendū potius sine baptismo quàm
emere baptismum. 938
Mortales in duello an sint sepelien-
di in sacro. 316
Mors potius eligenda quàm Dei of-
fensio. 483
Mortali peccato separabiliter expo-
nere mortale est. 252
Mortuorum spoliator latro est. 790
Motus proprius quid operatur quā-
do à Pontifice datur. 893
Muliere moriente intestata deficien-
tibus liberis & propinquis, quis
est hæres. 313
Mulier non debet violare matrimo-
nium, neque speciem matrimonij.
313

Mulier non tenetur corrigere virum
facto, sed verbo. 259
Mulier plura habet retrahentia &
peccato quàm vir. 49
Mulier quando debet deserere virū.
764
Mulier sine peccato potest se ornare.
87
Mulieres non possunt legem condere.
239
Mulieres non possunt tangere nec a-
bluere corporalia. 249
Musca viva pretiosior est vinculo
mortuo. 255
Mutationis casus illicitus. 1039
Mutus baptizare non potest. 99
N
Necessitas legi positiva non sub-
iacet. 13
Negligentia facit iudicem culpabilē.
665
Nemo cum damno alterius debet sibi
famam acquirere. 181
Nemo debet alium incommodare, vs
se commodet. 915
Nemo peccat in eo quod vitare non
potest. 543
Nemo potest præcipere contra cari-
tatem. 388
Nemo seipsū presentare potest.
689
Notarius scribens ordinādos, an pos-
sit aliquid recipere, & quomodo.
869
Novitij gaudent privilegio clericali.
802
Novitius quando dicitur professus
tacitus. 802
Nulla persona ecclesiastica potest do-
nare bona immobilia vel mobilia
pretiosa. 301
Nullus seipsum eligere potest. 330
Nullus

I N D E X.

Nullus separatur ab ecclesia nisi pro mortali. 91

O

Oblationes facere qui prohibentur. 808
 Obligatio impossibili nulla est. 256
 Obligatio nulla contrahitur in re turpi. 112
 Oblatio pro nuptijs benedicendis non est simonia. 955
 Occidere aliquem quando licet. 525
 Occidere impune & sine peccato quando licet. 526
 Occidere seipsum nunquam licet. 525
 Odium Dei gravissimum peccatum est. 811
 Officium divinum mutare non licet absque peccato. 530
 Oleum sanctum est triplex. 812
 Omne quod est contra conscientiam edificat ad gehennam. 48
 Opera misericordiae. 178
 Opus servitii duplex. 481
 Oratio singularis. 815
 Ordines minores quando possint conferri eodem die eidem persona. 817
 Ordinis quae sunt non cadunt in muliere. 117
 Ordo non iurisdiclio ad absolutionem requiritur. 12
 Organorum usus non est coram iudice. 820
 Ornatus quot modis sit peccatum. ibi.

P

Pactum generale non obligat ad casus fortuitos. 194
 Papa an possit dispensare in matrimonio. 281
 Papa an possit dispensare super divino officio. 620
 Papa an possit spoliare purgatorium. 828

Papa debet esse doctior omnibus. 180

Papa sententiae quomodo sit standum. 224

Papa ex solo voluntatis imperio non potest bona temporalia donare. 561

Papa non habet potestatem in destructionem ecclesiae. 284

Papa non potest cogere confessorem ad reuelandum confessionem. 223

Papa non potest committere simoniam. 952

Papa non potest dispensare circa essentialia sacramentorum. 369

Papa non potest sine causa remittere obligationem Deo factam. 592

Papa omnium est iudex. 580

Papa omnium pastor. ibid.

Papa potest condere legem generalem in omnibus spiritualibus. 717

Papa potest suspendere interdictum. 606

Papa quando est schismaticus, sed non haereticus. 935

Papa quomodo est supra concilium. 204

Papa simoniacè electus non est verè Papa. 403

Papa solus potest disponere episcopatum. 82

Papa solus non potest accusari haerese si excepta. 286

Papa tantum potest restituere degradatum. 21

Papa tenet apicem potestatis spiritualis & corporalis. 872

Papa vicarius Christi. 668

Papa sententiae quare sit standum. 205

Pars tutior in dubijs eligenda. 828

Paraphernum unde dicatur. ibi.

Parentes

I N D E X.

Parentes possunt legare filijs spurij. 62

Pares omnes sumus in ijs quae ad maturationem corporis pertinent. 805

Parochiani possunt absolueri ab excommunicatione maiori. 162

Participare cum haeretico in crimine criminoso quid sit. 405

Participes excommunicati maiori non debent vitari nisi nominentur. 392

Parum pro nihilo computatur. 458

Pastores ecclesiae debent tueri eos, qui ad eam confugiunt. 353

Pater ita tenetur ad disciplinam morum sicut ad educationem. 473

Pater non potest constituere haereditatem spiritualem. 683

Pater quomodo teneatur, alere filium. 62

Patris nomine ascendentes omnes, ex paterna linea intelliguntur & ita etiam matris. ibid.

Paupertas non excusat adulterium. 524

Peccata episcoporum quae sint. 362

Peccata magistrorum quae sint. 372

Peccata publica non debent reuelari cum sciatur aliter quam per confessionem. 225

Peccata quando sunt permittenda. 831. 852

Peccatum esse non potest quod est involuntarium. 574

Peccatum publicum quando dicatur. 248

Peccatum semper & simpliciter voluntarium. 188

Pecunia accedat pro ferendo testimonio, cui restituenda. 1014

Pecunia ex se nullo modo est lucrosa. 971

Pecunia in societate non est danda salvo capitali. 969

Pecunia potest vendi materialiter. 1039

Pecunia nomine intelligitur quicquid pecunia aestimatur. 404

Pensiones imponi possunt sine simonia. 951

Percussio enormis quomodo intelligatur. 400

Perfidia quale peccatum sit. 847

Periculum est in mora confessionis. 212

Periurus quis sit. 676

Permissio, & Fermutatio quando sit iniusta. 850

Perpetuitas est de essentia matrimonij. 282

Persona ecclesiastica emunis est à iudice seculari. 544

Persona particularis non debet nominari in confessione. 172

Persona quae prohibentur in matrimonio inter quas non potest contrahi matrimonium. 281

Persona viles contra clericum testes esse non possunt. 1011

Petitio totius includit petitionem partis. 210

Petitio pro labore & non pro sacramentis non valet. 241

Pictura contumeliosa quae sint. 242

Pignus accipere quando sit illicitum. 852

Pignus furatum cui debeat restitui. 909

Pium est quod fit per diuinum cultum. 609

Plus nihil exigitur ab homine quam possit. 543

Pœna adulterij. 47

Pœna aliquando urgenda est ad terrorem aliorum. 581

Pœna quae sit participantis cum eo

*** c omnia

communicato maiori.	390	Præceptum octauum.	ibid.
Pæna suos tantum tenet auctores.	111	Præceptum positium si sit cõ scan-	dalo non obligat.
Pænitentia debet esse rationalis,			48
& discreta.	219	Præceptum primum & secundũ.	621
Pænitentia iniuncta non debet ma-		Præceptum quartum & quintũ.	622
nifestari.	217	Præceptum septimum.	623
Pænitentiam imponere an sit melius		Præces computantur nomine pretij.	
ante vel post confessionem.	11		953
Pænitentia non potest fieri per pro-		Prælati non possunt que sunt extra	
curatorem.	878	ius commune.	597
Pænitentia solennis nõ est in usu.	163	Prælati in quibus non tenetur sub-	
Pænitentia vniuersi confessoris quan-		ditus obedire.	536
do possit mutari ab alio.	219	Præscriptio quando valeat.	868
Pænitentia ante absolutionem quo-		Præsumptio quale peccatum sit.	869
modo post militi imponitur.	929	Præsumptio respectu Dei qua sit.	869
Pænitentia omnes hodie sunt arbi-		Principali remoto, remouetur acces-	
traria.	845	forium.	1036
Pollutio inuoluntaria ex complacen-		Princeps an possit prohibere vena-	
tia fit peccatum.	855	tionem.	1017
Populo scandalizato oportet satisfa-		Principes peccant permittente Indeos	
cere in foro contentioso.	386	usurarios sine necessitate.	297
Porta dignitatis infamibus patere		Præsentia clericorum renouantur.	186
non potest.	868	Præsentia quot modis amittuntur.	605
Possessor bonæ fidei, an teneatur re-		Præsentia spirituali potest quis re-	
stituere ante præscriptionem.	912	nunciare.	449
Potens generare potest etiam ado-		Præsentiarum reuocatio quando in-	
ptare.	42	telligitur facta à pontifice.	461
Præcarium ad beneplacitum quando		Præsentia tripliciter est euidens.	876
spirat.	857	Præcedere summarie quid sit.	538
Prædicatores & lectores quando non		Prodigalitas quid.	879
peccent non dicendo officium.	532	Prodigalitas quomodo peccatum mor-	
Prædicatores nõ debent locari in re-		tale, vel veniale.	ibid.
bus ferijs sacris.	862	Proditio qua.	878
Prædicatores regulares quam aucto-		Proprietates concessionis qua.	203
ritatem habeant in audienda con-		Proximus dupliciter contemnitur.	
fessione.	15		241
Præcepta iudicialia, qua sint.	858	Proximus quomodo diligendus.	159
Præceptum de perfectione sacramen-		Pubes proprie quid sit.	547
ti maius est quam de ieiunio.	ibid.	Pudor est magna pars pænitentiæ.	216
Præcepta alicuius legis quomodo		Pueri non debent teneri in lecto.	614
obligent ad mortale.	181	Pueris an liceat conferre beneficia.	
Præceptum nonum & decimum.	624		

I N D E X.

Pugnantes in duello non debent com-		Redimere que veniunt cum funeribus,	
munionem consumere.	203	an sit simonia.	952
Punitio proximi secundum iustitiam		Redditio debiti quando potest nega-	
non est peccatum.	811	ri.	163
Pupilli pecunia quomodo tractanda		Redditus ecclesiarum sunt stipendia	
est auctori.	1015	seruientium.	134
Purgatio canonica quot testibus fieri		Regula pro irregularitate ex verbis	
debet.	1012		636
Purgatio canonica quomodo fiat.	881	Regula seruanda in fraterna corre-	
Purgatorium probatur ex sacris li-		ctione.	247
teris.	882	Regula societatis communis.	968
Pusillanimitas quando est mortale		Regulares an possint comedere car-	
peccatum.	883	nes in die Natiuitatis, quando fe-	
		ria sexta celebratur.	541
		Regulares citati ab ordinario non te-	
		nentur comparere.	459
		Regulares non possunt absolueri nisi	
		à prælati admissi.	14
		Regulares ordinis prædicatorum qui-	
		bus priuilegijs gaudent.	16
		Regulares sine licentia suorum supe-	
		riorum, an possint subijcere se non	
		regularibus.	427
		Regule irregularitatis que sint.	632
		Regule pro cognoscenda simonia.	949
		Regule pro restitutione seruanda	90
		Reiteratio confessionis quando est fa-	
		cienda.	213
		Religio à patria potestate liberata.	
			894
		Religionem approbatam ingredien-	
		tes cum animo satisfaciendi conse-	
		quuntur plenariam indulgentiam	565
		Religionem intrantes consequuntur eadẽ	
		gratiam quam & baptizati.	892
		Religiosi studentes leges & physicam	
		quando nõ sunt excommunicati.	438
		Religiosi non debent tenere ad baptis-	
		mum.	102
		Religiosi non veniunt in nomine clericum	
		in materia odiosa.	438

		Religiosi	

I N D E X.

Religiosi possunt uti habitu seculari
in recreationibus privatis in suis
monasterijs. 730

Religiosus occultans habitum quan-
do pœnam incurrit. 512

Religiosus professus mortuus est mû-
do. 667

Religiosus quæ potest procurare. 51

Reliquiæ sanctorum non sunt furtivè
accipiendæ etiâ pro honesta causa.
897

Remedium contra scrupulositatem. 936.

Remissio non proportionatur labori,
sed intentioni disponentis. 565

Remissio peccatorum est effectus pas-
sionis Christi. 558

Remuneratio non est propriè dona-
tio. 316

Represalia ut sint licitæ, quot requi-
runtur. 899

Reprobatio de pluralitate beneficio-
rum. 130

Rescriptum quando presumitur esse
falsum. 901

Res naufragantium quando capi nõ
liceat. 792

Res non debet semper restitui ei cu-
ius est. 905

Res quæ ad sacros usus erant dedica-
ta non decet redigere ad profa-
nos. 231

Res quæ duobus venditur, cuius esse
debeat. 898

Res spirituales qua ratione vendi pos-
sint. 345

Restituenda non sunt quæ capiuntur
in bello iusto. 110

Restitutio ad quod pertinet. 156. 167

Restitutio debet esse rei propriæ vel
æquivalentis. 911

Restitutio incertorum non pertinet
ad episcopum. 163

Retrouenditio quando possit esse lici-
ta 1046

Reuelatio confessionis nullo modo ex
se debet fieri. 225

Reuocatio donationis causa mortis
quando fieri potest. 305

Reuocatio donationis inter virum &
uxorem fit multipliciter. 307

Ritum suæ ecclesiæ seruare debet
quilibet. 101

Rustici possunt chorizare diebus fe-
stius quia chorea est actus latti-
tie S 168

S Abbato Christiani cur labora-
re non debent. 294

Sacerdos leprosus potest celebrare in
secreto. 713

Sacerdos non potest predicare nisi
de licentia Episcopi. 370

Sacerdos non proprius baptizans ex-
tra necessitatē est irregularis. 103

Sacerdos proprius quis sit. 12

Sacerdos quando potest communica-
re seipsum extra Missam. 199

Sacerdos quilibet nõ potest absolue-
re ab excommunicatione minori. 20

Sacerdotes debent manere suos fideles
ut saltem diebus festis accedant
ad suas parochias. 781

Sacerdotes in quibus casibus possint
advocare. 50

Sacerdotes quando possunt exercere
officium Vicecomitis absque exco-
municatione. 447

Sacerdoti non licet vendere missam,
nec predicatori pacisci de pretio
predicationis. 142

Sacramentum baptismi conceditur
tempore interdicti. 620

Sacramentum Eucharistiæ requirit
actualem deuotionem. 199

Sacramenta suscepta ab excommunica-
tione

I N D E X.

tionem sunt sacramenta. 214

Sacramenta vitari non debent ob
scandalum vitandam. 1035

Sacra nõ sũt in dominio alicuius. 934

Sacra scriptura est regula morũ. 812

Sancti plures passus sunt quã pec-
cata exigerent. 559

Sanctum occidere sceleratius quam
prauum. 230

Satisfactio debet imponi respiciendo
triã. 930

Satisfactio in quibus casibus omit-
ti possit. ibid.

Satisfactiones superflue quorum sint.
559

Scandalizare per accidens dupliciter
contingit. 941

Scandalum passiuum non est pecca-
tum in faciente opus tale. 932

Sciẽtia confessoris quãta esse debeat.
222

Schisma aliquãdo est grauis here-
si. 935

Scelus inuocatum quale sit. 730

Scriptor libelli famosi qua pœna ple-
ctendus. 719

Scriptura damnat habitum meretri-
cium. 87

Secreta sub sigillo confessionis acci-
pere non est bonum. 223

Secretum quando licet reuelare etiã
acceptum sub sigillo secreto. 138

Sedes prima à nemine potest iudica-
ri. 204

Sententia qualiter in se continet in-
tolerabilem errorem. 470

Sententiam dans iniustam tenetur
ad restitutionem. 1022

Sepultura à quibus religiosis possit
eligi. 949

Sepultura ecclesiastica qui prouentur
943

Sepultura ecclesiastica tempore in-
terdicti quibus prohibeatur. 612

Seruare fidem est de iure naturali.
32

Seruans Deo metu pœne non laudã-
dus. 189

Si, aliquando ponitur pro quia, ali-
quando pro quamuis. 701

Simonia committitur etiã verbis. 950

Simonia mentalis à quo puniatur.
949

Simonia mentalis qua sit. 951

Simonia mentalis quomodo commit-
titur. 135

Simonia mentalis quomodo est in re-
nuntiatione beneficij. 917

Simoniacus nunquam debet reporta-
re commodum simoniæ. 97

Simulatio quandoque non est pecca-
tum. 966

Societas in mercatura quando est il-
licita. 968

Spirituale tripliciter dicitur. 946

Sportula iudicum qua dicantur. 662

Sportus qui verè dicantur. 491

Statuta circo modum funeralium an
sint contra libertatē ecclesiæ. 422

Statuta laicorum pro exequijs mor-
tuorum an valeant. 462

Stipendijs suis nemo cogitur unquã
militare. 663

Subditus quando potest confiteri, cui
vult. 220

Suburbiorum nomine quid intelligen-
tur. 597

Superioris præceptum iurans debet
iurare ad intentionem eius.
679

Suspicio simplex non sufficit ad in-
quisitionem. 37

Superfluum de quo faciendã est elec-
tio quid sit. 333

Fabel

T Abellionatus officium quando potest exerceri à clericis. 998
 Tacens non semper dicitur consentire. 232
 Tactus inter coniuges ob delectationem non est peccatum. 556
 Temeritas unde proueniat. 1000
 Temporalia recipiens ad spiritualia obligatur. 529
 Tempore interdicti potest predicari. 617
 Tentatio Dei quando est mortalis & quando non. 1000
 Testamenti testes qui esse nõ possint. 1006
 Testamenta in scriptis quando valeant. 1005
 Testari qui prohibeantur. 1004
 Testatoris voluntas quando non est implenda. 1003
 Testes qui admitti possunt cõtra hæreticos. 590
 Testis non creditur sine iuramento. 1004
 Testis accipiens pecuniam vt verum testetur, tenetur crimine falsi. 102
 Testis solus omnis exceptione maior facit iudicium sufficiens ad torturam. 1012
 Timere magis debemus facere contra iniustitiam, quàm mori. 112
 Timeri magis solet quod specialiter timetur quàm quod generaliter. 875.
 Tyrannus faciens etiam opus iustitiæ peccat. 1012
 Tonsura prima, & dispositio ad cultum Dei. 815
 Tonsura quando est licita fœminis. 476

Tortura quomodo potest repeti, & quoties. 1014
 Transgressio materiae necessaria ad salutem anima mortale est. 859
 Tristitia de bono malorum quandoque est licita. 628
 Tutela quando est accipienda à religiosis. 1015
 Tutores pupillorum quomodo possunt facere elemosynam. 335

V

V Agabundi qui sint. 14
 Venatio clericis est prohibita, & quomodo. 1019
 Venatio quando sit peccatum. 1017
 Videntes minima cum iuramento an peccent. 349
 Venditio temporis an possit esse licita. 1045
 Veneratio sacramenti Eucharistiæ. 44
 Venialia peccata quare sunt confitenda. 172
 Verba in pœnalibus strictè intelligenda. 174
 Verbum debet, importat necessitatē. 714
 Veritas potest occultari. 209
 Veritatem occultare quid sit. 162
 Vexatio quomodo possit redimi pecunia. 951
 Viaticum an tempore interdicti possit dari pregnantibus. 609
 Vicarij Episcoporum possunt excommunicare. 1019
 Vicarij episcoporum, vt vicarij predicare possunt. 863
 Vicarius episcopi non potest esse laicus. 690
 Vicarius amoto prelato quando ducatur.

rat. 1019
 Vicarius non potest esse merus secularis nec uxoratus. 1020
 Virtualia omnia tempore necessitatis sunt communia. 345
 Vindictam appetere quando non est peccatum. 1021
 Vni licet vi repellere. 403
 Vinum congelatum non esse consecrandum. 370
 Violatio & immunitas cœmeterij. 169
 Violentia peccandi duplex. 188
 Virginitas præfertur coniugio. 1023
 Viri & mulieres non possunt profiteri ante decimumseptimum annum expletum & nisi annum ad minus in probatione cum habitu permaiserint. 798
 Vitia corporis quando impediunt promouendum. 250
 Vitio cui communicamus, communicamus etiam mortuo. 599
 Vinctio extrema an danda sit his qui non peccauerunt. 1025
 Vinctio extrema cur non datur occidendis. ibid.
 Vni nocere non debemus vt alter iniurietur. 6
 Vnus tantum sit principalis leuans. 103
 Voluntas aliquando accipitur pro facto. 401
 Voluntas habetur pro facto apud rē. 576
 Voluntas humana non subijcitur cœlo. 89
 Voluntas nostra debet conformari voluntati diuinæ. 1027
 Voluntas sola irregularitatem non inducit. 635

Voluntas testatoris debet interpretari secundum ius commune. 705
 Voluntas testatoris seruanda est. 670
 Voluntas vltima testatoris pro lege seruanda est. 674
 Vota ex timore facta facile dispensantur. 1033
 Vota quæ Papa reseruantur quæ sint. 285
 Vota subditorum quomodo teneant & quomodo non. 1034
 Voti impedimenta quæ sint. ibid.
 Voti permutatio quid requirat. 1036
 Voti transgressio absolui potest non autem votum. 163
 Votum annullatum quomodo possit reuerti. 1035
 Votum de re illicita super quo cadat. 1032
 Votum de non reddendo debito inter conjugatos nullum est. 260
 Votum electionis non potest per litteras exprimi. 335
 Votum intrandi religionem, & perseverandi differt. 801
 Votum post copulam conjugalem tenet & quomodo. 291
 Usura mentalis an obligat ad restitutionem. 1049
 Usura palliata quæ stocum vocatur. 1045
 Usurarij quibus pœnis affici debeant. 1052
 Usurarius quid prius restituere debet, debitum an usuras. 615
 Usurarium est pro mutuo accipere beneficium aliquod. 299
 Usus communis præfertur proprie significationi. 700
 Utile

I N D E X.

<i>Utile per inutile non vitiatur.</i>	12	<i>Vxor clandestina concubina est.</i>	
<i>Utilitas aliena non potest vèdi neque</i>			206
<i>aliena incommoditas comparari.</i>		<i>Vxor quomodo possit facere eleemo-</i>	
344		<i>synam.</i>	335
<i>Vxor adultera non debet sepeliri cum</i>		<i>Vxor sine dote accepta, quomodo</i>	
<i>viro, nisi reconciliata.</i>	1056	<i>alenda est.</i>	310

F I N I S.

L V G D V N I,

Typis Ioannis Tholosan. Anno reparatæ Salutis
humanæ, 1595. Mense Septembri.